HET

AMBOINSCH KRUID-BOEK.

DAT IS,

BESCHRYVING

VAN DE MEEST BEKENDE

Boomen, Heesters, Kruiden, Land- en Water-Planten,

DIE MEN IN AMBOINA,

EN DE OMLEGGENDE EYLANDEN VIND,

Na haare gedaante, verscheide benamingen, aanqueking, en gebruik:

MITSGADERS VAN

EENIGE INSECTEN EN GEDIERTENS,

Voor 't meeste deel met de Figuren daar toe behoorende,

Allen met veel moeite en vleit in veele jaaren vergadert, en beschreven in twaalf boeken,

DOOR

GEORGIUS EVERHARDUS RUMPHIUS,

Med. Doct. van Hanau, Oud Koopman en Raadspersoon in Amboina, mitsgaders onder de naam van *Plinius Indicus*, Lid van de Illustre *Academia Naturae Curiosorum*, in 't Duitsche en Roomsche Ryk opgerigt.

Nagezien en uitgegeven door

JOANNES BURMANNUS,

Med. Doct. en Botanices Professor in den Hortus Medicus te Amsterdam, Medelidt van het KEYZERLYKE QUEEKSCHOOL *der onderzoekers van de Natuurkunde;*

Die daar verscheide Benamingen, en zyne Aanmerkingen heeft bygevoegt.

SESDE DEEL.

Te AMSTERDAM, By FRANÇOIS CHANGUION, HERMANUS UYTWERF.

In 's HAGE, By PIETER GOSSE, JAN NEAULME, ADRIAAN MOETJENS, ANTHONY VAN DOLE.

M. DCC. L.

Preln QK358 .R85 1750 pars 6

GEORGII EVERHARDI RUMPHII,

Med. Doct. Hanavensis, Mercatoris Senioris, & in Amboina Consulis, nomine PLINII INDICI *celebris, & Membri Inlustris Societatis Academiae Naturae Curiosorum Germaniae,*

HERBARIUM AMBOINENSE,

Plurimas conplectens Arbores, Frutices, Herbas, Plantas terrestres & aquaticas,

QUAE IN AMBOINA,

ET ADJACENTIBUS REPERIUNTUR INSULIS,

Adcuratissime descriptas juxta earum formas, cum diversis denominationibus, cultura, usu, ac virtutibus.

Quod & insuper exhibet

VARIA INSECTORUM ANIMALIUMQUE GENERA,

Plurima cum naturalibus eorum figuris depicta.

Omnia magno labore ac studio multos per annos conlecta, & duodecim conscripta libris.

Nunc primum in lucem edita, & in Latinum sermonem versa,

Cura & Studio

JOANNIS BURMANNI,

MED. DOCT. ET IN HORTO MEDICO AMSTELAEDAMENSI PROFESSORIS BOTANICI, ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM SOCII;

Qui varia adjecit Synonyma, suasque Observationes.

PARS SEXTA.

AMSTELÆDAMI, Apud FRANCISCUM CHANGUION, HERMANNUM UYTWERF.

HAGÆ COMITIS, Apud PETRUM GOSSE, JOANNEM NEAULME, ADRIANUM MOETJENS, ANTONIUM VAN DOLE.

M. DCC. L.

HERBARII AMBOINENSIS LIBER DECIMUS.

De Herbis agens silvestribus promiscue.

CAPUT PRIMUM.

Cyperus rotundus. Teckee.

IN describendis herbis silvestribus talem sequemur ordinem, ut hæ cuivis fere obcurrant, si modo Amboinæ regionem permearet ab uno litore ad aliud.

Exempli gratia si quis e domo procedat, statim obvium inveniet gramen, talesque herbas, quæ circa hominum ædes, in hortis, ad vias publicas, & ad oras cultorum agrorum crescunt.

Dein procedentes inveniemus illas, quæ in agris & collibus proveniunt, ac sensim adscendentes ad montium cacumina, & ad valles sub hisce sitas lustrabimus illas, quas Amboinæ desertum ibi abscondidit. Dein in libro undecimo subito descendentes ad alteram litoris partem, deveniemus circa ostium majoris fluminis, ac tales videbimus herbas, quæ in paludibus & humidis crescunt locis, immo in ipsa fluminis aqua, & ad oram ipsius maris, ac proinde in ipsa proveniunt aqua marina, quibus determinabimus ac finem inponemus herbis Amboinæ terrestribus, in subsequenti dein libro procedemus porro in ipsum mare, ubi videbimus, quas plantas alius tamen naturæ hoc in suo foveat & alat gremio.

Inter gramineas herbas, quas statim pedibus calcamus, quum eximus, primum locum tenet *Cyperus*, qui hisce ac plerumque in omnibus Orientalibus regionibus tanquam vulgare nobis inservit gramen, utpote qui cunctas obtegit plateas, desertos hortos, ac humiles campos, licet multæ aliæ graminum obcurrant species, quarum quasdam in subsequentibus describemus.

Cyperus forma sua potissimum cum illo convenit, quem Europæi describunt Herbarii, sed aliquid tamen peculiare in hoc detegitur, quod dein patebit.

Vulgarem sequentes modum dividimus eum in tres primarias species, cuivis autem peculiare tribuemus Caput, estque primo rotundus, secundo longus, ac tertio dulcis.

Cyperus rotundus est odoratus vel inodorus. Atque odoratus iterum duplex est, primo bulbosus, qui femina censetur. Secundo floridus, ac plerumque bulbis destitutus, qui mas habetur, cum quibusdam spuriis speciebus huic capiti subnexis.

Primo *Cyperus rotundus bulbosus*, sive *legitimus* gramen est, nil nisi folia gerens, quæ tenuissima sunt, tenera, & longa, quæ vulgo cum Porri foliis comparantur, neque rugosa, neque acuta, culmum lata, spithamam longa, sed in iis, quæ ad vulgares crescunt vias, breviora, & ad internam partem profunde percurrente & trigono sulco notata, qui inferius acuto protuberat dorso, folia hæc octo, decem, vel duodecim simul locantur in orbem posita & rotundo insidentia petiolo, qui culmum crassus est, atque unum alterumve pollicem altus, quique compositus est ex ipsorum involucris.

Inferius durum profert capitulum, ex quo undique dependent paucæ, tenues & fragiles fibrillæ, præter has ad latera excrescunt bina plerumque crassiora fila, quæ parvos sustinent bulbulos, atque ex hisce iterum alia tenuia sed firma fila ex nigro fusca instar fili ferrei, atque ex iis ad palmæ circiter latitudinem a prioribus

AMBOINSCH KRUID-BOEK.

HET TIENDE BOEK.

Handelende van de Wilde Kruiden door malkander.

EERSTE HOOFDSTUK.

De ronde Cyperus.

OM *de wilde Kruiden te beschryven zullen wy zoodanige ordre houden, die men ten naasten by vinden zoude, als men het land Amboina dwars overginge van het eene strand tot aan het andere.*

By exempel, als wy den voet ten huize uitzetten, zullen wy ten eersten ontmoeten het gras, en alle zodanige kruiden, die wy omtrent der menschen woningen, in de hoven, aan de wegen en kanten van gebouwde landen zien wassen.

Daar na voortstappende, zullen wy ontmoeten het velt en heuvelen met hunne kruiden, en allenkskens opklimmende tot de toppen der bergen, en de daar onder gelegene valleyen, zullen wy bezien, wat de Amboinse wildernis aldaar verborgen heeft; daar na in 't elfste Boek schielyk wederom dalende, zullen wy uitkomen aan de andere zyde op strant, omtrent de mond van een groote Rivier, en beschouwen zodanige kruiden, die aan moerassen en vogtige plaatsen, in 't water zelfs zoo van de Riviere als op den voorsten wal van de Zee, en dierhalven in Zeewater zelfs wassen, waar mede wy de Amboinse landkruiden en planten zullen verlaten, en onze afscheid daar van nemen, om ons in 't volgende Boek wat verder op Zee te begeven, en zien, wat voor planten van een andere aart in haar boezem berustende zyn.

Onder de grasgeslagten, waar op wy ten eersten moeten trappen, als wy uitgaan, heeft den voorrang den Cyperus, *dewelke hier te lande, en meest in deeze Oostersche Eilanden ons voor gemeen gras verstrekt, dat alle straten, verlatene tuinen, en lage velden bedekt: hoewel 'er nog veele andere zoorten van gras onder lopen, waar van wy in 't volgende maar eenige beschryven zullen.*

De Cyperus *komt in gedaante meest overeen met den geenen, die de Europise Kruidboeken beschryven, dog heeft nog iets byzonders, gelyk in 't vervolg blyken zal.*

Wy deelen hem na de gemeene gewoonte in drie hoofdgeslagten, gevende yder een byzonder Hoofdstuk, te weten de eerste is rond, de tweede lang, en de derde zoet.

De ronde Cyperus *is of welriekent, of niet riekent. De welriekende is wederom tweederlei, als een knobbel of klieragtige, die men voor het wyfken hout. II. Bloeijende en meest zonder klieren, die men voor het manneken hout, met nog eenige bastaart-zoorten, agter aan dit Hoofdstuk te vinden.*

I. Cyperus rotundus bulbosus sive legitimus, *is een gras, niet dan bladeren dragende, zeer smal, teer, en lang, die men in 't gemeen met de Porreybladeren vergelykt, gants niet ruig nog scherp, een strooĥalm breed, een span lang, maar aan de gemeene wegen korter, aan de binnezyde met een diepe doorgaande en driezydige geute, die beneden met een scherpe rugge uitbuilt. Deze bladeren staan agt, tien of twaalf by malkander rontom een ronde steel, een stroohalm dik, en een duim of twee hoog, dewelke van hare omwindzelen gemaakt is.*

Aan 't onderste heeft zy een hard hoofdeken, daar aan rontom weinige dunne en brosse vaselingen hangen. Behalven dezelven gaan een of twee dikkere draden ter zyden, daar aan men kleine knobbelen vindt, en uit dezelve al weder andere dunne, dog styve draden, zwart bruin, als een yzerdraatje, en aan dezelven omtrent een hand-

ribus alius iterum bulbus, ac sic porro ad quartum vel quintum in uno ordine, non directe in terram penetrantes, sed oblique prorepentes, quique sub terræ superficie locantur, alias emittunt plantulas, ita ut totus stolo ad spithamæ latitudinem in diametro per hæc firma fila sibi nectatur.

Hi bulbi seu glandulæ illam constituunt aromaticam hujus graminis partem, quæ *Cyperus* proprie vocatur, inæqualis magnitudinis & formæ. In Java enim, Baleya, aliisque regionibus, ubi solum est pingue, ac multa colitur Oryza, hæ radices semi digiti longitudinem obtinent, quædam minimum digitum longæ & crassæ sunt, in hisce vero insulis maximæ Nucum avellanarum magnitudinem obtinent, ac siccæ pallide ruffum contrahunt colorem. Ipsarum odor & sapor gratus est & aromaticus cum levi amaritie & adstrictione, os grato replentes odore.

Reliquæ harum plantarum partes inodoræ & insipidæ sunt, ac tantummodo gramineæ. Hi foliorum fasciculi nunquam culmum vel semen proferunt, qua in re cum Europæo Cypero non conveniunt, sed senescentes decidunt, & suas proferunt plantas per proles suas copiosas laterales, immo bulbuli seu glandulæ cum extractis radicibus projectæ ubique progerminant, ubi terram tangunt, ac minimus bulbulus tritici grani magnitudinem habens, qui in terra remanet, de novo propullulat, ita ut difficile exstirpari possit hæc planta, ubi semel excrevit.

Dura fila non glandulas perforant, licet ipsis firmissime nexa sint, ita ut glandularum substantia homogenea sit.

Secundo *Cyperus floridus* mas habetur Cyperi, seu potius *Gramen cyperoides*, ejus enim radix nullas vel paucas admodum sustinet glandulas, suntque fibrillæ simplices, fuscæ, & circinnatæ, quæ tamen odoratæ sunt, si recentes extrahantur, sed nullum habent aromaticum saporem, & aliquando unus alterve in iis conspicitur bulbulus, argumento adfinem esse Cypero.

Folia sunt uti in priore, sed paulo breviora, totaque planta humilior est, uti & plerumque in plateis & viis obcurrit, ex centro fasciculorum foliosorum tenuis excrescit rectus obscure virens & glaber culmus, junceus, trigonus, ac raro quadragonus, semi pedem altus vel paulo major, & crassior filo velorum, in vertice sustinens tria angusta folia, in triangulo directe posita, breviora & angustiora illis ipsius plantæ, atque inter hæc alia minora locantur, quæ superius multos sustinent paleaceos Corymbos supra sese invicem extendentes, ex acutis cellulis & squamulis constantes, ex viridi & fusco colore mixtos, in quibus semen latet, ita ut squamosæ plumæ flores ac semina hujus plantæ constituant.

Tales floriferi culmi bini ternive ex unica propullulant radice, quæ sub terra neutiquam prorepit instar prioris, sed per deciduum multiplicatur semen.

Tertio *Cyperus inodorus* proprie est herba litorea, omnibus partibus major binis prioribus. Radices ejus sunt oblongæ glandulæ instar felliculæ bilis piscium, externe fuscæ seu ruffæ, & pelliculis siccatorum foliorum obsitæ, digiti articulum longæ, longissima autem sub primaria locatur planta, ad utrumque latus filum emittit crassum, & ad sex digitorum substantiam circiter similes conspiciuntur glandulæ, sed paulo rotundiores prioribus, aliquando binæ ternæve simul, ac præter ista fila aliæ excrescunt tam crassæ quam tenues fibrillæ terram perforantes, sed nullas sustinentes glandulas, fibrillæ enim glanduliferæ semper oblique prorepunt.

Quævis porro harum glandularum, quum non profunde sub terra locantur, in summo fasciculum gerit foliosum, qui crassum constituit culmum, transversalem palmam altum, quique in decem vel duodecim folia sese expandit. Hæc autem multo longiora sunt prioribus, binas spithamas longa, immo longiora, pauloque latiora, simplicem referentia canalem, per angustissimas oras, & dorsum inferius acutum, nunquam flores vel semina emittentia instar primæ speciei. Substantia glandularum interior durior & siccior est, aromatico odore & sapore fere destituta, sed maxime amara est & adstringens, unde & illæ non colligantur vel servantur.

Nomen.

handbreed van de vorige al weder een andere knobbel, en zoo vervolgens tot vier of vyf in eene rye, niet regt in de aarde nedergaande, maar dwars kruipende, en die het risch der aarden naast komen, schieten andere plantjes uit, zoo dat men een geheele stoel van een span in de rondte door deeze styve draden aan malkander vast vindt.

Deeze knobbelen of klieren zyn dat speceryagtige deel van dit gras, 't welk men Cyperus *eigentlyk noemt, van ongelyke grootte en gedaante. Want op Java, Baly, en andere landen, daar een vette grond is, en veel Ryst geteelt werd, zyn deeze wortelen een halve vinger lang, zommige ook een pink lang en dik, maar in deeze Eilanden zyn de grootste als hazelnoten, de meeste deel kleinder, zommige ront, zommige langwerpig, scheef, bogtig, en met eenige stompe einden van de hairige draden bezet, waar door zy stekelig schynen, van buiten zwart bruin, of zwart aardverwig, van binnen wit en hardagtig als hazelnoten, dog de droogen besterven ligt ros. Haren reuk en smaak is lieffelyk en speceryagtig, met een kleine bitterheid en t'zamentrekkinge, den mond met een goede geur vervullende.*

De andere deelen van deeze planten zyn zonder reuk of smaak, alleen grasagtig. Deeze bossen van bladeren brengen nooit steel of zaat voort, waar in ze met de Europische Cyperus niet overeen komen, maar oud geworden vallenze af, en teelen hare planten voort door hare veele afzetsels ter zyden, ook de klieren, die men met de uitgetrokke wortelen wegsmyt, schieten overal uit, daar ze de aarden raken, en het minste knobbeltje als een gerste korl, 't welk in de aarde overblyft, schiet wederom uit, zoo dat het moejelyk uit te roejen is, daar het eens henen komt.

De harde draden gaan niet door de klieren, hoewel zy daar zeer aan vast zyn, zoo dat de substantie der klieren eenparig is.

II. Cyperus floridus, *bloeyende* Teckee *houdt men voor het manneken van Cyperus, of veel meer een* Gramen cyperoides, *want de wortel heeft geen of weinige klieren, bestaande uit enkel bruine en gekrulde vaselingen, die egter welriekende zyn, als men ze vers uittrekt, maar zonder speceryagtige smaak, en zomtyts ziet men hier en daar een klein kliertje daar aan, als een klein bewys, dat het uit de maagschap van* Cyperus *is.*

De bladeren zyn als aan 't voorgaande, dog wat korter, en het geheele gewas blyft lager, gelyk 't gemeenelyk op de straten en aan de wegen gevonden wert. Uit het midden van de vergaderde bladen schiet een dunne regte donker groene en gladde steel op, biesagtig, driekantig, en zelden vierkantig, een halve voet hoog, of wat meer, en wat dikker dan een zeildraat, dragende op zyn top drie smalle bladeren, regt in een drieboek staande, korter en smalder dan die van den struik, en tussen beiden nog andere kleinere, en boven op veele kafagtige trosjens, het eene boven 't ander uitstekende, van spitse huisjens en schubbekens gemaakt, uit den groenen en bruinen gemengt, daar in het zaat schuilt; zoo dat de schubagtige pluimpjes voor 't bloeizel en zaat verstrekken.

Zulke bloeijende steelen schieten twee of drie uit eene wortel, die onder de aarde geenzints kruipt gelyk het vorige, maar door het uitgevalle zaat zig vermenigvuldigt.

III. Cyperus inodorus: *Niet riekende* Teckee *is eigentlyk een strandgewas, aan al zyn deelen grooter dan de beide voorgaande: de wortelen zyn langwerpige klieren als galblaasjes van vissen, mede bruin of ros van buiten, en met velletjens behangen van de droge bladeren, een lid van een vinger lang, en het langste is onder den hoofdstruik; ter weerzyden schiet het een dikken draat uit, en omtrent zes vingeren verder ziet men diergelyke klieren, dog wat ronder dan de vorige, zomtyts ook twee en drie aan malkander; en behalven de voornoemde draden schieten ze nog andere, zoo dikke als dunne vaselingen in de gront, maar daar en komen geen klieren aan, want de klierdragende kruipen altyt over dwers.*

Ieder nu van deeze klieren, vermits ze niet diep onder de gront leggen, draagt aan zyn opperste een bos bladeren, t'zamen een dikke steel of halm uitmakende, een dwershant hoog, en in tien of twaalf bladeren zig verdeelende. Deeze zyn veel langer dan de voorgaande, twee spannen lang en meer, ook wat breeder, schier niet dan een enkele geute gelykende, of met zeer smalle randen, en van onderen een scherpe rugge, brengende nooit bloemen nog zaden voort, gelyk de eerste zoorte. De klieren hebben van binnen een harder en droger substantie, schier zonder speceryagtige reuk of smaak, maar merkelyk bitter en adstringerent, daarom men ze ook niet bewaart nog vergaart.

Naam.

Nomen. Hæ radices generaliter vocantur *Cyperus*, PLINIO *Juncus angulosus & triangularis.* CORNELIO autem CELSO *Juncus quadratus*, forte quod in Græcis regionibus quadrangularem ipsum viderit; Hæc primaria species dicitur *Cyperus rotundus*, ac prior *Cyperus rotundus odoratus*, seu *Cyperus legitimus.* Malaice, Javanice, & Baleyce *Tecke*, *Teckey*, & *Tickee.* Amboinice *Laupa*, Sinice *Tauhyo*, h. e. odorata faba, Maccassarice *Rucu*, Ternatice *Tacki.* Altera species vocatur *Cyperus floridus*, seu *Gramen Cyperoides*, Malaice *Teckee lacki lacki*, quum mas hujus speciei censetur. Tertia species dicitur *Cyperus inodorus*, seu *maritimus.* Malaice *Tecke Pantey*; Amboinice *Laupa Layn.*

Supra libro octavo innuimus veteres sub Cypero multas comprehendisse bulbosas ac nodosas radices, exempli gratia per minorem seu vulgarem Cyperum intelligunt descriptum. *Cyperus Babylonicus* putatur fuisse *Galanga minor*, ac forte etiam *Zedoaria*, ac *Zerumbet*, *Cyperus Indicus* est *Curcuma.*

Locus. Prima ac secunda species crescunt, uti dictum fuit, ubique circa hominum ædes, in plateis, circa arva, ac præsertim in desertis hortorum areis, ut & ad arenosas fluminum ripas; maxima & elegantissima reperitur Javæ in cultis agris, qui aliquamdiu vacui fuere, præsertim in Oryzæ campis parum elevatis. Tertia species in planis & crassa arena refertis crescit litoribus, ubi longis suis radicibus arenam perforat, & oras aquæ marinæ obtegit.

Usus. Primæ speciei radices tantum in usu sunt, glandulæ nempe ejus aromaticæ, quæ ab adhærentibus depurantur filis, ipsarumque pellicula ex fusco nigra parum abraditur, quæ dein ad solem vel in fumo siccantur, & dein in cistis aromaticis servantur, & cum aliis venduntur. Javani enim & Baleyenses eas multum adhibent & admiscent odorato unguento *Bobori* dicto, duplex ac fere sibi obposita in hisce radicibus detegitur qualitas, recentium enim decoctum adtenuantem, penetrantem, & diureticam possidet virtutem, siccata autem & in pulverem redacta radix est adstringens, exsiccans & quodammodo constipans, atque ejus operatio sequenti observatur agere modo.

Recentes enim radices contusæ potionibus adduntur & decoctis, quæ præparantur pro Hydropicis, ut aqua e corpore eliminetur, vehementer enim urinam expellit, Nephritidem tollit, & calculum solvit, quum herba Pancaga, ut & turiones seu acuta capitula radicum Caricis Lala addantur.

Simplex ipsarum decoctum in mulieribus menstrua quoque provocat, fluoremque album expellit, ita ut dein cesset.

Sinenses Medici siccatas abluunt radices in aqua, quas dein coquunt, ac propinant contra Asthma & tussim convulsivam.

Bontius libr. 6. cap. 43. testatur *Cyperum rotundum* Javæ in decoctis adhiberi ad urinam & menstrua movenda, ac simul ut exsiccentur omnes superflui humores aquosi, uti in Beriberi frigida & Hydrope. In Nosocomio Bataviæ tum temporis sal etiam quoddam præparabatur ex hisce radicibus, quod bonum præstabat effectum in ulceribus malignis & humidis pedum, unde caro spongiosa & superflua consumebatur & exsiccabatur, uti in Europa id perficitur per radices hasce siccas, & in pulverem redactas, atque in equorum morbis ipsorum pabulo hic pulvis itidem admiscetur, uti id fit in Zeylona aliisque veteris Indiæ locis, unde reconvalescunt.

In *Rochefortii Histor. Antill. Cap. 11.* legitur, *Rotundum Cyperum* in Charibæis insulis crescere elegantissimam & maximam, odoratamque instar Iridis radicis, ubi & parturientibus exhibetur ad partum facilem reddendum, quod & ibi expertum habetur remedium.

Hodueg Ægyptiacum multum ad Nilum crescens, & a *Prospero Alpino* descriptum *rotundus* quoque est *Cyperus*, nigricantes gerens radices seu bulbulos, Olivæ magnitudinem habentes, plures simul ex capillaceo dependentes ortu, qui odorati acrem habent saporem, sed dicit caulem producere angulosum, qui sesquipedem altus est, & folia gerit stelliformia, seu instar stellæ extensa, ex quibus spicæ quædam excrescunt,

Naam. *In 't generaal noemt men deze wortelen* Cyperus; *by* PLINIUS Juncus angulosus, & triangularis. *Maar by* CORNELIUS CELSUS, Juncus quadratus; *misschien om dat hy die in de Griekse landen vierkantig gezien heeft. Dit eerste hoofdgeslagt hiet* Cyperus rotundus, *en daar van de eerste zoorte* Cyperus rotundus odoratus, *of* Cyperus legitimus, *in 't Maleits, Javaans, en Baleits* Teckee, Teckey *en* Tickee: *op Amboin* Laupa, *in 't Chinees* Tauhyo, *dat is welriekende bone; in 't Macassaars* Rucu; *op Ternaten* Tacki. *De twede zoorte* Cyperus floridus *of* gramen Cyperoides, *in 't Maleits* Tecke lacki lacki, *om dat ze 't voor 't manneken van dit geslagt houden. De derde zoorte* Cyperus inodorus, *of* maritimus, *in 't Maleits* Tecke Pantey, *op Amboin* Laupa Layn.

Boven in 't agtste boek hebben wy gezegt, dat de ouden onder Cyperus veelderlei knobbelagtige wortelen verstaan hebben: by exempel door de kleine of gemene Cyperus verstaan zy de zoo even beschreven: Cyperus Babylonicus *wert geoordeelt de* Galanga minor *geweest te zyn, en misschien ook de* Zedoaria *en* Zerumbet. *Cyperus Indicus is de* Curcuma.

Plaats. *De eerste en twede zoorte wassen, als gezegt is, overal en rontom de woningen der menschen, als op de straten, rontom de erven, en inzonderheid in de tuinen op de verlatene bedden, en aan de zandige oevers van de rivieren. De grootste en schoonste vint men op Java in de gebouwde landen, die een tyd lang braak leggen, inzonderheid op de Rystvelden, die wat verheven zyn. De derde zoorte wast op vlakke en grofzandige stranden, met hare lange wortelen in het puere zant kruipende, en de randen des Zeewaters bekleedende.*

Gebruik. *De wortelen van de eerste zoort zyn alleen in gebruik, te weten de specerыagtige klieren, dewelke men van de aanhangende draden zuivert, de zwart bruine schellen wat afschrapt, in de zonne of rook droogt, en dan in de kruitdozen onder andere speceryen verkoopt. Want de Javanen en Balyers gebruiken ze veel onder hare welriekende zalve* Bobori *genaamt, men bevint tweederlei en schier strydende eigenschappen in deze wortel, want het afzietzel van de versche heeft een dunmakende, doordringende, en dryvende kragt; maar de gedroogde en gepulverizeerde wortel is zamentrekkende, opdrogende, en eenigzints stoppende, hier uit bevint men zyne werking aldus.*

De versche wortelen gekneust werden gedaan in de dranken en decoctien, die men bereid voor de waterzugtige, om de zugt uit den lyve te voeren. Zy dryft ook de pisse geweldig, zet af het graveel, en dryft den steen, als men 't kruit Pancaga en de spitse wortelen of eerste uitspruitzels van 't Snygras Lalan daar by doet.

De enkele decoctie verwekt by de vrouwen ook hare maanstonden, en zet af den witten vloet, dat hy daar na ophoude.

De Chineese Doctoren wasschen de gedroogde wortelen in water, koken ze, en drinken ze tegen de engborstigheid en kinkhoest.

Bontius Lib. 6. Cap. 43. *getuigt, dat de* Cyperus rotundus *op Java in de decoctien gebruikt wert om de Uryn en maanstonden te dryven, en met eenen op te drogen, alle overtollige wateragtigheid als in de koude Beriberi en Waterzugt. In 't Hospitaal op Batavia plagt men doenmaal ook een zout te bereiden uit deze wortelen, 't welk goede effecten dede in de quaadaardige en vogtige Ulceratien der benen, het overtollige vleesch daar inne te verteeren en dan op te drogen, gelyk men in Europa met de droog gepulveriseerde wortelen doet, in de zeerigheid der paarden ook onder 't voeder te eten geven, gelyk op Ceylon en andere plaatsen in oud Indien, waar van ze wel varen.*

In de Rochefortsche *Historie van* Antill. Cap. 11. *vint men, dat den ronden* Cyperus *in de Charybisse Eilanden ook wast zeer schoon en groot, welriekende als Iriswortel, waar van ze aldaar de barende vrouwen ingeven, om een ligte geboorte te maken, en houden zulks voor een beweerd middel.*

Hodueg *van Egypten veel in de Nyl wassende, en van* Prosper Alpinus *beschreven, is ook een ronde* Cyperus, *met zwartagtige wortelen of knobbelen, zoo groot als Olyven, veel t'zamen van een hairsgewys beginzel hangende, welriekende en scherp van smaak, maar hy zegt, dat het een kantige steel draagt, anderhalf voet hoog, en daar op stersgewyze uitgebreide bladeren, waar uit sommige aairen spruiten met grasverwige zaden, waar in het wederom*

crescunt, semina gerentes graminei coloris, qua in re iterum ab Indico differt: Binæ aliæ species, quantum scio, non sunt in usu.

Observavi quoque pulverem siccarum radicum, quæ facillime in pulverem redigi possunt, maximum adferre solamen in prorepentibus ulceribus, præsertim oris, quum ipsi inspergatur, atque os cum ejus decocto colluatur.

Graminea substantia binarum priorum specierum minutim conscinditur, qua gallinæ & galli gallinacei pascuntur, qui caveis includuntur, uti multi Indi hac alunt gallos suos propugnatores, cui & Oryzam admiscent. Si canes torminibus alvi vexantur, ac gramen vulgare caninum adquirere non possunt, quævis comedunt Teckee, sed potissimum primam speciem, qua per vomitum curantur.

Recentes *rotundi Cyperi* radices cum Canariis contritæ, in folio supra ignem calefactæ, & adplicatæ incipientem dissipant *Paronychiam*, si vero hæc ad suppurationem vergat, cito istam maturat & aperit. Eodem modo subsequens adhibetur *Tabalissa*.

Altera species, seu *Cyperus floridus* binas tresve habet varietates, potissimum in humidis crescentes locis, una nempe culmum emittit sesquipedem altum, qui undique longa & angusta prodit folia; ac spicæ verticales non ita spinulosæ sunt, sed magis lanuginosæ & extensæ. Secunda ejus species altior excrescit, fere instar Caricis, ad quem etiam referri potest, uti in ejus capite examinari potest.

Folia ejus binos pedes longa sunt & parum acuta, plerumque semi concava, inferius autem dorsum acutius est. Caulis ejus tres pedes altus est, culmum crassus, & triangularis. In ejus vertice tria longa locantur folia, in triangulo extensa.

Spicæ ejus fuscæ sunt, duræ, & spinulosæ, ex simili paleaceo compositæ semine.

Si lintea quædam alba supra hisce coronulis seminiferis siccantur, maculas contrahunt russas. Utriusque radices sunt tenues, russique pili, quodammodo odorati sed fatue.

Tertia varietas, seu quarta species *Cyperi floridi* priori similis est, longa enim itidem emittit angustaque folia, sesquipedem & binos pedes longa & fasciculata. Inter hæc peculiaris adsurgit culmus, binos ac binos cum dimidio pedes altus triangularis, acutus, crassitiem habens fili velacei, ac firmus. In vertice nulla producit folia in triangulo posita, qua in re ab omnibus præcedentibus differt, sed umbellam format extensam, ex multis cruciformibus spicis compositam, quarum una longior est altera, ipsarumque cauliculi rugosi sunt ac scindentes ad tactum.

Ex hisce multa dependent granula, singulari pedunculo inposita, ex viridi fusco colore mixta instar seminis hordei, simili que repleta semine. Quatuor vel quinque folia simul fasciculum formant inferius, ubi & parum concava sunt.

Gramen Bufonum, Malaice *Rompot Codock*, Balice *Padangh Dancong*, neutiquam meretur referri ad *Cyperi* species, sed ad gramen aquaticum.

Ad ripas crescit aquarum & agrorum cœnosorum Oryzæ, ubi in Baleya bufones venenosi degunt *Dancong* dicti, qui adeo venenati sunt, ut pueri ab ipsis enecati fuerint, quorum digiti per ipsorum morsus vulnerati fuerunt, immo ipsi angues moriuntur, si luctando ab iis mordeantur. In Amboina autem illi non inveniuntur, ubi hoc gramen in argilla non crescit, sed in alio solo parum humido.

Oves ac boves semina depascunt, sed gramen ipsum non comedunt, quum nimis acre & junceum sit.

Tabula Prima

Ad *Figuram primam Cyperi rotundi speciem* exhibet *primam. Figura secunda Cyperum floridum*, seu *secundam* denotat *speciem*.

OBSERVATIO.

Variæ sunt *Cyperi* species tam veteribus notæ, quam inprimis recentiorum industria detectæ, præterquam enim quod radicum longitudine & rotunditate differunt, foliorum latitudine & angustia, uti & saporis amaritie vel dulcedine & odoris fragrantia majore minoreve sese distinguunt, de quibus inprimis vide *Plukn. Almag. p.* 127. *Tournef. instit. R. H. p* 527. & *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 35. ac *S. Dale Pharm. in 4to pag.* 281.

CAPUT

derom van 't Oost-indise verschilt. De twee anderen hebben myns wetens, geen gebruik.

Voorts zoo heb ik ook ervaren, dat het poejer van de droge wortelen, die zig zeer ligt laten pulveriseren, groote baat doen in de vooreetende zeerigheid, inzonderheid in den mond, als men 't daar in strooit, ook de mond met dit decoctum wast.

Het gras van de twee eerste zoorten werd klein gesneeden, en dient om hoenders en hanen daar mede te voeden, die men in kouwen wil houden, gelyk veele Indianen met hunne vegthanen doen, onder 't gesneede gras rystmengende. Als de honden buikkrimpsel krygen, en het ordinaris hondegras niet hebben konnen, zoo eten ze alderhande Teckee, *dog meest van de eerste zoorte, 't welk hen dan door 't braken cureert.*

De versche wortelen van den ronden Cyperus *met* Canaris *gewreeven, in een blad over 't vuur warm gemaakt, en overgebonden, doet de begonne* Paronychia *verdwynen, maar zoo ze alrede tot het zweeren gezet is, doet ze die in der haast rypen en opbreken: op de zelfste manier gebruikt men ook de volgende* Tabalissa.

De tweede zoorte, of Cyperus floridus *heeft nog twee of drie veranderingen, meest aan vogtige plaatsen voortkomende, te weten, de eene schiet met een steel anderhalf voeten hoog op, en heeft rontom lange smalle bladeren. De aairen aan den top zyn zoo stekelig niet, maar meest wolagtig en uitgebreid. De tweede zoorte wast nog hoger, schier als een snygras, waar onder men 't ook rekenen kan, gelyk in 't zelfde Hoofdstuk te zien is.*

De bladeren zyn wel twee voeten lang, en wat snydende, meest half hol, dog de onderste rugge is nog al scherp. De steel is drie voeten hoog, een halm dik, ook driekantig. Op zyn top staan drie lange bladeren, in een triangel uitgebreid.

De aairen zyn bruinagtig, vry wat hart en stekelig, uit diergelyke kafagtig zaat gemaakt.

Als men eenig wit linnen op deze zaatkroontjes droogt, krygt het rosse plekken daar van. De wortelen van beiden zyn dunne rosse hairen, eenigzints welriekende, dog slap.

De derde veranderinge of vierde zoorte van Cyperus floridus, *is de laastgenoemde gelyk, want hy wast ook met lange smalle bladeren, anderhalf en twee voeten lang, en met bosjens by malkander. Daar tussen komt een byzondere steel op, twee en derdehalf voeten hoog, driekantig, scherp, in de dikte van zeilgaarn, dog styf. Op zyn top draagt hy geen bladeren in een driesprong, waar in zy van alle de voorgaande verschilt, maar een uitgebreide dolle van veele kruisgewyze aairen gemaakt, de eene langer dan de andere, en hunne steeltjens zyn ruig of snydende in 't aantasten.*

Daar aan hangen veele korreltjes yder op een byzonder steeltje, groen of bruin, door malkander als Hirsezaat, met diergelyke zaat van binnen. Vier of vyf bladeren maken van onderen een vergadering, daar ze wat plat zyn.

Gramen Bufonum, *in 't Maleits* Rompot Codock, *en Baleits* Padangh Dancong. *Het meriteert geenzints onder de geslagten van* Cyperus *gerekent te worden, maar onder 't watergras.*

Het wast aan de kanten van de wateren, en van de slykige Rystvelden, daar omtrent op Baly zig fenynige padden ophouden, Dancong *genoemt, die zoo vergift zyn, dat ze kinderen gedoot hebben, die maar in de vinger van hen gebeten waren, en de slangen zelfs sterven daar van, als ze in 't worstelen van dezelve gebeten worden. In Amboina heeft men die niet, alwaar dit gras in geen klei wast, maar in een andere gront, daar het wat vogtig is.*

Schapen en koejen weiden het zaat af, maar het gras agten ze niet, om dat het scherp en biesagtig is.

De Eerste Plaat

Wyst aan in de *Eerste Figuur*, de *eerste zoort* van de *ronde Cyperus*. De *tweede Figuur* vertoont de *bloeyende Cyperus*, ofte de *tweede zoort*.

AANMERKING.

Daar zyn veel verscheide zoorten van de *Cyperus*, zoo aan de Oude bekent geweest, als wel voornamentlyk ontdekt door de vlyt der latere Kruidkenners, want behalven dat zy verschillen door de lange en ronde wortels, zoo zyn ze ook onderscheiden door de breedte en smalte der bladeren, als mede door de scherpe en zoete smaak, als ook door de min of meer sterke geur; waar over voornamentlyk ziet *Plukn. Almag. p.* 127. *Tournef. instit. R. H. p.* 527. & *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 35. als mede *S. Dale Pharmac. in 4to pag.* 281.

TWEE-


Fig. 2.
Fig. 1.

CAPUT SECUNDUM.

Cyperus longus. Teckee laut.

ALtera *Cyperi* species est longa, quæ in hisce Orientalibus insulis subsequentem habet formam, quæ ab illa in Europæis libris exhibita maxime differt. Planta est longissima ac repens, longam gerens, tenuem, & perennem radicem, non profunde sub arena prorepentem, culmum crassam, lentam, & junceam, quæ externe fuscis obducitur pelliculis, & in multos articulos distincta est, pollicem, vel binos transversales digitos distantes, ubi subtilissimas deorsum emittunt fibrillas, atque ad tertium vel quartum articulum brevis erigitur pedunculus, binos tresve pollices altus, quo usque etiam in arena subprimitur.

In vertice fasciculum gerit foliosum, ex octo vel duodecim foliis compositum, quæ ad ortum latissima sunt, ad internam partem sulcata, subtus dorso rotundo notata, plerumque firma & retroflexa, atque in acutum apicem excurrentia, qui tam acutus est, ut nudis pedibus inter hanc plantam procedere quis nequeat. Ex fasciculi centro firmus ac trigonus excrescit petiolus, vix binos pollices altus, in summo brevem & compressam gerens spicam vel spinulosum capitulum ex multis angulosis cellulis compositum, quæ simul hoc constituunt capitulum, magnitudine globi sclopeti, sed quod superius sensim acute terminatur. Quævis peculiaris cellula magnitudinem habet grani Tritici, ex simplicibus fuscis apicibus seu squamulis composita, in qua paleaceum reconditur semen. Mox sub isto capitulo in triangulo locantur tria vulgaria foliola, firma & pungentia, ac supra hæc in interstitiis tria alia minora foliola.

Radix est aromatica, odorem spirans jucundiorem rotunda, præsertim recens, quæ odorem fundit *Gladioli odorati* seu *Tackary*, ac præterea parum salsa, præsertim si in litore crescit. Ore masticata lentum in faucibus caussat ardorem, cum fissuris linguæ & labiorum, qui vero in una planta multo acrior est quam in altera, quæ enim in litoribus crescunt apricis, multo acriorem habent saporem, & magis pungentia proferunt folia, quam quæ in arena humida circa fluminum ostia inveniuntur.

In arenosis Assahœdy litoribus hujus speciem inveni quam maxime silvestrem, quæ loco capitulorum istorum seminiferorum ingentia gerebat capita spinulosis foliis armata, horrida instar Echini marini, ita ut tractari vix posset. Folia ejus erant uti in vulgari, radices fere inodoræ.

Nomen: Latine *Cyperus longus*; Malaice *Teckee laut*, aliis *Tackary-laut*; Ternatice *Minjassal unting*.

Locus. Nullibi hunc inveni, nisi in planis arenosisque litoribus, præsertim iis, quæ in mare parum eminent, ubi longis suis radicibus per arenam prorepit, præcipue Hitoelammæ in Hitoës ora, ut & in Amboinæ sinu in Melæ ora, atque in sinu Bagualæ. In parva Carama circa Lœham crescit ad ostia quorundam fluminum, & ad paludes aqua salsa repletas, ubi solum est subtile & arenosum, atque ubi, uti dictum fuit, molliora gerit folia & radices magis aromaticas.

Usus. Longæ fuscæque hujus plantæ radices sub arena prorepentes solummodo in usu sunt loco *Gladioli odorati* seu *Tackary*, effossæ enim in frusta scinduntur, palmam longa vel breviora, sique salsæ sunt, mox ad solem siccantur, si vero a litore magis remotæ crescant, aquæ salsæ inspergurtur, & ad solem siccantur. Hæc frustula quibusvis admiscentur suffimigiis, uti etiam cum Tackari fit. Ore autem masticandæ non sunt, quum hæ radices in initio dulcem ac fatuum præbent saporem, sed uti dictum fuit, brevi post vehementer linguam & labia vellicant, ita ut fissuræ subsequantur.

Totæ radices decem vel duodecim orgyas longæ non magno labore extrahuntur vel eradicantur, quum laxe sub terra prorepant, quæ ab adhærentibus fibrillis & spinulosis foliis depurantur, in coronas flectuntur,

TWEEDE HOOFDSTUK.

De lange Cyperus.

HEt tweede geslagte van de Cyperus *is de lange, dewelke in deeze Oosterse Eilanden de volgende gedaante heeft, van de Europise boeken merkelyk verschillende. Het is een zeer lang en kruipent gewas, met een lange, dunne, en doorgaande wortel, gants niet diep onder het zant kruipende, een halm dik, taai en biesagtig, van buiten met bruine velletjes bekleet, en in veele leden verdeelt, een duim of twee dwers vingers van malkanderen staande, en zeer fyne vazelingen als hairtjens nederzendende. Telkens aan 't derde of vierde lit staat een kort steeltje overeind, twee of drie duimen hoog, zoo ver het ook meest in het zant steekt.*

Op zyn top draagt het een bos van agt of twaalf bladeren, by haren oorspronk breedtst, aan de binnenzyde gegeut, van onderen met een ronde rugge, doorgaans styf, agterwaarts gebogen, en in een styve spitse toelopende, die zoo stekelig is, dat men bloots voets tussen dit gewas niet wel wandelen kan. Uit het midden van deeze vergadering komt een styven driekantigen steel op, schaars twee duimen hoog, dragende op zyn top een korte en gedronge aaire of een stekelige knop, van veele hoekige huisjens gemaakt, en t'zamen een bolleken uitmakende in de grootte van een roerkogel, dog boven zagtjens toegespitst. Ieder particulier knopje is zoo groot als een tarwekorl, uit enkel bruinagtige spitsen of schubbekens gemaakt, en daar in een kafagtig zaat. Digt onder dit bolleken staan in een triangel de drie gewoonlyke blaadjens, styf en steekelig, en boven dezelve in de tussenplaatjen drie andere kleindere blaadjens.

De wortel is speceryagtig, lieffelyker van reuk dan de ronde; inzonderheid de verse riekt als Gladiolus odoratus *of* Tackary, *daar by wat siltig, te weten als zy op strand wast. In de mond gekauwt verwekt ze een langzame brant in de keele, met scheurtjes in de tonge en lippe, dog aan de eene struik veel scherper dan aan de andere, want die op het barre strand wassen, zyn veel scherper van smaak en stekeliger van bladeren, dan 't geene in vogtig zant omtrent de uitgang van de riviere wast.*

In de zandige stranden van Assaboedy heb ik een zeer wilde zoorte hier van gevonden, dewelke in plaats van de voorschreve zaatbollekens hadde groote hoofden, rontom met stekelige bladeren gewapent, zoo ysselyk als een Zee-egel, Echinus marinus, *dat men hem niet kon handelen De bladeren waren als aan 't gemene, de wortelen van weinig reuk.*

Naam. *In 't Latyn* Cyperus longus; *in 't Maleits* Teckee laut; *by anderen* Tackary laut; *in 't Ternatis* Minjassal unting.

Plaats. *Ik heb 't nergens gevonden dan op vlakke zandige stranden, inzonderheid die in zee wat uitsteken, daar het met zyn lange wortelen door het zant kruipt, inzonderheid by* Hitoelamma *op de kust van Hitoe, en in den Amboinsen inham op den Melisboek, en op den Pas van Baguala. Op klein Ceram omtrent Loeboe, wast het by den uitgang van sommige rivieren, en aan de poelen van zout water, daar het een fyne zandige gront heeft, alwaar het, gelyk gezegt is, zagter van bladeren en speceryagtiger van wortelen is.*

Gebruik. *De lange bruine wortelen, die onder het zant kruipen, zyn van dit gewas alleenlyk in gebruik in plaats van* Gladiolus odoratus, *of* Tackary, *want de uitgetrokken snyt men in stukken van een hant lang of korter, en zoo zy van nature brak zyn, zoo droogt men ze straks in de zonne, maar zoo ze wat verder van zee af wassen, zoo dompelt men ze in zout water, en droogt ze dan in de zonne. Deeze stukjens werden onder alderhande reukwerken gemengt, gelyk men anders met de Tackari doet. In de mond behoeft men ze niet te kaauwen, want in 't eerste hebben ze wel een zoete of laffe smaak, maar, als gezegt, kort daar na byten ze geweldig in de tong en lippen, dat 'er scheurtjens na volgen.*

De geheele wortelen tien of twaalf vadem lang, werden met kleine moeite uitgetrokken, vermits ze los in het zant kruipen, van de aanhangende vazelingen en stekelige bladeren gezuivert, tot kranssen gevlogten, een of twee reizen

tur, ac semel bisve aquæ marinæ insperguntur, & denuo ad solem siccantur, ac sic pro suffimigio siccantur.

Recenter siccatæ radices per aliquot dies totum replent cubile grato suo odore.

Mox supra mentionem feci graminis cujusdam, quod spinulosum gerebat caput in litore Assahudi detectum, quum vero deln anno 1690 majorem ejus conquisiverim speciem, a vulgari Cypero longo nimis diversam, hinc ejus peculiarem ac subsequentem exhibebo descriptionem.

Videtur esse species *Cyperi littorei*, sed aliquando etiam magis remote in ipsa crescit terra, ac culmum erigit, qui longis, angustissimis & firmis obductus est foliis, vix palmam latis, superne acuminatis, & acutissime decurrentibus, sex & septem pollices longis, quorum oræ acutæ sunt & rugosæ, si retrorsum flectantur vel fricentur, in orbem circa magnum locantur caput, quod componitur ex firmis echinis instar setorum porci, quorum quidam sex pollices longi sunt, quidam dimidio breviores & intricati, tota porro planta adeo spinulosa est, ut non nisi subtus tangi & tractari possit.

Hæc planta in insulis Orlanitis invenitur, quæ ad zephyream plagam sitæ sunt ante Bœronem & Tomabu, altitudinem habens trium quatuorve pedum, longa undique emittens angusta & acuta folia graminea, in quorum medio caput excrescit, quod vir ulmis vix complecti potest, atque ex similibus componitur longis, spinulosisque foliis.

Incolis nulli alii inservit usui, nisi lusui cuidam, quum nempe caput hoc abscissum plano inponitur litori, ac ventus flans hoc propellit & agitat, acsi Dabolus istud prosequeretur.

Nomen. Malaice *Rompot bulu matta*, quum spinæ ejus longæ quodammodo referant longa Sinensium cilia. Sinice *Tsjikiu*, h. e. spina circumvolvens, quum per ventum volvatur, unde concludi potest, in Sina quoque notum esse. Belgice *Wintboll* seu caput venti vocari potest.

Hæc planta anno 1691 ex insulis Tomahu deducta exhibebat nihil aliud esse, nisi *Cyperum littoreum* per solum prorepentem, articulos gerentem quinque sexve pollices longos, & instar *Rottang Tjjavony* crassos, qui ad nodos longas emittunt in arenam radices, istis autem articulis arcte adstant folia fasciculata, pennam lata & sulcata, sicca vero convolvuntur, & terminantur in firmum longumque apicem, capita ista oriuntur inter superiora folia, quæ a septem ad tredecim pollices longa sunt. Capita majora sunt illis Bataviæ excretis, setas enim gerebant decem & undecim pollices longas, quæ inferius haud crassiores erant filo ligatorio, ac superius instar equiseti geniculatæ & rugosæ, si retrorsum fricentur, perfecte uti in *Echinometra setosa*.

Culmi tam lenti sunt, ut diffringi nequeant, tota autem planta nil aromatici præbet. In arenosis & incultis crescit insulis Javæ & Sumatræ, nempe circa Jambum, nec ullibi in usu est nisi ad lusum memoratum, ejusque radiculæ acrimoniam habent, quæ linguam quodammodo vellicat. In arenosis quoque Zeylonæ obcurrit insulis, majorque Amboinensi est, eidem inserviens lusui.

Tabula Secunda

Ad *Figuram Primam Cyperum* exhibet *longum*.

Figura Secunda *Cyperum* exhibet *littoreum echinato capite*. Quod convenit cum Ily Mullu *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 75. estque forte Gramen Dictacophoron, spica turgida cristata *Muf. Zeyl. pag.* 25. & *Thef. Zeyl. pag.* 107.

reizen in zeewater gedompelt, t'elkens weder in de zon gedroogt, en zoo bewaart tot reukwerk.

De versgedroogde vervullen eenige dagen een kamer met haar aangenamen reuk.

Even hier boven heb ik mentie gemaakt van een gras met een steekeligen bol, op den strant van Assabudi gevonden, maar dewyl ik naderhand anno 1690 *een groot slag daar van bekomen heb van den ordinaris Cyperus longus, te veel verschillende, zoo zal ik daar van in 't byzonder de volgende beschryving geven.*

Het schynt een zoorte van Cyperus littoreus *te zyn, dog het wast ook eenigzints landwaart in, en staat met den steel overeind, welke bezet is met lange zeer smalle en styve bladeren, schaars een schaft breed, na vooren toe gegeut, en zeer spits toelopende, zes en zeven duimen lang: de kanten zyn scherp en ruig, als men ze na agteren strykt, zy staan rontom een grooten bol, gemaakt van styve steekels als verkens-borstelen, zommige zes duimen, zommige half zoo lang, en verward door malkander: het gehele gewas is zoo stekelig, dat men 't niet dan van onderen kan aantasten.*

Dit gewas vint men op de Eilanden Orlanith, dewelke westelyk voor Boero en Tomabu leggen, in de hoogte van drie of vier voeten, met lange smalle en scherpe bladeren omgeven, het gras gelyk; in het midden groeit een bol, die een man kwalyk omvademen kan, van diergelyke lange stekelen gemaakt.

By de Inlanders dient het tot anders niet dan tot een zeker geestig korswyl, wanneer men den afgesneden bol op een vlak strant zet, en de wind waait, zoo vliegt hy voort, als of de nikker agter hem was.

Naam. *In 't Maleits* Rompot bulu matta, *om dat zyn lange stekels eenigzints gelyken na de lange hairen aan de wynbraauwen der Chinesen. In 't Chinees* Tsjikiu, *dat is rollende doorn, om dat het met den wint rolt, waar uit men bemerken kan, dat het in China mede moet bekent zyn. In 't Duits mag men het Windbollen noemen.*

Dit gewas anno 1691, *van de Eilanden Tomabu gebragt, bewees dat het anders niet is dan een* Cyperus littoreus, *langs de gront kruipende, met leden van vyf of ses duimen lang, en zoo dik als* Rottang Tsjavony, *by de knien lange wortelen in het zant schietende, aan de voorste leden staan de bladeren digt en troupsgewys by malkander, een schaft breed en gegeut, dog de droge rollen t'zamen, en eindigen in een styve lange spits. De windbollen komen voort tussen de voorste bladeren, dewelke van zeven tot dertien duimen lang zyn. De bollen zyn grooter dan die van Batavia, want daar wassen borstels aan, die wel tien of elf duimen lang waren, agter niet dikker dan bindgaarn, en vooren als een peertshair gekerteld, en heel ruig, als men 't agterwaarts strykt, regt gelyk aan den schadelyken zeeappel* Echinometra setosa.

De steelen zyn zoo taai, dat ze onverbrekelyk zyn, maar de geheele plant is niet speceryagtig. Men vint het op onbewoonde en zandige stranden van Java en Sumatra, namentlyk omtrent Jambe, hebbende overal geen gebruik dan tot het bovenstaande kortswyl, en in de worteltjes is een scherpigheid, dewelke eenigzints in de tonge byt. Op de zandige stranden van Ceylon is 't mede bekent, dog al grooter dan 't Amboinse, en tot dezelfde kortswyl dienende.

De Tweede Plaat

Vertoont in de *Eerste Figuur* de *lange Cyperus*.

De Tweede Figuur wyst aan de *Strand Cyperus* met een *stekelig hooft*. Het welk overeenkomt met de Ily Mullu van de *Hortus Malab. part.* 12. *Tab.* 75. en is mogelyk het Dictacophoron-gras, met een dikke gekamde helm van het *Muf. Zeyl. pag.* 25. en *Thef. Zeyl. pag.* 107.

Fig. 2.
Fig. 1.

CAPUT TERTIUM.

Cyperus dulcis. Teker.

Inter Cyperi species hæc quoque numeratur, in Amboina exotica, & ex Maccassara delata, ubi in Oryzæ campis aliisque paludosis crescit locis.

Peculiare gerit folium, ab aliis graminis speciebus multum diversum, longum nempe, rotundum, & concavum, illi Cæpæ simile, tres quatuorque pedes altum, ultra Anserinam pennam crassum, externe subtiliter striatum, superius in obtusum desinens apicem, ubi & trigonum est.

Interne non penitus cancavum est, sed innumeris valvulis in varias distinctum cellulas, quæ vacuæ potissimum sunt. Talia folia plurima simul conlecta sunt fasciculata, cuncta erecta, sed non firma, facile enim franguntur, si inflectantur, non omnino, sed complicantur quasi, suntque porro insipida & inodora.

Radix ex multis componitur fibris, in molli solo transversaliter decurrentibus, quæ hic & illic novos emittunt foliorum fasciculos instar alius Cyperi. Hisce fibrillis bulbi adpendent, magnitudinem habentes globulorum lusoriorum vel sclopeti, ex rotundo gibbi, obliqui, aliisque minoribus globulis aucti, qui parvas & raras emittunt fibrillas; Illi externe colorem habent soli, in quo crescunt, interne albicantes sunt, duri, & sicci, instar glandium terræ, saporis fatui, qui vero in siccatis dulcis est cum levi adstrictione. Sponte crescit in paludosis Oryzæ campis, aliisque humilibus & humidis locis, per globulos plantari & propagari potest, atque post sex mensium spatium effodi ad latera fasciculorum foliosorum, qui relinquuntur, fibrillæque deteguntur, uti Patattæ effodiuntur.

Nomen. Latine *Cyperus dulcis.* Malaice & Macassarice *Ruku teker*, & solummodo *Teker*; Portugallice *Gote kelingan*, & *Gote klingan*, quod nomen quoque gerit *Daun labrang*, præcedenti libro descriptum.

Locus. Copiose crescit in Zeylana & Java, Baleya, & Macassara, in Orientalibus insulis ignota est hæc planta; sed ex Macassara delatæ plantulæ ad fluvium elaphantem plantavi, ubi progerminarunt.

Usus. Bulbi ex fibrillis dependentes depurantur & in usum servantur, raro crudi eduntur, nisi ad sitim sedandam, sed in aqua parum ebulliuntur & eduntur. Plurimi supra Paparras seu mattas siccantur, sique edere eos velimus, prius per horam in aqua macerantur, ac dein coquuntur, magis autem ad recreationem eduntur, quam ad stomachum replendum, ac potissimum ad potum Thee, alii eos parum torrent in sartagine.

Lentam requirunt masticationem ob duram ipsorum substantiam, exterior quoque deglubitur cortex, dein parum contunduntur, & vasculo, in quo Thee infunditur, induntur, quibus aqua tepida adfunditur, acsi potus Thee esset, qui tum sorbillatur uti potus Coffee.

Potatur a febricitantibus, aliisque hominibus, quibus potus Thee vetitus est, hæc planta videtur convenire cum illa, quæ in Europæis libris *Dulci chinum*, ejusque radices *Trasi Tragi*, & *Trasci* vocantur.

Dodonæus libr. 11. *cap.* 15. dicit plurimum crescere circa Veronam, & ad flumen Athesim, alii hanc habent pro *Cypero dulci Theophrasti* libr. 6. vel pro ejus *Malinathalla*, de qua vide *Clusium* in adnotationibus suis ad *Bellonium libr.* 2. *cap.* 40. ubi dicit, in Hispania circa Valentiam vocari *Juncia avellanada;* Europæum *Dulci chinum* describitur folium gerere acuto dorso instructum, & culmum trigonum, qui flores ac semina profert instar Cyperi, quæ omnia in Indico non observantur, sed usu inter sese conveniunt.

Habel zelin Zerapionis & Avicennæ pro eadem habetur planta, quæ in Barbaria crescit in Malta & Sicilia, ubi *Chabazizi* vocatur. *Rauwolfius* in *Itinerario* suo, *libr.* 1. *cap.* 4. scribit, Tripolis vendi in officinis ex Aegypto deductum, & ab incolis edi, a quibus *Habel assis*, sive *Altsis* vocatur.

In

DERDE HOOFDSTUK.

De zoete Cyperus.

Onder de zoorten van Cyperus komt deze mede, in Amboina uitlants, en ingebragt van Macassar, daar zy in de Rystvelden, en andere moerassige plaatsen groeit.

Hy heeft een byzonder blad, van andere grasen veel verschillende, te weten lang, ront, en hol, het Ajuinloof gelyk, drie en vier voeten lang, ruim een gansenschaft dik, van buiten fyn gestreept, boven met een stompe spits, daar het wat driekantig is.

Binnen is het niet doorgaans hol, maar met ontelbare scheidvellekens in verscheide cellekens verdeelt, dewelke voor 't meeste ydel zyn. Zulke bladeren staan veele by malkanderen in bossen, alle overeind, dog niet styf, want zy breken ligt, als men ze buigt, niet kort af, maar vouwen slegts, voorts zonder smaak en reuk.

De wortel bestaat uit veele vezelen, in de weeke gront dwers loopende, hier en daar nieuwe bossen bladeren uitgevende, gelyk andere Cyperus. Aan deze vezelen vindt men knobbelen hangen in de grootte van knikkers en musquetkogels, uit den ronden bultig scheef, en met kleinder knobbelen bezet, aan dewelke weinige en kleine vezeltjens hangen: Buiten hebben ze de koleur van de gront, daar ze wassen, binnen witagtig, hard en droog gelyk aardakers, laf van smaak, maar aan de gedroogden zoet met een kleine adstrictie. Het groeit van zelfs in de moerassige rystvelden, en andere lage en vogtige plaatsen: men kan het ook met de knobbels planten, en na zes maanden uitgraven, ter zyde van de bossen bladeren, dewelke men staan laat, en de vezels vervolgt, gelyk men de Patattas uitgraaft.

Naam. *In 't Latyn* Cyperus dulcis; *op 't Maleits en Macassaars* Ruku teker, *en slegts* Teker; *in 't Portugees* Gote kelingan, *en* Gote klingan; *welke naam ook draagt het* Daun labrang, *in 't voorgaande boek beschreven.*

Plaats. *Men vindt het overvloedig op Ceylon en Java, Bali, en Macassar: in deze Oosterse Eilanden is het onbekent. De plantjes van Macasser gebragt, heb ik aan de Rivier den Olyphant doen opkomen.*

Gebruik. *De knobbelen aan de vezelen hangende, werden van dezelve gezuivert, en bewaart: men eet ze zelden raauw, dan om den dorst te verslaan; maar zy werden in wat water opgezoden, en dan gegeten. De meeste werden op Paparren gedroogt, en als men ze nuttigen wil, eerst een uur in water geweekt, en dan opgezoden; en meer uit pleizier gegeten, dan om den buik te vullen, en gemeenlyk by den Theebak; andere roosten ze eerst wat in een pan.*

Zy vereissen een langzaam kaauwen wegens hare harde substantie, men schilt ook de buitenste ruigte af, stoot ze klein, en doet ze in een theepotje, en giet warm water daar op, als of het Thee was, 't welk men dan drinkt gelyk Coffy of Bonesop.

Het wert gedronken by koortsige menschen, en andere, die den Thee verboden is. Dit gewas schynt overeen te komen met 't geen in de Europise Kruidboeken Dulci chinum, *en zyne wortelen* Trasi tragi *en* Trasci *genoemt werden.*

Dodonæus libr. 11. cap. 15. *zegt, veel groeijen 'er omtrent Verona en langs de rivier Athesis; andere houden 't voor* Cyperus dulcis *van* Theophrastus, *Lib.* 6. *of voor deszelfs* Malinathalla, *waar van ziet* Clusius *in zyne Aanteekeningen over* Bellonium libr. 2. cap. 40. *alwaar hy zegt, dat het in Spanjen omtrent Valentia hiet* Juncia avellanada. *Het Europise* Dulci chinum *werd beschreven met een scherpe rugge aan 't blad, een driekantige steel, die bloeizel en zaden draagt gelyk de Cyperus, al 't welke men aan 't Indise niet ziet, maar in 't gebruik komen ze overeen.*

Habel zelin *van Zerapio en Avicenna wert voor 't zelve gehouden, groejende in Barbaryen, in Malta en Sicilien, alwaar 't* Chabazizi *genaamt wert:* Rauwolfius *in zyn* Reisboek libr. 1. cap. 4. *schryft, dat het ook te Tripolis in de winkels verkogt wert: uit Egipten gebragt zynde wert het van de Inwoonders gegeten, zynde by hunlieden genaamt* Habel assis, *ofte* Altsis.

Op

In Macaſſara teneri & pingues culmi, qui in Oryzæ campis primo pluvioſo menſe magna propullulant copia, abſcinduntur, quorum exterior viridis deglubitur pellis, internaque alba & mollis medulla editur, quæ dulcem præbet ſaporem.

Anno 1691 hoc Teker læte luxurians mihi ex Macaſſara delatum fuit, quod tali modo obſervavi, quum juſtam adquiſiverit magnitudinem, folia gerens ac fructus, tum nulli ad radices inveniuntur bulbi, ſed modo quum illi emarcidi ſunt. Vetuſta folia in binos tresve articulos diſtincta ſunt, ſuperiorque potiſſimum abruptus videtur, qui late quoque diſtant, foliaque binos cum dimidio ac tres pedes longa ſunt. Fructus peculiaribus inſident petiolis, quidam transverſalem palmam, alii binos pedes ſupra radicem progerminant, referuntque fruſtulum Siriboæ, vel Acori fructum, ſed minores ſunt & planiores, digiti articulum longi, ex vagina ortum ducentes, cujus ſuperflua pars ſub iis dependet, ſuntque externe granuloſi, & muſcoſi quaſi, acſi florerent. Javani illud vocant *Tiker*, ubi & in paludoſis quoque creſcit campis.

Tabula Tertia

Ad *Figuram primam Cyperum* exhibet *dulcem*.
Figura Secunda Gramen denotat *Capitatum*.

OBSERVATIO.

Hic *Cyperus dulcis* cum illo videtur convenire, qui Cyperus dulcis rotundus, eſculentus, *Traſi* dulce vocatus dicitur a *Parkins*, *Th. Bot. pag.* 146. & Cyperus rotundus eſculentus anguſtifolius *C. B. Pin.* & Traſi *J. B.* &c.

Gramen vero *capitatum Cap.* 4. deſcriptum eſt Rottinga *H. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 52. & Gramen Cyperoides minus, ſpica compacta ſubrotunda, viridi, radice odorata *Sloan. Cat. p.* 36. & *Tom.* 1. *Tab.* 78. *Fig.* 2. vide & *Theſ. Zeyl. pag.* 107.

Op Macaſſer werden de jonge en vette halmen, dewelke in de ryſtvelden by den eerſten regenmaand in menigten uitſpruiten, afgeſneden, en de buitenſte groene huit afgeſchilt zynde, het witte en malſe pit daar uit gegeten, 't welk zoet van ſmaak is.

In 't jaar 1691 *is my dit Teker in zyn volle wasdom van Macaſſer gebragt, en aldus bevonden; als hy zyn volle wasdom heeft van bladeren en vrugten, dan vind men geen knobbelen aan de wortelen, maar wel als dezelve vergaan zyn. De oude bladeren zyn in twee of drie leden verdeelt, en 't bovenſte is meeſt afgebroken, ſtaande wyd van malkander, de bladeren zyn twee en een half en drie voeten lang. De vrugten komen op byzondere ſteelen voort, zommige een dwersband, zommige twee voeten boven de wortel. Zy gelyken een ſtukje Siriboa, of de vrugten van Acorus, dog kleinder en platter; een lid van een vinger lang, uit een hooſe of ſchede voortkomende, waar van 't reſtantje agter aan hangt, van buiten korrelig en behangen met iets mosagtigs als of 't bloeiſel was. De Javanen noemen 't* Tiker, *alwaar 't mede in de moeraſſige velden groeit.*

De Derde Plaat

Wyſt aan in de *EerſteFiguur* de *zoete Cyperus*.
De Tweede Figuur vertoont het *gehoofde Gras*.

AANMERKING.

Deze *zoete Cyperus* ſchynt met die overeen te komen, welke de zoete, ronde, en eetbare Cyperus genaamt wert: *Traſi* geheten by *Parkins*, *Th. Botan. pag.* 146. en ronde eetbare ſmalbladige van *C. B. Pin.* & Traſi van *J. Bauh.* &c.

Dog het gehoofde gras in het vierde Capittel beſchreven, is de Rottinga van de *H. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 52. En het kleine gras na de Cyperus gelykende, met een gedronge ronde groene helm, en welriekende wortel van *Sloan. Cat. p.* 36. & *Tom.* 1. *Tab.* 78. *Fig.* 2. ziet ook de *Theſ. Zeyl. pag.* 107.

CAPUT QUARTUM.

Gramen capitatum. Tabaliſſa.

HÆc planta Cypero etiam adfinis videtur, cujus formam quoque imitatur, folia ſaltem ejusdem ſunt formæ, ſuperius nempe triſulcata, & inferius dorſo acuto notata, ſunt autem longiora & ad tactum acutiora, ac quodammodo ſcindentia, ſi retro fricentur, in locis cultis & humidis ultra pedis longitudinem obtinent, cæterum humilis eſt plantula.

Culmus ſesquipedem altus eſt, immo altior, tenuis, trigonus, & junceus uti in *Cypero florido*. Vertici tria quoque inſident folia in triangulo poſita, longiora quam in iſto Cypero, quæ loco umbellæ ſpicatæ in centro capitulum gerunt rotundum, magnitudine ſemi perfecti Fragi, quod componitur ex albis & compactis ſquamulis, quæ tandem pallide fuſcæ ſunt, ac decidunt, lanuginoſum continentes ſemen.

Radix fibroſa eſt, ex tenuibus compoſita fibrillis, plerumque inodora, ſeu parum ad illum *Cyperi floridi* odorem adcedens. Folia altiorem culmum formant illo *Cyperi floridi*, atque tam in peculiaribus locantur faſciculis quam illa culmi frugiferi, quæ ad oras acutiora ſunt illis *Cyperi*, ipſorumque ſapor gramineus non tam dulcis eſt, unde & a pecoribus non ita expetuntur.

Nomen. Latine *Gramen capitatum*; Malaice *Tabaliſſa*; h. e. inquietum inſtar hominis ægroti, quod denotatur per tria iſta folia in triangulo poſita.

Quidam hoc vocant *Tabaliſſam feminam*, ac præcedentem *Cyperum floridum*, *Tabaliſſam marem*. Ternatice *Tola topolo*, h. e. detruncare caput. Amboinice *Paya matta*, h. e. Malaice *Rompot matta ican*; Latine *Gramen paronychiale*, a ſubſequenti ejus uſu; Belgice *Knopgras*.

Locus. Ubique creſcit in areis & hortis, in relictis arvis, eſtque tanquam Zizania. Quod in plateis provenit, humile & gracile eſt, ejusque capitula haud Piſo majora ſunt.

Uſus.

VIERDE HOOFDSTUK.

Het gehoofde Gras.

D*It gras wil mede uit de maagſchap van Cyperus zyn, wiens gedaante het ook zeer nabootſt, immers de bladeren zyn van de zelfde fatzoen, te weten boven met een driekantige voore, en beneden met een ſcherpe rugge, dog zy zyn langer en ſcherper in 't aantaſten, eenigzints ſnydende als men ze agterwaarts ſtrykt, op geboude en vogtige plaatzen werden ze boven een voet lang, anders blyft het een laag kruitje.*

De ſteel is anderhalf voet hoog en meer, dun, driekant, en biesagtig gelyk aan Cyperus floridus. *Op den top ſtaan insgelyks drie bladeren in een drieboek, langer dan aan 't voornoemde Cyperus. In plaats van de geairde dollen hebben ze in de midden een ront knopje in de grootte van een halfwaſſen Aardbeſie, van witte en in een gedronge ſchubbekens gemaakt, die ten laatſten ligt bruin werden, en allegaar afvallen, met zig nemende een wolagtig zaat.*

De wortel is hairig, uit dunne vazelingen gemaakt, meeſt zonder reuk, of een weinig na die van Cyperus floridus *riekende. De bladeren formeren een hogeren ſteel, dan de* Cyperus floridus, *en ſtaan zoo wel in byzondere vergaderingen als aan den vrugtdragenden ſteel, dewelke ſcherper van kanten is dan aan de* Cyperus, *en zyn gras is zoo zoet niet, daarom het van de beeſten niet veel gezogt wert.*

Naam. *In 't Latyn* Gramen capitatum; *in 't Maleits* Tabaliſſa; *dat is ongeruſtig of woelende, gelyk een ziek menſch, 't welk beduit wert door de drie bladeren, die van malkander in een drieſpronk afwyken.*

Zommige noemen dit Tabaliſſa, *het* wyfken, *en de voornoemde* Cyperus floridus, Tabaliſſa het manneken. *In 't Ternaties* Tola topolo, *dat is 't hoofd afhouwen; in 't Amboins* Paya matta, *dat is in 't Maleits* Rompot matta ican; *in 't Latyn* Gramen paronychiale, *van zyn volgende gebruik; op 't Duitſch* Knopgras.

Plaats. *Het waſt overal in de erven en tuinen op verlatene bedden, werdende voor een onkruit gehouden: 't geene op de ſtraten waſt, blyft laag en mager, en zyne knoppen zyn niet grooter dan een erwete.*

Ge-

Fig. 2.
Fig. 1.

Usus. Alba hujus graminis capitula formam gerunt purulenti oculi in Paronychia, unde homines quam maxime inquieti sunt, per quem characterem incolæ edocti fuere, specificum esse remedium contra hoc malum, quem in finem ista sumuntur capitula, quæ cum pauxillo Curcumæ conteruntur, & supra ignem parum elixantur in folio Siri Boppar, istaque unguis malo adplicantur. Alii ista conterunt capitula cum Canario, quæ supra ignem calefacta isti adplicantur parti.

In Malayensi Grammatica hæc herba seu potius ejus culmus barbatus alicui missus denotat, personam, quæ hunc mittit, esse inquietam, & nesciam quid factura sit.

Hæ radices vel solæ, vel cum illis subsequentis *Graminis vaccini*, parum contusæ, aquæ incoctæ, & propinatæ, Dysenteriam aliasque sistunt Diarrhæas.

Contra hosce morbos radix hæc cruda quoque editur cum Pinanga, sed potissimum in pueris adhibetur.

Gebruik. *De witte hoofdekens van dit gras hebben de beeldtenis van het etterige hoofd of ooge aan 't nagelgezweer Paronychia, 't welk de menschen dapper onrustig maakt, door welk carakter de Inlanders geleert hebben, dat het een toegeëigent geneesmiddel is tegens 't zelve accident: men neemt de voornoemde hoofdekens, wryft die met een weinig Curcuma, braadt ze over 't vuur in een blad van Siri Boppar, en bind het op het nagelgezweer. Andere wryven dezelfde hoofdekens met Canary, maken 't warm over 't vuur, en binden 't daar om.*

In de Maleitse Letterkonst wil dit kruid of eigentlyk den gebaarden steel aan iemant gezonden, zeggen, dat den zendende persoon ongerustig is, en in zorge staat, niet wetende wat hy doen zal.

Deze wortelen alleen, of met de wortels van 't volgende Gramen vaccinum *een weinig gekneust, in water gekookt, en gedronken, stoppen den rooden en andere buiklopen.*

Tegens dezelfste gebreken eten ze deze wortel ook rauw met Pinang, dog het word meest aan de kinderen gebruikt.

CAPUT QUINTUM.

Gramen vaccinum, aliaque Gramina. Rompot carbou.

Hoc est *Gramen supinum* & *Geniculatum*, non quia juxta solum prorepit, sed quum senioribus cauliculis & culmis terræ incumbit, plurimi enim simul ex una propullulant radice, inferius angustati, superius lati, acsi compressi essent, atque hic & illic bifidi, quorum inferiores & vetustissimi terræ plane incumbunt, acsi ipsi adglutinati essent, qui lentissimi sunt, ac fere disrumpi nequeunt, ipsorum summum in multa distinguitur folia, vulgari gramini similia, glabra, complicata, ad summum palmam vel spithamam longa, plurima autem breviora sunt. Culmi foliis ita obsessi sunt, ut fere dignosci nequeant, attamen in genicula distincta sunt, juncei, & graminei saporis.

Exterior culmus parum erigitur, estque rotundus & tenuis instar fili veli navigii, atque in vertice quatuor sustinet spicas, non transversaliter extensas, sed parum obliquas, & quinta aliquando parum inferior est, reliquæ binos digiti articulos longæ sunt, non latæ, sed auctæ binis ordinibus rugosarum & pallide virentium cellularum seu squamarum, deorsum sese aperientium, ac tenue quoddam semen continentium.

Radix magna est congeries subtilium fibrillarum, quæ firmissime terræ inhærent, ita ut non nisi vi evelli possint. Teneræ plantæ potissimum erectæ sunt, sed vetustæ undique circa radicem extensæ decumbunt, atque in medio patinam quasi formant, seu plagam nudam, quæ ex albicantibus formatur culmis.

Nomen. Gramen vaccinum, juxta Malaiense *Rompot carbou*, h. e. Vaccæ *Gramen*, item *Rompot cras*, h. e. *Gramen tenax*, juxta Amboinense *Hobotu aman*. Ternatice *Fartago* & *Fortago*; Balice *Padangh bilulangh* seu *Balulangh*, quum duritiem habeat pellis Vaccæ.

Locus. Molesta sunt Zizania in areis undique circa ædes, ut & in areis hortorum, ubi per semina quam maxime multiplicatur, ita ut intra breve temporis spatium ingentem obcupet locum.

Quum senior facta sit hæc planta, difficile cum radicibus evelli potest, culmique prius diffringuntur, quam quod radices extrahantur, unde effodere eas oportet, solum amat argillosum durasque vias.

Usus. Vaccæ hoc depascunt in viis & plateis, quamdiu tenerum est, vetustum enim a cunctis spernitur animalibus & jumentis. Radix cum Calappi rasura mixta, vel sola in aqua contrita, capiti inlinita, ita ut per aliquod tempus adhæreat, dein abluta aqua, cui eadem incocta fuit radix, capillorum profluvium inpedit, efficitque, ut denuo excrescant.

Capilli autem inde duri, crassi, & circinnati sunt, unde dein cum rasura Calappi, vel aliis mollibus foliis, uti illis Convolvuli minoris abluendi sunt.

Hujus radicis decoctum, sive solum, sive cum illa *Tabalissæ* coctum & propinatum quasvis sistit Diarrhæas; in Malaiensi Grammatica ramulus hujus plantæ missus denotat illum, qui hunc mittit, propositi tenacem esse, uti amator in amoribus.

VYFDE HOOFDSTUK.

Het Koei-gras, en andere zoorten van Gras.

Dit *is een* Gramen supinum *en* Geniculatum, *niet om dat het langs de aarde kruipt, maar om dat het met zyn oudste steelen plat op de aarde legt, want 'er komen veele uit eene wortel, beneden smal, maar boven breed, als gedrukt, en hier en daar in tween zig verdeelende, waar van de onderste en oudste plat ter aarde leggen, als of ze daar aan geplakt waren, zeer taai en schier onverbreekelyk: haar voorste verdeelt zig in veele bladeren, die van een gemene gras-fatzoen zyn, glad, en te zamen gevouwen; op 't meeste een hand of span lang, maar de meeste korter. De steelen zyn zoodanig met bladeren bezet, dat men ze niet wel bekennen kan, en egter in leden verdeelt, binnen biesig, en grasagtig van smaak.*

De uiterste steel staat wat overeind, ront en dun als een zeilgaarn, dragende op zyn top vier aairen, niet dwers uitgebreid, maar wat schuins staande, en zomtyts de vyfde wat beneden: de andere twee leden van een vinger lang, niet breed, bezet met twee rygen, ruige en bleekgroene huisjens of schubben, naar onderen hun openende, en inhoudende eenig fyn zaat.

De wortel is een groote bosse van fyne vazelingen, zeer vast in de aarde houdende, zoo dat men ze niet dan met geweld uittrekken kan. De jonge struiken staan meest overeind, maar de ouden leggen rontom de wortel uitgebreid, en formeeren in de midden schier een schotelken, of kalen plek van de witagtige steelen gemaakt.

Naam. Gramen vaccinum; *na 't Maleits* Rompot carbou, *dat is koeigras, item* Rompot cras, *dat is hardhoudent gras; na 't Amboinse* Hohotu aman; *in 't Ternataans* Fartago *en* Fortago; *op Baleyts* Padangh bilulangh, *of* Balulangh, *om dat het zoo hard van gewas is als een koeihuid.*

Plaats. *Het is een moejelyk onkruid in de erven rontom de huizen, en op de paden in de tuinen, daar het zig met zyn zaat zeer vermenigvuldigt, en in korten tyd een groote plaats beslaat.*

Als het oud geworden is, laat het zig moejelyk uittrekken met de wortelen, en de steelen breeken eer af, dan men die wortelen uitkrygt, dies men ze uitgraven moet; het bemind een kleyagtige grond en harde wegen.

Gebruik. *De Koebeesten weiden dat af langs de straten en wegen, zoo lang het jong is, want het oude wert van alle beesten veragt. De wortel met Calappus-raspel of slegts in enkel water gewreven, op 't hooft gesmeert, en een tyd lang daar op gelaten, daar na gewassen met 't water, daar in dezelve wortelen gekookt zyn, belet het uitvallen van 't hair, en doet het zelve wassen.*

Dog het hair wert hier van wat grof, hard, en gekrult, dies men 't daar na met Calappus-raspel, of andere weeke bladeren, als die van Convolvulus minor *moet afwassen.*

Het afziedzel van de wortel, het zy alleen, of met die van Tabalissa *gekookt, en gedronken, stopt alderhande buikloopen. In de Maleitse Letterkonst een takje van dit gras gezonden, beduid dat den zender standvastig by zyn voornemen wil blyven, gelyk de minnaar in 't minnen.*

Præcedens vulgare *Rompot carbou* femina habetur, cujus mas est similis planta in agris crescens, nec ita extensa, sed solummodo binis tribusve inferioribus geniculis terræ incumbens, ac subsequentibus sese sensim erigens articulis ad altitudinem binarum triumve spithamarum.

Folia ejus magis quoque extensa sunt quam præcedentis, vulgarisque formæ. In vertice atque hic & illic ex foliorum alis corymbus excrescit ex septem, octo, & decem spicis compositus, quæ inferius tribus insident cauliculis instar fulcri. Hæ spicæ primo virides sunt, dein fuscæ, omnino granulosæ instar seminis Phalaris, sed quod multo minus est, abscondunt que pusilllum fuscum semen instar Milii.

Cauliculi, quibus folia insident, ex rotundo plani seu compressi sunt; Ternatenses illud vocant *Fartago lacki lacki.*

Goddam Frumentum est, horum graminum formam præ se ferens, non procumbens, sed erectum, quatuor pedes altum: Ejus folium cum illo *Rompot carbou* convenit, sed superius in vertice culmi quatuor producunt spicas, transversaliter cruciatas, uti in subsequente *Gramine repente*, quæ componuntur ex compactis & squamosis cellulis, per binos ordines dispositis. In hisce pusillum reconditur semen instar Panici minoris, quod duplex est, album & nigrum, juxta binas species.

In Baleya & Java hoc frumentum plantatur ad oras camporum, qui Oryza conseruntur.

Cum ejus gramine pecudes aluntur, maturumque semen cibo inservit, in pultem enim coquitur & editur instar Panici, quo & aviculæ etiam aluntur. In Cormandelæ ora, aliisque Indostanæ regionibus hoc semen *Natsjoni* vocatur, & ad cibum adhibetur, quod tamen nomen proprie *Panico* convenit.

Bontius lib. 6. *cap.* 52. ex *Prospero Alpino lib.* 1. *cap.* 40. de plantis *Ægyptiacis* hoc vocat *Gramen cruciatum*, ejusque decoctum laudat contra *Dysuriam*, *Stranguriam*, *Renum* & *vesicæ dolores* & *ulcera*, item ad excitandos fluxus muliebres; viditque Javæ non tantum quatuor, sed sex immo octo producere spicas, uti hic aliquando quinque profert.

Het voorgaande gemene Rompot carbou, *houd men voor 't wyfken; het manneken daar van is een diergelyk gras, meer in 't velt wassende, zoo zeer niet uitgebreid, maar alleen met de twee of drie onderste leden, op de aarde bukkende, en met de volgende knien zig allenkskens opregtende tot de hoogte van twee of drie spannen.*

De bladeren zyn meer uitgebreid als aan 't vorige, van gemene gras fatsoen. Op den top en hier en daar uit den schoot der bladeren komt een tros voort van seven, agt, en tien aairen gemaakt, die echter beneden op drie steelen als voetjes vergadert zyn. Deze aairen zyn eerst groen, daar na bruinagtig, gants korlig als Phalaris of Canarizaat, dog veel kleinder, en verbergen een klein bruinagtig zaat als Hirse.

De steelen, daar de bladeren aan staan, zyn uit den ronden, mede plat of gedrukt. De Ternatanen noemen 't Fartago lacki lacki.

Goddam *is een koorn van fatzoen als deze grazen, niet leggende, maar overeind staande, vier voeten hoog: het blad gelykt dat van* Rompot carbou, *maar boven den top dragen de steelen vier aairen, regt over dwers in een kruis staande, gelyk aan 't volgende* Gramen repens, *gemaakt van digte, en in een gedrongen schubagtige huiskens, in twee rygen staande. Hier in schuilt klein zaat als klein Panicum van tweederlei couleur, wit en zwart, na zyn twee zoorten.*

Op Baly en Java werd dit koorn geplant, aan de kanten van de Rystvelden.

Met het groene gras voeden ze de beesten, en 't rype zaat dient tot de kost: want het werd tot brey gekookt, en gegeten als Panicum, en om kleine vogeltjes te voeden. Op de Kusten Cormandel en in de andere landen van den Indostan werd dit zaat Natsjoni *genoemt, en mede tot de kost gebruikt; welke naam egter het* Panicum *eigentlyk toekomt.*

Bontius libr. 6. cap. 52. *noemt het uit* Prosper Alpinus libr. 1. cap. 40. de plantis Ægyptiacis gramen cruciatum, *en roemt zyn* Decoctum *tegens de brand pis en koude pis, als mede tegens de pyne van nieren en blazen, en derzelver zweeren, ook om de maandstonden der vrouwen te verwekken. Hy heeft het op Java niet alleen met vier, maar ook met ses en agt aairen gezien, gelyk het hier zomtyts met vyven is.*

Tabula Quarta

Ad *Figuram primam Gramen* exhibet *vaccinum*, quod *femina* vulgo dicitur.
Figura Secunda ejus *marem quinque spicis* ornatum repræsentat.
Figura Tertia Gramen Fumi exhibet.

De Vierde Plaat

Vertoont in de *Eerste Figuur* het *Koeyengras*, het geen het Wyfje doorgaans genaamt wert.
De *Tweede Figuur* verbeelt het Mannetje daar van, met vyf aairen verçiert.
De *Derde Figuur* vertoont het *Rookgras.*

OBSERVATIO.

Binæ hæ species ad illud gramen pertinent, quod gramen crucis ab *Alpino* de *plant. Ægypt. pag.* 121. vocatur, cujus Figura cum nostra omnino convenit, estque Gramen Dactylon spicis brevibus crassis plerumque quatuor cruciformiter dispositis *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 33. & Gramen Javanicum cruciatum *Bontii p.* 148. & Cavara Pullu *H. Malab. p.* 12. *Tab.* 69. *p.* 131. & Gramen cruciatum Zeylanicum *Thes. Zeyl. p.* 106. &c.

AANMERKING.

Deze twee zoorten behoren tot dat gras, het welk het kruisgras van *Alpinus* over de Egyptische planten *pag.* 121. genaamt wert, welke figuur met de onze geheel overeenkomt, en is het Dactylon-gras met korte dikke en doorgaans vier gekruiste aairen van *Sloan. Cat. pl. Jam. p.* 33. en het gekruist Javaanse gras van *Bontius pag.* 148. en Cavara Pullu van de *Hort. Malab.* 12. *Deel, Tab.* 69. *p.* 131. en het Ceylonsche gekruist gras, *Thes. Zeyl. pag.* 106. &c.

Fig. 3.
Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT SEXTUM.

Gramen repens minus. Rompot majara.

Hæc repentis graminis species est, quinque enim sexve tenues & firmos ex una producit radice culmos, sese non erigentes, sed plane terræ incumbentes vel repentes, ad palmæ latitudinem ab ortu geniculum formantes, ubi fibrillas iterum emittunt, ac mox sese bifidunt, omnesque porro geniculati sunt, & radiculas terræ infigunt, ubi hanc tangunt, ac sursum alios iterum exhibent geniculatos culmos parum elevatos, quique ad quodvis geniculum simplex producunt folium vulgaris graminis formæ, sed non ultra extensum digitum longum, tenue, & ad tactum parum rugosum, saporis dulcis.

Culmus frugifer non crassior est filo velorum, in summo semper gerens quatuor spicas, transversaliter erectas & cruciatas, ultra digiti articulum longas, atque in binis ordinibus obsitas viridibus squamosisque cellulis, quæ majores sunt quam in præcedentibus, in quibus reconditur pusillum fuscumque semen.

Radix fibrillosa quoque est sed rara, ideoque facile eradicari potest, licet magnum obcupet locum, culmique instar retis dispersi & connexi sunt, ubique per fibrillas sese figentes.

Nomen. Latine *Gramen repens minus*, seu *Agrestis minor*; Malaice *Rompot majara*; Amboinice *Hutta ayan*, h. e. gramen repens, Ternatice *Saba saba*, quum ejus spicæ extensam referant palmam.

Locus. Circa sepes crescit & in umbrosis locis, sed potissimum in cultis vel desertis arvis.

Usus. Pabulum est equorum & pecudum. Culmus cum expansis spicis alicui missus denotat, illum, qui hunc mittit, aliquid petere, acsi quis extensam offerret palmam, ut aliquid accipiat.

Gramen caninum, seu *Rompot andjing*, huic quoque adfine est, atque gramen est culmum gerens tenuem & geniculatum, inferioribus geniculis terræ incumbens, dein sese erigit, tenuia gerens extensaque foliola.

Culmus superne profert binas angustas erectasque spicas, atque sub his tertia aliquando locatur ex similibus squamosis composita cellulis, instar binorum præcedentium graminum, sed cellulæ hæ subtiliores & angustiores sunt.

Radix tenuis est & vilis, crescitque inter gramen vaccinum & Teckee, quæ tria gramina canes edunt, ut vomitum caussent, quum alvi torminibus obnoxii sunt, quo curantur.

Gramen fumi, Malaice *Rompot assap*, Ternatice *Uccu manjossu*, species est vulgaris *Graminis venti*, quod est gramen pusillum, humile, tenues emittens cauliculos, non multum procumbentes, sed potissimum erectos, qui brevia gerunt extensaque foliola, intense virentia, & aliquando, si soli rite sunt exposita, vel in solo crescunt argilloso, rubentia vel fusca, extensam gerit spicam, instar caudæ vulpis, quæ ex tenuissimis cauliculis, ac superius ex squamosis componitur capitulis, ita ut potius fumum quam spicam mentiatur. In sterilibus crescit locis sub aliis graminibus in gracili solo, vel soli maxime exposito. Nullum ejus novi usum, nisi quod alicui mittatur tanquam obprobrium, aliquem in verbis esse inconstantem, talisque promissa tanquam fumum esse.

Campeu seu *Campee*, sic Bataviæ Portugallico vocabulo dictum, acsi dicerent *Polygonum aquaticum*, est gramen aquaticum repens, ad oras aquarum stagnantium & paludum obvium, flagellis suis tam aquæ quam terræ incumbens. Folia gerit longa graminea, instar subsequentis Hippogrostis, quæ rotundis, mollibus & concavis insident petiolis, nullum, quantum notum est, gerens florem vel semen. Mulierculæ Bataviæ multum hoc adhibent, tenerrimos fricantes culmos & folia, quibus caput inliniunt, ut crines excrescant densi & longi.

OBSERVATIO.

Gramen Fumi, idem est, quod gramen paniculatum, locustis tenuissimis subrotundis nobis dicitur in *Thes. Zeyl. pag.* 110. *Tab.* 47. *Fig.* 3. & Gramen paniculatum ex oris Malab. pannicula delicatiore *Plukn. Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 176.

CAPUT

SESDE HOOFDSTUK.

Het kleine kruipende Gras.

Dit is een zoorte van kweken-gras, want het geeft vyf of ses dunne styve steelen uit eene wortel, die zig niet opregten, maar alle plat ter aarden leggen of kruipen, een hand breed, van den oorsprong een knie makende, aldaar weder inwortelende, en zoo voorts in twee andere takken zig verspreidende, die alle met knien voortkomen, daar zy de aarde raken inwortelen, en dan opwaarts andere geleede steelen voortbrengen, die wat overeind staan, en aan yder knie een enkel blad hebben van gemeen grasfatsoen, dog niet boven een gestrekte vinger lang, dun, en wat ruig in 't aantasten, zoet van smaak.

De vrugtdragende steel is mede niet dikker dan zeilgaarn, op zyn top dragende altyd vier aairen, die regt overdwers, en in 't kruis uitgebreid staan, ruim een lid van een vinger lang, en in twee rygen bezet met groene schubagtige huiskens, grooter dan aan 't vorige, daar in een klein bruin zaat schuilt.

De wortel is mede vazelagtig, dog weinig, dierhalven ligt uit te trekken is, hoewel 't een groote plaats beslaat, en de steelen netsgewys door malkander loopen, overal met worteltjens zig vast makende.

Naam. *In 't Latyn* Gramen repens minus, *of* Agrestis minor; *in 't Maleits* Rompot majara; *in 't Amboins* Hutta ayan, *dat is kruipent gras; in 't Ternatis* Saha saha, *om dat zyn aairen een vlakke uitgerekte hand gelyken.*

Plaats. *Het wast omtrent de heggen en op schaduwagtige plaatsen, dog liefst op gebouwde en verlatene landen.*

Gebruik. *Het is een voeder voor paarden en koeibeesten. De steel met de uitgebreide aairen aan iemand gezonden, beduit dat den zender iets begeert, als of men een uitgebreide hand vertoonde om iets te ontfangen.*

Het Gramen caninum, Rompot andjing, *of hondegras, is ook van dit maagschap, een dunsteelig en geleed graasken, met de onderste leden op de aarden bukkende, daar na zig opregtende met dunne uitgebreide blaadjens.*

De steel draagt boven twee smalle overeind staande aairen, en daar agter zomtyts een derde van diergelyke schubagtige huiskens, gemaakt als de twee voorgaande, dog fynder en smalder.

De wortel is dun en gering, het wast onder 't koeigras en Teckee gemengt, welke drie grasen de honden eeten, om door 't braken hun te geneezen, als ze buikpyn hebben.

Gramen fumi, *op 't Maleits* Rompot assap, *in 't Ternataans* Uccu manjossu, *is een zoorte van 't gemeen* Gramen venti, *of windhalm, een dunsteelig en laag grasken, niet veel leggende, maar meest overeind staande, met korte en uitgebreide blaadjens, die hoog groen zyn, en zomtyts als ze wel ter zonne, en op een kleigrond staan, rood of bruin; het draagt een uitgebreide aaire als een vossestaart, van zeer fyne steeltjens, en voor aan schubagtige knopjens gemaakt, zoo dat het eer rook dan een aaire schynt. Het wast op dorre plaatsen, onder ander laag gras in een magere gront, of die veel zonne heeft. Ik weet 'er geen gebruik van, als dat men 't aan malkander zend, om te verwyten, dat iemant ongestadig in zyn zeggen is, en dat zyne beloften maar wind zyn.*

Campeu *of* Campee, *aldus op Batavia in 't Portugees genaamt, als of zy zeiden* Polygonum aquaticum, *of waterweg-gras, is een kruipent watergras, aan de oevers van de staande wateren en moerassen gemeen, met zyn ranken zoo wel op 't water als op 't land zwervende. Het heeft lange gras-bladeren gelyk 't volgende Hippogrostis aan ronde weeke en holle steelen, zonder bekend bloeizel of zaat. De Vrouwen op Batavia gebruiken 't veel, de teerste steelen en bladeren vryvende en op 't hoofd smerende, om digt en lang hair te doen groejen.*

AANMERKING.

Dit *Rookgras*, is het zelfde, het geen gepluimt gras, met zeer dunne rondagtige schubbetjes, van ons genaamt wert in de *Thes. Zeyl. pag.* 110. *Tab.* 47. *Fig.* 3. en gepluimt gras uit de Malabaarsche Kust, met een subtile pluim van *Plukn. Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 2. & *Almag. pag.* 176.

 SE-

CAPUT SEPTIMUM.

Gramen supplex. Rompot subat.

Humile etiam ac parvum est gramen, tenues gerens geniculatosque cauliculos semi procumbentes ac semi erectos. Ex una radice varii excrescunt culmi, binis inferioribus articulis terræ incumbentes, subsequentibus sensim sese erigentes. Foliis obducti sunt, quæ inferiore dimidia sua parte tanquam vagina culmum pro parte ambiunt, ac sic simul alam aviculæ repræsentant, talesque alæ plures simul locantur, una ex radice provenientes.

Folia vulgaris sunt formæ, tenera, & flavescentia, ex binis constructa partibus, quarum summa pars palmam circiter longa vulgare est gramineum folium, inferior binos circiter articulos longa complicata est instar vaginæ, & culmum ambit pro parte. Unde & quodvis folium circa medium geniculum gerit, & vagina sua plane decumbit, acsi ala compressa esset, folia autem ipsa inregulariter extensa sunt.

Super folia tenuis decurrit cauliculus, ultra spithamam altus, atque in vertice gerit tres quatuorque angustas spicas ex densis & mollibus squamis compositas, oblique erectas. Radix vilis est & fibrosa, sed terræ firmiter inhærens.

Nomen. Latine *Gramen supplex*, juxta Malaiense *Rompot* seu *Daun subat*, h. e. folium supplex, ac sic Ternatice *Goffo suba*, Amboinice *Suba suba.*

Locus. Non multum obcurrit, nisi spontaneum circa montium pedes, vel ad colles ventosos, ubi loca sunt graminosa & argillosa.

Solo tali effossa hæc planta in hortis transplantari potest, ob elegantiam & subsequentem usum, cujus nullus alius innotuit nisi qui apud Malaienses & Ternatenses mulierculas valet in sua Grammatica, si enim alicui scribunt supplicatorium, ut condonationem quorundam vitiorum petant, quod nos multis literis & ceremoniis peragimus, solum hoc præstant missione ramuli hujus graminis, quod complicatis & compressis foliolis supplices repræsentat palmas illorum, qui veniam petunt.

Huc refero Amboinense gramen viarum, seu *Polygonum Amboinicum*, quod articulato suo & duro cauliculo juxta terram prorepit, ubique fibrillas emittens, ac sese figens, ita ut nullibi nisi breves adtollat cauliculos. Folia dense sibi incumbunt, vulgaris formæ, digiti articulum longa & instar arundinis striata, ex nigro virentia, & ad cauliculorum extremum convoluta in apicem. Nil nisi folia plerumque in hac conspiciuntur plantula, nisi in campo crescat, nec multum pedibus calcetur.

Tum ex foliolorum alis concavus excrescit flosculus crateriformis, & ad oras in apices distinctus, coloris obscure fusci, sique inter digitos comprimatur, lympha exstillat.

Nomen. Latine *Polygonum Amboinicum* & *Gramen roris*, juxta Malaiense *Rompot ombong*, h. e. *Gramen roris*, quum ros in ejus conspiciatur foliis fere usque ad meridiem, immo ipsis ferventibus diebus & sole splendente, sique non multum a sole tangatur, ros usque in vesperam adparet, uti & post solis occasum statim humidum est. Amboinice *Hutta tomar*, quum ejus foliola referant illa arundinis *Tomar*, quæ cæterum & *Boeloe swangi* vocatur.

Locus. Juxta vias & in campis crescit, ubi solum est planum ac durum, magnum obcupans locum, ubi tam intricate radices emittit, ut fere eradicari nequeat, licet iste locus circumvertatur, præsertim si radicularum ejus particulæ quædam remaneant, uti & tolerare valet calcinationem pedumque fricationes tam hominum quam animalium, sicuti in areis etiam prorepit ac luxuriose crescit, unde & symbolum est constantis laboris, qui cunctas superat res adversas.

Usus. Quamdiu ros huic incumbit gramini, h. e. usque ad meridiem vel horam decimam, hoc gramen quam avidissime depascitur, tam a majoribus quam minoribus pecudibus, quod detrimentum subsequentibus restituitur noctibus, ita ut cunctis alternis vel tribus regerminet diebus. In Grammatica symbolica denotat pertinax alicujus rei propositum tam in laboribus quam rebus adversis, quibus obluctari conamur.

Hujus

SEVENDE HOOFDSTUK.

Smeekent Gras.

Daar is nog een laag grasje met dunne en geleede steelen, half leggende en half overeind staande. Uit eene wortel schieten verscheide steelen, met de twee onderste knietjens op de aarde leggende, met de volgende allenkskens haar opregtende. Zy zyn met hunne bladeren bekleed, dewelke met haar onderste helft als met een schede den steel ten deele omvatten, en zoo t'zamen een wieke of vleugeltje van een vogel verbeelden, en zulker wieken staan veele by malkander, uit eene wortel.

De bladeren zyn van gemeene gras-fatzoen, teer, en geel-groen, uit twee deelen gemaakt, het opperste omtrent een hand lang, is een gemeen gras-blad; het onderste omtrent twee leeden lang, legt t'zamen gevouwen als een schede, en omvat den steel voor een gedeelte: waar door dan ieder blad omtrent in de midden een knietje heeft, en met hare scheden leggen ze plat, als of de wieke gedrukt was, maar de bladeren zelfs staan onordentelyk uitgebreid.

Boven de bladeren loopt het dunne steeltje voort, nog over een span hoog, en draagt op zyn top drie of vier smalle aairtjens van digte en zagte schubbekens gemaakt, schuins, ofte overeind staande. De wortel is gering en vezelig, dog vastboudende.

Naam. *In 't Latyn* Gramen supplex, *na 't Maleits* Rompot *of* Daun subat, *dat is smeekent blad, en zoo in 't Ternataans* Goffo suba, *op Amboina* Suba suba.

Plaats. *Het werd niet veel gevonden, en men moet het meest in 't wilt zoeken omtrent de voeten van de bergen of lugtige heuvelen, daar 't grassig is en een kleigront heeft.*

Met dezelve gront uitgegraven, laat het zig ook in de tuinen verplanten, wegens zyn fraajigheid, en het volgende gebruik; waar van anders geene bekent is, als die de Maleitse en Ternataanse vrouwen in hare Letterkunst hebben; want als zy een Request aan iemand willen schryven, en daar in vergiffenis van eenige fouten begeren, dat wy met veele letters en Complimenten moesten doen; konnen zy alleen verrigten met het zenden van een enkelt takje van dit gras, 't welk met zyn gevouwe en plat gedrukte blaadjes, gevouwe handen wil uitbeelden der geener, die om vergiffenis smeeken.

Hier onder breng ik het Amboinse Weggras Polygonum Amboinicum, *'t welk met zyn geleed en hart steeltje langs de aarde kruipt, over al vast wortelende, zoo dat het nergens dan met korte steeltjes verheven staat. De blaadjes staan digt op malkanderen, van gedaante als onze weggras, een lid van een vinger lang, en gestreept als riet, zwart-groen, en aan 't uitterste der steeltjes zamengerolt in een spitsken. Men ziet 'er zelden iets anders dan bladeren aan, ten ware dat het in 't velt staat, en niet veel getrapt werd.*

Daar ziet men uit den schoot der blaadjes een hol bloemiken voortkomen als een kelkje gefatsoeneert, en aan de kanten in spitsen verdeelt, donker-bruin van couleur, en als men 't tussen de vingers duwt, water uitgevende.

Naam. *In't Latyn* Polygonum Amboinicum, *en* Gramen roris, *na 't Maleits* Rompot ombong, *dat is Dauwgras, om dat men den dauw op deze bladeren ziet leggen schier tot aan den middag, zelfs by heete dagen en klare zonneschyn; en als het de zonne niet veel raakt, zoo blyft den dauw tot aan den avont daar op leggen, gelyk het ook ten eersten nat werd na zonnen ondergang. Op Amboin* Hutta tomar, *om dat zyn blaadjes gelyken na 't riet* Tomar, *anders* Boeloe swangi *genaamt.*

Plaats. *Het wast langs de wegen en in 't velt, daar een vlakke harde gront is, beslaande een groote plaats op zig zelven, daar het dan zoo hartnekkig inwortelt, dat men 't schier niet uitroejen kan, al word de plaats omgebakt, en maar eenige worteltjes in de aarde overblyven, gelyk 't ook verdragen kan het trappen en de scheuren der voeten van menschen en beesten, in 't midden van paden daar 't over heen loopt, en tegen aan groeit, zynde zoo een Symbolum van een standvastigen arbeidzaamheid, die alle tegenspoeden overwint.*

Gebruik. *Zoo lange den dauw op dit gras leid, dat is tot tegens den middag of tien uuren toe, werd dit gras zeer greetig afgeweid zoo van groot als klein vee, welk verlies de volgende nagten al weder vergoed werd, zoo dat zy alle twee of drie dagen daar konnen weiden. In de Letterkonst heet het een stantvaste vernedering, en een voornemen tegens allerbande tegenspoet te willen worstelen.*

Men

Hujus *Polygoni* litorea quædam obcurrit ſpecies, majora magisque flaveſcentia gerens folia, in litoribus prorepens arenoſis ſub fruticulis, cujus folia multo rugoſiora ſunt & articuli longiores, ſed nullius uſus.

Huc pertinet *Gramen anatum*, quod craſſam gerit congeriem intricatæ radicis fibroſæ, quæ terræ firmiter inhæret. Ejus cauliculi plures ſimul ex radicibus propullulant, & undique plane incumbunt terræ per ſtrata, acſi adglutinati forent. Ejus foliola ſunt uti in Polygono, ſeu paulo longiora. Si cauliculi geniculati ad ſemi pedis circiter diſtantiam proreпſerunt, iterum ſeſe erigunt ad ſemi pedis altitudinem, ac breves proferunt ſpicas, quæ in racemis diſpoſitæ ſunt, ac ſemen continent in anguloſis capſulis inſtar Sorgi, primo viridibus, dein fuſcis, quod ſemen albicat, ac maturum decidit, ſaporis dulcis graminei.

Hæc planta quam maxime frugifera eſt, plurimis gaudens ſpicis. Latine vocatur mihi *Gramen anatum*, Malaice *Rompot bebeck*. Baleyice *Padang buit buit*, in ſolo creſcit argilloſo, ac frequentiſſimum eſt ad oras camporum Oryzæ, ubi cænoſum eſt, ubi ejus ſemen in cæno decidens generat ſpeciem quandam minorum Limacum Baleice *Boeit boeit* dictorum. Anates quam avidiſſime hoc ſemen comedunt, quod in aqua ad ripas natantes deglutiunt.

Gramen ipſum a vaccis & equis depaſcitur, cultro etiam ex radice abſcinditur, & anatibus objicitur.

Men heeft nog een ſtrandzoorte van dit Polygonum, *met grooter en geel-groender bladeren, op zandige ſtranden onder groote ruigte lopende, welke bladeren veel ruiger en de leden langer zyn, voorts zonder gebruik.*

Hier toe behoort het Gramen anatum, *hebbende een digten klomp van een vazelagtige wortel, vaſt in de aarde houdende: zyne ſteelen komen veele uit de wortelen, leggen rontom plat ter aarde, met lagen boven malkander als of zy daar aan geplakt waren. De blaadjes zyn als aan Weggras of wat langer. Als de gekniede ſteeltjes een halve voet ver gekropen hebben, zoo regten ze haar op omtrent een halve voet, en dragen korte aairen, daar aan 't zaat zit druifsgewys, beſtaande in hoekige knopjes als hirſſe, eerſt groen, daar na bruin, daar in een witagtig zaat ſchuilt, ook als hirſſe, 't welk ryp zynde uitvalt, zoet en grasagtig van ſmaak.*

Dit gras is zeer vrugtbaar, en rontom vol van deze aairen. Het heet Gramen anatum, *in 't Maleits* Rompot bebeck, *in 't Baleits* Padang buit buit. *Het waſt op een kleiagtige gront, en veel aan de kanten van de ryſtvelden, daar 't modderig is, alwaar zyn zaat in den ſlyk vallende, genereert een ſlag kleine alykruiken; in 't Baleits* Boeit boeit *genaamt. De Eenden eten het zaat greetig, 't zelve in 't water zwemmende, afweidende.*

Het gras werd van buiten van koejen en paarden afgeweid, men ſnyt het met een mes van de wortel af, en werpt het de Eenden voor.

CAPUT OCTAVUM.

Gramen aciculatum. Cuſſu cuſſu.

Hæc eſt viliſſima & difficillima Graminum ſpecies, quæ radicem gerit tenuem, duriuſculam, & transverſaliter prorepentem, quæ duras tenuesque emittit fibrillas inſtar *Cyperi rotundi*, ſed nullas profert glandulas, & terræ firmiter inhæret, hic & illic breves eriguntur culmi, faſciculum foliolorum gramineorum formantes, quæ digitum circiter longa ſunt, ac parum firma, non grati ſaporis, immo fere cœnoſa ſunt, unde & a pecoribus non expetuntur.

Hi foliorum faſciculi tandem longos proferunt culmos, pedem vel ulnam altos, inferius articulatos, quorum quivis anguſtum ſuſtinet foliolum, digiti articulum circiter longum: ſuntque porro recti, firmi, craſſitiem habentes fili velorum: In vertice gerunt ſimplicem rectamque ſpicam, in multas anguſtas & fuſcas ſpinulas diſtinctam, quæ primo parvos albosque exhibent floſculos, & qui dein in longum excreſcunt, durum, & gracile ſemen inſtar illius Cumini vel Chærophylli, quod veſtibus adhæret, ſi læviter modo adtingatur.

Nomen. Latine *Gramen aciculatum.* Malaice *Cuſſu cuſſu*, & *Djintam utan.* Ternatice & Amboinice quoque *Cuſſu cuſſu.* Baleyice *Badjang badjang*, Noſtrates Belgi hanc vocant plantam *Bosluyſen* ſeu *pediculos ſilvaticos* & *Koeskoes*. Species eſt *Graminis tremuli*, quale apud Gallos *Amourettes* vocatur, a Germanis *Spelten gras.*

Locus. In cunctis creſcit planis & ſterilibus campis, ventoſis collibus, & juxta vias, in cunctis obcurrit Orientalibus inſulis, in uno tamen loco frequentius quam in altero.

Dicitur in Ternata olim non reperiri, ſed ibi introductum fuiſſe a Bubulo quodam, quem rex *Batsjam* dono dabat regi Ternatenſi, cujus dorſum refertum erat ſemine hoc ſpinuloſo, in quo ſeſe circumvolverat in iſta regione. Quam maxime cavendum eſt, nullibi excreſcere in areis vel circa ædes vel in plateis, quum quam maxime multiplicatur per ſemen, nec facile tum eradicari poteſt.

Uſus ejus fere nullus eſt, ſed hic detegendum eſt tædioſum ludibrium, quod quis habet, ſi quis per campos vel in ſilvis procedat, ubi hoc gramen ad vias publicas creſcit, quum prætereuntium veſtibus hoc ſemen quam maxime inhæret, quod tædioſa patientia evelli vel cultro leniter abradi oportet, vel ſi inter plicas hæreat, quodvis ſemen evellendum eſt.

Sed

AGTSTE HOOFDSTUK.

Het Spelde-gras.

Dit is het veragtſte en moejelykſte onder alle graſen, hebbende een dunne hardagtige en dwers kruipende wortel, en daar aan harde, dunne vazelingen, gelyk den Cyperus rotundus, *dog zonder klieren, en vaſt in de aarde houdende, hier en daar komen korte ſteeltjes voort, een vergaderinge van grasagtige blaadjes dragende, omtrent een geſtrekte vinger lang, en wat ſtyf, niet zeer lieffelyk van ſmaak, ja ſchier modderig, en daarom van 't vee niet begeert.*

Deeze vergaderingen brengen eindelyk lange ſteeltjes voort, een voet of een elle hoog, beneden in eenige knietjes verdeelt, yder met een ſmal blaadje, omtrent een lid lang: voorts regt ſtyf, zoo dik als zeilgaarn: op haren top dragen ze een enkelde regte aaire, in veele ſmalle en bruine ſtekels verdeelt, die eerſt een klein wit bloeizel vertoonen, daar na werden ze lang, hard en mager, als mager Comyn of Kervelzaat, dog regt ſpits toegaande, en ligt afvallende, of aanklevende aan de kleeren, als ze in 't minſte aangeraakt werden.

Naam. *In 't Latyn* Gramen aciculatum; *in 't Maleits* Cuſſu cuſſu, *en* Djintam utan; *in 't Ternataans en Amboins, ook* Cuſſu cuſſu; *in 't Baleits* Badjang badjang; *onze Duitzen noemen 't* Bosluyſen, *en* Koeskoes. *Het is een zoorte van 't* Gramen tremulum, *diergelyken men in 't Frans* Amourettes, *in 't Hoogduits* Spelten-gras *noemt.*

Plaats. *Het waſt op alle vlakke en dorre velden, lugtige heuvelen, en langs de wegen, men vint het in alle de Ooſterſe Eilanden, dog op 't eene meer dan op 't andere.*

In Ternaten zegt men, dat het 'er eertyts niet geweeſt zy, maar aldaar ingebragt is door een lompen Buffel, die den Koning van Batsjam ſchonk aan den Koning van Ternaten, wiens huid vol was van dit ſtekelig zaat, daar in by zig op zyn land gewentelt hadde. Men moet in alle manieren daar voor zyn, dat het by niemant in zyn erven of omtrent de huizen of op ſtraten opkome, want het vermenigvuldigt zeer ligt door 't zaat, en is alsdan moejelyk uit te roejen.

Gebruik. *Men heeft 'er ſchier geen gebruik van, dog het moet alhier bekent gemaakt werden, wegens het verdrietige tydverdryf, dat men bekomt, als men over 't velt gaat, of in 't bos daar dit gras overal aan de wegen ſtaat, en den voorbygaande met zyn ſteekelig zaat met menigte in de kleeren ſteekt, 't welk men dan met een verdrietige patientie of zoetjes met een mes moet afſchrapen, of zoo het in de plooien zit zaat voor zaat uittrekken.*

Maar

Sed quod pessimum est, spinulosum hoc semen tam profunde per vestes penetrat frictione & agitatione inter ambulandum, ut ad alteram vestium partem sese perforet, nec facile evelli possit, unde lintea aliique tenues & subtiles panni perduntur, si vi evellere illud velimus, quod neque relinqui potest, quum per lancinationem cutis dolorem excitet, & ambulationem prohibeat vel difficilem reddit, qui albis bracteis incedunt, hisce silvestribus pediculis tam dense obducti sunt, ut lintea distingui nequeant: Glabris autem linteis non adhæret.

Hinc itaque fit, quod homines & animalia hosce pediculos dictos ex silvis deportent in vicos, ubi etiam læte progerminant. In Ternatensi scripto bonum tamen inveni hujus graminis usum. Hujus enim radices aquæ incoctæ exhibentur iis, qui putantur veneno esse infecti, quos has quoque radices cum Pinanga masticare oportet.

Maar dat het snoodste is, deze stekels dringen zoo diep in de kleeren, dat ze door 't vryven in 't gaan geheel aan de andere zyde doordringen, en niet wel uit te trekken zyn, waar door dan linne en andere fyne stoffen zeer beschadigt werden, als men ze met ongedult daar uit wil trekken; men mag ze ook daar niet in laten blyven, om dat ze met het steeken in de huid iemant het gaan moejelyk maken, die met witte linne koussen door 't velt gaan, komen t'huis zoo dik met deze bosluizen behangen, dat men 't linnen niet bekennen kan: Op 't gladde stof hebben zy geen vat.

Hier door komt het dan, dat mensen en beesten deze luizen uit het bos in de Negoryen brengen, daar ze dan ook opkomen. In een Ternataans schriftje vind ik egter nog een goet gebruik van dit gras: wiens wortelen in water gekookt. die geenen werd te drinken gegeven, die men agt vergeven te zyn, die deze wortelen ook met Pinang moeten kaauwen.

Tabula Quinta

Ad *Figuram primam Gramen* exhibet *aciculatum*, quod est Hudura Pullu, *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 43.

Figura Secunda primam sistit *Amboinensis Hippogrostis speciem.*

Figura Tertia secundam ejus denotat *speciem.*

De Vyfde Plaat

Vertoont in de *Eerste Figuur* het *puntige Naaldegras*, het welk is de Hudura Pullu, van de *H. Malab. part* 12. *Tab.* 43.

De *Tweede Figuur* wyst aan de *eerste zoort* van de *Amboinsche Hippogrostis*, ofte *Paardegras.*

De *Derde Figuur* vertoont de *tweede zoort* daar van.

CAPUT NONUM.

Hippogrostis Amboinica. Rompot cuda.

Hippogrostis in Amboina duplex est.

Primo vulgaris major, secundo minor species.

Hippogrostis major, est gramen articulatum, longa gerens firma & articulata genicula, non plane terræ incumbentia, sed supra vicinas prorepentia herbas, atque ubi sepes adtingere potest, has etiam adscendit.

Inferiores articuli nudi sunt, ex viridi & fusco distincti colore, pedem vel sesquipedem alti, dein sese alternatim dividunt in laterales cauliculos, qui inregulares admodum & sinuosi excrescunt ad trium quatuorve pedum longitudinem, cuivis superiori articulo folium adstat transversale, illi arundinis teneræ simile, sed glabrum, quatuor & quinque pollices longum, vix minimum digitum latum, nervo firmo medio, quoque magis ad summum, eo breviora sunt.

Supremum culmi simplicem gerit spicam, ultra digiti articulum longam, non apertam, sed ex pallide virentibus squamulis compositam, quæ sibi adcumbunt, ac primo flosculos exhibent albicantes, qui dein interne pusillum formant semen, in teneris plantis culmi in longum & convolutum terminantur acutum folium.

Articuli terram tangentes radiculas ipsi infigunt, vel si supra terram eleventur, longas emittunt barbas instar obtusarum spinarum. Primariæ radices raræ sunt, sed crassis & fibrosis fibrillis obsessæ, satis firmiter terram tenentes, ita ut prius abrumpi, quam evelli possint.

Secundo. *Hippogrostis minor* nil aliud videtur esse, quam major species *Rompot bebeck* seu *Graminis anatis* capite septimo descripti, si nempe in cultis & pinguibus crescat agris.

Terræ incumbit ad altitudinem binorum cum dimidio pedum, in culmorum summo multæ breves locantur spicæ, digiti articulum circiter longæ, decem numero, alternatim supra sese invicem locatæ. Spicæ hæ sunt densæ & granulosæ instar Fagopiri teneri, pallide virentes, in hisce locatur album ac pusillum semen instar Panici, sique manibus teratur, facile decidit. Radices ejus sunt copiosæ fibrillæ instar graminis repentis vulgaris. Cauliculi inferioribus geniculis terræ incumbunt. Folia sunt uti in vulgari gramine, satis longa.

Nomen. Latine *Hippogrostis Amboinica*, seu *gramen equinum*; Malaice *Rompot cuda*; Ternatice *Djela djela.* Macass. *Rucu*; sed nimis generale nomen; Baleyice *Padang jerac*; h. e. gramen amorum, quum amat crescere in desertis Oryzæ campis.

Locus. In umbrosis crescit locis, ac potissimum circa sepes, & ad fluminum ripas, ubi præceps est, ubique in solo argilloso.

Usus.

NEGENDE HOOFDSTUK.

Het Amboinsch Paarde-gras.

Paardegras is in Amboina van tweederlei gedaante.

I. *Het gemeene groote:* II. *Het kleine.*

I. *Het groote Paardegras is een geleed gras, met lange styve en gemeene steelen, niet vlak op de aarde, maar op de naaste ruigte kruipende, en daar 't kan by komen, ook de Paggers opklimmende.*

De onderste leden zyn kaal, uit den groenen en bruinen gemengt, een voet of een en een half lang, daar na verdeelen ze hen met beurten in zyde steelen, die zeer onordentelyk en bogtig loopen weder tot de lengte van drie of vier voeten; in ieder van de voorste knietjes staat een blad over dwers, het jonge riet gelykende, dog glad, vier of vyf duimen lang, schaars een pink breed, met een styve zenuwe in de midden, en hoe meer na vooren, hoe korter zy werden.

Het voorste der steelen brengt voort een enkele aaire, ruim een lid van een vinger lang, niet geopent, maar van bleekgroene schubben gemaakt, digt tegen malkander leggende, eerst een witagtig bloeizel vertonende, en daar na van binnen een klein zaat formeerende, aan de jonge struiken eindigen deze steelen in een lang t'zamengerolt en spits blad.

De knien, daar zy de aarde raken, wortelen wederom in, of zoo zy wat boven de aarde staan, schieten lange baarden uit als stompe doornen; de hooftwortels zyn weinige, dog met dikke en vezelige vazelingen behangen, redelyk vast in de aarde houdende, zoo dat men ze eer afbreken dan uittrekken kan.

II. *Het kleine Paardegras schynt niet anders te zyn, dan een groot slag van 't voornoemde* Rompot bebeck *of* Gramen anatum, *in 't sevende Hoofdstuk beschreeven, als 't op gebouwde en vette landen groeit.*

Het leit op de aarde tot twee en derdehalve voeten hoog; aan 't opperste der steelen staan veele korte aairen, omtrent een lid van een vinger lang, tot tien stuks toe, in verwisselde ordre boven malkander geschikt. De aairen zyn digt, korrelig, gelyk de jonge Boekweit, doodsgroen, daar in schuilt een klein wit zaat, als Hirse of Pannikoorn, en als men 't met de handen vryft, valt het ligt uit. De wortelen zyn veele vazelingen gelyk het queekgras. De steelen leggen met haar onderste knien op de aarde, het blad is als gemeen gras, redelyk lang.

Naam. *In 't Latyn* Hippogrostis Amboinica *of* Gramen equinum; *in 't Maleits* Rompot cuda; *op Ternaten* Djela djela; *op Macasser* Rucu; *dog al te gemeen; in 't Baleits* Padang jerac, *dat is Akkergras; om dat het op de verlatene Rystvelden gaarne wast.*

Plaats. *Het wast op schaduwagtige plaatsen, en liefst omtrent de heggen, en langs de waterkanten, daar 't steil is, overal in een kleyige gront.*

Gebruik.

Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.

Fig. 1.
Fig. 2.

Usus. Vulgare est pabulum equorum, ut & vaccarum, semen ab ovibus etiam editur.

Si quis quodam casu vulnus accipiat in carne, nec aliquid aliud ad manus sit, tum virides sumuntur primæ speciei spicæ, & conteruntur supra porhyritim cum pauxillo Zingiberis in pultem, quæ instar Emplastri vulneri adplicatur, unde curabitur.

Cum semine secundæ speciei minores Anatum species & gallinæ pascuntur. Quidam pueri hoc in lusum quoque adhibent, & coquunt instar granorum Panici, sed gramineum præbet saporem.

Gebruik. *Het is een gemeen voedzel voor de paarden, als mede voor de koeibeesten, het zaat wert van de schapen ook gegeten.*

Als men by geval een vleeswonde krygt, en anders niet heeft, zoo zal men de groene aairen van de eerste zoorte nemen, en wryven die op een steen met een weinig Gengber tot een papje, en binden 't pleistersgewys op de wonde, zoo zal 't dezelve toebeelen.

Met het zaat van de tweede zoort voedt men de kleine endten en hoenders. Zommige kinderen spelen daar ook mede, en koken 't als Pannikoorn, dog geeft een grasagtige smaak.

CAPUT DECIMUM.

Gramen arguens. Tagalgnana.

Hoc gramen species est Avenæ silvestris seu Phœnicis, ac duplex est, domesticum, ac silvestre, domesticum plurimos gerit firmos & rectos culmos ex una radice ad altitudinem sex septemve pedum excrescentes, qui non omnes eriguntur, sed quidam uno alterove geniculo inflexi sunt, in multos articulos distincti, atque ex quovis geniculo folium excrescit cauli arcte adcumbens. Usque ad vicinum articulum, ubi quodvis folium inflexum est, atque insuper sesqui vel binas cum dimidia spithamas longum & angustissimum instar graminis vulgaris, firmam gerit costam, & in longum terminatur apicem.

Culmi non rotundi sunt, sed duplex gerunt dorsum, cæterum glabri, & ex purpureo fusci.

Folia versus summum sensim decrescunt, & prope quodvis folium alter excrescit culmus, cui minor insidet spica, ac paulo magis sursum altera major spica, immo in superioribus geniculis tres locantur spicæ non recte, sed oblique supra sese invicem.

Hæ spicæ seu potius paniculæ subtus alba lanugine obductæ sunt, in qua parva oblonga & nigra latitant semina seu granula, quæ superius longum fuscumque gerunt apicem instar Avenæ vel Phœnicis, & ad tactum acuta sunt.

Culmi densam habent substantiam cum pauca alba medulla, superiores articuli ad spithamæ latitudinem distant, ac quævis spica brevius porro gerit folium. Radix ex multis composita est curtis fibrillis instar Avenæ vel similium frumentorum.

Nomen. Latine *Gramen arguens* ex ejus usu, uti in subsequentibus dicetur. Ternatice *Tagalgnana*, quod nos pronunciamus *Tagelnana*, h. e. respectu tuo, quum ejus acutæ spicæ oblique crescentes, & ad latus vergentes quasi aliquem denotant vel pungunt, quem accusare volumus.

Locus. In Moluccis insulis sponte crescit, huc in Amboinam ex Ternata delata est hæc planta, ubi nunc in hortis per semen etiam multiplicatur.

Usus ejus in re Medica huc usque ignotus est, licet apud Ternatenses vulgaris sed puerilis sit. Si quis enim alium, præsertim amatores, sive vir conjugem, sive uxor maritum accusare velit, ita ut quis ob alium, quodvis tædium, tristitiam vel molestiam tolerare debeat, tum tali mittunt donum acutis hujus plantæ spicis obvolutum, unde declarare & significare volunt, talem quoddam tædium devorare debere ob ejus caussam. Sique significare velint ob te tristitiam patior, tum sumunt *herbam Gratiosam*, seu *Daun tsjinta*, quæ tristi sua facie vespertino tempore tristitiam ipsam mentitur, quam conjungunt istis spicis, quas simul alicui mittunt.

Tabula Sexta

Ad Figuram primam *Gramen* exhibet *arguens.*
Figura secunda *Calamagrostim* denotat.

OBSERVATIO.

Gramen arguens Rumphii est gramen Æthiopicum, panicula molli virente, aristis autem crispatis longioribus fuscis. *Plukn. Almag. pag.* 176. & *Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 1.

CAPUT

TIENDE HOOFDSTUK.

Het Verwyt-gras.

Dit gras is een geslagte van den wilden Haver of Phœnix, en beeft twee zoorten, tamme en wilde, de tamme gewint veele styve en regte steelen uit eene wortel, tot de hoogte van zes en zeven voeten, niet alle regt overeind staande, maar zommige met een of twee knien gebogen, in veele leden of knien gedeelt, en uit ieder lid wast een blad, 't welk digt aan den steel legt, tot aan de naaste knie, alwaar ieder blad een knik heeft, en daar buiten nog anderbalve en derdebalve spannen lang, en zeer smal gelyk gemeen gras, dog met een styve ribbe, en eindigt in een lange spits.

De stengels zyn niet ront, maar hebben twee ruggen, anderzints glad, en paers-bruin.

De bladeren na boven toe worden allenkskens kleinder, en by ieder blad komt een andere steel voort, daar op een kleine, en nog wat hooger een andere grooter aaire voortkomt, ja aan de bovenste leden staan drie aairen, niet regt, maar schuins boven malkander.

Deze aairen of veel meer trossen, zyn onder met een witte donse of wolle bekleet, daar in steken kleine langwerpige en zwarte zaden of graantjens, ieder boven op hebbende een lange bruine spitse, gelyk den haver of verkensborstel, in 't aantasten scherp.

De steelen zyn digt van substantie, met een weinig wit pit: de bovenste leden staan een span van malkander, en ieder aaire heeft nog een korter blad; de wortel bestaat uit veele korte vazelingen gebogen, den haver of diergelyke zaden gelyk.

Naam. *In 't Latyn* Gramen arguens; *dat is verwytgras, na zyn gebruik, gelyk hier na volgen zal. Op Ternaten* Tagalgnana, *'t welk wy uitspreeken* Tagelnana, *dat is om uwent wille, om dat zyn scherpe en spitse aairen schuins wassende, en ter zyde uitspringende, kwanswys naar iemant wyzen of steeken, die men beschuldigen wil.*

Plaats. *In de Molukse Eilanden wast het van zelfs, hier in Amboina is ze uit Ternaten aangebragt, daar 't nu in de boven door 't zaat zig ook vermenigvuldigt.*

Gebruik. *Zyn gebruik in de Medicynen is tot nog toe onbekent, hoewel by de Ternatanen een kinderlyk dog gemeen gebruik is. Want als iemant eenen anderen, zonderlyk de minnaars, of de vrouw haar man, of de man zyn vrouw wil beschuldigen of verwyten, dat men om des anderen wil eenig verdriet, droefheid of zwarigheid moet uitstaan, zoo zenden ze hem een geschenkje met de stekende aairen van dit gewas bewonden, willende den anderen door de namen dezes kruids te kennen geven, dat zy om deszelfs wille eenig verdriet moeten uitstaan, als zy iemant willen beduiden dezen zin: Ik moet om uwent wil droefheid lyden, zoo neemt hy het kruid* Gratiosa, *anders* Daun tsjinta, *'t welk met zyn droevig gelaat in den avondstont de droefheid betekent, en voegen dit te zamen met de bovenstaande aairen, 't welk zy dan malkander toezenden.*

De Sesde Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *berispend Gras.*
De tweede Figuur vertoont het *Rietgras.*

AANMERKING.

Dit *berispende gras* van *Rumphius*, is het Ethiopische gras, met een zagte groene pluim, en gekrulde langere bruine stekelige aairen, van *Plukn. Almag. pag.* 176. & *Phyt. Tab.* 300. *Fig.* 1.

ELFDE

CAPUT UNDECIMUM.

Calamagrostis. Werihissa.

Calamagrostis ambigit seu media est inter *Arundinem farctam* supra *libr. 6. cap.* 19. descriptam, & Gramen, unde & æque bene ibi quam hic describi potest, sed ob adfinitatem præcedentis *Tagalgnanæ* hic locum ipsi dedimus, cum arundine *Cubu sala* convenit, & gluma ac semine cum *Tagalgnana*, cujus silvestris putatur esse species, atque præterea aliquo modo convenit cum Sirio.

Ejus arundo altitudinem habet decem, duodecim, ac tredecim pedum, & digiti crassitiem, ex rotundo compressa est, seu binas habet oras laterales, in amplos articulos distincta, & intus repleta est substantia fungosa ac fibrosa, instar *Tubu sala*. Articuli ad pedem vel quatuordecim pollices distant, ipsorumque nodi maxime protuberant, unde & culmi non recti, sed parum obliqui & sinuosi sunt.

Cuivis articulo adponitur folium longum & angustum eodem modo, quo *Arundo saccharifera* habet, seu uti in Tœbœ sala, sed multò angustius est, est enim tres cum dimidio pedes longum, vix digitum latum, & plurimis costis donatum, firmo nervo donatum, cum Sirii foliis conveniens.

Inferius culmi alis quibusdam donati sunt, quarum quævis tres quatuorve digitos lata ac plana est, & ad internam partem parum concava, inferius angustata, ac superius sese dividens in sex octove longa folia, ultra quinque pedes longa, quæ inferius fere nil nisi firmum exhibent nervum, ac parum convoluta sunt, superius vix minimum digitum lata, in acutum excurrentia apicem.

Hæ alæ optime illas referunt, quæ in Sirii foliis observantur, unde & ab incolis pro Sirio silvestri habetur, superiora folia arcte culmo adcumbunt, ita tamen, ut ex ipsorum alis una alterave panicula arundinacea excrescat, quæ sulcum in majori formant culmo, in quo locatæ fuere.

Quævis pluma magnam refert spicam, sexdecim & octodecim pollices longa, inque plures minores paniculas distincta, harum quædam oblonga gerunt capitula, quæ ex simplicibus paleaceis componuntur squamis, & ex pallide viridi & fusco colore mixta sunt, ad tactum rugosa, apicibus antrorsum elevatis, & terminantur in aristam brevem, uti in Avena & præcedenti Tagalgnana, sed quæ multo majora sunt, ac plurimum decidunt.

Quædam plantæ longiora & graciliora gerunt capitula sine multis squamis, sed longas gerunt spinulosasque aristas, uti in vera Tagalgnana.

Intus latet fuscum ac tenue semen paleaceum ac vacuum.

Radix ex simplicibus crassis & firmis constat fibrillis, quarum quædam oblique decurrunt, ubi arundo excrescit, reliquæ directe in terram penetrant. Alæ istæ aliquando tam amplum formant stolonem, ut sub eo latere quis posset, & culmi semper ex fasciculis oriuntur.

Nomen. Latine *Calamagrostis*. Amboinice in Leytimora *Werihissa* h. e. *Rompt siree*. In Lœhœa *Welihissa*, quæ nomina gramen denotant Sirio simile, multi autem hoc quoque vocant *Tatepal*, seu *Tatepar*, & *Tatupele* feminam, ad distinctionem *Tatepal* maris, qui est *Cano cano*, sed puto esse erroneum, ambæ enim hæ plantæ nullam inter sese habent similitudinem. Melius vocatur *Tagalgnana utan*. Ternatice *Laulau tomma wanga*.

Locus. Ubique crescit in campis in locis apricis, tam ad fluminum ripas, quam ad montium pedes, ubi tam densos format stipites, ut feræ sub iis abscondere sese possint.

Usus. Ex hac planta nulla *Pancava* formari potest, & nulli fere inservit usui, excepto quod paniculæ seu majores spicæ arcus festales in nuptiis ornent. Semen longis istis aristis armatum alicui etiam mittitur simili in casu, sicuti supra de *Tagalgnana* fuit dictum.

NB. Hæc planta proxime convenire videtur cum illa, quæ mihi dicitur *Ixia*, foliis ad radicem nervosis, gramineis, floribus ac fructu parvo convolutis in *Decad. plant. Afric. sept. pag.* 191. *Tab.* 70. *Fig.* 2.

CAPUT

ELFDE HOOFDSTUK.

Het Riet-gras.

Calamagrostis *of* Rietgras, *wyffelt tussen de zoorte van* Arundo farcta, *boven in 't sesde Boek Capittel* 19. *beschreeven, en 't gras, daarom 't zoo wel op dezelve plaats als hier kan beschreeven werden, dog wegens de maagschap van 't voorgaande* Tagalgnana, *hebben wy 't hier gezet, aan riet komt het met de* Cubu sala *overeen, en aan de pluim of zaat met de gemelde* Tagalgnana, *voor welkers wilde zoorte het gehouden wert, hebbende daar en boven iets met de* Siree *gemeen.*

Het riet zelfs is van tien tot twaalf en dertien voeten hoog, een vinger dik, uit den ronden gedrukt, of met twee kanten aan de zyden, in wyde leden verdeelt, en binnen gevult met een voose dradige substantie, gelyk Tubu sala. *De leden staan een voet of veertien duimen van malkander, en hare knien builen merkelyk uit, waar van ook de steelen niet regt, maar wat scheef en bogtig loopen.*

Aan ieder lid staat een lang smal blad, op de manier als aan 't Suiker-riet of Toeboe sala, *dog veel smalder, namentlyk derdebalve voeten lang, schaars een vinger breed, en zeer geribt, met een styve zenuwe gelyk bezemstokjes, met de bladeren van Siree overeenkomende.*

Beneden zyn deze steelen met eenige vlerken omgeven, waar van ieder drie of vier vingeren breed, en vlak is, of aan de binnenste zyde wat hol, beneden spits toeloopende, en boven zig verdeelende in zes of agt lange bladeren, ruim vyf voeten lang, beneden schier anders niet dan een styve zenuwe, of een weinig gevouwen, boven schaars een pink breed, met een lange spits.

Deze vlerken gelyken zeer wel die geenen, die men aan de Siree ziet, daarom het ook van de Inlanders voor een wilde Siree gehouden wort. De bovenste bladeren leggen wat digt tegens den steel aan, zoo nogtans, dat uit haren schoot een of twee rietpluimen uitkomen, dewelke een keep in den hoofdsteel maken, daar in zy gelegen hebben.

Ieder pluim gelykt een groote aaire, zestien en agttien duimen lang, en in veele mindere steelen verdeelt, van deze dragen zommige langwerpige knopen, uit enkele kafagtige schubben gemaakt, uit den bleek-groenen en bruinen gemengt, ruig in 't handelen, met de spitsen na vooren gekeert, en eindigende in een korte baard, gelyk aan de Haver of voorgaande Tagalgnana, dog veel grooter, en aan de meeste afgevallen.

Zommige dragen smaldere en magere knoppen zonder veele schubben, maar met lange steekelige baarden als aan 't regte Tagalgnana.

Binnen schuilt een bruinagtig en wit zaat, 't welk mede ydel of hol is.

De wortel bestaat uit enkel dikke en styve vazelingen, waar van zommige dwers loopen, daar 't riet uit spruit, de andere gaan regt in de aarde. De voornoemde vlerken maken zomtyts zulken breeden stoel, dat men daar agter schuilen kan, en de steelen komen altyd uit die vergaderingen voort.

Naam. *In 't Latyn* Calamagrostis; *op Amboina en Leytimor* Werihissa; *dat is* Rompot siree; *op Loeboe* Welihissa; *alle beduidende gras, dat na Siree gelykt; dog veele noemen 't ook* Tatepal *of* Tatepar, *en* Tatupele *het wyfken, tot onderscheid van* Tatepal *het manneken, welk de* Cano cano *is: dog dit houde ik voor een abuis, want die beide planten geen gemeenschap met malkander hebben. Beter noemt men 't* Tagalgnana utan; *in 't Ternatis* Laulau tomma wanga.

Plaats. *Het wast overal in 't veld op opene plaatzen, zoo wel langs de rivierkanten als aan de voeten der bergen, daar 't zoo digte struiken maakt, dat zig 't wilt daar agter verbergen kan.*

Gebruik. *Men kan hier van geen* Pancawa *maken, en het dient schier tot niets, behalven dat men met zyne rietpluimen of groote aairen de Feestboogen op Bruiloften verçiert. Het langgebaarde zaad word ook overgezonden in diergelyken voorval, als boven van* Tagalgnana *gezegt is.*

NB. Deze plant schynt het naaste overeen te komen met die geene, welke ik genaamt heb *Ixia*, met bladeren aan de wortel, die zenuwagtig en grasagtig zyn, en de bloemen en vrugt in een dons leggende, in de sevende *Decas* van de *Caapse gewassen, pag.* 191. *Tab.* 70. *Fig.* 2.

TWAALF-

Fig. 3.
Fig. 2. Lett. A.
Fig. 1.
Fig. 2. Lett. B.

CAPUT DUODECIMUM.

Gramen Polytrichum. Rompot bulu babi.

Hoc pusillum gramen convenit cum secunda specie *Polytrichi Apulæi* ab Adamo Lonicero in *cap.* de *Polytricho aureo* descripta.

Hoc *Polytrichon Amboinense* humilis est plantula, plurimis tenuibus ac nudis adsurgens cauliculis, digitum circiter crassis, ac setæ equinæ crassitiem habentibus, quique æquales, glabri & aphylli sunt, excepto quod prima germina foliola quædam acuta referant, sed quæ mox in cauliculos excrescunt ac degenerant, horum plurimi simul locantur instar setarum porcinarum, fasciculati quasi & in palmæ latitudinem expansi, coloris primo viridis, dein ex luteo fusci, qui per subtiles intricatas fibrillas sibi nectuntur, quivis autem cauliculus sustinet capitulum oblongum, seu granulum ab utraque parte acuminatum, quod sese aperiens flosculos exhibet flavos, quique dein degenerant in vascula seminalia semen pusillum oblongum ac subtile continentia.

Post horum vasculorum lapsum nudi remanent cauliculi instar setarum porcinarum erecti, seu uti hisce in terris sese exhibet *Echinometra setosa*, *Boeloe babi* dicta, quæ species quædam nocens est pomorum marinorum, longos ac tenues gerens echinos, porcinas setas referentes, qui facillime alicujus cutim penetrant ac lædunt, & ulcera caussant.

Nomen. Latine *Polytrichum gramen*; Malaice *Rompot bulu babi*, juxta dictam formam, item *Rompot djintam*, & Amboinice *Hutta gindam*, ex forma seminum Cumini.

Locus. Ubique crescit in sterilibus ventosisque locis & ad pedes nudorum collium inter *Calamagrostim.*

Usus ejus huc usque nullus innotuit, & ob elegantem ejus formam hic commemoratur. Aliquando pusilla deteguntur graminea foliola sub hisce plantulis ad cauliculorum ortum, quæ ad primum intuitum pro veris ipsarum foliolis haberentur, si vero adcurate separentur, detegitur, peculiaris graminis esse foliola.

Tabula Septima

Ad Figuram primam *Gramen* exhibet *Polytrichum.*
Figura Secunda ad litt. A. speciem *primam graminis caricosi* denotat, litt. B. alteram ejus sistit *speciem.*
Figura Tertia *Phœniceam* exhibet *Amboinensem montanam.*

TWAALFDE HOOFDSTUK.

Het Mosagtige Gras.

Dit graasken komt overeen met het tweede geslagt van 't Polytrichum Apulæi; *van* Adamus Lonicerus *in 't Capittel van 't* Gulden wildertoon *beschreven.*

Dit Amboins Polytrichon *is een laag kruitje, met veele dunne en bloote stengels opschietende, omtrent een vinger hoog, in de dikte van paartshair, even, glad, zonder blaatjes, behalven dat de eerste uitspruitsels eenige spitse blaatjes gelyken, dog straks in steelen veranderen, barer staan veel by malkander als verkens-borstels, in bosjes van een band breed, van verwe eerst groen, daar na uit den geelen-bruin, en bangen met subtiele verwerde vazelingen aan malkander. Ieder steeltje draagt boven op een langwerpig knopje of korrel, aan beide einden toegespitst, dewelke haar openende kleine geele bloempjes vertoonen, daar na werden weder zulke knopjes daar van, waar in eenig langwerpig fyn zaad schuilt.*

Na 't afvallen van deze knopjes blyven de bloote steelen staan als verkensborstels, of hier te Lande een zeker slag van Echinometra setosa, Boeloe babi *genoemt, zynde een snode slag van Zee-appel, met lange en dunne stekels als verkensborstels, die iemand zeer ligt in de huid steeken, en daar in zweeren.*

Naam. *In 't Latyn* Polytrichum gramen, *in 't Maleits* Rompot bulu babi, *na de voorsz. gedaante, dat is* Rompot djintam, *en in 't Amboins* Hutta gindam, *van de gedaante der zadekens na 't Comyn.*

Plaats. *Het wast over al op dorre lugtige plaatsen, en aan 't bangen van kale heuvels onder 't* Calamagrostis.

Van hem is nog geen gebruik bekent, en het is wegens zyn fraaije gedaante tot memorie alhier gestelt. Men vint zomtyts kleine grasblaadjes onder deze struikjes by de voeten der steeltjes, die men in 't eerste voor haar eigen blaadjes zoude aanzien, maar als men ze van malkander pluist, zoo bevint men, dat het een byzonder gras is.

De Sevende Plaat

Vertoont in de Eerste Figuur het *Mosagtige Gras.*
De Tweede Figuur by lett. A vertoont de *eerste soort* van het *Snygras.* Lett. B. wyst aan deszelfs *tweede soort.*
De Derde Figuur wyst aan de *Amboinsche Berg Phœnix.*

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Gramen caricosum. Lalan.

Lalan Caricis species est peculiaris formæ, media inter Caricem verum, vulgare gramen, & Spartium. Folia gerit simplicia, angusta, sine petiolis e terra prorumpentia ensium forma, quatuor & quinque pedes alta, vix pollicem lata, tenuia, & per longitudinem costis donata, nervo firmo intermedio, ad latera acuta & lædentia, læte virentia, adeoque densa & coadunata, ut nisi deprimantur pedibus, viam inpediant; inferius angusta sunt, seseque complectuntur fasciculata.

Radix graminea est, transversaliter per terram prorepens, cui per fibrillas tam firmiter infigitur, ut evelli vel eradicari nequeat, saporis fatui seu dulcescentis. Ubique autem tales foliorum fasciculos emittit, qui inferius circa radicem aculeos aliquando quosdam gerunt, sed ad collectionum istarum latera e radice alii excrescunt acuminati caules, subulas referentes, semi digitum longi, adeoque firmi, ut pedes quodammodo lædant, si calcentur, si vero altius excrescant, in folia sese explicant.

Gramen hoc totos obcupat campos, nudosque colles tam dense & læte germinans, ut e longinquo habetur campus Oryza consitus, tam luxuriose ac fortiter crescit, ut neque hortos neque silvas evitet, atque tam vehementer prorepit, ut areæ vix depurari ac

DERTIENDE HOOFDSTUK.

Het Sny-gras.

Lalan *is een Snygras van een byzondere gedaante, gemengt van 't regte Snygras Carex, gemeen gras, en Spartium. Het bestaat uit enkele smalle bladeren zonder steelen, uit den grond opschietende, in gedaante van degens, vier en vyf voeten boog, schaars een duim breed, dun, langs henen geribt, in de midden met een styve zenuwe, aan de kanten wat snydende, jeugdig-groen, en zoo digt op malkander, dat men daar door niet gaan kan, of men moet het nedertrappen. Beneden zyn ze smal, en omvatten malkander met bosjes.*

De wortel is grasagtig, in de aarde dwers kruipende, met hare vazelingen daar in zoo vast, dat men ze niet uittrekken kan, is zondersmaak, of zoetagtig. Overal zulke vergaderingen van bladeren uitgevende, die beneden omtrent de wortel zomtyts eenige steekels hebben, maar bezyden die vergaderingen komen uit de wortel andere spitse vlerken op als elsen van een halve vinger lang, zoo styf dat ze de voeten eenigzints bezeeren, als men daar op trapt, hooger werdende, openen ze hen tot bladeren.

Dit gras beslaat geheele velden, en kale heuvels, zoo digt en jeugdig staande, dat men 't van verre voor een schoon gezaait Rystvelt aanziet, het wast met zulken ongestuimheid en forssie, dat het geen tuinen en hoge bossen verschoont, en kruipt zoo geweldig voort, dat men ter naau-

ac servari possint, licet quotidie deambulentur, si enim per binas septimanas negligentur, has penitus obcupat & obtegit, neque ad latera facilem dat transitum, quum tam densè crescat, & campos obcupet per aliquot horas extensas, in quibus ne pedis latitudo vacua relinquitur.

Per totum fere annum caulibus ac semine destituitur, sed in medio pluviosorum mensium tempore ex centro fasciculorum foliosorum longus tenuisque excrescit caulis, quatuor vel quinque pedes altus, superius compressam sustinens plumam seu paniculam, spithamam vel pedem longam, digitum latam, in multos tenues & nodosos cauliculos distinctam, qui alba obtecti sunt lanugine, quæ instar serici splendet, & post aliquot mensium spatium avolat. Quum spicæ hæ lanigeræ progerminant, tum folia breviora & rariora sunt, quum prima longiora jam perierint.

Gramen hoc quodammodo convenit cum illo, quod in Hollandia Belgice vocatur *Helm* quoad folia, licet ejus spica sit brevior & tenuior, floribus vero lanuginosis convenit fere cum *Spartio, herba* a *Dodon. libr.* 7. *cap.* 4. descripta.

Nomen. Latine *Gramen caricosum*; Belgice *Indiaans Snygras*; Malaice & Balaice *Lalan*; Amboinice *Weri*; Ternatice *Cussu*, atque hinc *Koeskoes-campi.* Quid autem *Cussu* porro denotet, vide libro *nono* in capite de *Cuscuta.*

Locus. Nullibi copiosius crescit quam in cunctis Orientalibus insulis, quantum novi, tam in planis campis, quam in montibus & collibus nudis, seseque propagat in silvis sub arboribus tam silvestribus quam frugiferis magno dominorum tædio, ac præsertim iis, qui tenera plantarunt Caryophylla, quæ cito ambit, emaciat, sique non attendatur, ea penitus suffocat.

Potissimum amat solum flavum argillosum in campis, ubi tam alte excrescit, ut virum mediocris staturæ obtegat, & ferarum latebris inserviat.

Proficuum tamen est venatoribus, qui feras possunt investigare per depressum hocce gramen; Apri enim sedes suas figunt & latebras in hoc gramine ex siccis ipsius foliis, ex quibus tam elegans formant pavimentum, ut sub hoc latere possint, ne a pluviis tangantur.

Usus ejus in hisce Orientalibus insulis paucus est, plus tædii quam utilitatis exhibens, quum tam inpudenter sub frugiferis sese insinuat arboribus, vias obturat, & pascentia inpediat pecora, unde quotannis per ignem cremari solebat, in areis nempe apricis, ubi nulla sunt domicilia vel arbores frugiferæ; Facillime ignem concipit per sicca ejus folia, in terra procumbentia, unde quam citissime ignis hic propagatur, & insignem exhibet flammam magno cum strepitu, præsertim si ventus parum flat, unde & sæpe quodammodo periculosum est, quum non facile exstingui vel prohiberi possit, atque ulterius sæpe sese propagat, quam desideratur. Si jam semel bisve pluviæ ceciderunt in crematis hisce campis, intra breve temporis spatium regerminat hoc gramen, si vero per aliquot continuos incendatur annos, emaciatur, aliaque inter hoc excrescunt gramina pecoribus proficua.

In Java & Baleya, ubi nullæ sunt Sagus, ex quibus Adap conficitur, magnum præbet usum, quum quævis plebejorum domus hoc tegantur, si nempe ejus folia in fasciculos colligantur cum tenuibus Gomuto filamentis.

Tecta hæc satis densa sunt, gravia, ac diutius durant illis Adap, sed multa generant insecta & vermes præsertim Millepedes.

Pauperes Gossypium ejus colligunt sericeum in spicis proveniens, quum hæ sint apertæ, quo complent pulvinaria sua. Radices & acumina ista acuta, primo progerminantia in decoctis adhibentur, quæ præparantur ad urinas aquososque humores expellendos.

Aliis quoque admiscentur rebus, quæ veneno infectis exhibentur hominibus, præsertim iis, qui ex nimio Opii usu urinæ subpressione laborant.

Gramen vulpinum; Malaice *Rompot bulu matta* dictum, prioris species est, sed humilior, tenuiora & angustiora gerens folia, quorum inferiora ulnæ longitudinem habent, & instar Oryzæ foliorum angusta sunt, suprema vero palmam longa, atque præterea ad inferiorem partem unum alterumve gerunt geniculum, quo cauli adcubuerunt.

In

naauwer-nood de paden vry kan houden, die men dagelyks bewandelt, want als men ze maar een paar weeken niet gebruikt, zoo bedekt het dezelve, en ter zyden kan men ook kwalyk doorkomen, om dat het zoo digt staat, velden van mylen lang beslaande zonder een voet ledige plaats te laten.

Schier 't geheele jaar door ziet men 't zonder steelen of zaad, behalven midden in de regenmaanden komt midden uit gemelde vergaderingen der bladeren een lange dunne steel voort, vier en vyf voeten hoog, dragende boven op een smalle pluim, een span of een voet lang, een vinger breed, in veele dunne en geknopte steeltjes verdeelt, die behangen zyn met een witte wolle, als Zyde glimmende, dat na eenige maanden verstuift. Als deze woldragende aairen voortkomen, dan zyn de bladeren korter en ydeler, vermits de eerste lange vergaan zyn.

Dit gras heeft eenige gelykenisse met 't geene men in Holland Helm *noemt, aangaande de bladeren, hoewel den Helm korter en dunder is, maar met 't wolagtige bloeizel komt het naby 't* Spartum herba, *beschreeven by* Dodon. Libr. 7. Cap. 4.

Naam. *In 't Latyn* Gramen caricosum; *op 't Duits* Indiaans Snygras; *op 't Maleits en Baleits* Lalan; *op Amboins* Weri; *op Ternaten* Cussu; *en daar van* Koeskoes-velden. *Wat* Cussu *meer beduide, ziet* Lib. 9. *in 't Capittel van* Cuscuta.

Plaats: *Het wast nergens meer dan overal, zoo veel my bekent is, in alle Oosterse Eilanden, zoo wel op de vlakke velden als op bergen en heuvels, daar 't kaal is, en dringt zig ook in de bossen onder de bomen zoo wel wilde als vrugtdragende, tot geen klein verdriet van de eigenaars, inzonderheid die jonge Nagelbomen geplant hebben, die 't met 'er gauwigheid omringt, uitmagert, en zoo men daar niet op past, verstikt.*

Het bemint liefst den geelen kleigront in de velden, daar 't zoo hoog opschiet, dat het een man van een kleine statuur bedekken, en tot schuilplaatsen van 't wilt dienen kan.

Egter is het voor de Jagers nog al profytelyk, die 't zelve konnen naspeuren door 't neergetrapte gras. De wilde verkens maken hare woningen en spelonken in dit gras van deszelfs drooge bladeren, een zulk aardig verwulfzel makende, dat zy daar onder konnen droog schuilen.

Gebruik. *In deze Oosterse Eilanden heeft het weinig gebruik, meer verdriet dan nuttigheden verschaffende, om dat het zoo ongestuimig onder de vrugtbomen zig indringt, de wegen toestopt, en 't weidende vee belet; diërhalven pleegt men 't jaarlyks in den brant te steeken, te weten in een open plein, daar omtrent geen woningen of vrugtbomen staan. Het ontfangt 't vuur zeer ligt wegens de droge bladeren, die op de grond leggen, loopt snel voort, en vertoont een ysselyke brant met een groot geklater, inzonderheid zoo eenige wind waait, 't welk zomtyts al wat zorgelyk is, om dat het niet te stuiten is, en als dan verder loopt dan men meent. Als 't nu een of twee malen op deze afgebrande velden geregent heeft, zoo schiet het in 't korte wederom op: dog als men dit branden eenige jaren continueert, zoo wert het ydel, en laat ander gras daar tussen opkomen, tot het weiden van 't vee dienstig.*

Op Java en Baly, daar men geen Sagubomen heeft, om Adap te maken, heeft het groot gebruik, want alle gemeene huizen werden daar mede gedekt in bosjes aan malkander gebonden, met dunne touwtjes van Goemoeto.

Deze daken zyn wel digt en zwaar, konnen langer duuren dan die van Adap, maar zy genereeren veel ongedierte, wormen inzonderheid en duizentbeenen.

De arme lieden vergaderen het zydagtige Cattoen aan zyne aairen wassende, als die wel geopent zyn, en vullen daar mede hunne slaapkussens. De wortelen en bovengenoemde scherpe spitsen, die eerst uitkomen, werden tot decoctien gebruikt, die men maakt om af te zetten de uryn en waterzugtige humeuren.

Zy werden ook gemengt onder andere dingen, die men ingeeft vergeve menschen, inzonderheid die door 't veel gebruik van Amphioen verstoppingen van den Uryn leiden.

Vossesteerte-gras, *in 't Maleits* Rompot bulu matta, *is een zoorte van 't voorgaande, maar blyft lager, dunder en smalder van bladeren, waar van de onderste een elle lang zyn, zoo smal als Rystbladeren: de bovenste een band lang, en hebben daar en boven omtrent het onderste een of twee knakken of knietjes, waar mede zy tegen den steel aan gezeten hebben.*

In

In medio formant culmum tenuem, binos ac binos cum dimidio pedes altum, qui in summo peculiarem gerit rotundam spicam, uti in Panico, sed quæ multo minor est, ex simplicibus firmis ciliis constans instar setorum, quibus ædes verruntur, quæque minimum circiter digitum longa sunt, nunc flavescentia, nunc gilva, nunc alba, tenuiora & subtiliora: ad oras crescit Caricis, cum quo partim mixtum est in nudis collibus, & saxosis planis locis.

Radix Caricis istius penetrat apicibus suis tanquam subulis per quasvis teneras radices, quas offendunt instar Ubiorum & secundæ Satyrii speciei, quod radicem gerit instar Lampoejang.

Aliud porro *Rompot bulu matta*, supra vide sub finem secundi capitis.

In de midden formeren ze een dunne halm, twee en derdehalve voeten hoog, die aan 't opperste draagt een byzondere ronde aaire, gelyk Pannikoorn, dog veel kleinder, van enkele styve hairtjes gemaakt, gelyk borstels, daar men de huizen mede veegt, schaars een pink lang, zommige geelagtig of vaal, zommige wit; dunder en fynder: het wast aan de kanten van 't voornoemde Snygras, en ten deele met het zelve vermengt op kale heuvelen en steenagtige vlaktens.

De wortel van 't vorige Snygras dringt met hare spitsen als met elsen door alderbande teere wortelen, die ze ontmoeten gelyk Oebis, *en de tweede zoorte van* Satyrium, *hebbende een wortel als* Lampoejang.

Nog een ander Rompot bulu matta, *ziet boven aan 't einde van 't tweede Hoofdstuk.*

OBSERVATIO.

Gramen caricosum Rumphii videtur convenire cum illo, quod gramen Indicum Alopecoron holosericum majus, spica longa pappescente *Plukn. Phyt. Tab. 92. Fig. 5.*

AANMERKING.

Het *Snygras* van *Rumphius* schynt overeen te komen met het Indische roodagtige grooter gras als de Alopecoris, met een lange zagte helm van *Plukn. Phyt. Tab. 92. Fig. 5.*

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Phœnix Amboinica montana. Hulang.

Hulang quoque gramen est altum arundinaceum, sex septemve pedes altum, plurimos rectos ex una radice emittens caules, qui externe mollibus pilis instar lanuginis tecti sunt, vix pennam crassi, rotundi, & in genicula distincti, quæ per semipedis spatium distant, atque cuivis folium adponitur cum illo Sirii conveniens, sed angustius, & ad oras acutum seu scindens, præsertim si retrofricetur, per longam vaginam cauli adcumbens.

Ex alis mediorum caulium alii laterales excrescunt longi caules, similia gerentes genicula & folia, ita ut una planta ingentem obcupet locum, superius vero longa angustaque excrescit spica, uti in avena sterili, paleacea, & pallide fusca, aristis quibusdam donata, granulosis insidens petiolis, non pungens, sed ad tactum mollis.

Radix intricata est congeries crassarum fibrarum firmissime terræ infixa.

Nomen. Latine *Phœnix Amboinica montana*, Ternato-Malaice quibusdam *Tagalgnana utan*, quum cunctæ Tagalgnanæ species ad Phœnicem quoque pertinent, alii autem magis proprie illam vocant *Siree utan.* Amboinæ nota est sub nomine *Hoelong*, in Leytimora *Hoerong.*

Locus. Nullibi crescit nisi in nudis montibus, plerumque sub Sirii plantis, cum quo maxime convenit, si tenera ejus sit planta, excepto quod Hoelong folia flavescant, seu ex gilvo vireant, illa autem Sirii glauca sunt.

Usus ejus mihi huc usque incognitus est, præterquam quod inferiores juniorum plantarum caules dulci Sagueri potui infundantur defectu alius Oebat.

Radix tam firmiter terræ infixa est, ut ne vir, quam fortis etiam sit, plantam extrahere valeat. Ex hisce signaturis Amboinenses edocti sunt, tumentes curare gingivas, & vacillantes firmare dentes.

Hunc in finem radices minutim conscissæ eliguntur cum radicibus *Rompot carbou*, ac frustulis quibusdam Alleapade, quæ simul masticantur cum Pinanga veteri, Rompot carbou autem, quod in pagis & plateis crescit, non adhibendum est, sed quod in montibus & silvestribus hortis provenit, nec ab animalium urina conspurcatur.

VEERTIENDE HOOFDSTUK.

Het Amboinsche Bergagtige Phœnix.

Hulang *is mede een hoog rietagtig gras, zes en zeven voeten hoog, met veele regte steelen uit eene wortel opschietende, van buiten met zagte hairtjes als wolle bekleet, schaars een schaft dik, ront, en in leden verdeelt, een halve voet van malkander staande, en aan ieder een blad dat van Siree gelyk, dog smalder, en aan de kanten snydende, inzonderheid als men 't agterwaarts strykt, met een lange schede tegens den steel leggende.*

Uit den schoot van de middelste komen andere lange steelen ter zyde uit, met diergelyke leden en bladeren bezet, zoo dat een struik een groote plaats beslaat; boven op komt een lange smalle aair gelyk aan den wilden haver, kafagtig en ligt-bruin, met eenige baarden of draden, op korrelige steeltjes staande, niet stekelig, maar zagt in 't handelen.

De wortel is een verwerde bos van dikke vazelingen, zeer vast in de aarde houdende.

Naam. *In 't Latyn* Phœnix Amboinica montana, *in 't Ternatis Maleits, by zommige* Tagalgnana utan, *dewyl alle zoorten van* Tagalgnana *ook onder* Phœnix *behooren, dog andere noemen 't wat eigentlyker* Siree utan. *In Amboina is ze bekent met den naam van* Hoelong, *op Leytimor* Hoerong.

Plaats. *Het wast nergens dan op kale bergen, gemeenlyk onder de planten van Siree gemengt, waar mede het groote gelykenisse heeft, als 't jong is, behalven dat de bladeren van* Hoelong *geelagtig of vaal-groen zyn, en die van* Siree *blaauw-groen.*

Gebruik. *Hier van is nog niets bekent, behalven dat de onderste steelen van de jonge struiken genomen werden, om in de zoete Sagueer te doen by gebrek van ander Oebat.*

De wortel houd zoo vast, dat geen man, hoe sterk hy zy, een struik kan uittrekken. Uit deze signaturen hebben de Amboineesen geleerd, dat ze het zwellende tantvlees geneest, en waggelende tanden vast maakt.

Hier toe nemen ze de wortelen klein gesneeden met de wortelen van Rompot carbou, *eenige kleine stukjes Alleapade, kaauwen zulks met een oude Pinang, laten 't den patient in de mond houden, en daar aan kwylen, dog de* Rompot carbou *moet men niet nemen, die in de Negoryen en op straten wast, maar op bergen of bostuinen, daar geen vee over loopt, en dezelve bepist.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Carex Amboinica. Late.

Late est vera Caricis species, in hisce insulis distincta in binas species, in majorem & minorem, præter quasdam glabras varietates.

Primo. *Late major* tres quatuorve emittit caules ex transversali radice, quæ dura & nodosa est instar Zingiberis, sed in articulos non distincta, multisque obsita fibrillis.

Caules ejus quatuor pedes alti sunt, trigoni, tribus nempe acutis oris obsiti, quorum bini sulcati sunt seu excavati, ad tactum acuti, inferne ad binorum cum dimidio pedum altitudinem nudi, dein tria quatuorve folia in circulo excrescunt, per pedis spatium supra hæc elevata quatuor alia, tria nempe in triangulo, & quartum ex ala istorum quorundam, talesque quatuor vel quinque conlectiones foliorum supra sese invicem numerantur. Quodvis vero folium pedem longum est, in longum tenuemque apicem desinens, in medio profunde sulcatum, ad oras acutum & scandens, coloris obscure virentis. Suprema caulium pars circa stipitis medium ad oras tribus tenuibus & acute scindentibus pelliculis alata est, nec sese dividit in laterales ramulos, licet caules aliquando sex pedum altitudinem adtingant.

Semen generatur tam in vertice quam ex alis superiorum foliorum, brevibus in paniculis, uti in Ligustro, sed breviores sunt laterales corymbi, quibus majora insident capitula, paulo majora semine Sinapios, primo alba ac mollia, dein cinerea & dura, quodvis autem rugosa continetur gluma.

Inter & proxime sub paniculis folia quædam viridia, & prioribus breviora locantur, tota planta vix tractari potest, quum ubique tam acuta sit & lancinans, sed nullum præbet incommodum, si non fricetur sursum vel deorsum.

Radices hic & illic surculos emittunt.

Secundo. *Late minor* binorum triumve pedum altitudinem modo adtingit, trigonos quoque & erectos gerit caules culmum circiter crassos, circa medium alatos. Quibus folia insident solitaria, multo minora & angustiora quam in priore specie, palmam longa, nec latiora illis graminis, scindentia quoque, sed non tam acuta quam prioris.

Semen ejus provenit brevibus in paniculis, quibus capitula insident solitaria ejusdem formæ cum illis prioris, album, glabrum, ac splendens, sique masticetur, plerumque vacuum est.

Radix transversaliter quoque prorepit, & lignosa est: multi simul locantur caules ubique foliis obsiti, quæ fasciculum foliosum formant, uti in gramine.

Nomen. Latine *Carex Amboinica*; Malaice *Late* distinctione *Besaar* seu majus, & *Kitsjil* seu minus juxta binas species. Ternatice *Tsjacca magoli* h. e. gladius magi, Baleice *Padang pangiris*, h. e. gramen scindens; Amb. . . . Javanice *Crissan.*

Locus. Non copiose simul provenit, sed hic & illic una alterave ejus conspicitur sub fruticulis planta, tam in litore quam ad oras silvarum. Minor species crescit sub præcedenti *Gramine caricoso*, ad montium pedes nudos, uti & copiose sub Calappis, ubi non multum ambulatur.

Usus. Nullum est animal, quod ejus depascit folia, unde nec etiam copiose natura hanc producit plantam.

Teneri ejus caules contunduntur, in aqua percolantur, quæ oculis instillatur ad illos claros reddendos & nubeculam tollendam. Radices & caules aquæ incoquuntur & propinantur contra inpotentiam veneream, expellitque malignos in Gonorrhæa humores.

Tallan tallan. Tertia *Caricis* species Baleyice dicitur *Tallan tallan*, quæ magnos producit simul foliorum longorum fasciculos, quæ simul ex radice propullulant instar illorum Acori vel Siree, scindentia quodammodo. Ex horum centro trigonus excrescit altus caulis, in summo coronam sustinens instar *Cyperi maris*, sed illa multo major est, quæque paleaceum ac pungens continet semen, coloris pallide russi.

Ple-

VYFTIENDE HOOFDSTUK.

Het Amboinsche Sny-gras.

Late *is een regte* Carex *in deze Eilanden, verdeelt in twee zoorten groote en kleine, behalven nog eenige gladde.*

I. Late, *het groote geeft drie en vier steelen, uit een dwerswortel, die hart en geknopt is als Gengber, dog in geene klaauwen verdeelt, en met veele vazelingen behangen.*

De steelen zyn vier voeten hoog, driezydig, met drie scherpe kanten, en twee van die zyde zyn gevorent of uitgebolt, zeer scherp in 't aantasten van onderen, derdehalve voeten hoog bloot, daar na staan drie of vier bladeren in een kring, en een voet of meer boven dezelve vier andere, te weten drie in een drieboek, en het vierde uit den schoot van eene derzelver tot vier en vyf zulke vergaderingen boven malkander: ieder blad is een voet lang, met een lange dunne spitse voor aan, in de midden diep gegeut, en aan de kanten snydende, donker-groen van couleur. Het opperste deel van de steelen omtrent de midden des stams, is aan de kanten met drie dunne en scherpsnydende vellekens als vlerken bezet, en verdeelt zig in geene zydetakken, hoewel de steelen zomtyts zes voeten hoog werden.

Het zaad komt voort zoo wel op den top als uit den schoot der bovenste bladeren, aan korte trossen, gelyk aan 't Ligustrum, *dog in kortere zydetakjes verdeelt, daar aan staan veele knopjes wat grooter als Mostaartzaat, eerst wit en week, daar na graauwagtig en hard, ieder in een ruig kelkje staande.*

Tussen en naast onder de trosjes staan nog eenige groene bladeren korter dan de vorige, het geheele gewas is kwalyk te handelen, dewyl het overal zoo scherp en snydend is, dog heeft geen nood, als men zonder voor of agterwaarts te stryken 't zelve aanvat.

De wortelen schieten hier en daar jonge scheuten uit.

II. Late, *het kleine werd maar twee of drie voeten hoog, heeft ook driekantige en regte steelen, omtrent een halm dik, en omtrent de midden met vlerkjes, aan de zyden bekleed. Daar aan staan de bladeren enkel, veel kleinder en smalder dan de vorige, een hand lang, en niet breeder dan die van 't gras, mede snydende, dog zoo zeer niet dan de vorige.*

Het zaad komt voort in korte trosjes, daar aan ydele knopjes zyn, van het zelfde fatzoen als 't vorige, wit, glad, en blinkende, als men daar in byt, meest hol.

De wortel is ook dwers kruipende, en houtagtig. Daar staan veele steelen by malkander, tot beneden toe met bladeren bezet, en maken een bosje op de manier als gras.

Naam. *In 't Latyn* Carex Amboinica; *in 't Maleits* Late, *met byvoeging van* Besaar *en* Kitsjil, *na de twee zoorten; in 't Ternataans* Tsjacca magoli, *dat is 't zwaert van een Tovenaar; Baleits* Padang pangiris, *dat is snydent gras; in 't Amboins . . . , Javaans* Crissan.

Plaats. *Het wast niet veel by malkander, maar hier en daar ziet men een struik onder ander ligt kreupelbos, zoo op strant als aan de randen van 't bosch, het kleine wast onder 't voorgaande* Gramen caricosum, *aan 't hangen van 't gebergte, daar 't kaal is, ook veel onder de Calappus-bomen, daar niet veel gewandelt wert.*

Gebruik. *Daar is geen beest, 't welk van deze bladeren eet, daarom het ook de natuur in geen overvloet voortbrengt.*

De jonge steelen werden gestoten, in water zuiver doorgekleinst, en daar van in de oogen gedrukt om dezelve te verklaren, en van nevelagtigheid te zuiveren. De wortelen en steelen werden in water gekookt, en gedronken tegens de betoveringen, en het zet af de kwade humeuren in Gonorrhæa.

III. Tallan tallan. *Een derde zoorte van* Carex, *in 't Baleits* Tallan tallan *genoemt, wast met groote bossen, en lange bladeren uit de wortelen, in een klomp staande, als die van Acorus of Siree, mede eenigzints snydende. Uit de midden komt een driekante booge steel, op zyn top een kroone dragende, gelyk den* Cyperus *mas, dog veel grooter, en daar aan schubagtig en steekelig zaad, ligt ros van couleur.*

Het

Plerumque crescit ad fluminum ripas, ubi solum est humile & paludosum, maxime ad aquas stagnantes. Vaccæ ejus semina depascunt, sed folia a nullo comeduntur animali. Nudis pedibus quis per hanc procedere potest sine læsione, quod de binis prioribus speciebus non verum est.

Licet hæ tres herbæ non omnino conveniant cum illa, quam Europæi libri pro *Carice antiquorum* describunt; immo auctores ipsi inter sese non quadrent, quænam vera fuerit Carex, ad nullum tamen genus propius adcedunt quam ad *Caricem* seu *Butomum Theophrasti*, licet etiam referri possint ad binas *Platanariæ* species a *Dodonæo* descriptas, quibus omnibus longa *Cyperi* folia tribuuntur, sunt quoque glabræ quædam *Caricis* species, non acutæ nec scindentes, ac proinde æque ad Caricis species quam ad Cyperos floridos referri possunt, quarum binas tantum commemorabo species, primo majorem, secundo minorem.

Primo. *Carex lævis major* longa angustaque gerit folia, tres quatuorque pedes longa, digitum lata, in medio profunde sulcata, sulco trigono subtus acutum dorsum constituente, cæterum omnino glabra, suntque fere sessilia & fasciculatim e radice propullulantia, ubi sese ambiunt, ac trigonam formant conlectionem, ex centro hujus conlectionis simplex erigitur caulis, ulnam altus, vix pennam crassus, acutus & trigonus, cui insident bina ternave longa folia, prioribus similia.

Ipsius summo tria insuper similia increscunt folia, breviora, & in triangulo extensa, cum quibusdam aliis minoribus interpositis. In medio umbella seu panicula locatur, ex spinulosis composita capitulis, quæ brevibus insident petiolis. Quodvis capitulum componitur ex multis duris, acutis, & fuscis granulis, quæ semini Phalaris similia sunt, quæ facile decidunt, si tractentur.

Nullam gerit transversalem primariam radicem, sed sese dividit mox in multas longas, duras & fuscas fibrillas, quæ transversaliter ac profunde per terram sese dispergunt. Minor haberi posset species *Pandani caricosi*, de quo ad finem libri sexti.

In uliginosis crescit silvis ad montium pedes, nullusque ejus mihi huc usque innotuit usus; ob elegantem foliorum formam in hortis quoque plantari potest.

Secundo. *Carex lævis minor*, ex parte descripta est supra in adpendice primi hujus libri capitis. Ejus folia angustiora & tenuiora sunt illis prioris, nec tam profunde sulcata, sed ad illa Caricis magis adcedunt, nullo quoque modo scindentia.

Caulis ex foliorum conlectione ortum ducit, binosque cum dimidio pedes altus est, trigonus quoque, ac tria folia in triangulo locantur, inter quæ alia minora excrescunt.

Panicula amplius sese extendit priori, multis ornata petiolis inæqualis longitudinis, quorum quivis singularem gerit paniculam, transversalem vel obliquam, quæ squamosum seu paleaceum profert semen, quæ multo minora sunt granula illis prioris, fusca & saporis graminei.

Radix ex simplicibus quoque componitur tenuibus fibrillis. Reliqua possunt supra examinari.

Carex arborea mixtam habet formam Pandani & Caricis, longis adscendit flagellis arbores, parvis sese figens fibrillis hic & illic ipsarum corticibus. Ejus cortex lentissimus est ac lignosus, sese dividens in multas laterales ramificationes, quæ undique obsessæ sunt angustis longisque foliis, illis Pandani quam simillimis, sed quæ nullum gerunt protuberans dorsum, ut superius semi excavata sunt instar canalis plani, octodecim & viginti pollices longa, vix digitum lata, ad oras acute dentata, sed parum pungentia. In ramorum horum extremo fructus excrescunt instar binorum incurvorum digitorum conniventium, quodammodo referentes Siriboam vel Piper longum, externe parum rugosi & virides, quique interne medullam continent lentissimam non diffringendam.

Carex culmaris, in Leytimora *Hutta dome* dicta, fruticulus est, cujus inferior stipes muscosus est, seseque dividit in longa angustaque folia, quæ tres quatuorque pedes longa sunt, culmum lata, sed semper convoluta, ita ut rotunda esse videantur, ad oras acuta, si retro fricentur.

Ex

Het wast gemeenlyk aan de kanten van de rivieren, daar 't laag en moerassig is, en liefst aan staande wateren. De koeibeesten weiden 't zaat af, maar de bladeren werden van geen vee gegeten. Men kan onbeschadigt met bloote beenen daar door gaan, 't welk men by de twee vorige zoorten niet doen kan.

Hoewel deze drie kruiden niet ten vollen overeen komen met die geenen, die de Europise boeken voor haar Carex antiquorum *beschryven, ja de Autheurs zelfs niet eenig zyn, wat de regte* Carex *geweest zy, zoo kan ik ze egter tot geen ander geslagt nader brengen, dan onder de* Carex *of* Butomus Theophrasti*: hoewel ze ook konnen gebragt werden onder de twee zoorten van* Platanaria, *by* Dodonæus *beschreeven: welke alle men lange bladeren van* Cyperus *toeschryft. Daar zyn nog eenige gladde zoorten van* Carex, *niet scherp nog snydende, en konnen dierhalven zoo wel onder de geslagten van* Carex *als onder* Cyperus floridus *gebragt werden, waar van ik maar twee zoorten aanteekenen zal, 1. groote, 2. kleine.*

I. Carex lævis major, *heeft lange smalle bladeren, drie of vier voeten lang, een vinger breed, in de midden diep gegeut, met een driezydige voorn, van onderen een scherpe rugge makende, anders gants glad: zy staan bykans zonder steel met bosjes uit de wortel, daar ze malkander omvatten, en een driezydige vergadering maken, uit het midden dezer vergaderingen ryst een enkele steel op, een el hoog, schaars een schaft dik, scherp, en driekantig, daar aan nog twee of drie lange bladeren staan, de vorige gelyk.*

Op zyn top staan nog drie diergelyke bladeren, dog korter, en in een drieboek uitgebreid, met nog eenige kleinere daar tussen. In de midden ziet men een dolle of bos, gemaakt van stekelige knopen, op korte steeltjes staande. Ieder knop bestaat uit veele harde, scherpe en bruinagtige korrels, het Canary-zaat gelyk, dewelke ligt afvallen, als men ze handelt.

Het heeft geen dwersse hoofdwortel; maar verdeelt zig straks in veele lange, harde en bruinagtige vazelingen, die hun dwers en verre in de aarde verspreiden. Men zoude het voor een kleine zoorte van Pandanus caricosus *mogen houden, waar van in 't sesde boek gesproken is.*

Het groeit in vogtige bossen aan 't hangen van bergen, en daar van is my nog geen gebruik bekent; wegens de fraaije gedaante der bladeren kan men 't ook in de tuinen planten.

II. Carex lævis minor, *is ten deele beschreeven boven in 't byvoegzel van 't eerste Hoofdstuk dezes boeks. Zyne bladeren zyn smalder en dunder dan 't voorgaande, en zoo diep niet gegeut, maar 't Snygras gelyker, mede zonder eenige scherpheid.*

De steel is uit de vergaderinge voortkomende, twee voeten hoog, mede driekantig op een stok, drie lange bladeren in een drieboek staande, en daar tussen andere kortere.

De dolle breid zig verder uit dan de vorige, met veele steelen van ongelyke lengte, ieder draagt een byzondere dolle, dwers of schuins staande, en daar aan schubagtig of kafagtig zaad, zynde veel kleindere korrels dan aan 't vorige, ligt-bruin en grasagtig van smaak.

De wortel bestaat mede uit enkele dunne vazelingen. De rest ziet boven.

Carex arborea, *is een gemengde fatzoen van Pandang en Snygras, het loopt met smalle ranken de boomen op, met kleine vezeltjes zig hier en daar hegtende, de schorsse is zeer taai en houtagtig, zig in veele korte zydetakken verdeelende, dezelve zyn digt bekleed met smalle lange bladeren het Pandang naastkomende, met geen uitsteekende rugge, maar half hol, aan de bovenzyde als een vlakke geut, agttien en twintig duimen lang, schaars een vinger breed, aan de kanten fyn gezaagt, dog weinig steekelig: aan 't uiterste dezer takken komen de vrugten voort, als twee kromme vingers na malkanderen gekeerd, eenigzints een Siriboa of lange Peper gelykende, van buiten wat ruig en groen, van binnen is een zeer taai pit, 't welk niet te breeken is.*

Carex culmaris, *op Leytimor* Hutta dome, *is een kleine struik, wiens onderste stam mosagtig is, en verdeelt zig in lange en smalle bladeren, dewelke een biesemrysken gelyken, drie en vier voeten lang, een stroobalm breed, dog altyd zamengerolt, zoo dat ze rond schynen: aan de kanten scherp, en snydende, als men ze agterwaarts strykt.*

Uit

Ex ipsorum centro alius excrescit culmus rotundus, culmum crassus, tres quoque pedes altus, in vertice gerens oblongam & spinulosam paniculam, quæ granula profert rotunda, magnitudine seminis Catjang, superius acuto & duro apice, inferius tribus pilis hirta, inter ista granula proveniunt tria quatuorve similia angusta folia, sed multo minora, & ad latera extensa.

Radix componitur ex duris & sinuosis fibrillis, quæ juxta terram prorepunt. Invenitur circa Amahoessoe, & ornamento hortorum inservire potest.

Tabula Octava

Ad Figuram primam *Caricem* exhibet *Amboinicam*, quæ cum Tsjolap Pullu *H. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 67. convenit.

Figura secunda *Caricem* denotat *arboream*.

Uit de midden komt een andere steel, rond, en een stroobalm dik, mede drie voeten hoog, dragende op zyn top een langwerpige en steekelige tros, gemaakt van kleine roode korrels, in de grootte van een Catjang, boven op met een harde spits, en agter op drie hairtjes staande. Tussen deze korrels komen nog drie of vier diergelyke smalle bladeren voort, dog veel korter, en ter zyde uitstaande.

De wortel bestaat uit harde en bogtige vazelingen, dewelke langs de aarde kruipen. Men vint het omtrent Amahoessoe, en men kan het tot een cieraad in de tuinen zetten.

De Agtste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den *Amboinsche Carex*, het welk met de Tsjolap Pullu *H. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 67. overeenkomt.

De tweede Figuur wyst aan den *boomagtige Carex*.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Lithospermum Amboinicum. Salee utan.

Lithospermi species in Amboina reperitur, multos emittens rectos ex radice caules, qui tres quatuorque pedes alti sunt sine lateralibus ramis, qui minimum circiter digitum crassi sunt, ab inferiore parte ad dimidium nudi, in articulos distincti, non vere rotundi, sed parum striati & compressi, dein folia subsequuntur arcte supra sese invicem locata, ex caule sessilia, prope articulos locata.

Folia cum illis *Lachrymæ Jobi* seu *Salee* conveniunt, firmiora, magisque erecta, octodecim & viginti pollices longa, ultra binos digitos lata, non lædentia, sed glabra penitus, & intense virentia, superne sulco decurrente notata, inferne acuto dorso notata, in acutum apicem terminantia; Ex alis superiorum foliorum alter excrescit pedunculus parum erectus, qui bina ternave gerit minora folia, acutiora, & magis striata reliquis foliis. Supra hæc sese dividit panicula in alios varios tenues pedunculos, quorum quivis simplex gerit granum magnitudine Pisi, sed superius magis acuminatum, aliquando etiam parum angulosum, primo viride, dein cinereum, ac demum fuscum & lapideum: Petiolus, cui insidet, non perforat illud, sed subtus foveolam format, ac superius filum aliud locatur, florem gerens flavum ac squamosum, qui binis tribusve petalis dependet, nec unquam totus decidit. Quum granula sunt cinerea, acu facile perforari possunt, & amentis adligari.

Radix componitur ex multis lignosis & firmis fibrillis, late sese dispergentibus, multosque rectos caules emittentibus, unde hæc planta densum quasi format fruticulum, cujus radices sibi invicem permixtæ sunt. Primarius circa radicem culmus ad latera crassas emittit fibrillas uti Salee, horum quædam sese terræ infigunt. In arenosis & gracilibus locis multo angustiora & acutiora profert folia. Transplantata quoque planta non tam alte excrescit quam quæ sponte provenit.

Nomen. Latine *Lithospermum* seu *Milium solis Amboinicum*; Malaice *Salee utan*, verum enim *Salee* est *Lachryma Jobi*, supra libro octavo descripta, vocatur etiam *Rompot manni manni*, h. e. *Rosaria herba*; Amboinice *Ayhoit*.

Locus. In campis reperitur post pagos in siccis & arenosis locis, attamen ubi nullæ aliæ fere crescunt plantæ, uti sub Calappis, aliisque altis arboribus. In hortis transplantata latiora & glabriora gerit folia, in amplum excrescens fruticulum, multos adtollens rectos caules, sed non tam altos quam in silvestri.

Usus ejus apud Amboinenses in Medicina nondum notus est, sed matura ejus officula eliguntur, acubus perforantur, & amentis adligantur, quæ Amboinenses mulieres & pueri collis & brachiis adpendent loco amuletorum, hujus enim granula nullas habent squamas uti Salee domesticum, sed sunt glabra vel prope apices parum striata, splendentia, & ossea, nihilominus tamen facile perforari possunt, quum natura ad superiorem & inferiorem partem rudimentum quasi foraminis effecit.

Bon-

SESTIENDE HOOFDSTUK.

Het Amboinsche Steenzaat.

Van Lithospermum *hebben wy een gedaante in Amboina, met veele regte steelen uit eene wortel opschietende, de steelen zyn drie of vier voeten hoog, zonder zydetakken, schaars een pink dik, en van onder op wel de helft bloot, en met knien afgedeelt, niet regt rond, maar wat gestreept en gedrukt, daar na staan de bladeren digt boven malkanderen, digt aan de steel by de knien zittende.*

De bladeren gelyken die van Lachryma Jobi *of* Salee, *styver en meer overeind staande, agttien en twintig duimen lang, ruim twee vingeren breed, niet snydende, maar meest glad, boog-groen, boven met een doorgaande geute, beneden met een scherpe rugge, en voren een styve spitse. Uit den schoot der bovenste bladeren komt een ander steeltje mede overeind staande, daar aan twee of drie kleine bladeren staan, scherper en meer geribt dan de andere bladeren. Boven dezelve verdeelt zig den tros in verscheide andere dunne steeltjes, ieder dragende een enkele korrel in de grootte van een erwete, dog voren meer toegespitst, ook aan zommige wat hoekig. Eerst groen, daar na asgraauw, ten laatsten bruinagtig, en steenhart. De draat, daar ze op zitten, gaat niet door, maar maakt van onderen een kuiltje, en boven op staat weder een andere draat, dragende een schubagtig geel bloeizel, 't welk met twee of drie droppen afhangt en nooit geheel afvalt. Wanneer de korrels asgraauw zyn, zoo kan men ze met een naald ligt doorboren, en aan snoeren rygen.*

De wortel bestaat uit veel houtagtige en styve vazelingen, zig wyd verspreidende, en veele regte steelen uitgevende, waar door dit gewas een digten struik maakt, met de wortelen aan malkander vast. De hoofdsteel omtrent de wortel schiet ook ter zyden dikke vazelingen gelyk het Salee, waar van zommige zig in de aarde vast maken. Aan zandige en magere plaatzen gewind het veel smalder en scherper bladeren. Het verplantte wil ook zoo hoog niet opschieten als 't geene in 't wild groeit.

Naam. *In 't Latyn* Lithospermum *of* Milium solis Amboinicum, *in 't Maleits* Salee utan, *want de regte* Salee *is* Lachryma Jobi, *boven in 't agtste boek beschreeven. Men noemt het ook* Rompot manni manni, *dat is* Paternoster-kruid; *op Amboin* Ayhoit.

Plaats. *Men vindt het in 't velt agter de Negoryen op droge en zandige plaatzen, evenwel daar geen veel ruigte staat, gelyk onder Calappus en andere hooge boomen. In de tuinen geplant gewind het breeder en gladder bladeren, wert een breede struik, met veele regte steelen opschietende, dog zoo hoog niet als het wilde.*

Gebruik. *By deze Amboinezen is daar van nog niets bekent in de Medicynen, maar zyne rype korrels werden genomen, met naalden gestoken, en aan snoeren geregen, die de Amboinse vrouwen en kinderen aan de halsen en armen dragen in plaats van brasiletten, want de korrels hebben geene schilferen gelyk tamme Salee, maar zyn glad, of by de spitsen een weinig gestreept, blinkende en steen-hard, niet te min konnen ligt doorboort werden, dewyl van natuur onder en boven een beginsel van een gaatje is.*

Bon-

Tab. VIII.

Fig. 1.
Fig. 2.

Bontius lib. 6. *cap.* 56. *Milium folis* circa Bataviam in Java quoque observavit, licet hoc mihi ex ejus descriptione non constet, nullam enim ejus exhibet formam, sed ex usu ejus declarat ad vitia renum & vesicæ conducere, atque plebejos ex ipsius granis rosaria formare, unde & a Portugallis *Herba do rosario* vocatur, quum vero addit ex ejus officulis farinam edulem præparari posse, puto, binas confundere iterum plantas, atque hanc conmiscere cum Salee frumentaceo supra libro octavo descripto.

Bontius lib. 6. cap. 56. *heeft het* Milium folis *omtrent Batavia op Java ook gevonden, hoewel ik 't uilks uit zyne beschryving niet bespeure, want hy geene gedaante daar van geeft, maar uit het gebruik, zeggende dat het tot de gebreeken van de nieren en blaze dienstig zy, en om dat de slegte lieden uit zyne korrels Paternosters maken, daarom 't by de Portugeesen* Herba do rosario *genaamt wert; maar als hy daar by doet, dat men uit de korrels een eetbaar meel kan hebben; zoo gis ik, dat hy als wederom tweederlei kruiden onder een mengt, en dit gewas confundeere met het koren Salee, boven lib.* 8. *beschreeven.*

Tabula Nona

Ad Figuram primam *Lithospermum* exhibet *Amboinicum.* Figura secunda *Arundinellam* denotat *herbam.*

De Negende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Amboinsche Lithospermum.* De tweede Figuur wyst aan de *Arundinellen* plant.

OBSERVATIO.

Lithospermum hoc proprie *Lacbrymæ Jobi* silvestris species est, cujus domestica supra *libro octavo cap.* 28. fuit descripta & exhibita, ubi vide notas & *Thes. Zeyl. p.* 138. nec non *H. Cliff. p.* 437 & 438. ubi hoc genus *Coix* vocatur, cujus una species annua, altera perennis ibi recensetur.

AANMERKING.

Dit *Lithospermum* is eigentlyk een wild zoort van *Jobs* tranen, waar van een tam zoort boven in het *agtste boek cap.* 28. is beschreeven en afgebeelt; alwaar ziet de Aanmerking, als mede de *Thes. Zeyl. p.* 138. en ook de *H. Cliffort p.* 437 & 438. alwaar dit geslagt *Coix* genaamt wert, waar van twee zoorte, de eene jaarlyks, de andere overblyvende, aldaar vermeld werden.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Arundinella. Sajor bulu.

Arundinella speciem mentitur Alsines, estque herba repens & terræ incumbens, in binas distincta domesticas species, & quasdam etiam silvestres. Domesticæ sunt minor & major.

Primo. *Sayor bulu* minor primo commemoratur, quum sit herba vulgatissima & usitatissima. Non erigitur, sed viridibus, mollibus, & rotundis flagellis terræ incumbit, quæ in senioribus plantis parum lignosa sunt, atque in amplos articulos distincta. Cuivis autem geniculo simplex adstat folium, vagina ambiens petiolum sine ordine uti in Arundine.

Ipsum quoque folium quodammodo æmulatur illud arundinis teneræ, sed multo minus est, in medio per longitudinem tenuiter striatum, & ad tactum quodammodo rugosum, & circa vaginam pilosum, digitum longum & latum, viridis penitus coloris, cum illo Alsinis conveniens, sed majus. Substantiam habent mollem, ac facile in mucum conteri possunt, exceptis nervis interpositis. Flagellorum extremum parum sese erigit, postquam in laterales ramos extensa sunt, atque intra breve temporis spatium magnum obcupant locum, si suo relinquantur genio, ac genicula terram tangentia radiculas emittant.

Ex alis superiorum foliolorum tenuis exsurgit cauliculus, ultra articulum longus, qui peculiare sustinet foliolum tenuius ac pallidius reliquis, instar semi cordis formatum, ac complicatum instar acuti sacculi vel bursulæ, superius sese aperiens, ex quo flosculi eminent, quorum unicus tantum simul apertus est, reliqui quatuor clausi dependent sub eo in peculiari bursula, suntque capitula deorsum flexa forma acinorum Uvarum.

Flosculus iste elevatus longiusculo insidet petiolo in vaginæ parte posteriore fixo, atque ex tribus cæruleis petalis constat, forma Iridis minoris, quæ in triangulo locantur collis angustis, superius latiora.

In ejus centro sex cœrulea conspiciuntur stamina, tria nempe breviora sine antheris, ac tria longiora cum antheris flavis, sub flosculo tria locantur albicantia foliola, quæ vaginam constituerunt, cui inclusus fuit flosculus.

Plurimi sine semine pereunt ac marcescunt, sed aliquando cellula acuta excrescit, in qua tenue ac flavescens instar arenæ reconditur semen.

Matutino tempore flosculi isti vigent & aperti sunt, præsertim si post pluviosam noctem radii solares hos inluminent, quum terram eleganti colorant splendore cœruleo, læte viridi intermixta foliatura, atque hinc etiam pluviosis mensibus frequentiores sunt hi flosculi.

Post

SEVENTIENDE HOOFDSTUK.

De Arundinelle-plant.

Arundinella *wil een geslagt van* Alsine *zyn, een kruipent en op de aarde leggende plant, verdeelt in twee tamme zoorten, en ook eenige wilde. De tamme zyn,* I. *kleine,* II. *groote.*

I. Sayor bulu, *het kleine wert eerst gezet, om dat het gemeenste en gebruikelykste is. Het staat niet overeind, maar legt met zyne groene, weeke, en ronde steelen op de aarde, dewelke aan de oudste struikjes wat houtagtig werden, en zyn verdeelt in wyde leden. Aan ieder lid staat een blad met een schede, zyn steel zonder ordre omvattende, gelyk die aan 't riet doen.*

Het blad zelfs gelykt ook eenigzints na 't jonge riet, dog is veel kleinder, te weten in de lengte fyn gestreept, wat ruig in 't aantasten, en omtrent de schede hairig, een vinger lang en breed, regt grasgroen, met die van Alsine overeenkomende, dog grooter. Zy zyn week van substantie, en laten haar ligt tot een slym vryven, behalven de tussenloopende zenuwen. Het uiterste der steelen regt zig wat overeind, na dat ze haar in zydetakken uitgebreid hebben, en in kort een groote plaats beslaan, als men ze begaan laat, en de knietjes, die de aarde raken, wortelen wederom in.

Uit den schoot der bovenste bladertjes komt een dun steeltje voort, ruim een lid lang, 't welk draagt een byzonder blaadje, dunder en bleeker dan de vorige, als een half hert geformeert, en t'zamen gevouwen als een spits zakje of beursje, aan de bovenzyde zig openende, waar uit de bloempjes kyken, altyd maar eene t'effens geopent, de andere tot vier stuks toe hangen nog geslooten, daar onder in een byzonder beursje, zynde neerwaarts geboge knopjes, in de gedaante van druive-steenen.

Het bloempje nu staat verheven op een lang steeltje agter in de schede, en bestaat uit drie schoone hemelsblaauwe blaadjes, in de gedaante van kleine Iris of Swertelbloemen, te weten in een drieboek staande, met smalle halsjes, en voren breed.

In de midden ziet men zes blaauwe draden, te weten drie kortere zonder noppen, en drie langere met geele noppen: onder 't bloempje staan drie witagtige blaadjes, zynde de schede geweest, daar het in lag.

Zy vergaan meest alle zonder zaad, dog hier en daar komt een klein spits huisken voort, daar in een fyn geelagtig zaad legt als zant.

In de morgenstont staan ze weeldrig geopent, zonderlyk als na een regenagtige nagt een zonneschyn volgt, wanneer ze den grond schoon schilderen, met haar levend blaauw onder dat jeugdig groen, en daarom zyn ze in de regenmaanden rykelyker te zien.

N2

Post meridiem sese claudunt, atque altero die alter sese aperit flosculus, ac sic porro, pluvioso autem tempore bini aliquando sese simul aperiunt.

Radix alba est, mollis, & vilis, ac facile eradicari potest. Solum amat humidum, & in hortis areas cultas, item sub arboribus læte crescit umbrosis, ubi declive est solum, nec Carex adstat, hæ enim binæ herbæ nunquam simul crescunt, sed sibi quasi sunt inimicæ.

Nomen. Arundinella minor, & *Alsine Indica*; Malaice *Sajor bulu kitsjil*, h. e. *Olus arundinaceum minus*, ob foliorum similitudinem cum tenera arundine, quidam Malayenses hanc quoque vocant *Gababango*, alii etiam sed erronee *Cancong utan*, quum nullam aliam cum *Cancong* habeat similitudinem, nisi quod per terram prorepat; Amboinice *Nalur nalul* & *Heët*; Ternatice *Gobbu*; Bandice *Nalur*; Macassarice *Leco bulu bulu*.

Locus. Per totam aquosam Indiam vulgo nota est hæc planta, ubique in hortis crescens, & areas obtegens, si non evellatur, ad ripas fluminum & rivulorum quoque reperitur, ubi solum est planum, nec aliæ crescunt plantæ, sed sub arborum umbra.

Usus ac *Vires.* Saporem habet gramineum, cum levi amaritie, ac tota planta quasi viscosa est, præsertim caules ipsius, naturæ est refrigerantis, ac præterea peculiariter commovet & expellit.

Vulgare est olus, dulcis, & grati saporis, si cum Calappi lympha rite coquatur, gratiusque *Sajor bajang*. Raro solum coquitur, sed cum aliis mixtum oleribus, quam miscelam Malajenses vocant *Sajor haram tsjada*, seu *Sajor canda gondic*, h. e. olus meretricum & furum. Gravidis hoc olus prohibetur, uti illud exhibetur parturientibus, quum naturæ quasi vincula dissolvit & expellit. Hujus plantæ mira narratur experientia, quæ fere præstigia æmulatur, attamen coram judicibus confessa est a meretriculis. Tria enim hujus frusta seu tres articuli viridium & mollium flagellorum molliter inter digitos protracti, ita ut succosi sint, & sibi adhæreant, instar Pessarii utero intrusi non tantum menstrua provocant, sed lochia ac fœtus mortuos extrahunt, quod licitum esset experimentum, sed ex confessionibus porro istarum meretricularum edocti quoque sumus, conceptus justos etiam expellere posse, seu abortus procreare, cujus rei tam curatrices, quam illæ, in quibus hoc instituitur, pœnas luere debent.

Qui superstitiosi esse volunt, trium istorum frustulorum unum longius reliquis eligunt, ac quædam etiam pronunciant verba, quum ea diffringunt: Incolæ porro arcanam norunt artem frustulum eligendi ad vulnera globulorum, acuminum telarum, vel frustulorum ferri consolidanda & partes inhærentes extrahendas, quæ vulneribus infixæ hærent, teneri enim ejus cauliculi inter digitos contriti mucum exhibent, qui expressus vulneribus infunditur, atque expressi cauliculi superinponuntur, quod quotidie repetendum est. Tali modo intra quinque dies omne, quod vulneribus inhæret, extrahetur, ac simul ardor exstinguetur.

Secundo. *Sajor bulu besaar*, per terram quoque prorepit, sed non tam ample sese extendit, magisque sese elevat. Ejus folia multo latiora, majora, & rugosiora sunt, flavescentia, & per longitudinem maxime striata, seu costis donata instar *Plantaginis*, ipsorumque vaginæ maxime rugosæ sunt fuscis hirtæ pilis.

Flosculi ex similibus quoque erumpunt vaginis, sed minores sunt cœrulei, nec multum eminent, post hos bina sequuntur capitula in tria divisibilia segmenta, in quibus reconditur semen ex fusco flavum, fere instar illius *Fœni græci*, sed minus & mollius. In omnibus suis partibus hæc planta rugosior est & durior priore, rarius floret, in siccis crescit locis sub arboribus in solo flavo argilloso.

Nomen idem gerit cum priore, nisi quod addatur majus.

Usus. Silvestris magis ac siccioris naturæ habetur præcedenti, ac proinde non vel raro ad cibum adhibetur, ac semper aliis conmixtum oleribus.

Tertio. *Sajor bulu ajer*, seu *Arundinella aquatica*, minor est species aquatica, penitus silvestris, ad oras rivulorum crescens, in silvis sub arborum umbris. Hujus folia multo breviora, crassiora, pinguiora, & tam arcte compacta sunt, acsi sibi essent inposita, flagellis suis terræ incumbens.

Flosculi

Na den middag sluiten zy haar, en des anderen daags opent zig het tweede knopje, en zoo voorts: dog in de regentyd ziet men ook wel twee t'seffens geopent.

De wortel is wit, week, en gering, ligt om uit te trekken. Het wast gaarn op een vogtige grond, of in de tuinen op geboude bedden, als mede onder de boomen, daar 't schaduwagtig en laag is, zonder Snygras, welke beide kruiden nooit by malkander staan.

Naam. Arundinella minor, *en* Alsine Indica, *in 't Maleits* Sajor bulu kitsjil, *dat is* Olus arundinaceum minus, *wegens de gelykenisse der bladeren met het jonge riet, sommige Maleyers noemen 't ook* Gababango: *andere dog abusivelyk* Cancong utan, *dewyl 't geen andere gelykenisse met het* Cancong *heeft, dan dat het op de aarde kruipt. Op Amboin* Nalur nalul *en* Heët, *in 't Ternatis* Gobbu; *op Banda* Nalur; *op Macasser* Leco bulu bulu.

Plaats. *Het is meest door gants Water-Indien bekent, overal in de tuinen wassende, en de bedden bedekkende, als men 't niet uittrekt. Men vint het ook aan de oevers van de riviertjes, daar 't vlak en zonder andere ruigte is, dog met boomen beschaduwt.*

Gebruik en Kragten. *Van smaak is 't grasagtig, met een kleine bitterheid, slymerig over 't geheele gewas, inzonderheid aan de steelen; van aard is 't woelende, en heeft daar en boven een verborge kragt, om te beroeren en te verdryven.*

Het is een gemeen moeskruid, zoet en wel van smaak, als 't met Calappus-melk gekookt werd, aangenamer dan de Sajor bajang. *Men kookt het zelden alleen, maar met andere moeskruiden gemengt, welk mengelmoes de Maleyers* Sajor haram tsjada *of* Sajor canda gondic, *dat is boeren en boevenmoes noemen. Swangere vrouwen werd dit moes verboden, gelyk het den baerende geboden werd, om dat het de banden los maakt en afzet. Hier van heeft men een wonderlyke experientie, die schier tovery gelykt, egter in de Regtbanken door confessie van ligte vrouwlui voortgebragt werd. Want drie stukken of drie leden van de groene en malse stengelen dezes kruids, zagtjes door de vingeren gestroopt, dat ze sappig werden, en aan malkanderen kleven, van onderen als een Pessaris in 't lyf gebragt, verwekken niet alleen de maanstonden, maar trekken ook de nageboorte en doode vrugten uit, 't welk dan een geoorloofde handeling zoude zyn; maar uit de confessie der ligte vrouwlui hebben wy geleert, dat zy volkomen ontfangenisse daar mede weten af te zetten, waar over dan zoo wel de meesteresse, als die 't gebruiken, in straffe vervallen.*

Die superstitieuser zyn, willen van de drie stukjes, het eene langer dan 't ander hebben, prevelen ook eenige woorden daar by, als zy het afbreeken. Nog hebben de Inlanders een secreet konststukje tot geschoote wonden der kogels, spitsen van pylen, of stukken van yzer, die daar in zyn steeken gebleeven; want de jonge steelen tussen de vingeren gevreeven, drukt men den slym uit, giet dien in de wonden, legt boven op 't dikke van 't uitgeperste, en verbindt ze dagelyks eenmaal. Dit zal in vyf dagen, 't geene in de wonde steekt, uittrekken, en met eenen den brand blussen.

II. Sajor bulu besaar, *kruipt ook op de aarde, dog zoo verre niet, en regt zig meer overeind. De bladeren zyn veel breeder, grooter, en ruiger, geel-groen, in de lengte merkelyk gestreept, of geribt als een* Plantago, *hare scheden zyn zeer ruig van bruine hairtjes.*

De bloempjes komen ook uit diergelyke scheden, dog zyn kleinder, ligt-blaauw, en kyken niet verre uit na de bloemen, volgens twee langwerpige knopjes, die zig in drien laten deelen, en daar in ziet men bruin geel zaad, schier als Fænum græcum, *dog kleinder en weeker. Het is in alle zyne deelen ruiger, en grover dan 't eerste, bloeid weinig, en wast op drooge plaatzen onder de boomen, op een geele kleigrond.*

Naam. *Het heeft de zelfste naam als 't vorige, alleenlyk met byvoeging van groot.*

Gebruik. *Het werd voor wilder en drooger van aard gehouden, en daarom niet of zelden in de kost gebruikt, en dan altyd met andere moeskruiden gemengt.*

III. Sajor bulu ajer, *of* Arundinella aquatica, *is een kleine waterzoorte, gants wild, aan de oevers van de kleine riviertjes in 't bos wassende onder de schaduwe van boomen; deze blaadjes zyn veel korter, dikker, vetter, en zoo digt op malkander gedrongen, als of zy in malkander gestapelt waren, met hare steelen laag op de aarde kruipende.*

De

Flosculi sunt uti in prioribus, sed ipsorum stamina antheras habent lanuginosas, binique vulgo simul proveniunt flosculi aperti, quorum inferior sæpe nectitur pedunculo superioris, atque sub iis tria non aperta capitula in semi pellucido sacculo obclusa.

Quarta species omnino quoque silvestris est, foliaque habet instar secundæ speciei, sed sunt longiora, acutiora, & tenuiora, loco autem flosculorum spicas gerit ample extensas, ex quibus multa dependent pusilla & rugosa capitula instar seminis graminei, quæ facile decidunt, ac vestibus adhærent.

Nullius est usus, atque prætereuntium vestibus facile adhæret magno incommodo, quum multo majore labore abstrahitur, quam semen *Graminis aciculati* supra descripti.

Quinta Species in aqua crescit, vel ad oras aquæ stagnantis, folia gerit instar prioris speciei, sed paulo latiora & longiora. Spicam quoque profert, cui multi albi & angusti adcrescunt flosculi, arcte sibi adunati, interpositis minoribus foliolis. Usus trium ultimarum plantularum huc usque ignotus est.

De bloempjes zyn als aan 't voorige, dog hunne draden hebben wolagtige noppen, twee bloempjes staan gemeenlyk teffens open, en 't onderste dikwils aan 't steeltje van 't bovenste vast, en daar onder mede drie ongeopende knopjes, in een half doorschynend zakje besloten.

IV. *De vierde zoorte is mede gants wilt, heeft bladeren als de tweede zoorte, dog langer, spitser, en dunder, in plaats van bloemen draagt het wyd uitgespreide aairen, daar aan veele kleine en ruige knopjes hangen, als eenig graszaad, dat ligt afvalt, en aan de kleeren vast blyft hangen.*

Het werd tot niets gebruikt, en valt den voorbygaande moeijelyk aan de kleeren, daar men 't met meer moeite moet afhalen, dan 't zaad of de luizen van 't voortgaande Gramen aciculatum.

V. *De vyfde zoorte wast in 't water, of aan de kanten van staande wateren, met bladeren als de eerste zoorte, of wat breeder en langer. Het draagt ook een aaire, daar aan veele witte en smalle bloempjes staan, digt op malkander gedrongen, dog met kleine blaadjes daar tussen. Het gebruik van deze drie laatsten is nog onbekent.*

OBSERVATIO.

Arundinella hæc vera *Commelinæ* species est, atque *Commelina* repens, folio subrotundo *a me* vocatur in *Thes. Zeyl. pag.* 70. estque *Commelina* foliis ovato lanceolatis, caule procumbente, petalis duobus majoribus *H. Cliff. p.* 21. ubi vide reliqua, ut & *Dillenii H. Eltham. p.* 93.

AANMERKING.

Deze rietagtige plant is een egte zoort van de *Commelina*, welke de kruipende *Commelina* met rondagtige bladeren, van my wert genaamt in de *Thes. Zeyl. pag.* 70. en is de *Commelina* met een leggende steel, en rondagtige scherpe bladeren met twee grooter bloembladen, in de *H. Cliffort. p.* 21. alwaar het overige ziet, als mede in de *Hortus Elthamensis*, van *Dillenius p.* 93.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Crateogonum Amboinicum.

Crateogoni binæ obcurrunt in Amboina species, minor & major.

Primo. *Crateogonum minus*, seu *verum*, caules quosdam emittit rotundos & tenues unica ex radice, qui in multos articulos distincti sunt, ad digiti latitudinem distantes, quorum bini vel tres inferiores sinuosi sunt, & terræ quasi incumbunt, & radiculas in terram inmittunt, ubi terram tangunt. Cuivis nodo bina adstant folia sibi obposita, quorum quatuor simul crucem formant, non tamen planam uti crux vera, sed bina sibi invicem quasi adtrahuntur & eriguntur, illis Rosmarini similia, sed angustiora & tenuiora, in teneris plantis glabra & flaccida, in senioribus firma ac parum rugosa, binos digitorum articulos longa, culmumque lata.

Caules ejus porro in nullos laterales ramulos distincti sunt, sed simplices eriguntur ad spithamæ circiter altitudinem, ac prope radicem extensi, saporis acris instar sinapios debilioris cum levi amaritie.

Ex foliorum alis flosculi progerminant vix visibiles, in quatuor albos apices desinentes, stellati, & parvo contenti calice, quos insequuntur pusilla, rotunda, & duriuscula semina arenam crassiorem referentia, quæ non admodum acria sunt.

Radix satis longa est, in terra prorepens, in nullas quoque ramificationes distincta, sed fibrillis obducta.

Secundo. *Crateogonum majus* simplices quoque adtollit caules varios unica ex radice, quorum quidam prope radices divaricantur, reliqui eriguntur, vel inferioribus articulis terræ parum incumbunt, in articulos quoque distincti, binos transversales digitos distantes, pedem alti, culmorum pars superior parum angulosa est & rugosa. Folia eodem locantur ordine uti in priore, minorem digitum longa & lata, firma & rugosa, nervo crasso intermedio, superne obscure virentia, inferne albicantia, saporis acris & Sinapinacei, sed qui debilior est & gramineus quasi.

Prope folia circa caulem collectio seu congeries est multorum viridium caliculorum, e quibus eminent flosculi albicantes, ex quatuor parvis & retroflexis apicibus formati, in centro repleti staminulis brevibus & flavis antheris.

Post flosculos in caliculo quovis rotundum excrescit semen instar Sinapios, ex viridi albicans, durum, & intus concavum cum levi acrimonia.

AGTTIENDE HOOFDSTUK.

Het Amboinsch Kruisgras.

Van Kruisgras hebben wy twee zoorten in Amboina, I. *Kleine.* II. *Groote.*

I. Kruisgras het kleine, *of het eigentlyke, schiet met ettelyke ronde en dunne steelen uit een wortel op, in veele leden verdeelt, een duim breed van malkander staande, waar van de twee of drie onderste bogtig zyn, en op de aarde bukken, ook weder inwortelen, daar zy de aarde raken. Aan ieder lid staan twee bladeren tegens malkanderen, en met hun vieren in 't kruis, niet regt geopent, gelyk een formeel kruis behoort te zyn, maar de twee zyn na malkanderen gebogen, de Roosmaryn-bladeren gelyk, dog smaller en dunder, aan de jonge struikjes glad en slap, aan de oude styf en wat ruig, twee leden van een vinger lang, een stroobalm breed.*

Voorts is 't in geen zydetakskens verdeelt, maar de steelen staan enkelt, omtrent een span hoog, en by de wortel uitgebreid, van smaak scherp als slappe mostaart, met een kleine bitterheid.

Uit den schoot der bladeren komen zeer kleine en pas kennelyke bloempjes voort, vierspitsig, wit, gesternt, in een kelkje staande, waar op volgen kleine ronde en hardagtige zaatjes als grove zantkorrels, daar weinig scherpigheid in is.

De wortel is redelyk lang, in de aarde kruipende, ook in geene takken verdeelt, maar met vazelingen behangen.

II. Groot Kruisgras, *schiet ook met enkele steelen op, verscheiden uit eene wortel, waar van zommige by de wortel zig in tweën verdeelen, de andere staan overeind, of met de onderste knien een weinig op de aarde rustende: 't is mede in leden verdeelt, twee dwersvingeren van malkander staande, ruim een voet hoog, het bovenste der steelen is wat hoekig en ruig, de bladeren staan in de zelfste order als aan 't voorige, een kleine vinger lang en breed, styf en ruig, met een dikke middel-zenuwe, boven donker-groen, van onderen witagtig, mede scherp, en mostaartagtig van smaak, dog slapper en grasagtiger.*

By de bladeren rondom den steel staat een vergadering of klompje van veele groene kelkjes, daar uit witte bloempjes kyken, van vier kleine en omgeboge spitskens gemaakt, in de midden uitgevult met korte draatjes en geele nopjes.

Na de bloempjes groeit in ieder kelkje een rond zaad als mostaart, uit den groenen witagtig, hard, en binnen hol, met een kleine scherpigheid.

Radix De

Radix mox sese dividit in quasdam ramificationes, quæ oblique terram petunt, ac satis longæ sunt.

Hæc secunda species quoad rugosa folia, flores, & semina, quodammodo convenit cum Parietaria.

Nomen. Latine *Crateogonum Amboinicum*; Belgice *Kruisgras*; Malaice & Amboinice nullum gerit nomen, nisi quod vocavimus *Rosmaryn Ambon*, quum in Hitœa factum fuit, quod quidam incolæ videntes, me adeo sollicite colere in horto meo verum Rosmarinum, dixerint, satis copiose nos istam tibi adportabimus herbam, quum satis luxuriose circa nostros crescat pagos, qua adlata detexi præcedens esse Crateogonum minus, quod ex ipsorum arbitrio meo adponebam Rosmarino, vocabamque *Rosmaryn Ambon.*

Locus. In ventosis crescit collibus, minor species quoque in hortis, major semper sponte in nudis montibus, & levibus silvis.

Usus ejus huc usque ignotus est, licet viderim, Sinenses illud petere in usum Medicum, argumento in ipsorum patria quoque esse notum.

Memoratione præcedentis herbæ indicare me quoque oportet, verum Rosmarinum in Sina quoque crescere circa urbem Tsjantsjui sponte in litore vel non procul ab eo, in solo sterili salso, ac lapillis permixto.

Vocatur ibi *Puo*, ac duplicem habet formam, majorem & minorem, neque ultra binorum pedum altitudinem adtingit, densam habens frondem & elegantem comam, unde & a magnatibus delectationis gratia in fictilibus plantatur.

Ipsis in nullo vel pauco est usu medico, ac multo minus in cibo, quum nimis ibi amara sit herba, excepto quod pauca ejus copia adhibeatur in unguento *Bobori* dicto pro pueris.

Tabula Decima

Crateogonum exhibet *Amboinicum majus.*

De wortel verdeelt zig straks in eenige takken, die schuins in de aarde gaan, en redelyk lang zyn.

Deze tweede zoorte heeft aangaande de ruige bladeren, bloempjes, en zaden eenige gemeenschap met het glaskruid of Parietaria.

Naam. *In 't Latyn* Crateogonum Amboinicum; *in 't Duits* Kruis-gras; *in 't Maleits en Amboins wete ik nog geen naam, behalven dat zy 't genoemt hebben* Rosmaryn Ambon, *vermits het op Hitoë gebeurde, dat zommige Inlanders ziende, dat ik den regten Rosmaryn zoo zorgvuldig opkweekte in myne tuin, zeiden, wy zullen u genoegzaam van dat kruid brengen, want het wast rondom onze Negoryen; 't zelve dan aangebragt zynde, wierd bevonden 't voorschreeve kleine Kruisgras te zyn, 't welk ik dan ben ten gevalle by mynen Rosmaryn plantte, en liet het voortaan* Rosmaryn Ambon *noemen.*

Plaats. *Het wast op lugtige heuvels, de kleine zoorte ook in de tuinen, de groote altyd in 't wild, op kale bergen, en in ligte bossen.*

Gebruik. *Zyn gebruik is nog onbekent, hoewel ik 't de Chineesen heb zien halen, om tot eenig medicyn te gebruiken; een bewys dat het in hun land ook moet bekent zyn.*

By occasie van 't voorschreeve kruid, moet ik hier nog aanhalen, dat de regte Rosemaryn mede in China wast, omtrent de stad Tjantsjui, van zelfs op strand, of niet ver daar af, op een ziltige magere grond, met steentjes gemengt.

Het heet aldaar Puo, *is van tweederlei zoorte, klein en groot, die niet boven twee voeten hoog groeit, digt van loof, en fraai van kruin, daarom van de groote Heeren tot plaisier in potten geplant wert.*

Het heeft by hunlieden geen of weinig gebruik in de medicynen, en veel min in de kost, om dat hy te bitter valt, behalven een weinig wert tot de Bobori-zalve *voor de kinderen gebruikt.*

De Tiende Plaat

Vertoont het *groote Amboinsche Kruisgras.*

CAPUT DECIMUM NONUM.

Auris canina. Daun matta pannas.

Auris canina adfinis est *Verbenæ*, ac dividitur in feminam ac marem.

Primo. *Auris canina femina*, seu vulgatissima, est herba quoque procumbens, varios unica ex radice emittens caules, qui geniculati sunt, & in amplos articulos distincti, per quatuor vel quinque transversales digitos distantes, horum inferiores nodi maxime protuberant, ac terræ incumbunt, cui per subtiles fibrillas sese infigunt, inferius rotundi, superius quadragoni, firmi, & striati, non erecti, sed parum sinuosi sese adtollentes. Cuivis nodo bina adstant folia sibi opposita, illis Bliti seu Sajor Bajang similia, sed multo breviora, ac fere Rhomboidea, inferius nempe longa & angusta, dein subito sese explicantia, ac mox iterum contracta, unde quodammodo triangularia sunt, seu pendentibus minorum canum auriculis similia. In medio hæc pallide virent, ad oras rubent, ac subtus purpurascunt, quoque hæc folia magis rubent, eo efficaciora censentur.

Tota hæc planta, uti & folia non unius sunt magnitudinis ac formæ, quæ enim in locis crescit planis, saxosis, ac sterilibus, uti ad vias & ad aggeres, humilis est herba, cauliculos ad terram explicans, nec ultra palmam alta.

Ejus folia subrotunda sunt, seu istis auriculis similia, binos vel binos cum dimidio pollices longa, binos digitos lata, ad oras ac subtus maxime rubentia.

Quæ vero sub sepibus crescit, ac locis umbrosis, ad quinque pedum altitudinem excrescit, multo longiora ac majora proferens folia, parumque rubentia. Cauliculi etiam sese erigere non valent, sed adstantibus adcumbunt fruticulis.

Sapor fatuus est & insipidus; cauliculorum summo longa angustaque increscit spica, primo digitum longa, ac culmum crassa, ex parvis squamosis foliolis composita, inferius pallide virens, superius rubens seu purpurea, fere instar spicæ Amaranti, quæ cauda felis vocatur, sed illa multo angustior est.

Hæc

NEGENTIENDE HOOFDSTUK.

Hondts-ooren.

Hondts-ooren *is uit het maagschap van* Verbena, *verdeeld in wyfken en manneken.*

I. Hondts-ooren het wyfken, *of gemeenste, is mede een bukkend kruid, met verscheide steelen, uit eene wortel voortkomende, met knietjes, in wyde leden verdeelt, vier en vyf dwersvingeren van malkander, waar van de onderste knien merkelyk uitbuilen, op de aarde rusten, en met subtiele worteltjes daar in zig hegten, beneden rond, boven vierkantig, styf, en gestreept, niet regt, maar wat bogtig overeind staande. Aan ieder knie staan twee blaadjes tegens malkander, die van Blitum of Sajor Bajang gelyk, dog veel korter, en schier ruiteformig, te weten, agter lang en smal, daar na schielyk zig uitbreidende, en ook weer schielyk toelopende, waar door ze eenigzints driezydig worden, of de hangende ooren van schoothondekens gelyk. In de midden zyn ze ligtgroen, aan de kanten roodagtig, van onderen ligt-rood of purperagtig, en hoe meer rood deze bladeren hebben, hoe kragtiger men ze agt.*

Het geheele kruid en bladeren zyn niet van een grootte nog fatzoen, want 't geene op vlakke, steenige, en dorre plaatzen groeit, gelyk aan de wegen en op dyken, blyft laag van gewas, met zyne steelen op de aarde uitgebreid, niet boven een palm hoog.

Zyne bladeren zyn rondagtig, of gemelde ooren gelykst, twee of derdebalve duimen lang, twee vingeren breed, met veel roodigheid aan de kanten en onderste zyden.

Maar 't geene onder de heggen en schaduwagtige plaatzen wast, wert wel vyf voeten hoog, met grooter en langer bladeren, en daar men weinig roodigheid aan ziet. Ook konnen de steelen op haar zelfs geenzints staan, maar leunen tegens de omstaande ruigte.

De smaak is laf en onsmakelyk, aan 't opperste der steelen komt een lange smalle aaire voort, in 't eerst een vinger lang, een schaft dik, uit kleine schubagtige blaadjes gemaakt; beneden bleek-groen, boven rood of purper, schier als de aaire van de Amarantus zoorte, Cauda felis *genaamt, dog veel smalder.*

Deze

Hæc denique ſpica pedis longitudinem obtinet, inferius nuda, ſed ſuperius parva vagaque capitula ex ea dependent, quæ conſtant ex parvis ac rubentibus apicibus, quorum quivis iterum bifidus eſt, magnitudine Viciarum, ad tactum parum rugoſi, ac veſtibus facile adhærentes, ſed laxe, ſpicæ ſuperior pars inaperta eſt, & in rotundum deſinit apicem.

In quovis capitulo unum alterumve reconditur ſemen durum, gilvum, ac ſplendens, inſtar illius Sajor Bajang, ſed reniforme.

Quæ vero creſcit ad vias in locis ſaxoſis planiſque, brevem profert ſpicam, paucis capitulis obductam.

Radix ejus alba eſt, vilis, ſed ample extenſa.

Secundo. *Auricula canis mas*, majorem format fruticem, ac craſſiores caules, ſuperius quoque quadragonos, ſed oræ acutiores ſunt, & articuli late diſtant, quorum bini treſve inferiores terræ quoque incumbunt, ſuntque virides, ipſorumque nodi protuberantes, qui parum rubent.

Hujus folia majora ſunt, nec rhomboidea, uti prioris, ſed longiora & acutiora, illis Sajor Bajang ſimiliora, obſcure virentia, ſine ulla rubedine. Superiores caules ſimilem quoque proferunt ſpicam, ſed multo longiorem, unum alterumve pedem longam, primo referentem ſpicam Plantaginis latifoliæ, ſed multo longiorem, quæ multa anguſta & acuta profert capitula, retrorſum flexa inſtar hami, viridia, rugoſa, firma, nec facile decidua, ac pungentia, ſi fricentur, ita ut lædere quoque poſſint, veſtibusque fortius adhærent, non decidua.

Supremus ſpicæ apex mollis eſt, & compactus, uti in priore, ſed ſemper viret. In hoc ſimile latet reniforme ſemen, ſed magis oblongum, & ad unam inclinans partem.

Radix alba eſt, & ample extenſa, uti in priore, ſed non profunde in terram penetrat, attamen longa eſt.

Nomen. Latine *Auris canina femina* & *Mas*; Malaice *Njarang*, vulgo *Daun matta pannas*, h. e. folium contra oculos pravos & incantatos ſeu faſcinantes. Ternatice *Ray ray*, ac femina peculiariter *Goſſobeka*; Amboinice *Aſſotelina*, h. e. canis auricula ex foliorum forma, & *Aſſo callut*, h. e. canis cauda, ex ſpicæ forma, quibusdam *Utta aman*, h. e. *Rompot negri*, quum circa ædes & in plateis creſcit. Secunda ſpecies peculiariter Malaice vocatur *Sanco idong*; Amboinice *Hacca leylu*, h. e. naſi hamus, quum pueri alios fallunt, ſi aſperas haſce ſpicas naſo alicujus admovent odoris gratia, quam retrotrahendo talis naſum lædunt.

In Leytimora vocatur *Iſſipouan*; Javanice & Baleyice *Undor undor*; præſertim mas, h. e. recede, quum retroire quemvis oportet, ſi quis ipſi ſit intricatus, ne veſtes lædantur, vel pedes vulnerentur, quidam Malayenſes marem ac feminam vocant *Lagulu*. Sinice *Tſapitſou*, h. e. folium, quod alicujus naſo adfricetur, ſed quod mari proprie competit.

Locus. Prima ſpecies ubique creſcit ad aggeres, vias, & fluminum oſtia, aliiſque in ſaxoſis locis, etiam ſponte in hortis. Altera magis ſilveſtris eſt, ac ſub humilibus creſcit fruticulis circa vicos & deſertos hortos ſub arboribus umbroſis, facitque prætereuntibus difficilem aditum per ſpicas aduncas. Feminam quoque inveni in ſcopulis maris nudis, quorum fiſſuris radiculas ſeu fibrillas tam firmiter infixerat, ut extrahi non poſſet, quidam indigena Rhizothomus multum impendebat laborem, ut eas diſſolveret, ac cum radicibus plantam extraheret, quum efficaciorem hanc cenſebat contra choleram alia in terra creſcente.

Uſus. Hæc vilis plantula in cibo raro adhibetur, ſed eo magis in re Medica, more ſummæ Creatoris ſapientiæ, qui in rebus naturalibus per viles ac ſpretas res plerumque magna exequitur opificia. Primo inter herbas numeratur, quæ *Ubat ſwangi*, h. e. Alexiteria, ſeu ſpecifica contra incantationes vocantur, ac præſertim contra eam ſpeciem, quæ per malignos & faſcinantes operatur oculos, ac Malayenſibus *Matta pannas*, h. e. *Oculus calidus*, ſeu *Faſcinans* dicitur, ex vulgi enim opinione, quod & etiam non ſemper ſine ratione creditur, quidam enim homines noxium habent viſum, quo pueros, feminas, alioſque inbecilles homines lædere atque inficere valent, qui hinc febricitantes, inquieti, ac demum languentes ſunt.

Contra

Deze ſteel werd eindelyk een voet lang, beneden kaal, en boven met kleine ydele knoppen behangen, uit korte roodagtige ſpitsjes gemaakt, waar van ieder zig weer in tween deelt, in de grootte van Vitſen, wat ruig in 't aantaſten, en aan de kleeren hangen blyvende, dog ſlappelyk; het bovenſte van de aairen blyft ongeopent, en eindigt in een ronde ſpitſe.

In ieder knopje ſchuilt een of twee zaadjes, hard, vaal, en blinkende, als dat van Sajor bajang, dog niereformig.

Het geene aan de wegen op ſteenagtige vlakten waſt, gewind maar een korte aaire, met weinige knopjes.

De wortel is wit, gering, dog wyd verſpreid.

II. Hondts-ooren het manneken, *werd grooter van ſtruik, en groover van ſteelen, die ook boven vierkant zyn, dog ſcherper van kanten, in wyde leden verdeelt, waar van de twee of drie onderſte mede op de aarde bukken, groen, met uitbuilende knien, daar aan men wat roodagtigheid ziet.*

De bladeren zyn grooter, niet ruitformig als 't voorige, maar langer, en ſpitſer, die van Sajor bajang gelyker, zwart-groen, zonder eenige roodigheid. De opperſte ſteelen brengen diergelyke aaire voort, die veel langer werd, van een tot twee voeten lang, in 't eerſte de pieke van Weegbre gelykende, maar langer werdende, gewind veele ſmalle en ſpitſe knopjes, alle agterwaarts ſtaande als haakjes, groen, ruig, ſtyf, niet ligt afvallende, en ſteekende, als men daar tegens aan ſtrykt, zoo dat men zig ook daar aan bezeeren kan, en de kleeren houden ze vaſt, zonder afvallen.

De uiterſte ſpitſe van de aaire is zagt, digt in een gedrongen als aan 't voorige, maar blyft altyd groen. Hier in ſchuilt diergelyke niereformig zaad, dog langwerpiger, en aan eene zyde omgekromt.

De wortel is wit, en wyd uitgebreid als aan 't voorige, niet diep in de aarde gaande, egter lang.

Naam. *In 't Latyn* Auris canina femina & Mas; *in 't Maleits* Njarang; *in 't gemeen* Daun matta pannas, *dat is blad tegens kwade en betoverde Oogen; in 't Ternataans* Ray ray, *het wyfken in 't byzonder* Goſſoheka; *op Amboin* Aſſotelina, *dat is Hondts-ooren, na de gedaante der bladeren, en* Aſſo callut, *dat is Hondeſtaart, na de gedaante der aairen; zommige* Utta aman, *dat is* Rompot negri, *om dat het omtrent de huizen en op ſtraten waſt. De tweede zoorte werd in 't byzonder genoemt in 't Maleits* Sanco idong; *in 't Amboins* Hacca leylu, *dat is Neuſe-haker, om dat de jongens malkander bedriegen, latende malkaar aan de ſcherpe aairen ruiken, en dan onder de neus trekken, dat ze bezeeren.*

Op Leytimor noemt men 't Iſſipouan; *op 't Javaans en Baleits* Undor undor, *zonderlyk het manneken; dat is, wykt te rug; om dat men te rug moet gaan, als men daar aan vaſt raakt, zoo men de kleeren niet ſcheuren, of de beenen kwetzen wil: zommige Maleyers noemen 't manneken en wyfken* Lagulu. *In 't Chinees* Tſapitſou, *dat is blad, dat men iemand onder de neus vryſt, het welk op 't mannetje quadreert.*

Plaats. *Het eerſte waſt overal op de dyken, aan de wegen, en oevers der rivieren, en andere ſteenagtige plaatzen, ook van zelfs in de tuinen. Het tweede is wat wilder, en waſt onder de lage ruigte, omtrent de Negoryen en in verlatene tuinen onder de boomen, daar 't ſchaduwagtig is, makende den voorbyganger de paſſagie moejelyk, met zyne hakelige aairen. Het wyfken heb ik ook gevonden, op de bloote zeeklippen gewaſſen, met zyne wortels zoo vaſt in deszelfs ſcheuren, dat het niet mogelyk was uit te trekken: een zeker Inlands Wortelman dede veel moeite, om het zelve los en met wortel en al uit te krygen, dewyl hy 't zelve kragtiger agtte tegens het bord, dan 't andere op land groejende.*

Gebruik. *Dit veragte kruidje werd in de koſt weinig gebruikt, maar te meer in de Medicynen gepreezen, na de gewoonte van des Scheppers wysheid, die in de natuur door kleine en veragte dingen, altyd meeſt groote dingen werkt. Voor eerſt werd het onder die kruiden gerekent, die ze* Ubat ſwangi, *dat is* Alexiteria, *of haat tegens Tovery noemen; inzonderheid tegens die zoorte, dewelke door booze, nydige, en geinfecteerde oogen geſchiedt; in 't Maleits* Matta pannas, *dat is* Oculus calidus *of* Faſcinans *genoemt: want na 't gemeene gevoelen, 't welk niet overal zonder reden is, hebben de menſchen een ſchadelyk gezigt, waar mede zy de kinderen, vrouwen, en andere teere menſchen konnen infecteeren, die daar van koortſig, onruſtig, en ten laatſten kwynende werden.*

Hier

Contra hocce malum ægro exhibent hanc herbam, ac præsertim, ut feminæ radices cum Pinanga masticet, quibus aliquando addunt Zingiberem minorem & Acorum, dein æger sese lavare debet in balneo ex tota hac herba præparato. Contra febres vero hæc herba editur seu masticatur cum *Siri Pinang*, ejusque propinatur decoctum, ac foliorum succus oculis instillatur mox ante solis occasum, vel ante febris paroxysmum. Præsertim vero specificum est remedium contra quemvis Cholericum fluxum, si cum Siri Pinanga masticetur, vel ipsius propinetur succus. In Dysenteria quoque adhibetur, ac præsertim ejus spica cum Siri Pinanga masticata, addita Zingibere minore.

Hunc in finem semper eligenda est herba in sterilibus crescens locis, soli rite expositis, cujus folia multum rubent. Mas non ita in usu est, ejus tamen radix cum *Siri Pinanga* masticatur contra tusses. Alii commiscent maris ac feminæ radices, ac simul eas masticant cum Siri Pinanga contra Dysenteriam. Eædem hæ binæ radices itidem cum minore Zingibere & Pinanga masticantur, quarum succo irrigantur languentes pueri, quos censent infectos Matta Pannas, ipsosque lavant decocto binarum harum plantarum. Hoc quoque folium conducit cunctis febricitantibus hominibus, ut & iis, qui internum sentiunt ardorem, quum folia *Bonga radja* addantur. Utriusque herbæ spicæ simul masticatæ ardorem urinæ etiam exstinguunt, & curant acrem Gonorrhæam, quæ Pangrassa vocatur. Folia rubræ seu feminæ in aqua contrita & propinata Oepes sedant seu choleram, ita ut specificum habeatur remedium in hac Oepas specie, quod comprobatum fuit.

Anno 1672, quo tempore maligna grassabatur Diarrhæa, qua multi curabantur, qui feminæ totam plantam masticabant cum Siri Pinanga, addito Curcumæ frustulo, ac pauxillo Cepæ; Sauciati galli gallinacei hac curantur herba, cum pauxillo Curcumæ contrita, inposito vulneri toto folio. Contra Epilepsiam folia maris sumuntur cum Herba meroris pumila, quæ simul in aqua conteruntur, & ægro propinantur.

Maris tenera folia ad olus etiam adhibentur instar *Sajor bajang*, cui adfines hasce herbas esse quidam putant, hæ binæ herbæ etiam aquæ incoquuntur cum *Gorumi parampuam*, (qui fruticulus est flagellis terræ incumbens) ac cum dimidio *Lemonis swangi*. Quod propinatur contra Matta pannas, per quod intelligunt quoque vulnus conjunctum cum oculis inflammatis, & corporis ardore ingenti, quo in casu æger multum sitit & potat, sed cibos recusat.

Bontius libr. 6. cap. 59. Verbenam Indicam vocat, ipsique vires tribuit, succum nempe ex cochleari haustum multos curare intestinorum morbos, uti Colicam, Dysenteriam, & Choleram. Folia cum aceto contrita cordi inponuntur contra ejus palpitationem ac deliquium. Dicitque vetulas Javæ hanc herbam efficacem habere contra quævis incantamenta, ad quæ in Europa Verbenam quoque adhibent, ac proinde herbam sacram vocant. Sic etiam sæpius expertus fui, si quis stomachi ardore vexetur, qui facile oritur ex æsu pinguium ciborum, vel etiam multo potu vini gracilis, quo in casu alicujus lingua intumescit, nigricat, vel fusca est, ac tam gravis, ut talis vix loqui possit, curabitur, si tota feminæ herba cum tota sua substantia in aqua contundatur vel conteratur, succusque exprimatur, ejusque cyathus propinetur, quod bis terve repetendum est.

Cadelari & Scheru cadelari Hort. Malab. part. 10. *fig.* 78 & 79. cum nostra *Aure canina* conveniunt, prima nempe cum *mare*, altera cum *femina*, primaque a *Commelino* pro *Verbena Bontii* quoque habetur, ipsis ibi sequentes adscribuntur virtutes. Decoctum nempe valet contra Dysuriam, ac dolorem Nephriticum, uti & contra mictum cruentum.

Radix ibi in usu est contra Dysenteriam, ejusque decoctum ventriculum corrobarat, flatus dissipat, mucum corrigit, ac calculum vesicæ comminuit. Brachio adligata febribus prodest certo tempore accedentibus cum frigore. Cum Limonum succo contrita valet contra lenticulas & tumores sub maxilla ortas. Feminæ eadem tribuitur virtus, ac præterea totam hanc herbam cum oleo mixtam mictus curare purulentos.

Tabula

Hier tegens geven ze den patient dit kruid, inzonderheid de wortelen van het wyfken met Pinang te eeten, waar by zy zomtyts kleine Gember en Acorus doen, en zig in 't water wassen, daar 't geheele kruid in gezoden is. Tegens de koortse in 't generaal eet men 't zelve kruid met Siri Pinang, drinkt het decoctum, en den sap der bladeren druipt men in de oogen kort voor zonnen ondergang, of als de koortse wil aankomen. Inzonderheid is 't een beweerd middel tegens alderhande bord, Cholericum fluxum, *als men 't met Siri Pinang kaauwt, of den sap daar van inneemt. In de roode loop werd het ook gebruikt, inzonderheid de aaire met Siri Pinang gekaauwt, wat kleine Gember daar by doende.*

Hier toe moet men altyd verkiezen, 't geene op dorre plaatsen wast, die wel ter zonne staan, en wiens bladeren veel rood hebben. Het mannetje werd zoo veel niet gebruikt, egter zyne wortel werd met Siri Pinang *gekaauwt tegens de hoesten. Andere doen de wortelen van 't wyfken en manneken t'zamen, en knaauwen ze met Siri Pinang tegens den rooden loop. Deze twee wortelen kaauwt men met kleine Gember en Pinang, besproejende de zieke kinderen daar mede, die ze door 't Matta Pannas geinfecteert houden, en wassende in het decoctum van die beide kruiden. Dit blad dient ook voor alle koortsige menschen, en die een inwendigen brand gevoelen, als men de bladeren van* Bonga radja *daar by doet. De aairen van beide t'zamen gekaauwt, geneezen ook de Brandpis en scherpe Gonorrhæam, die men Pangrassa noemt. De bladeren van 't roode of wyfken in 't water gevreeven en gedronken, stillen 't Toepas of Choleram, zoo dat het een toegeëigent geneesmiddel gehouden wert voor deze zoorte.*

Anno 1672. grasseerde een zware buikloop, waar van veele geneezen wierden, die het wyfken met zyn geheele struik en Siri pinang kaauwden, daar by doende een klein stukje Curcuma, en een weinig Ajuin. De gekwetste hoenders verbind men met dit kruid, t'zamen met een weinig Curcuma gevreeven, en met een geheel blad daar op gebonden. Tegens vallende ziektens nemen ze de bladeren van 't manneken, met het kruidje Herba meroris pumila, *vryvent in 't water, en geven 't den patient te drinken.*

De jonge bladeren van 't manneken werden ook tot moeskruid genomen, gelyk Sajor bajang, *onder wiens maagschap zommige deze kruiden rekenen. Beide deze kruiden kookt men in water met* Gorumi parampuan, *(zynde een heestertje met zyn takken op de aarde leggende,) en een halve* Lemon swangi. *Drinkt het tegens het* Matta pannas, *waar onder zy ook verstaan een accident, waar by men roode en vuurige oogen en groote brand, in 't lyf heeft, veel water drinkt, en niet eten en wil.*

Bontius lib. 6. cap. 59. *noemt het* Verbenam Indicam, *en schryft hem de kragten toe, dat van den sap een lepel vol gedronken, geneezen werden veelderlei gebreken der darmen, als Colyk, roode Loop, en 't Bord. De bladeren met azyn gevreeven, werden over 't hert geslagen in deszelfs flaauwten en onmagt. Dat de oude Wyven op Java dit kruid kragtig houden tegens alle Tovery, waar toe ze in Europa de* Verbenam *ook gebruiken, en daarom* Herbam sacram *noemen. Zoo heb ik ook dikwils geprobeert, als men met de zoode of brand des maags gekweld is, veroorzaakt door 't nuttigen van veele vette kost, ofte ook door veel drinken van schrale wynen, by welk gebrek iemand de tonge zwelt, bruin, zwart, en zoo zwaar werd, dat men kwalyk spreeken kan, zoo werd men geholpen, als men 't geheele kruid van 't wyfken met al zyn substantie in water stoot of vryft, den sap uitperst, en daar van een theekopje vol drinkt, en dat twee of drie reisen na malkander.*

Cadelari *en* Scheru Cadelari in Hort. Malab. part. 10. fig. 78 *en* 79. *beschreeven, komen overeen met ons* Auris canina, *te weten het eerste met het manneken, het tweede met het wyfken, en wert de eerste zoorte van* Commelinus, *mede voor* Verbena Bontii *gehouden. Haar werden aldaar de volgende kragten toegeschreeven: het decoctum is goed tegens Dysuriam; of brandpis en pyn van 't graveel, als mede tegens het bloedige pissen.*

De wortel werd gebruikt tegens den rooden Loop, haar decoctum versterkt den mage, verdryft de winden, corrigeert den slym, en breekt den steen in de blaze. Aan den arm gebonden, dient ze tegens de koortsen, die op zekere tyd wederkomen, en met koude beginnen. Met Limoen gewreeven, dient zy tegens de sproeten en de gezwellen, onder de kinbakken voortkomende. Het wyfken schryft hy dezelfde kragten toe, en daar en boven, dat het geheele kruid met oly gemengt, geneest de etterige pis.

De

Fig. 1.
Fig. 2.

Tabula Undecima

Plantam exhibet, quæ *Auris canina femina* RUMPHIO vocatur.

OBSERVATIO.

Hæc *Auris canina femina* a variis Botanicis ad varias plantarum claſſes relata eſt, quarum primarias in *Theſ. Zeyl. pag.* 16. commemoravi, ubi mihi dicitur Amarantus ſpicatus Zeyl. foliis obtuſis Amaranto Siculo Boccone ſimilis. *Hermanno* in *Muſ. Zeyl.* dicitur Verbena Indica, ſpicata foliis obtuſis. In *H. Cliff. pag.* 10. dicitur Verbena foliis obtuſe ovalibus, ſpica carnoſa nuda, a *Vaill.* de ſtruct. florum dicitur Sherardia Teucrii folio, flore purpureo &c.

Tabula Duodecima

Ad Figuram primam plantam denotat, quæ *Auris canina mas* dicitur.
Figura ſecunda *Herbam Memoriæ* exhibet.

De Elfde Plaat

Vertoont een plant, welke de *Honts-oor*, het *Wyſje* by RUMPHIUS genaamt wert.

AANMERKING.

Dit wyſjes *Honts-oor* is van verſcheide Kruidkenners tot verſcheide geſlagten van planten gebragt, waar van ik de voornaamſte in de *Theſ. Zeyl. pag.* 16. heb aangehaalt, alwaar ze van my genaamt wert Ceylonſche geaairde Amaranthus, met ſtompe bladeren, gelyk aan de Siciliſche Amaranthus, van Boccone. By *Herman* in zyn *Muſ. Zeyl.* wert ze Indiſche geaairde *Verbena* genaamt; in de *Hort. Cliff pag.* 10. Verbena met ſtompe ovale bladeren, met een vleeſige naakte aair. Hier toe behoort de Sherardia met het blad van de Teucrium, en een purpere bloem, by *Vaill.* de *ſtruct. flor.* &c.

De Twaalfde Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur een plant, welke de *Honts-oor* het *Mannetje*, genaamt wert.
De tweede Figuur wyſt aan het *Memorie-kruid.*

CAPUT VIGESIMUM.

Herba memoriæ. Daun ingat.

Hæc planta e genere Parietariæ videtur eſſe, quæ caules emittit tenues ac ſimplices unica e radice, paulo craſſiores filo nautico, virides, anguloſos, rugoſos, & in amplos articulos diſtinctos, ad inferiorem partem terræ incumbentes inſtar graminis cruciati; Articulis bina adſtant folia ſibi oppoſita, ac quatuor ſimul crucem formant, ſeu cruciata ſunt, quæ digiti articulum longa ſunt, ad poſteriorem partem latiſſima, ac ſuperius acuminata, illis Baſilici ſimilia, ſed breviora, tenuiſſima, ac tenerrima, paucis obliquis & valde protuberantibus coſtis diſtincta, ad tactum rugoſa, & veſtibus quodammodo adhærentia, quæ videntur eſſe ſicca, & ex nigro virentia, ſi vero inter digitos fricentur, in mucum quaſi diſſolvuntur.

Articulis quædam adſtant viridia capitula inſtar ſeminis Sinapios, quæ ſuperius parum albicant, ac gilva ſunt, puſillaque inſtar Milii, crepitantia, ſi parum inter dentes comminuantur, fere uti in præcedente gramine cruciato.

Totius herbæ ſapor fatuus eſt ſeu acidulus, ac ſimul odorem præbens Cucumerinum.

Radix vilis eſt, ac facile eradicari poteſt, tres quatuorve emittens caules, ſpithamam vel pedem altos, in nullos laterales ramulos diſtinctos.

Nomen. Latine *Herba memoriæ*, & *Parietaria Amboinica*; Malaice *Daun ingat*, aliis *Rube*, & *Daun bara*, h. e. Anthracum herba; Ternatice *Goſſo ſoninga*, vel proprie *Sonjinga*, h. e. herba memoriæ, quum foliola veſtibus adhærentia prætereuntes quaſi recordari faciunt aliquid.

Locus. Sub ſepibus creſcit; & in hortis circa palos.

Uſus. Folia inter digitos contrita, donec in mucum convertantur, quod facile fieri poteſt, quibusvis inponuntur Anthracibus fere maturatis, quarum ardor mox exſtinguitur, quæque inde magis maturantur, ac facile aperiuntur, ita ut pus exfluat, unde & ipſis etiam inponuntur, licet apertæ ſint, ſed in initio maturationis nimis debilia ſunt.

In Malaienſi Grammatica hæc foliola alicui miſſa denotant, talem oportere aliquid recordari, ſeu memorem eſſe alicujus rei vel perſonæ.

Muriguti *Hort. Malab. part.* 10. *fig.* 32. quodammodo cum hac convenire videtur planta, Malabarenſis vero rugoſior eſt, majores gerens fructus ſeu ſemina, in uſu autem Anthracum conveniunt, ubi porro additur, ſi coquatur in oleo Calappus & Croco, (forte Curcuma,) vulnera curare. Adnotator eam vocat Alſinæ adfinem flore candido.

TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Memorie-kruid.

Van 't geſlagt van de Parietaria wil dit kruid zyn, 't welk met dunne en enkelde ſteelen uit eene wortel opſchiet, wat dikker dan zeilgaarn, groen, gehoekt, ruig, en in wyde leden verdeelt, omtrent het onderſte op de aarde bukkende, gelyk 't voorgaande Kruisgras. Aan de leden ſtaan twee blaadjes tegens malkander, en met hen vieren in 't kruis. Dezelve zyn een lid van een vinger lang, omtrent het agterſte breedſt, en vooren toegeſpitſt, die van 't Baſilicum gelyk, dog korter, zeer dun, en teer, met weinige ſchuinſe en zeer uitbuilende ribben, ruig in 't handelen, en eenigzints aan de kleeren kleevende. Van aanzien droog, en zwart-groen, maar als men ze tuſſen de vingeren vryft, in ſlym vergaande.

Aan de leden ſtaan eenige groene knopjes als moſtaartzaad, waar op iets wits voortkomt, vaal, en klein als hirſe, krakende als men daar op byt, ſchier als aan 't voorige Kruisgras.

De ſmaak van 't geheele kruid is laf of ſmets, daar by wat riekende na Komkommers.

De wortel is geringe, en ligt om uit te trekken, drie of vier ſteelen uitgevende, een ſpan of een voet hoog, in geene zydetakken verdeelt.

Naam. *In 't Latyn* Herba memoriæ, *en* Parietaria Amboinica; *in 't Maleits* Daun ingat, *by de andere* Rube, *en* Daun bara; *dat is Bloedzweeren-kruid*; in 't *Ternaties* Goſſo ſoninga, *of eigentlyk* Sonjinga, *dat is Gedenk-kruid, om dat het met zyn blaadjes aan de kleeren blyft kleeven, als of 't den voorbygaande van iets wilde indagtig maken.*

Plaats. *Het waſt onder de beggens, en in de tuinen omtrent de paggers.*

Gebruik. *Zyne blaadjes tuſſen de vingeren of handen gevreeven, tot dat ze tot ſlym worden, 't welk zeer ligt toegaat, werden op alderhande bloedzweeren gebonden, die ten naaſten by ryp zyn, die het voorts verkoelt, verweekt, doet opbreeken, en den etter uittrekken, dies men 't daar op bind, al zyn ze opgebroken, maar om de beginnende te rypen, zyn ze te zwak.*

In de Maleitſe Grammatica aan iemand gezonden, wil zeggen, dat wy hem van iets indagtig maken, of dat hy aan ons gedenken zal.

Muriguti in Hort. Malab. part. 10. fig. 32. *beſchreeven, wil eenigzints hier mede overeen komen, dog het Malabaarſe zal ruiger zyn, grooter vrugten en zaden dragende. In 't gebruik tegens bloedvinnen komen ze overeen, waar by nog gedaan werd, dat, als men het kookt in Calappus-oly en Crocus, (miſſchien Curcuma) geneeſt zy de wonden. Den Annotator maakt daar van een Alſinæ affinis flore candido.*

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Prunella Molucca hortensis. Lire.

Hæc herba mixtam gerit Prunellæ & Vincæ Pervincæ formam, unde & tam ad unam quam ad alteram referri potest plantam, atque in hisce insulis variæ hujus herbæ obcurrunt species, quas in binas divido classes, domesticas nempe & silvestres, de quibus in subsequentibus latius.

Prunella domestica variam iterum habet formam, quæ tamen ad hasce binas referri potest species, latifoliam nempe & angustifoliam.

Primo. *Latifolia Prunella domestica* ad terram inclinat plurimis suis flagellis, quorum minor pars erigitur, suntque rotundi, & in amplos articulos distincti, quorum quidam ad semi pedis spatium distant.

Hisce folia adstant bina sibi obposita, quatuorque simul obliquam formant crucem, longiusculis insidentia petiolis, Urticæ foliis quodammodo similia, sed longiora & crassiora, quinque pollices longa, binos lata, ad oras inregulariter serrata, ipsæque oræ parum contractæ sunt, acsi spinulosæ essent.

Foliorum costæ oblique admodum decurrunt sinuosæ ad superiorem partem, superne obscure virentes, inferne ex purpuro rubentes, saporis penitus silvestris & ingrati. In summo brevem crassamque habent spicam ex foliolis squamosis & obscure virentibus compositam, cum fusco intermedio colore, estque ad oras pilosa & barbata quasi, ex qua flosculus longo tubo instructus eminet, illi Primulæ Veris similis, in quinque inregularia petala distinctus, coloris albi, in ipsius tubo quatuor locantur stamina, binis majoribus petalis adcreta.

Post florem capitulum remanet acutum, filamento seu barba ornatum, quod plerumque sine semine perit. Hæ itaque graves spicæ ac pinguia folia graciles ad terram deprimunt caules, ipsorumque articuli in terram fibrillas inmittunt, ubi eam tangunt, unde & magnum obcupat hæc planta locum, licet ipsius caules non sint ramosi, vel multis foliis onusti, ac fere nullos laterales gerant ramulos.

Radix longa est, tenuis, alba, raris constans ramificationibus, & oblique per terram prorepit.

Secundo. *Prunella domestica angustifolia*, haud multum diversa est a priore, excepto quod magis erigatur, ac densiorem formet fruticulum, ipsiusque caules summi quadragoni sunt.

Folia longiora sunt & angustiora, ad oras profunde & ample serrata, non sinuosa, superne curtis pilis obsita, atque hinc, si tractentur, rugosa, in hortis quinque & sex, in silvis octo & novem pollices longa, & unum lata, obliquis & sinuosis costis pertexta, ejusdem coloris, odoris, ac saporis cum priore, sed paulo crassiora, fragilia, & succosa.

Spicæ ac flores sunt ut in priore, hæc vero species plures gerit spicas longiores, magisque squamosas, rugosiores gerens pilos ac barbas, uti quoque silvestris magis est naturæ. Totus hic fruticulus ita purpureum suum tegit colorem, ut nil nisi obscure virens conspiciatur color, si quis ipsi adstat, sique caules ad latera inflectantur, vel a vento commoveantur, mox purpureus adparet color.

Nomen. Latine *Prunella Molucca hortensis*; Amboinice *Ayloaba*, h. e. *Herba filorum*; Malaiensibus quibusdam *Ubat swangi*, h. e. herba magica & dæmonum, vocabulo nimis generali; Ternatice *Lire*.

Locus. Vulgaris est ubique in Moluccis & Amboinensibus insulis, tam in silvis quam in hortis, ubi in solitario locatur loco, quum solum sibi vindicat proprium, aliquando tamen transplantare eam oportet, ne moriatur. Angustifolia quoque species sponte in silvis crescit, ubi ingentes reperiuntur lapides.

Usus ejus vulgaris est apud incolas tanquam generale antidotum contra incantamenta, quæ hæc natio maxime timet, & de quibus inter sese multa fabulantur, unde & hæc herba suum obtinuit nomen, quam primum enim pueri insolito flent modo, suntque febricitantes vel inquieti, incantati censentur, unde & mox has petunt herbas, ac radicem Codilii nigri, quas simul aquæ incoquunt, in qua tepefacta pueros lavant.

Lector

EEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Molukse Tuin-bruinelle.

Dit kruid heeft een gemengd fatzoen van Prunella en Senegroen, of Vinca Pervinca, daarom 't zoo wel tot het een als tot het ander kan gebragt werden, en men heeft 'er in deze Eilanden veele zoorten van, die ik tot twee hoofdgeslagten brenge, tamme en wilde, waar van in 't volgende.

De tamme Bruinelle is weder van verscheide gedaante, dog men kan ze onder deze twee zoorten begrypen, breedbladige, en smalbladige.

I. De breedbladige tamme Bruinelle, *is mede bukkende ter aarde met zyne meeste steelen, waar van het minste deel overeind staat, rond, in wyde leden verdeelt, waar van zommige wel een halve voet van malkander staan.*

Aan dezelve staan de bladeren twee en twee tegens malkanderen, en met hun vieren in een schuins kruis, op langagtige steelen, de Netelbladeren eenigzints gelyk, dog langer en dikker, vyf duimen lang, twee breed, aan de kanten onordentelyk gezaagt, en de kanten zyn wat gefronst, als of ze stekelig waren.

De ribben loopen zeer schuins met bogten na vooren toe, boven donker-groen, beneden purper-rood, van smaak gants wild, en onlieffelyk. Aan 't opperste dragen ze een korte dikke aire, van schubagtige donker-groene bladeren gemaakt, daar bestorven bruin onder loopt, aan de kanten hairig, en met eenige baarden, daar tussen komt een langhalsig bloempje, de Primula Veris gelyk, in vyf ongelyke blaadjes verdeelt, wit van couleur. In hare holligheid ziet men vier draadjes tegens de twee grootste blaadjes aan gewassen.

Na de bloeme blyft een spits knopje staan, met een draat of baard boven op, 't welk meest zonder zaad vergaat. Deze topzware aairen en vette bladeren dan, buigen de ranke steelen ter aardewaarts, en hare knien wortelen wederom in, daar ze dezelve raken, weshalven het een groote plaats beslaat, hoewel het ydel van takken en bladeren is, schier zonder zydetakken.

De wortel is lang, dun, wit, ydel van takken, en dwers in de aarde kruipende.

II. Smalbladige tamme Bruinelle, *verschilt niet veel van de voorgaande, behalven dat het meer overeind staat, en digter van struik werd, ook zyn bovenste steelen wat vierkant zyn.*

De bladeren zyn langer en smalder, aan de kanten grof en wyd gezaagt, niet gefronst, aan de bovenzyde met korte hairtjes bezet, en daar door ruig in 't handelen, in de tuinen vyf en ses, in 't bos agt en negen duimen lang, en een breed, ook met schuinse en bogtige ribben, van dezelve couleur, reuk, en smaak met de voorgaande, dog wel zoo dik, bros, en sappig.

De aairen en bloemen zyn als aan 't voorige, dog dit draagt meer aairen, die ook langer en meer geschubt zyn, van hairen en baarden ruiger, gelyk het ook wilder van aart is. De geheele struik verbergt de purpere zyde zoo netjes, dat men niet dan een donker-groen ziet, als men daar voor staat, en schielyk ziet men niets dan purper, als men de steelen ter zyde buigt, of dat ze van den wind beweegt werden.

Naam. *In 't Latyn* Prunella Molucca hortensis; *in 't Amboins* Ayloaha, *dat is* Herba filorum; *in 't Maleits by zommigen* Ubat swangi, *dat is Toverkruid, met een al te gemenen naam; op Ternaten* Lire.

Plaats. *Het is gemeen overal in de Moluccos, en de Amboinse Eilanden, zoo in 't wild als in de tuinen, daar men 't aan een eenzamen hoek plant, want het wil een plaats op zig zelven hebben, en ook zomtyds verplant zyn, op dat het niet uitgaat. Het smalbladige wast ook in 't wild, en in de bossen, daar groote steenen onder lopen.*

Gebruik. *In 't gemeen werd dit kruid by de Inlanders voor een generale tegenbaat tegens tovery gebruikt, waar voor deze natie zeer bange is, en malkander veel beuzelingen wys maakt, waar van dit kruid zyn naam draagt, want zoo dra de kinderen ongewoonlyk kryten, daar by koortsig, en onrustig zyn, zoo houd men ze voor betovert, en dan loopen ze straks tot deze kruiden, en tot de wortel van 't zwarte Codibo, die zy te zamen in water kooken, en weder kout of laauw geworden zynde, de kinderen daar in wassen.*

Den

Fig. 2.
Fig. 3.
B
A
Fig. 1.

Lector animadvertere facile potest, incolas hosce rudes per incantamenta multos intelligere naturales morbos, ac tali modo ubique in meis scriptis hoc accipiendum & intelligendum est, quum de incantamentis vel Oebat swangi mentionem facio.

Licet diffiteri haud possim, diabolum per suos famulos multum efficere posse in homines credulos & a Deo relictos, tam Christianos quam gentiles; ita ut qui incantamenta neget, genios negat, quique hos dissimulat, similis est Saduceis, viamque aperit Atheismi. Nos tamen Christiani scimus equidem, diabolum non per succos & herbas, sed per supplices preces ac certam in Deo fidem propellendum esse. Hujus porro succus itidem propinatur & oculis instillatur, ac contusa ejus folia pulsui inponuntur, ad febrium ardorem minuendum, quod maxime in iis prodest. A mulierculis quoque bibitur ad menstrua provocanda, hujus tamen rei nullum vidi effectum, estque ingratus, si potetur, ob gravem ejus odorem ac saporem.

Nomen Ayloaba obtinuit, quum folia ejus adhibeantur in quibusvis rubris pigmentis, quæ albis miscentur filis, ut colorem contrahant intensum & firmum, immo ipsi adduntur Cassombæ.

Ex Ternata tres aliæ *Lire* species transmissæ sunt, uti primo *Lire petola*, quæ folia gerebat subrotunda, subtus punctata, fere instar vestimenti Petola. Secundo. *Lire papoua*, quæ folia gerebat angusta & circinnata. Tertio. *Lire kitsjil*, quæ foliola habebat angustissima, ac crasso modo dentata, hæque tres species in hortis plantantur magis ad ornamentum, quam ad usum medicum.

Den Leezer kan wel merken, dat deze simpele Inlanders onder tovery veele natuurlyke ziektens verstaan, en zoo moet men 't ook overal in myne schriften nemen, als ik van Tovery en Oebat swangi bandele.

Hoewel ik niet ontkennen wil, dat den duivel door zyne dienaars veel vermag op ligtgelovige, en van God verlatene menschen, zoo wel in als buiten het Christendom; zoo dat wie tovery ontkent, die ontkent de geesten, en die de geesten ontkent, is zoo goed als een Saduceër, en baant den weg tot Atheistery. Nogtans zoo weeten wy Christenen ook, dat den duivel geenzints door sappen en kruiden, maar door een vierig gebed, en vast vertrouwen tot God moet verdreeven werden. Anders werd dit sap gedronken, ook in de oogen gedruipt, en de gekneusde bladeren op de pols gebonden, om den brant in de koortse te verminderen, daar 't zeer goed doet. De vrouwen drinken hem ook om de maandstonden te verwekken, dog daar van heb ik geen succes gezien, en hy is wat vies om in te nemen, wegens zyne sterken reuk en smaak.

De naam Ayloaha *heeft het gekreegen, om dat de bladeren gebruikt werden by alle roode verwen, die ze by 't witte gaarn doen, om 't zelve een hooge couleur en vastigheid te geven, zelfs by de Cassomba.*

Uit Ternaten zyn nog drie andere zoorten van Lire *toegezonden; als* 1. Lire petola, *het badde rondagtige bladeren van onderen gespikkelt, schier als 't kleedje Petola.* 2. Lire papoua, *had smalle gekrulde bladeren.* 3. Lire kitsjil, *had zeer smalle en grof gezaagde blaadjes, werden alle drie in de hoven geplant, meer tot cieraad, dan tot medicinaal gebruik.*

Tabula Decima Tertia

Ad Figuram primam *Prunellam* exhibet Moluccam hortensem *latifoliam.*
A. & B. *Folia* exhibent *angustifoliæ* speciei.
Figura secunda *Prunellam* denotat *Moluccam silvestrem albam.*
Figura tertia *Prunellam* sistit *Moluccam silvestrem rubram.*

De Dertiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de tamme *breedbladige* Molukse *Bruinelle.*
A. en B. wyzen aan de bladeren van de *smalbladige* zoorte.
De tweede Figuur wyst aan de *wilde witte Molukse Bruinelle.*
De derde Figuur wyst aan de *wilde roode Molukse Bruinelle.*

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Prunella molucca silvestris.

Veræ Prunellæ silvestres species minores sunt quoad formam & folia, ac dividuntur in albam, rubram, & rotundam.

Primo. *Prunella silvestris alba* seu *femina* caules gerit rotundos, firmos, parumque rugosos, per terram magna ex parte prorepentes, quique ad articulos fibrillas terræ inplantant, atque ad spithamæ spatium sese iterum adtollunt, haud multos laterales emittentes ramos.

Folia in amplis locantur interstitiis, bina sibi obposita, ac quatuor simul obliquam formant crucem, illis Betonicæ quodammodo similia, sed latiora, minorem circiter digitum longa, ac binos lata, ad oras crasse & ample dentata, sed non profunde, in obtusum apicem excurrentia, rugosa, & acutis pilis obsita, crassa, fragilia, sique frangantur, crepitantia, superius pallide virentia, inferius albicantia, & quodammodo splendentia instar serici densioris, quædam aliquid fusci ad oras gerunt, saporis & odoris ingrati & silvestris, sine acrimonia vel ardore. Caulium vertices curtam crassamque gerunt spicam, ex rugosis & pallide virentibus squamis & foliolis compositam, inter quæ pauci quidam crassique eminent pili, qui post florum lapsum in calicibus supersunt.

Flos ex longo constat tubo, albus est, superius in quinque rotunda labia seu petala distinctus, in quorum fundo filamentum locatur. Post illum in calice reperitur capitulum acutum, in quo latet fuscum granulum. Radix simplex est, alba, longa, transversaliter repens, ac paucas gerens fibrillas.

Alba hæc aliam porro habet varietatem magis erectam, sesquipedem alta, cujus folia inferius perfecte alba sunt instar serici. Flosculi ejus eandem formam habent, sed tubus albus est ac petala flava, post quos granulum plerumque reperitur, quum prior sterilis plurimum sit.

Secundo.

TWEE EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Molukse wilde Bruinelle.

De regte wilde zoorten van Bruinelle zyn kleinder van gewas en bladeren, en men verdeelt ze in witte, roode, en ronde.

I. Witte wilde Bruinelle *of 't* Wyfken, *heeft ronde, styve, en wat ruige steelen, die meest op de aarde kruipen, by de knien weder inwortelen, en dan omtrent een span hoog haar verheffen, zonder veele zydetakken.*

De bladeren staan in wyde leden, twee en twee tegens malkander, en maken met hun vieren een scheef kruis, die van Betonica eenigzints gelyk, dog breeder, omtrent een kleine vinger lang, en twee vingeren breed, aan de kanten grof en wyd getant, dog niet diep, en met een stompe spitse, ruig, en met scherpe hairtjes bezet, dik, bros, en in 't breeken krakende, boven bleek, doods-groen, beneden witagtig, en eenigzints glimmende als Sattyn; zommige hebben ook wat bruins aan de kanten, onaangenaam en wild van reuk en smaak, zonder scherpigheid of bitte. De toppen der steelen dragen een korte, dog dikke aaire, van ruige en bleek-groene schubben en blaadjes gemaakt, daar tussen weinige zwarte aairen uitkyken, dewelke na 't afvallen der bloemen in den kelk zyn staan gebleeven.

De bloem is langhalsig, wit, boven in vyf ronde lippen of blaadjes verdeelt, daar een draadje in staat. Na dezelve vindt men in haar kelkje een spits knopje, daar een bruinagtig zaadkorreltje in schuilt. De wortel is enkel, wit, lang, dwers kruipende, en met weinige vazelingen.

De witte heeft nog een veranderinge, die meer overeind staat, anderhalve voeten hoog, en wiens bladeren van onderen regt wit zyn als Sattyn. De bloempjes zyn van het zelve fatzoen, maar aan de hals wit, en boven geel, na dewelke men ordinaris een zaadkorreltje vindt, daar het voorgaande meest onvrugtbaar is.

II.

Secundo *Prunella silvestris rubra*, seu *mas* modo crescendi priori similis est, internodia vero magis distant, ita ut folia gerat quam maxime vaga & rara; Caules ejus quoque rotundi sunt, ac superius parum quadragoni, obscure virentes cum fusco intermedio colore, firmi, ac vix culmum crassi.

Folia ejusdem sunt formæ, sed majora, vix dentata, & ad oras sinuosa, superius pilosa, rugosa, & obscure virentia, inferius purpurea, sed non tam viridia, quam domesticæ speciei, albo intermixto colore, spicæ rariores gerunt squamas, cæterum easdem barbas seu pilos, & albos flores, in bina petala distinctos, quorum supremum retroflexum, ac bifidum est.

Tertio. *Prunella silvestris rotunda*, non differt a priore, excepto quod magis per terram prorepat. Ejus folia breviora & rotundiora sunt, crasse & raro dentata, quædam inferius alba, quædam ex albo & purpureo colore mixta, unde & alii binas ejus componunt species. Spica ex raris constat squamis. Flos albus est, & ejusdem formæ.

Plures ejus fingi possent species, quæ in scopulis & ad litus crescunt, sed sunt tantum prioris Varietates, unde & inutile eas describere, omnes autem florent ultimis pluviosis mensibus Julio & Augusto, aliis vero temporibus raro florent, omnesque facile ex peculiari suo silvestri odore dignosci possunt, & quot etiam sunt ipsarum varietates, si intra manus conterantur, ipsarum succus ex fusco viridis est. Nullum observant anni tempus, vel eandem formam, uti & Bugula & Prunella in nostra patria, in quavis fere regione peculiarem habent formam, inter binas vero istas plantas hæ herbæ mediæ sunt tam forma, quam viribus.

In binis prioribus speciebus folia præbent Characterem foliorum Solani, sed maxime in rubra specie, una enim foliorum pars plerumque brevior est altera.

Nomen. Latine *Prunella Molucca silvestris.* Malaiense ignotum est, excepto generali nomine *Ubat swangi*, acsi Latine diceretur *Averrunca*, quia averruncat spectra, & Sagarum maleficia. Amboinice *Aylo aba utan* cognomine albæ & rubræ, alba autem peculiariter vocatur *Taunui*, h. e. averrunca spectrorum, *Unui* enim nominant Amboinenses, quod Malaienses *Sumangat* vocant, h. e. genii homines servantes, & extra ipsorum corpora habitantes, seu uti nos Christiani, quisque suum Angelum, vocamus. In Hitoëa nominatur *Aylaun nya*, atque inde Latine *Ophyocolla* dici posset, h. e. serpentum viscum seu herba, ob sequentem rationem. Confiteri enim oportet a Bugula & Prunella parum differre, unde & peculiare ipsi competit nomen. Ternatice *Lire lire*, ac quibusdam *Gorumi dodo*, h. e. valens contra Lemures & sagas. Javanice *Daun ila ila*, & *daun Sjurare.* In Luhoa *Aylaun mamulin*, seu *Mebu mamulin.* Balayice *Dindingbay*, h. e. defende solem.

Locus. Semper in umbrosis crescunt locis sub ingentibus arboribus, in vallibus, & ad montium pedes. Rubra autem species quam elegantissime crescit in Sagus silva. Rotunda plerumque in silvis circa litus scopulosum. Alba sub arboribus humilibus in collibus.

In hortis quoque & circa hominum ædes plantantur, ubi magis luxuriose, altiores, & amplioribus foliis excrescunt.

Usus & *Vires.* Omnes hæ herbæ frequenter in usu medico adhibentur, sed potissimum ad morbos superstitiosos, cum quibus naturales confundunt & tegunt, primo enim efficaces censentur contra quævis incantamenta, vel noxas a malignis hominibus alicui adlatas, quos Malaice *Swangi* seu *Pelissit*, & factum ipsum *Pelissittan* vocatur.

Si quis terrefactus fit a spectris visibilibus & invisibilibus, tum ambas hasce sumunt herbas, albam nempe & rubram, quas inter manus conterunt, ipsarumque potus propinatur, quo infectum obliniunt hominem per totum corpus, vel talem in aqua lavant, in qua hæ herbæ incoctæ fuere, cæteroquin quibusvis conducunt hominibus febricitantibus, tam si ipsarum succum potant, quam si in ipsarum aqua lavantur, in qua hæ herbæ leviter coctæ fuere. Si rubræ speciei folia inter manus conterantur, & succus expressus oculis instillatur, quum sol occidat, expressamque herbam ad solem abjiciunt, quasi indicare vellent, solem secum vehere morbum. Hæc itaque ratio est nominis *Averruncæ*, seu *Ubat swangi.*

Secun-

II. Roode wilde Bruinelle *of 't* Manneken, *is aan wasdom de voorige meest gelyk, de leden staan wyder van malkanderen, zoo dat het zeer ydel van bladeren is. De steelen zyn ook rond, maar boven wat vierkant, donkergroen met bruin gemengt, en styf, schaars een stroobalm dik.*

De bladeren zyn van het zelve fatzoen, en grooter, donker getant, met bogtjes aan de kanten, boven hairig, ruig, en donker-groen, beneden purperagtig, dog zoo levend niet als de tamme, maar met wit vermengt. De aairen hebben weiniger schubben, anders dezelfde baarden of hairen, en witte bloemen, in twee blaadjes verdeelt, waar van het bovenste agterwaarts staat, en gekloven is.

III. Ronde wilde Bruinelle, *verschilt niets van de voorgaande, behalven dat het meer langs de aarde kruipt. De bladeren zyn korter, en ronder, grof en donker getant, zommige beneden wit, zommige met wit en purper gemengt, weshalven andere twee zoorten daar van maken. De aaire is van weinige schubben gemaakt. De bloeme wit, van het zelve fatzoen.*

Men zou 'er al nog meer zoorten konnen uit vinden, die op klippen en aan strand wassen, dog het zyn maar veranderingen van de voorgaande, dierhalven onnodig te beschryven. Alle bloejen in de laatste regenmaanden Julius en Augustus; op andere tyden ziet men zelden bloemen daar aan, ook kan men alle aan haar byzondere wilde reuk kennen, hoe veele veranderingen zy ook hebben, als men ze tussen de handen vryft, en haar sap is bruin, met groen gemengt. Zy houden geen vast saizoen, of eenderlei fatzoen, gelyk mede de Bugula of Senegroen, en de Bruinelle in 't Vaderland, schier in ieder landschap een byzondere gedaante hebben, tussen welke beide deze kruiden wyffelen, zoo wel in gedaante als in kragten.

In de twee eerste zoorten ziet men aan de bladeren ook eenigzints den Characterem Solanorum, dog meest in de roode zoorte, want gemeenlyk ziet men de eene helft aan de bladeren korter dan de andere.

Naam. *In 't Latyn* Prunella Molucca silvestris; *in 't Maleits is ze onbekent, behalven den generalen naam* Ubat swangi, *als of men in 't Latyn* Averrunca *zeide*, Quia averruncat spectra & sagarum maleficia; *op Amboina* Ayloaha utan, *met den bynaam van wit en rood. De witte werd in 't byzonder* Taunui *genoemt, dat is* Averrunca spectrorum; *want* Unui *noemen de Amboineesen 't geene de Maleyers* Sumangat *hieten, dat is, geesten, die den mensch bewaren buiten 't ligbaam wonende, of die wy Christenen een ieder zynen Engel noemen.* Op *Hitoe noemen zy 't* Aylaun nya, *en daar van mogt men 't in 't Latyn* Ophyocolla *noemen; dat is Slangenlym-kruid, om de volgende reden: Want ik moet bekennen, dat ze van Bugula of Prunella wat verschillen, en daarom wel een eigen naam meriteeren. Op Ternaten* Lire lire, *en by zommige* Gorumi dodo, *dat is*, Valens contra lemures & sagas; *op 't Javaans* Daun ila ila, *en* Daun sjurare; *op Luhoe* Aylaun mamulin, *of* Mehu mamulin; *op 't Baleits* Dindinghay, *dat is bescherm de zon.*

Plaats. *Zy wassen altyd in schaduwagtige plaatsen, onder groote boomen, in valleyen, en aan 't hangen der bergen. De roode zoorte op 't schoonste in 't drooge Sagoebosch. De ronde meest in bossen omtrent het strand, daar 't wat klippig is. De witte onder laag geboomte, op heuvelen.*

Zy werden ook in tuinen en omtrent de woningen der menschen geplant, daar ze weeldriger, hooger, en met breeder bladeren opschieten.

Gebruik en Kragten. *Alle deze kruiden werden veel in de Medicynen gebruikt, dog meest tot superstitieuse ziektens, daar ze de natuurlyke mede bedekken, en vermengen; want voor eerst werden ze kragtig gehouden tegen allerlei betoveringen, of schade van kwade menschen iemand aangedaan, die men in 't Maleits* Swangi, *of* Pelissit, *en de daat zelfs* Pelissittan *noemt.*

Als iemand ontstelt is, door ontmoetinge van zienlyke en onzienlyke spooken, alsdan nemen ze beide deze kruiden witte en roode, vryven ze tussen de handen, drinken den sap daar uit, en bestryken den geinfecteerden mensch daar mede over 't gehele lyf, of wassen ze in water, daar deze kruiden in gekookt zyn, anders zyn ze dienstig alle koortsige menschen, zoo wel den sap ingedronken, als in 't water gebaad, daar in deze kruiden slappelyk opgekookt zyn. Den sap van de roode bladeren tussen de handen gevreeven, en uitgedrukt, druipen ze ook in de oogen, als de zonne aan 't dalen is, en goojen het uitgedrukte kruid de zonne na, willende zeggen, dat de zonne de ziekte met haar zal wegvoeren. Dit is dan de rede van den naam Averrunca *of* Ubat swangi.

De

Secundum nomen *Aylounia* derivatum erit ab hoc caſu ex Hitoenſium relatu, qui ipſorum tempore accidit. Vir quidam in ſilva anguem cæderat, ita ut fruſta poſt ſe traheret, dein alium videbat ſerpentem prorepentem, & hanc herbam in ore gerentem, quam maſticabat, hancque in ſauciatum exſpuebat, qui brevi poſt curatus erat & prorepebat, unde & ab ipſis vulgo creditur ſauciatos angues ſeſe hac curare planta. Hinc itaque homines edocti ſunt, haſce herbas eſſe vulnerarias, atque virtutem habere conſolidantem, ad quævis enim vulnera carnoſa, rubra & alba eligitur ſpecies, ſi aliquid rubri modo huic permixtum ſit, quas ore maſticant cum & etiam ſine pauca Zingiberis minoris quantitate, harumque ſuccum vulneribus inſtillant, ac maſticatam ſuperinponunt herbam, præferunt ore maſticatam, & non inter manus contritam herbam, quum primum magiſtrum, ſerpentem nempe, ſic viderunt præparare.

Eadem paſta articulis etiam inponitur luxatis, ac ſucco totum fricant corpus, ſi quis lancinationem vel artuum dolores ſentiat, quod ipſis ſine dubio pro incantamento habetur.

In morbillis, qui Malaice vocantur *Saramba*; Ternatice *Sahoſſo*, Bandice *Moræ facul*, h. e. ſcabies rubra, ſuccus rubræ ſpeciei propinatur ad illos expellendos, maturique lavantur decocto foliorum, quod non frigide ſed tepide fieri oportet, uti quidam male id frigide peragunt, unde retroeunt.

Baleyenſe obtinuit nomen *Dindinghay*, quia inferiorem ſeu rubram foliorum partem ſollicite videtur hæc planta ſervare & arcere a ſole, nulla enim rubedo in hiſce adparet herbis, ſi ipſis adſtamus, vel quia ipſarum ſucco facies oblinita, & ejus rubedo curatur, quæ Germanis *pulchra* dicitur, cum alicujus facies quam maxime rubet, vel ab interno ardore vel a Solis æſtu.

Foliorum ſuccus cum aceto propinatus mulieribus menſtrua procurat. Rubræ ſpeciei folia contrita in febribus fronti, pulſui manuum, & ſub plantis pedum inponuntur, addito pauxillo aceto, quod febricitantes refocillat homines, & ardorem adtrahit.

Hinc itaque patet, cunctas haſce Moluccas Prunellas in vulnerum & febrium curatione convenire tam cum Bugula, quam Europæorum Brunella. Sic quoque Amboinenſes nomen *Ayloaba* inponere volunt Brunellæ veræ ſeu domeſticæ, quæ in præcedenti deſcripta fuit capite, quum hæc ad filorum pigmentum adhibetur, neutiquam autem ſilveſtri, quam modo *Aulounya* vocant. Nomen *Ayloun mamulinam*, ſeu in Leytimora *Mamurin* inponitur quoque *Gendaruſſæ nigræ*, quum hæc cunctos quoque malignos genios & ſpectra avertit, præſertim in ſolitariis ſilvis.

Abdul Rackman, præſes quondam Hilæ narravit mihi egregium experimentum hujus ſilveſtris Brunellæ, quod vidit in quodam amicorum ſuorum, qui a Crocodilo morſus fuit in brachio, ita ut fruſtum ejus abſtulerat, quod vulnus curatum fuit foliis albæ & rubræ ſpeciei ſimul contritis & vulneri inpoſitis, quavis autem vulneris denudatione recens ſumenda eſt herba.

De tweede naam Aylounia, *zal 't hier van gekreegen hebben na 't verhaal der Hitoeſen, 't welk in haren tyd zal gebeurt zyn: zeker man hadde in 't bos een ſlange gekapt, dat ze de ſtukken naſleepte, daar op zag hy een andere ſlange komen, met dat kruid in de mond, 't welk zy kaauwde, en de gekwetſte ſlange daar mede beſpoog, dewelke kort daar na weder bekwam, en weg kroop, en 't werd by haarlieden in 't gemeen gelooft, dat de gekwetſte ſlangen haar met dit kruid geneezen. Hier van hebben dan de menſchen geleerd, dat dit wondkruiden zyn, en een heelende kragt hebben, want tot alle verſe vleeswonden nemen ze de roode zoorte of ook de witte, daar maar iets roods aan is, knaauwen ze in de mond met, en ook wel zonder een weinig kleine Gember, druipen 't in de wonden, en binden het knaauwzel boven op: zy willen 't in de mond geknaauwt, en niet in de handen gewreeven hebben, om dat zy den eerſten meeſter, te weten de ſlangen, zulks aldus hebben zien doen.*

Het zelve knaauwzel werd ook gebonden op verſtuikte leden, en den ſap ſtryken ze over 't geheele lyf, als iemand ſteekten of weedom in de leden gevoelt, 't welk ze buiten twyffel voor betoveringe houden.

In de Maſelen; in 't Maleits Saramba; *in Ternaten* Sahoſſo; *op Banda* Moræ facul, *dat is* roode Schurft *genaamt, geeft men den ſap van de roode zoorte te drinken, om ter deegen uit te dryven, en de rype waſt men met het decoctum der bladeren, 't welk niet kout, maar laauw moet zyn, gelyk zommige kwalyk doen, en de maſelen daar mede weder injagen.*

Den Baleitſen naam Dindinghay *heeft het gekreegen, om dat het zyne onderſte of roode zyde ſchynt zorgvuldig voor de zonne te willen bewaren, want men niets roods aan deze planten ziet, als men daar voor ſtaat, of om dat den ſap op 't aangezigt geſtreeken, geneeſt de roodigheid: by de Duitſen* de Schoone *genaamt; als iemands aangezigt zeer rood werd, of door een inwendige brand, of door de hitte der zonne.*

Den ſap der bladeren met azyn gedronken, verwekt de vrouwen hunne maanſtonden. De bladeren van de roode zoorte gevreeven, werden in de koortſen op het voorhoofd, op de pols der handen, en onder de voetzoolen gebonden, wat azyn daar by doende, 't welk de koortſige menſchen verkwikt, en den brand uittrekt.

Hier uit blykt dan, dat alle deze Molukſe Bruinellen in 't heelen van wonden, en geneezen der koortſen, gemeenſchap hebben, zoo wel met het Senegroen als Europiſſe Bruinellen. Zoo willen ook de Amboineeſen den naam Ayloaha, *eigentlyk aan de tamme Bruinelle geven, in 't voorgaande Hoofdſtuk beſchreeven, om dat dezelve tot het gaarn-verwen gebruikt werden, en niet de wilde, die ze ſlegts* Aylounya *noemen. De naam* Ayloun mamulin, *of op Leytimor* Mamurin, *werd ook gegeven aan de* Gendaruſſa nigra, *om dat dezelve alle kwade geeſten en ſpoken verdryven zal, zonderlyk als men in eenzame boſſen gaat.*

Abdul Rackman, *gewese Regent van Hila, verhaalde my een treffelyk experiment van deze wilde* Bruinelle *aan een van zyne vrienden gezien te hebben, den welke de Kayman een ſtuk uit zyne arm gebeeten hadde, dezelve zoude geneezen zyn met de bladeren van 't witte en roode zoorte, t'zamen gekneuſt en op de wonde gebonden, t'elkens een vers kruid nemende by ieder verband.*

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Ophiocolla altera. Daun prada altera.

Gebruik. *Dit kruid heeft een scherpe bittere en doordringende sap, dewelke men met water mengt, en daar van een weinig in de oogen druipt, als de koude van de koortse aankomt, die daar door vermindert. Want met zyn doordringende kragt byt het in 't eerste wel wat, maar dringt diep in 't hoofd, zoo dat men ook zyne bitterheid in den mond gewaar wert, en door deze alteratie vermindert de koortje. De Inlandse Voorvegters druipen hem ook in de oogen, om daar door stout te werden. Zyn naam heeft de vrouwkens oorzaak gegeven, dat zy 't zelve in hare secrete Letterkonst gebruiken, en aan iemand zenden, als zy zeggen willen, dat ze over hem verwondert zyn.*

Zekere Europise Chirurgyn verklaarde, dat hy den sap van dit kruid kragtig hadde bevonden in hoofdwonden, waar in het alle toevallen belette, en daar na genas. Niet tegenstaande zynen viesen reuk, gebruikten 't egter de Balyers onder kook Sajor, de sap van de groene bladeren door de neuse opgetrokken, trekt veel slym en quyl door de neuse en mond uit. Dog ik heb bevonden, dat alleen gebruikt te sterk zy, en dierhalven met water moet getempert werden, 't welk de hardkoppige Inlanders niet en agten.

By Joannes Bauhinus libr. 30. cap. 38. *wert een gemeene ruige* Sideritis *beschreeven, met een zware reuk, een gehelmde en gekransde bloem, zynde een wondkruid, en genezende de darmbreuken, welke schynt overeen te komen met onze* Daun heran.

In hort. Malab. part. 9. fig. 31. *wert het bovenstaande* Herba admirationis *beschreeven, onder de naam van* Kondam pallu, *dog in den* Horto *is nog reuk nog gebruik beschreeven.* Lib. cit. fig. 78. *wert het beschreeven onder den naam van* Polatsyra. *De derde en beste gelykenis heeft het met* Tumba, part. 10. fig. 91. *beschreeven: en by* Commelinus *gehouden voor een* Nepeta sideritidis folio, *alwaar hem ook veel treffelyke kragten toegeschreeven werden, dus men deze drie nader onderzoeken moet. Het komt met de Europise* Sideritis *ook hier in overeen, dat zyne bloempjes uitgetrokken egter een zoeten sap hebben, weshalven in 't Vaderland met menigte byen daar op zitten, die het uitzuigen.*

De Sestiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Verwonderings-kruid.*
De tweede Figuur wyst aan de *stinkende Majane-plant.*

AANMERKING.

De Verwonderings-plant komt overeen met de Tumba van de *Hort. Malab. part* 10. *Tab.* 91. en die van *Commel* in de note genaamt wert Indische Nepeta, met het blad van de Sideritis, en geairde bloemen, en is de Americaansche jaarlyks kleinder Cardiaca met een zilververwige bloem, of de witte Americaansche Leonurus met het blad van de Sideritis, dog langer. *Plukn. Phyt. Tab.* 80. *fig.* 7.

Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Majana fœtida. Majana utan.

Hæc herba æque ad Majanas, quam ad urticas mortuas referri potest. Simplicem emittit caulem, sesqui pedem altum, inferius parum angulosum, superius rotundum, binis inferioribus articulis terræ incumbentibus. Cuivis articulo bina adstant folia sibi opposita cum quibusdam aliis minoribus, seu ipsorum loco lateralis excrescit ramus, cumque subsequenti pari illa crucem formant, quæ cum illis Urticæ foliis maxime conveniunt, ad oras subtiliter serrata, crassiuscula, sed flaccida & contracta, pilosa lanugine obducta, quales & cuncti sunt caules. Cum petiolo tres pollices longa sunt, ac binos lata, odoris gravis & ingrati, ita ut vix ipsis diu quis adstare possit.

In caulium supremo rotunda & lanuginosa excrescit spica, vix binos pollices longa, & culmum crassa, inferiore parte binis foliolis ornata. Spica hæc constat ex multis capitulis, undique circa caulem in orbem positis, & adeo adunatis, ut unum quasi forment corpus. Exhibent autem hæc flosculum pusillum, planum, albicantemque seu purpurascentem, qui mox decidit, intusque tum exhibent bina ternave granula, parum dehiscunt, ac facile decidunt, quum fricentur. Radix vulgaris ac vilis est.

Nomen Latine Majana fœtida; Malaice *Majana utan*, & *Majana bussoe*, h. e. Majana fœtida. Javanice *Sulanking*.

Locus. Ad parvos reperitur aquarum lapsus & rivulos, qui vicissim exsiccantur per solem, atque ubi solum est saxosum.

Usus Amboinensibus ignotus est. Javani ejus folia edunt cum *Daun contu*, *Coriandro*, & *Mussi*, ad abdominis tormina tollenda, quæ ex frigidis oriuntur flatibus.

Carim tumba part. 10. *Fig.* 93. in *hort. Malab.* descripta quodammodo convenit cum hæc *Majana fœtida*, sed ibi nullus ingratus adscribitur ipsi odor, indicaturque medicatum ex illa destillari oleum, ut & alium porro usum, qui ibi explorari potest.

NEGEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De stinkende Majane.

Dit kruid kan zoo wel onder de Majanas, als onder de dove netelen gebragt werden. Het schiet op met een enkele steel, anderhalf voet hoog, beneden wat hoekig, boven rond, met de twee of drie onderste leden op de aarde bukkende. Aan ieder lid staan twee bladeren tegens malkanderen, met nog eenige kleindere of in derzelver plaats een zydetak, en met het volgende paar in 't kruis: zy gelyken de netelbladeren, aan de kanten fyn gezaagt, dikagtig, dog slap, rimpelig, met een hairige wolagtigheid bekleet, gelyk ook alle de steelen zyn. Zy zyn met den steel drie duimen lang, en twee breed, zwaar, en onlieffelyk, zoo dat men qualyk daar by duren kan.

Aan 't opperste der steelen komt een ronde en wolagtige aaire voort, schaars twee duimen lang, en een schaft dik, onder aan met twee kleine blaadjes. De aaire is gemaakt van veele kleine knopjes, rontom den steel in kringen staande, en digt boven malkander, zoo dat ze een ligbaam maken. Zy vertoonen een klein plat, witagtig, of peerscb bloempje, 't welk straks afvalt, en dan hebben ze van binnen twee of drie zaadkorreltjes, wyken wat van malkanderen, en vallen ligt af, als men ze strykt. De wortel is slegt, en gering.

Naam. *In 't Latyn* Majana fœtida; *in 't Maleits* Majana utan, *en* Majana bussoe, *dat is stinkende* Majana; *op Java* Sulanking.

Plaats. *Men vint het aan kleine waterlopen en beekskens, die met beurten uitdroogen, en daar een steenige grond is.*

Gebruik. *By de Amboinesen is 't onbekent. De Javanen eeten zyne bladeren met* Daun contu, Coriander *en* Mussi, *om 't buikkrimpsel te verdryven, 't welk van koude winden komt.*

Carim tumba part. 10. fig. 93. *in* hort. Malab. *beschreeven, heeft eenige overeenkomst met deze* Majana fœtida, *dog wert in gemelden* Hort. *geen onlieffelyken reuk toegeschreeven, maar gezegt, dat 'er een Medecynale olye daar van gedistilleert wert, nevens meer ander gebruik, dewelke ziet aldaar.*

CAPUT TRIGESIMUM.

Herba moeroris. Daun tsjinta.

Binæ *Daun tsjinta* obcurrunt species, quas ambas in hoc capite describam. Apud vulgus pro congeneribus *Herbæ sentientis* supra *lib.* 8. descriptæ habentur, eodemque denotantur nomine, quum vero hujus mirabilem ac singularem proprietatem non habeant, quod nempe foliola ad tactum peregrini cujusdam corporis non contrahant, tanquam varias potius eas describam.

In binas distinguuntur species, in albam & rubram. *Daun tsjinta alba* simplicem, rectum, & rotundum erigit caulem, binos tresve pedes altum, qui transversaliter in laterales sese dividit caules sine ordine & ample distantes, palmam vel spithamam longos. Hisce adstant pusilla & tenera foliola alternata, illis Indigo similia, angustiora, & rariora, digiti unguem longa, superius rotunda, inferius angustata, superne eleganter viridia, ac fere non venosa, inferne grisea seu glauca, venulis protuberantibus. In teneris plantulis octo decemque ab utraque pinnæ parte foliola locantur extremo solitario. In adultis & provectioris ætatis septendecim, novendecim, & viginti ab utraque parte. Foliorum sapor amaricat instar Pisorum, aliorumve leguminum. Sub pinna foliosa prope quodvis foliolum viride locatur capitulum, vix Viciæ magnitudinem habens, ex quo flosculus excrescit pusillus, stellatus, & albicans, in sex apices distinctus, quem insequitur iterum viride capitulum, sed minus, & glabrius priore, quod sensim fumeum contrahit colorem. In hoc reperiuntur in tribus distinctis cellulis sex parva, fusca, & semi lunæ formia semina. Cuncta hæc capitula in inferiore petiolorum ac foliolorum parte locantur, ita ut superius vix dignosci possint, plurimaque ipsorum pars ante maturitatem decidit.

Radix

DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het droevige Kruid.

Men heeft twee zoorten van Daun tsjinta, *die ik beide in dit Hoofdstuk zal beschryven. Zy werden by de gemeene man voor medezoorten van* Herba sentiens, *boven* lib. 8. *beschreeven, gehouden, ook met eenen naam beteekent. Dog om dat ze deszelfs wonderlyke eigenschap, zyne blaadjes op 't aanraken van een vreemd licbaam te sluiten, geenzints hebben, zoo zal ik ze liever voor byzondere kruiden beschryven.*

Zy zyn verdeelt in witte *en* roode *zoorten. De* witte Daun tsjinta *schiet op met een enkele regte en ronde steel, twee en drie voeten hoog, die zig over dwers in zydesteelen verdeelt, zonder order, en wyd van malkanderen, een hand of een span lang. Hier aan staan kleine en teere blaadjes verwisselt tegens malkander, die van Indigo gelyk, dog smaller en ydeler, een nagel van een vinger lang, vooren rond, en agter toesmallende, boven schoon-groen, en schier zonder aderen, beneden grys, of blaauw-groen, met uitbuilende adertjes. Aan de jonge ryskens staan agt of tien blaadjes, aan ieder zyde met een vooruit alleen. Aan de volwassene en oudere zeventien, negentien, of twintig aan ieder zyde. De smaak van de bladeren is bitteragtig, gelyk erwete en andere plukvrugten. Onder den bladdragenden steel by ieder blad staat een groen knopje, schaars zoo groot als een Witse, waar uit werd een klein gesternt en witagtig bloempje, in ses spitsjes verdeelt, waar op volgt weder een groen knopje, dog kleinder, en gladder dan 't eerste, 't welk met 'er tyd rookverwig wert. Hier in vint men in drie celletjes ses kleine bruine en halfmaansgewyze zadekens. Alle deeze knopjes staan aan de onderzyde van hare steelen en blaadjes, zoo dat men ze van boven niet wel bekennen kan, en 't meeste deel valt voor haar rypheid af.*

De

Radix longa eſt, in multas divaricationes diſtincta, ſed non multum fibrilloſa. Quaſdam videtur hæc planta habere varietates, quidam enim fruticuli tantum pedis vel ulnæ altitudinem adtingunt, ipſorumque laterales ramuli ſeſe in alios minores diſtingunt, unde ſatis denſam format plantam, ipſorumque pinnulæ folioſæ digiti longitudinem habent. Aliæ trium pedum altitudinem adquirunt, ſtipeſque nullos alios niſi ſimplices emittit laterales ramulos, transverſales, & ab imo ad ſummum alternatos & ample ambientes primarium ſtipitem, octo decemque pollices longos, viginti foliolorum paribus ornatos, quæ rariora & majora ſunt quam in priore ramoſa ſpecie. Foliola tenerrima ſunt, atque in abruptis ramulis mox ſeſe claudunt, parum ſupra pinnam elevata & contracta, quod etiam peragunt poſt ſolis obcaſum, perque totam noctem ſic clauſa manent, ſed per diem expanſa ſunt, nec alterantur, ſi tangantur, uti in *Herba ſentiente*. Si jam Solis occaſu clauſa ſit hæc planta, videtur mæſta eſſe de Solis abſentia, atque hinc nomen obtinuit ſuum.

Secundo. *Daun tsjinta rubra* humilior eſt priore, palmam circiter alta, denſiores & breviores gerens ramulos, ex rotundo planos, ſeu compreſſos, & rubentes. Foliola ejus minora ſunt, anguſtiora, magis adunata, ac ſuperius acutiora, in teneris plantulis rubra ora ornata, cæterum ſuperne viridia, inferne griſea, venas gerentia magis protuberantes. Cuivis folio adpendet quoque capitulum viride infra nempe ejus petiolum, quod trigonum & rugoſius eſt, intus ſimilia gerens granula. Poſt horum capitulorum lapſum apices remanent breves & hamati, pungentes quodammodo inſtar ſpinularum. Plurima foliorum pars ab erucis & vermiculis comeſta eſt, ita ut nudi ſæpe ipſorum petioli cum iſtis hamatis caliculis tantum ſuperſint. Radix ejus non tam ample ſeſe extendit, atque perpendiculariter in terram penetrat. Exſtirpata planta ſua quoque claudit foliola ſurſum ſupra pinnam, quo modo etiam per totam noctem ſeſe contrahit. Sapor amarus eſt, & leguminoſus uti prioris.

Nomen. Latine *Herba mæroris*; Malaice *Daum tsjinta* h. e. *herba mæſta*; Ternatice *Ygo ygo femina*, ad diſtinctionem *maris*, quæ eſt *Herba ſentiens*, ſic etiam quidam Amboinenſes eam vocant *Hyloun mahay*, h. e. *herba viva* ob communem ac ſimilem formam, ſed non ob qualitatem, quæ cum *Herba ſentiente* neutiquam convenit. Alii eam melius Ternatice vocant *Goffo miskyn*, h. e. herba paupera ſeu mæſta. Bandice *Daun kitsjil*.

Locus. Prima ſpecies nullibi creſcit niſi in hortorum areis deſertis, ut & circa ædes. Rubra magis ſilveſtris eſt, & in locis creſcit planis, ubi non alti creſcunt frutices, ut & circa hominum ædificia, atque ibi adeo denſe, ut campus videatur hac planta conſitus. Quam maxime enim ac brevi multiplicatur per ſemen deciduum.

Uſus. Vulgo numeratur inter *Oebat goena*, h. e. amoris herba, qua mulierculæ utuntur, ut gratæ ſint viris, vel ancillæ, ut favorem ſibi concilient dominarum. Rotunda granula ſub petiolis dependentia cum Oryzæ farina conteruntur in pultem, qua faciem obliniunt, quæ inde ſplendet & elegantem adquirit colorem, ſed ramulos poſt aures gerunt, qui primo a flamine æthiopico ſacrati ſunt, quæ ars in Moluccis maxime uſitata eſt. Qui hanc mæſtam eſſe dicunt herbam, ramulis utuntur, quos alicui mittunt, quum indicare velint, ſeſe eſſe mæſtos, vel quadam cura obpreſſos, & anxios, hocque derivare volunt ex herbæ nomine *Ygo ygo*, quod dormientem denotat, vel aliquem multa cura ſollicitum & ſomnolentum.

In re Medica quendam etiam habet uſum, radix enim cum Pinanga maſticatur contra abdominis tormina & lateris dolores. Contra Epilepſiam & puerorum convulſiones ſecunda ſumitur ſpecies cum præcedenti *Aure canina* mare, quæ ſimul conteruntur in aqua, quæ ægro propinatur, ſed cavendum eſt, ne Acorus adcedat, qui forti ſuo odore noxius eſt huic malo. Folia ſimul cum *Marrubio albo*, in Banda *Daun cambing* dicto, contrita, ſuccuſque ipſorum expreſſus propinatur pueris contra Epilepſiam & convulſiones, item contra Colicam adultorum etiam hominum, quum folia Pancagæ & Oleris ſcrofarii adduntur.

Radix

De wortel is lang, in veele takken verdeelt, dog met weinige vazelingen behangen. Het ſchynt eenige veranderingen te hebben, want zommige ſtruikjes werden maar een voet of een elle hoog, en hare zydetakken verdeelen haar in andere mindere, die het redelyk digt maken, en hare bladdragende ryskens zyn een vinger lang. Andere werden wel drie voeten hoog, en den ſtam heeft geen andere dan enkele zydeſteelen, over dwers en van onder tot boven met beurten en wyd van malkander den hoofdſteel omgevende, agt en tien duimen lang, met twintig paar blaadjes bezet, die ydeler ſtaan, en grooter zyn dan aan de eerſte getakte zoorte. De blaadjes zyn zeer teer, en de afgebroken ſluiten haar ſtraks een weinig boven den ſteel regt na vooren toe te zamen, 't welk zy ook doen na zonnenondergang, blyvende de geheele nagt over geſloten, maar over dag ſtaan ze uitgebreid, en ontſtellen haar niet, als men ze aanraakt, gelyk de Herba ſentiens. *Als 't nu by zonnenondergang aldus geſloten ſtaat, zoo ſchynt de geheele plantz treurig over des zons afwezentheid, en daar van heeft ze haren naam.*

II. Root Daun tsjinta *blyft lager van gewas dan 't voorige, omtrent een palm hoog, is digter van takken, die korter zyn, uit den ronden plat of gedrukt, en roodagtig. De blaadjes zyn kleinder, ſmalder, digter op malkander, en vooren ſpitſer, aan de jonge plantjes met een rood ſoompje, anders boven groen, en beneden grys, met uitſtekender aderen. By ieder blaadje hangt ook een groen knopje, mede beneden den ſteel, maar dit is wat drieboekig, en ruiger, binnen met diergelyke zadekens. Na 't afvallen van de knopjes blyven eenige korte en gehaakte ſpitsjes ſtaan, eenigzints ſteekende als doorentjes. De meeſte bladeren zyn van de wormen afgevreeten, zoo dat 'er de bloote ſteelen met die ſtekelige kelkjes over blyven. De wortel is zoo ver niet verſpreid, en gaat regt neer. Het uitgetrokke ſluit zyne blaadjes mede na vooren toe boven den ſteel, gelyk het' ook de geheele nagt dus geſlooten blyft. De ſmaak is bitter, en pluk-vrugtagtig gelyk het voorige.*

Naam. *In 't Latyn* Herba mœroris; *in 't Maleits* Daun tsjinta, *dat is* droevig kruitje; *in Ternaten* Ygo ygo, *het* Wyfken, *tot onderſcheid van 't* Manneken, *'t welk is de* Herba ſentiens, *want zy willen kortom deze kruiden voor een geſlagt houden, zoo noemen 't ook zommige Amboineſen* Ayloun mahay, *dat is* levend kruid, *na hare gemeene gedaante, maar niet na de eigenſchap, die met de* Herba ſentiens *geenzints overeen komt. Andere noemen 't beter in 't Ternataans* Goffo miskyn, *dat is arm of nederſlagtig kruidje; op Banda* Daun kitsjil.

Plaats. *De eerſte zoort waſt nergens dan in de tuinen op verlatene bedden, en in de erven rond aan de huizen. De roode is wat wilder, en waſt op vlakke pleinen, daar geen groote ruigte ſtaat, ook omtrent de woningen der menſchen, en aldaar zoo digt, dat men 't voor een gezaait veld zoude aanzien, want het vermenigvuldigt zig zeer, en in korte door het uitgevalle zaad.*

Gebruik. *In 't gemeen wert het onder de* Oebat goena, *dat is liefdekens-kruid gerekent, die de vrouwen gebruiken om aangenaam by de mannen te worden, of de dienſtboden als zy de gunſt van hunne Meeſters zoeken. De ronde korrels onder de ſtelen hangende, vryven ze met wat ryſtmeel tot een papje, waar mede zy het aangezigt beſmeren, 't welk daar van helder en klaar wort, maar de takskens dragen ze agter de ooren, die eerſt door een Moorſe Paap belezen zyn, een konſtje in de Moluccos meeſt gebruikelyk. Die het voor droef-kruid rekenen, gebruiken de takskens om aan malkander te zenden, als zy willen zeggen, dat zy bedroeft of met zorge beladen zyn, en willen zulks deriveeren uit des kruids naam* Ygo ygo, *'t welk een ſlaper beduid, of iemand die met veele zorgen beladen zit, en dut.*

In de Medicynen heeft het ook eenig gebruik, want de wortel wert met Pinang gekaauwt tegens het krimpſel des buiks en zydeſteeken. Tegens de vallende ziekte en ſtuipjes der kinderen, neemt de tweede zoorte met het voorgaande Auris canina, *'t manneken, vryft het in water, en geeft het den Patient te drinken, en wagtende, dat 'er geen Acorus omtrent hem kome, dewelke met zyn ſterke reuk hinderlyk is in deze ziekte. De bladeren te zamen met* Marrubium album, *in Banda* Daun cambing *genoemt, geſtoten, en den ſap uitgedrukt, geeft men de kinderen te drinken tegens de vallende ziekte en klem, 't zelve tegens kolyk ook aan de oude menſchen, als men de bladeren van Pancaga en Olus ſcrofarum daar by doet.*

De

Fig. 1.
Fig. 2.

Radix cum Pinanga masticata Odontalgiam curat. Tota herba cum Pancaga cocta & propinata, Colicam & Nephritidem curat. In Banda exhibita quoque fuit senibus convulsioni obnoxiis, tam sola cum Pinanga masticata, quam cum priore mixta & propinata.

Javæ vocatur *Pulang kean*, ac dividitur in albam seu feminam, & rubram seu marem, ibique in usu Medico etiam est, tota enim planta cum radice exstirpata & contrita cum Oryza russa, addito pauxillo Anisi, Deryngo & Bangle, propinatur & abdomini inlinitur contra pessimam Dysenteriæ speciem, quam curat, licet totæ sanguinis glebæ dejiciantur. Sic illi hanc quoque exhibent contra spasmum & convulsiones tam seniorum quam juniorum, item contra Nephritidem. Dicitur, hanc herbam ore masticatam efficere, ut ex oculis decidant quivis pulvisculi vel arenulæ per ventum vel infortunium admissæ.

In *Hort. Malab. part.* 10. *fig.* 15 & 16. Kirganeli & Tsjeru kirganeli cum hac herba mæroris conveniunt, prima nempe cum alba, & altera cum rubra, ipsique ibi subsequentes tribuuntur virtutes. Folia simul cum radicibus contrita Aposthemata curant, folia contrita & inposita, ulcera depurant. Radices cum quibusdam aliis rebus ejusdem virtutis contritæ in pulverem, & adsumptæ prosunt iis, qui tussi & fluxu catharrali laborant; eædem cum Allio contritæ & scroto inlinitæ ejus ulcerationes curant & exsiccant. Tota herba summum est remedium contra Dysenteriam, uti a Javanis etiam contra hanc adhibetur, sicuti supra dictum fuit.

De wortel met Pinang gekaauwt geneest de tantpyn. Het gebele kruid met Pancaga gekookt en gedronken, geneest kolyk en graveel. In Banda is bet ook geprobeert aan oude lieden, die de klem krygen, zoo alleen met Pinang gekaauwt, als met bet voorgaande gemengt gedronken.

Op Java beet bet Pulang kean, *verdeelt in witte of wyfken, en 't roode of manneken, aldaar beeft bet ook in de Medicynen zyn gebruik, want bet gebeele kruid met wortel en al uitgetrokken, met rosse ryst gewreeven, daar by doende een weinig Anys, Deryngo, en Bangle, gedronken, en op den buik gesmeerd, geneest de quaatste zoorte van bloedloop, wanneer 'er klonteren van bloed afgaan, zoo wert bet by bunlieden mede gebruikt tegens de klem, zoo aan oude als jonge, als mede in 't graveel. Men zegt, dat dit 't kruid zy, 't welk in de mond gekaauwt, uit de oogen doet vallen alderbande stof en zant, dat daar in gekomen is.*

In Hort. Malab. part. 10. fig. 15 & 16. *Kirganeli en Tsjeru kirganeli komen overeen met ons Herba mæroris, te weten de eerstgenoemde met de witte, en de tweede met de roode zoorte. Aldaar werden ben de volgende kragten toegeschreeven. De bladeren te zamen met de wortelen gewreeven geneezen de apostemen. De bladeren gewreeven en overgeleid zuiveren de ulceratien. De wortelen met nog eenige andere dingen van dezelfde kragt, gewreeven tot poejer, en ingenomen, belpen die geenen, die met de boesten en zinkens op de borst beladen zyn. Dezelfde met look gewreeven, en op den klootzak gesmeerd, geneest deszelfs exulceratien en droogt. Het gebeele kruid is bet opperste remedie tegens den bloedloop, waar toe bet by de Javanen ook gebruikt wert, als gezegt is.*

Tabula Decima Septima

Ad Figuram primam *Herbam mæroris* exhibet *albam*.
Figura secunda *Herbam mæroris* exhibet *rubram*.

De Seventiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *witte droevig kruid*.
De tweede Figuur wyst aan de *roode zoort* van het *droevig kruid*.

OBSERVATIO.

Prima *alba* harum plantarum species est Urinaria Indica, erecta, vulgaris; *Thes. Zeyl. pag.* 230. *Tab.* 93. *fig.* 2. & Urinaria Zeylanica erecta *Herm. Par. Bat. pr. pag.* 385. & Tithymalus non lactescens *Mus. Zeyl. pag.* 11. & Phyllanthus foliis alternis, alternatim pinnatis, floribus dependentibus ex alis foliorum *H. Cliff. pag.* 440. ubi vide reliqua.

Altera rubra species est Urinaria Indica, supina cauliculis rubentibus. *Mus. Zeyl. pag.* 4 & 16. *Thes. Zeyl. pag.* 231. & Fruticulus capsularis hexapetalus, brevioribus foliis & angustis *Plukn. Phyt. Tab.* 183. *fig.* 6.

AANMERKING.

De eerste witte zoort van deze planten is de Indische, opstaande, gemeene Urinaria van het *Thes. Zeyl pag.* 230. *Tab.* 93. *fig.* 2. en de opstaande Ceylonsche Urinaria van *Herm. Par. Bat. pr. pag.* 385. en de Tithymalus, zonder melk *Mus. Zeyl pag.* 11. en de *Phyllantus* met verwisselde bladeren, dragende steeltjes met bloemen, hangende uit de hoeken der bladeren, van de *Hort. Cliff. p.* 440. alwaar het overige ziet.

De tweede roode zoort is de Indische Urinaria, leggende met roode steeltjes, van het *Mus. Zeyl. pag.* 4 en 16 en de *Thes. Zeyl pag.* 231. en het struikje met ses bladige bloemen, en de vrugt in een huisje, met korter en naauwe bladeren, van *Plukn. Phyt. Tab.* 183. *fig.* 6.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Ecliptica. Daun sipat.

Ecliptica videtur esse adfinis Parietariæ per rugosa sua folia. Pedis vel ulnæ altitudinem adtingit, caulibus adsurgens rotundis, succosis, & ad tactum rugosis, qui inferius distinguuntur in paucos rectosque laterales ramos. Folia ejus oblonga sunt, tres pollices longa, digitum lata, ab utraque acuminata parte, ad oras paucis vagis & brevibus denticulis notata, fere sessilia in caulibus, obscure virentia, superne rugosa, ex quavis ipsorum ala lateralis excrescit ramus.

In summo flores producit illis silvestris seu Bellidis minoris similes, sed in centro petalis seu discoideis destituuntur, ac planitiem formant cum elevato cacumine, ex densis & angulosis seminibus constantem, ita ut unum corpus videantur constituere, quod cingitur multis brevibus & albis petalis, instar Bellidis dicti, quivis flos stellato insidet calici, cujus radii ultra floris orbem eminent, atque hic caliculus longiori inponitur petiolo respectu folii, ac solitarius tantum excrescit tam ex alis superiorum foliolorum, quam in vertice. Hic flos vigens viridi planoque collo elevatus, cinctusque albis petalis naturaliter repræsentat solem Eclipsin patientem, qualis in calenda-

EEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Eclipsis-plant.

Ecliptica *schynt van de maagschap van Parietaria te zyn, met zyn ruige bladeren. Het schiet een voet of een elle boog op, met regte steelen, rond, sappig, en ruig in 't aantasten, beneden in weinige regte zydetakken verdeelt. De bladeren zyn langwerpig, drie duimen lang, een vinger breed, agteren en vooren toegespitst, aan de kanten met weinige ydele en korte tantjes, schier zonder voetjes tegens bare steelen aanzittende, zwartgroen, aan de bovenzyde ruig. Ieder uit zyn schoot een zydetak uitgevende.*

Op zyn top draagt bet bloempjes, die van de wilde Maagdelieven gelyk, dog in de midden beeft ze geen blaadjes, maar een plat en groen beuveltje, uit digt en boekige zaden gemaakt, zoo dat zy een ligbaam schynen, omgeven met veele korte en witte blaadjes, gelyk de voornoemde Bellis. Ieder bloem staat op een gesternt bordje, wiens stralen buiten den omring van de bloeme uitsteeken, en dit bordje op een langer steel, waar van maar een alleen staat, zoo wel uit den schoot der bovenste blaadjes als op den top. Deze bloeme in baar fleur staande met dat groene vlakke beuveltje, en de witte blaadjes rontom, vertoont zeer natuurlyk een Eclipserende Zon, gelyk ze in de Almanakken geschildert wert, te weten als 'er een totale Eclipsis voor-

lendariis depingitur, si nempe totalis sit Eclipsis, quum Sol in orbita obscurum Lunæ corpus comprehendit, ac splendentibus suis radiis paululum in ambitu eminet, quum jam alba ista petala in orbe decidua sint, paululum elevatur viridis iste collis, nigrescit, seu obscure cinereus est, maturaque decidunt semina, quæ alias proferunt plantulas; alterque excrescit colliculus brevibus apicibus ornatus, qui erant pericarpia istorum seminum, hicque ultimus colliculus cinctus est octo vel novem viridibus petalis, quæ sub primo abscondebantur flore, ita ut alter denuo repræsentetur flos.

Totius herbæ sapor fatuus est & ingratus, fere instar crudi Sajor Bajang. Contritorum foliorum succus niger est, qualia & sicca sunt folia. Radix brevis est, fibrillosa, & in multas ramificationes distincta, facilisque eradicatu.

Nomen. Latine *Ecliptica*; Malaice *Daun sipat*, h. e. folium dimensionis, quidam hanc etiam vocant *Mackou*, juxta Portugallicum *Folho maco*, sed inproprie, Ternatice *Wangi wangi maibo*, h. e. solis stercus, a Sole Eclipsin patiente ejecta; Bandice *Daun tinta*, h. e. atramenti herba a nigro ejus succo.

Locus. In hortis crescit ad oras arearum, & juxta sepes, ubi solum est nigrum & leve.

Usus. Naturæ est refrigerantis & siccæ. Tota herba in aqua contrita, & per noctem rori exposita conducit altero die ad caput lavandum, addita Calappi medullæ rasura, hocque fieri oportet quam frigide æger ferre potest, hoc caput refrigerat, capillos excrescere facit, eosque nigro tingit colore, quæ arcana est ars vetularum, quæ mallent juniores videri, atque hinc cupiunt longos nigrosque capillos.

Idem hic siccus inlinitur etiam capitibus infantum mox genitorum, ut capilli nigri cito excrescant. Quum jam mulieribus sit magno ornamento, longa, angusta, & nigra gerere cilia, hinc obliniunt hæc contrita hac herba, unde Malaiense obtinuit nomen, acsi nigrum hoc vellent denotare ciliorum orbem.

Quum pueri rubras contrahunt maculas per corpus, Ternatice *Safiri lacca* dictas, hoc obliniuntur succo. Idem quoque propinatur, & pectori inlinitur Asthmaticorum, qui morbus *Hossa* incolis dicitur. Folia cum pauxillo Salis contrita, & fronti inlinita, Cephalalgiam curant. Baleyenses hac quoque utuntur herba aliis mixta ad olus.

Tabula Decima Octava

Ad Figuram primam *Eclipticam* exhibet.
Figura secunda *Silagurium* sistit *angustifolium*, seu *secundam* ejus *speciem*.
Ad Alceas Eclipticam pertinere puto, & est forte Alcea Indica, Bellidis spinosæ folio, flosculis parvis *Thes. Zeyl. pag.* 10.

voorvalt, daar de zonne binnen haren omkring, het donker ligbaam van de maan bevat, en met hare heldere stralen even aan de kanten uitsteekt, als de witte blaadjes nu van den omring afgevallen zyn, zoo verheft hem dat groene heuvelken nog wat, wert zwartagtig, of donkergraauw, de rype zelfs vallen af, daar dan andere plantjes van komen, nalatende een ander heuveltje, met korte spitsen bezet, welke waren de voetjes van de voornoemde zaden, dog dit laatste heuvelken is alsdan nog omringt met agt of negen groene blaadjes, die onder de eerste bloemen stonden, en vertoont zoo een tweede bloeme.*

De smaak van 't geheele kruid is laf, niet aangenaam, schier als raauwe Sajor bajang. Den sap van de gevreeve bladeren is zwart, gelyk ook de drooge bladeren werden. De wortel is kort, vezelagtig, en in veel takken verdeelt, ligt om uit te trekken.

Naam. *In 't Latyn* Ecliptica; *in 't Maleits* Daun sipat, *dat is een blad van Limite of bepaling. Zommige noemen 't ook* Mackou, *na het Portugeese* Folho maco; *dog oneigentlyk. Op Ternaten* Wangi wangi maiho, *dat is zonnedrek, of vuiligheid van de Eclipserende Zon uitgeworpen; op Banda* Daun tinta, *dat is inktkruid van zyn zwarte sap.*

Plaats. *Het wast in de tuinen, aan de kanten van de bedden, en langs de paggers, daar een zwarte mulle grond is.*

Gebruik. *Het is verkoelende, en droogende van aart. Het geheele gewas in 't water gevreeven, en een nagt in den douw gezet, dient om 's anderen daags 't hoofd mede te wassen, 't raspel van Calappus-pit daar by doende, en dat zoo kout als men 't lyden kan, dit zal 't hoofd verkoelen, 't hair doen wassen, en 't zelve zwart verwen. Een secreet konstje by de oude vrouwen, die geern jong willen schynen, en daarom zwarte lange hairen zoeken te hebben.*

De zelfste sap smeert men ook op 't hoofd der kinderen, die eerst gebooren zyn, om spoedig nieuw en zwart hair voort te brengen. Dewyl nu by de vrouwen een groot cieraat is lange, smalle, en zwarte wynbraauwen te hebben, zoo bestryken ze dezelve met dit gevreeven kruid, waar van het den Maleitsen naam heeft, als of ze de zwarte cirkel van de wynbraauwen daar mede wilden bepalen.

Als de kinderen roode plekken over 't lyf krygen, in 't Ternataans Safiri lacca *genaamt, zoo smeert men ze met dit sap. Het zelve werd ook gedronken, en op de borst gesmeert van die geenen, die aamborstig en met de ziekte* Hossa *gekwelt zyn. De bladeren met een weinig zout gevreeven, en op 't voorhoofd gesmeert, stillen de hoofdpyn. De Balyers gebruiken deze mede onder andere kruiden, gemengt tot moeskruid.*

De Agttiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Eclipsis-plant.*
De tweede Figuur wyst aan het *smalbladige Silagurie*, ofte *de tweede zoort.*
Ik meen, dat de Ecliptica tot de Alceas behoort, en is mogelyk de Indische Alcea met het blad van de doornige Bellis, met kleine bloempjes in de *Thes. Zeyl. pag.* 10.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Silagurium. Silaguri.

Multi nostrorum Europæorum hanc habent plantam pro *Anonide* seu *Resta bovis*, sed erroneum est, pertinet enim ad species *Malvæ* minoris, uti ejus sapor ac vires hoc satis declarant, licet modo crescendi & foliis satis conveniat cum Anonide, excepto quod spinis careat, tres ejus obcurrunt species, primo rotunda, secundo oblonga, tertio alba.

Primo. *Silagurium rotundum*, seu *vulgare*, est fruticulus lentus & lignosus, multis sese extendens ramis, sed non ultra ulnam excrescit, inferior ejus stipes penitus lignosus est, ex cinereo viridi tectus cortice, qui in ramis fuscus ac glaber est, lentus & viscosus, uti in cunctis Malvis, foliosus admodum est, ac folia sine ordine in ramulis locantur, atque ad ortum bini excrescunt pili.

Folia articulum digiti longa sunt, superius lata & plerumque bifida, inferius angustata, ad oras dentata, superne intense viridia & glabra, inferne pallide viren-

TWEE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Silagoerie-plant.

Veele van onze Europianen houden dit voor een Anonis *of* Resta bovis, *maar 't is een abuis, want het behoort onder de geslagten van kleine* Maluwe, *uitwyzende zyn smaak en kragten, hoewel 't anders aan wasdom en bladeren met de* Anonis *redelyk overeen komt, behalven dat 't geen doorns heeft, men heeft 'er drie zoorten van, ten eerste de ronde, ten tweede de lange, ten derde de witte.*

I. Ronde *of* gemeene Silagoeri, *is een taai houtagtig heesterke, dat zig met veele takken uitbreid, maar niet boven een elle hoog wert, de onderste stam is klaar hout, bedekt met een groen-graauwe schorse, maar aan de takken is ze bruin, en glad, taai en slymerig, gelyk alle Maluwen, het is wel beblaad, en dezelve staan zonder order aan de ryskens, by haren oorspronk hebben ze twee hairkens.*

De bladeren zyn een lid van een vinger lang, vooren breed, en meest in tween gekloven, agter smal, aan de kanten getant, boven hoog-groen, en glad, beneden bleekgroen,

Fig. 1.
Fig. 2.
Sida

virentia, obliquis costis pertexta, saporis pinguis, maxime adcedentis ad illum Malvæ silvestris vel agrestis. In teneris fruticulis majora sunt & rotundiora, sesqui nempe pollicem longa, unum lata, luxuriose virentia, in adultioribus angustiora sunt, ac non ita distincte superius bifida, pollicem longa, ac semi lata. Ipsorum ramuli ac surculi tam lenti sunt, ut vix abrumpi possint.

Flos hic & illic simplici petiolo insidet, calici incumbens, ex quinque stellatis & viridibus petalis constructo. Flos ipse magnitudinem obtinet Hollandici oboli seu stuferi, perfecte rotundus, ex quinque constans petalis, quæ sibi ad oras incumbunt, & unicum repræsentant modo petalum, coloris vitellini, & ample apertus. In ejus centro pistillum locatur, decem longiora, ac plura breviora gerens staminula antheris flavis.

Post floris lapsum sese contrahit calix pentapetalus, ac conum format acutum, inque eo caseolus quasi elevatus & acuminatus locatur, qui maturus in decem dehiscit segmenta, caseiformia, & nigricantia, inque summo acuminata, quæ cuncta decidunt, relinquentia semi pellucidum calicem denuo ample apertum.

Radix longissima est, ac perpendicularis, raras emittens ramificationes, tam firmiter terræ inhærens, ut fortis vir eam vix eradicare seu extrahere valeat, nisi laxo inhæreat solo. Dulci constat visco uti in cunctis Malvis, sed raro. Optimus vero ejus character, ad Malvas hanc nempe plantam pertinere, est, quod regularem servet horam, quum ejus flores sese aperiunt, quæ quibusvis Malvæ speciebus peculiaris est, hujus autem flores non aperiuntur ante horam nonam matutinam, quo in statu manent usque ad primam meridianam. Aliis horis nil nisi capitula adparent, quivis etiam flos semel modo sese conspiciendus præbet seu aperitur, si post pluviosam noctem mane Sol suos emittat radios, per horulam aliquando citius aperiuntur, ac ventoso die citius sese etiam claudunt. Abrupti ramuli in cubiculo depositi, mane hanc observant nihilominus horam, circa nonam enim sese aperiunt flores, ac brevi post meridiem sese iterum claudunt.

Hujus silvestris porro obcurrit species, in agris sub fruticulis crescens, a priore non diversa, nisi quod altior crescat, ad quatuor nempe & quinque pedum altitudinem, ejusque folia angusta sunt, vix minimum digitum longa, oblongæ formæ, superne obscure virentia, inferne grisea. Flores fructusque sunt uti in priore, easdemque etiam observant horas.

Secundo *Silagurium longifolium*, elegans fruticulus est, multos emittens rectos & lentissimos ramos, ad quatuor pedum altitudinem, sed quinque sexve pedes alta est hæc planta, si aliis adcumbat fruticulis, cortice obducta glabro, cinereo, & superius viridi.

Folia ejus solitaria locantur, & alternata, duplicis formæ, juniorum enim fruticulorum teneris Urticæ foliis fere similia sunt, inferius lata, superius acuminata, ad oras quoque profunde dentata, superne pilosa. In adultis oblonga sunt & angustata, binos ac tres transversales digitos longa, vix unum lata, superius obtusa, eleganter virentia, glabra, & ad tactum mollia, costis maxime obliquis pertexta, tenuiora & molliora illis præcedentis, saporis dulcis & viscosi, lactis odorem præbentia.

Ex quavis fere foliolorum ala capitulum excrescit coniforme, ex quinque viridibus constans petalis, brevi pedunculo insidens, ex quo flosculus excrescit uti in priore, sed paulo minor, coloris pallide lutei, ex quinque constans petalis, superius parum bifidis, unaque dimidia pars angustior est altera, in centro simile formans pistillum ac staminula. Post florem capitulum denuo sese claudit, atque interne obtusum format conum, ex quinque vel sex oblongis seminibus compositum, quæ grisea sunt, ac quodvis in binos incurvos apices distinctum est. Matura dehiscunt ac simul decidunt. Hic flos vulgo hora septima, & obscuro cœlo octava sese aperit matutina, ac decima sese claudit, sed ita ut pistillum cum staminulis emineat, in senioribus vero stipitibus usque ad meridiem aperti sunt, unde & maxima diei parte clausi sunt. Radix longissima est, perpendicularis, ac difficilis exstirpatu, succosa quoque seu viscosa.

Tertio. *Saligurium album* sese per terram magis extendit lignosis surculis, ac folia haud digiti articulo longiora sunt, inferius lata ac superius acuta, dentata quoque

groen, met schuinse ribben, van smaak smeerig, duidelyk na de wilde of velt Maluwe trekkende. Aan de jonge struiken zyn ze grooter, en ronder, te weten anderhalve duim lang, en een breed, weeldrig groen, maar aan de oude zyn zy smalder, en vooren zoo duidelyk niet gekloven, een duim lang, en een halve breed. Hare ryskens zyn zoo taai, dat men ze qualyk afbreken kan.

De bloeme komt hier en daar op een enkele steel voort, rustende op een bordje van vyf gesternde groene blaadjes. De bloem zelfs is in de grootte van een Hollandse stuiver, regt rond, dog van vyf blaadjes gemaakt, die wat over malkander slaan, en een blad vertoonen, dooijer geel, en wyd geöpent. In de midden staat een pilaartje, dragende tien langere, en veele kortere draadjes met geele noppen.

Na 't afvallen der bloemen sluiten haar de vyfbladige voetjes, en formeeren een spits kegeltje, en in 't zelve een kaasken, dog wat verheven, en mede toegespitst, 't welk ryp geworden valt in tien stukken van malkander als stukskens van een kaas, zwartagtig, aan 't opperste met een spitse, die al te zamen uitvallen, en laten het half doorschynend bordje weder wyd open staan.

De wortel is zeer lang, en regt nedergaande, met weinige zydetakken, zoo vast in de aarde houdende, dat ze een sterk man qualyk kan uittrekken, of zy moet op een losse grond staan. Zy heeft mede een zoete slym gelyk alle Malvaas, dog weinig. Het beste kenteeken nu, dat dit kruid onder de Malvaas behoort, is het precise uur, dat het houd in 't openen van zyne bloemen, het welk ieder zoorte van Maluwe byzonder heeft. Deeze ziet men niet geopent voor negen uuren des voormiddaags, van daar af blyft ze geopent tot een uure namiddags. Op andere uuren ziet men niets dan geele knoppen, ook vertoont haar ieder bloem maar eens, als 'er na een regenagtige nagt des 's morgens een klare zonneschyn komt, zoo gaan ze wel een uurtje vroeger open, en by winderig weer sluiten ze haar te vroeger. De afgebroken takskens in een kamer gestelt, 's morgens agtervolgen niet te min deze uure; want omtrent negen uuren openen zig de bloemen, en kort na de middag sluiten ze zig weer.

Men vint 'er nog een wilde zoorte van, in 't veld onder lage ruigte wassende, van de voorgaande niets verschillende, dan datze hooger wast, tot vier en vyf voeten hoog, en de bladeren zyn smal, schaars een pink breed, langagtig, boven donker-groen, beneden grys; bloemen en vrugten als aan 't eerste, en houden ook dezelve uuren.

II. Langbladige Silaguri, *wert een cierlyk beestterken, met veele regte en zeer taaije takken opschietende, tot vier voeten hoog, maar tot vyf of ses voeten, als het tegens andere ruigten aanleund, met een evene grauwe en bovengroenagtige schorze bekleed.*

De bladeren staan enkeld, en met beurten boven malkander van tweederlei gedaante, want aan de jonge struiken zynze de jonge Netelbladeren schier gelyk, agter breed en vooren spits, aan de kanten ook diep getant, en aan de bovenzyde hairig. Aan de volwassen zyn ze langwerpig en smal, twee en drie dwarsvingeren lang, schaars een breed, vooren stomp, schoon gras-groen, glad en zagt in 't aantasten, met zeer schuinze ribben, dunder en weeker dan de voorgaande, van een zoete en smeerige smaak, na melk ruikende.

Schier uit ieder schoot van de blaatjens komt een kegelformig knopje, van vyf groene blaadjes gemaakt, op een kort steeltje staande, waar uit wert een bloempje als aan 't voorige, of een hairtje kleinder, ligter-geel, en van vyf blaadjes gemaakt, die vooren wat gekloven zyn, en de eene helft is smaller dan d'andere, in de midden met een diergelyk pilaartje en draadjes. Na de bloeme sluit zig de knop weer, en formeert van binnen een stompe kegel, van vyf of ses langagtige zaden gemaakt, die grauw zyn, en ieder zig in twee kromme spitsjes verdeelt. De rype vallen van malkanderen, en t'zamen af. Deze bloemen gaan ordinaris ten zeven, maar by donker weer ten agt uuren voormiddags open, en sluiten haar weer ten tien uuren, dog zoodanig, dat het pilaartje met zyn draden buiten blyven, en aan de oude stokken blyven zy tot aan de middag geopent. Want mense de meesten tyd van den dag gesloten ziet. De wortel is zeer lang, regt neergaande en weinig verdeelt, moejelyk om uit te trekken, en mede sappig of smeerig.

III. Witte Saliguri, *breid zig meer op de aarde uit, met zyn houtagtige ryskens, de bladeren zyn niet boven een lid van een vinger lang, agter breed, en vooren spits,* mede

quoque instar foliorum Urticæ, obscure virentia, ejusdemque saporis.

Flores ejus eandem obtinent formam & magnitudinem, coloris albicantis, intermixto urpureo pallido colore, raro in frutice conspiciuntur, & ante meridiem modo aperti sunt. Semen ejus est uti in prima specie, sed caseoli planiores sunt. Radix prorepit magis divisa.

Nomen. Latine *Silagurium*; juxta Malaiense, Javanicum, & Baleyense *Silaguri* & *Silagobi*, prius *Bathyrizam* id vocavi, h. e. *radicem profundam.* Prima species a quibusdam *Thee Ambon*, h. e. *Thee Amboinensium* vocatur, quum folia præsertim agrestis speciei maxime conveniant cum foliis Sinensis herbæ *Theæ* dictæ. Ex Sinensium enim relatu ipsorumque libris comperi, Theæ plantam maxime convenire forma sua cum secunda specie, neutiquam vero dico unas easdemque esse plantas. Secunda species peculiariter vocatur *Daun Sasappo* seu *Scoparia*, Amboinice, in Hitœa *Tallahoho*, h. e. difficilis eradicatu, item *Tubi poccol*, h. e. capitulum flavum, quum plurimo tempore flores clausi sunt, æque ac capitula essent flava, Ternatice *Tigo.*

Locus. Prima species in planis crescit locis, in plateis nempe & areis, ubi solum est durum argillosumque, aliquando etiam circa ædes. Altera species solum amat arenosum, quale est in levibus Sagus silvis, atque etiam circa domus, ubi adeo multiplicatur per deciduum semen, ut difficile sit exstirpatu, quin tota cum radicibus eradicanda sit planta, quod in adultis stipitibus vix effici potest. Tertia species raro obcurrit in desertis silvestribus hortis.

Usus. Cunctæ hæ herbæ emollientem & maturantem habent virtutem. Radix cum Zingibere minore masticata, Emplastri modo adplicatur tumoribus scirrosis, sed sine Zingibere Erysipelae manuum, incolis *Hismæ* dictæ, h. e. incantamento. Folia cum vel sine Curcuma inter manus fricata Anthracibus inponuntur, ut emolliantur & maturentur, sed tarde illa operantur, & aperiuntur hæ, nisi efficacius addatur remedium, sique in initio applicentur, has totas dissipant resolutione.

Radix cum Zingibere masticata, ejusque deglutitus succus abdominis tormina curat, eadem quoque recentibus inponitur vulneribus, præsertim quæ a sclopetorum globis causata sunt, emollit enim, ardorem extrahit, & curat. Primæ seu rubræ speciei succus oculis instillatus, quum inflammati sunt, eos refrigerat, & humidos reddit.

Contusa radix ore etiam retinetur contra Odontalgiam. Secundæ speciei longa ac flexilia vimina colligantur, quæ quotidianis inserviunt scopis. Recens radix quam viscosissima ore masticatur, ejusque deglutitus succus prodest iis, quibus in faucibus hæret piscis pinna vel spina.

Si quis sit in campo, nec audiat campanam, ex harum plantarum floribus horæ determinari possunt, quamdiu enim primæ speciei flores sint aperti, quis certo concludere potest nondum esse post meridiem, ac secundæ speciei flos clausus indicat post decimam esse horam, saltem sic in Amboina hoc observavi, nec certior factus sum, an tali modo etiam in aliis id observetur regionibus.

Kurundoti *H. Malab. part.* 10. *fig.* 18. quodammodo convenit cum prima Silaguri supra descripta specie, ipsius vero descriptio sobria est & manca, non enim indicatur fruticem esse lignosum, cortice obductum viscoso & fatuo, nec præcisa etiam indicatur floris hora, qua nempe sese aperit & claudit. Ibi adhibetur contra ardorem pectoris & abdominis, si forma decocti propinetur, pluræque aliæ ibi obcurrunt res.

Optimum vero remedium est, si cortex ejus cum *Carega pullu*, butyro, & lacte feminarum contritus inliniatur temporibus & vulneratis nervis, unde curatur spasmus ex gravibus ortus vulneribus.

Cum secunda seu angustifolia specie convenit *Tsjeru parva Hort. Malab. part.* 10. *fig.* 53. descripta, ejusque vires ibi memorantur, folia nempe ejus cum Calappi lympha in pulticulam vel haustulum præparata, inlinita vel propinata curare renum dolores. Radix ejus cum aqua contrita & inlinita Erysipelam curat. Commentator eam comparat cum herbula Curassavica *Cabritta* dicta, & descripta a *Breynio Prodr.* 2do sub nomine *Gratiolæ affinis Americana.*

mede getant als Netelblaadjes, doods-groen, en van de zelfste smaak.

De bloemen zyn van de voorige gedaante en grootte, witagtig met ligt-peers gemengt, werden weinig aan den stok gezien, en ook maar des voor de middags geopent. Het zaad is als aan de eerste zoorte, dog zyne kaakskens zyn platter, de wortel is kruipende, en meer verdeelt.

Naam. *In 't Latyn* Silagurium; *na 't Maleits, Javaans, en Baleits* Silaguri *en* Silagohi, *eerstmaal heb ik ze* Bathyriza *genaamt, dat is* diep-wortel. *De eerste zoorte wert ook van zommige* Thee Ambon, *dat is* Ambonse Thee *genaamt, om dat de bladeren inzonderheid van de veltzoorten, groote gelykenisse hebben met dat Chineese kruid* Thee. *Zeker uit het verhaal der Chineesen, en uit hunne boeken heb ik bemerkt, dat de Theeplante meest van gedaante zy, als de tweede zoorte van dit kruid, dog ik zegge geenzints, dat het eenderlei kruiden zyn. De tweede zoorte wert in 't byzonder* Daun Sasappo, *of* Scoparia, *dat is Besemkruid genaamt. In Amboin op Hitoe* Tallahoho, *dat is sterk om uit te trekken, item* Tubi poccol, *dat is geel knop, om dat men den meesten tyd de bloeme daar aan geslooten ziet als geele knoppen. In Ternaten heet het* Tigo.

Plaats. *De eerste zoorte wast op vlakke plaatsen, op straten en op pleinen, daar een harde kleigrond is, en zomtyts ook in de erven by de huizen. De tweede zoorte wil een zandige grond hebben, gelyk in ligte Sagebossen en ook ontrent de huizen, daar 't zoo vermenigvuldigt, door 't uit gevalle zaad, dat het moeilyk uit te roejen is, of men moet het met wortelen en al uittrekken, 't welk aan de volwassene struiken kwalik te doen is. De derde zoorte wert zelden gevonden in verlatene veldtuinen.*

Gebruik. *Alle deze kruiden hebben een vermurwende en rypmakende kragt. De wortel met kleine Gember gekauwt, en pleisters-gewyze gebonden op harde geswellen, maar zonder Gember, werd ze gebonden op de roozen aan de handen, by de Inlanders* Hismoe, *dat is toversche belesing genoemt, de bladeren met of zonder Curcuma tussen de handen gevreeven, werden gelegt op bloedvinnen om die te vermurwen en te rypen, maar ze doen ze langzaam opbreken, of men moet wat sterker middel daar by doen, en als dezelve eerst uitkomen, zoo doen zy die geheel verdwynen.*

De wortel met Gember gekaauwt, en den zap ingezwolgen, geneest het krimpzel des buiks, 't zelve wert ook op versche wonden gebonden, onder andere, die door kogels gemaakt zyn, want het verzagt, trekt den brand uit, en geneest. Het sap van de eerste of ronde zoorte in de oogen gedaan, als de zelve te zeer verdroogt zyn, verkoelen de zelve, en brengen vogtigheid daar in.

De gekneusde wortel wert ook in de mond gehouden tegens het tandpyn. De tweede zoorte wegens haare lange buigzame ryskens te zamen gebonden, dient tot dagelykze beesemen. De versche wortel, die op 't slymerigst is, in de mond gekaauwt, en daar van den sap ingezwolgen, helpt die geenen, den welken een vischgraad in de keel is blyven steeken.

Als men in 't veld is, en geene klokken hoort, kan men zig na deze bloemen rigten, want zoo lange de bloeme van de eerste zoorte openstaan, is men verzeekert, dat het nog niet over de middag is, en de bloeme van de tweede zoorte gesloten, bewyst, dat het later is dan tien uuren. Immers zoo heb ik 't in Amboina gevonden, en nog geen nader berigt, of 't op andere plaatzen ook zoo is.

Kurundoti in hort. Malab. part. 10. fig. 18. *beschreeven, heeft eenige gelykenisse met de eerste zoorte, van het bovenstaande Silaguri, dog de beschryving van het zelfde is wat zober, zynde uitgelaten, dat het een houtagtig struikje is, smeerig en smets van schorsse, en de preciese uur van het opgaan en sluiten der bloemen. Het wert aldaar gebruikt tegens den brand van de borst en buik, als men een drank daar van maakt, en nog andere dingen meer.*

Dog het beste is, dat de schorsse daar van met Carega pullu, *booter en zog gewreeven en gesmeerd werd op den slaap, en voor gekwetste zenuwen, welke den kramp geneezen, die van zware wonden komt.*

Met de tweede of smalbladige komt overeen Tsjeru parva *in* Hort. Malab. part. 10. fig. 53. *beschreeven, zyne kragten aldaar zyn, dat zyne bladeren gewreeven met Calappus-melk, en tot een papje of drankje gemaakt, gedronken of overgesmeerd, geneezen het niere-pyn. De wortel met water gewreeven, en overgesmeerd, geneest de roose. Den Annotator vergelykt het met het kruidje van* Curacau, Cabritten-kruid *genoemt, by* Doctor Breyne *beschreeven, in* Prodomo secundo, *onder de naam van* Gratiolæ affinis Americana.

Sida retusa L.

Tabula Decima Nona

Silagurium exhibet *vulgare*, seu *primam* ejus *speciem*.

OBSERVATIO.

Helianthemi seu cisti humilis hæc prima *Silaguri* videtur esse species, ac forte est Cistus humilis Chamædryos crispatis foliis Prom. Bonæ spei *Plukn. Mantiss. pag.* 50.

Secunda *Silaguri* species longifolia *Tab.* 18. *fig.* 2. exhibita, vera Capraria est *H. Amstel. tom.* 1. *pag.* 79. quæ in *H. Cliff. pag.* 310. vocatur *Capraria foliis alternis, corollis quinquefidis*, ubi vide reliqua, nec non *Breynii Prodr.* 2. *nov. edit. in notis pag.* 69. ut & *H. Malab. Tom.* 10 *fig.* 53. *pag.* 105.

De Negentiende Plaat

Vertoont de *gemeene Silaguri*, ofte de *eerste soorte* daar van.

AANMERKING.

De eerste zoort van *Silaguri* schynt te zyn een zoort van de *Helianthemum* ofte lage *Cistus*, en is mogelyk de lage Cistus met gekreukelde bladeren, van de Chamedrys uit de Kaap de Goede Hoop, van *Plukn. Mantiss. pag.* 50.

De tweede zoort van *Silagurie*, ofte met het lange blad, op de 18. *Plaat fig.* 2. verbeeld, is de regte Capraria, van de *Hort. Amstel. eerste deel, pag.* 79. welke in de *H. Cliff. pag.* 310. genaamt wert Capraria, met verwisselde bladeren, en de bloem-bladeren in vyf verdeelt, alwaar het overige ziet, als mede *Breyn. Prodr.* 2. van de nieuwe druk *in de note pag.* 69. en de *H. Malab. Tom.* 10. *fig.* 53. *pag.* 105.

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Urtica decumana. Daun gattal besaer.

Monstrosa Urticæ majoris species obcurrit in India, tam sordida gerens folia, quam in ulla observantur planta, simplicem vero erigit caulem, tres quatuorve pedes altum, inferius rotundum, lignosum, ac digitum crassum, superius angulosum, in binos tresve laterales ramos distinctum, ubique ad tactum rugosum.

Folia solitaria locantur, quæ forma conveniunt cum illis Urticæ vulgaris, sed multo majora sunt, spithamam vel pedem longa, immo sæpe longiora, quinque sexve pollices lata, bicoloria juxta binas diversas species. Alba species maxima gerit folia, ad oras profunde dentata, ad tactum penitus rugosa, & urentia, innumerabilibus punctulis hirta, cuivis horum firmus insidet pilus instar aculei apis.

In vertice vagum gerit corymbum, in raros ramulos distinctum, quibus quoque vagi insident flosculi, ex simplicibus modo apicibus constantes, coloris sordide albicantis cum flavo intermedio, quique plerumque sine semine decidunt, excepto quod inferiora fusca capitula semen producant flavum & arenosum.

Rubra species paulo angustiora gerit folia, sed ejusdem longitudinis, ac rugosiora prioribus, sunt enim non modo superne, sed etiam inferne punctulis notata, majores verrucas referentibus, ac cuivis firmus quoque insidet pilus, qui vehementius urit prioribus. Foliorum venæ subtus fuscæ sunt, uti & caules ac capitula, quæ semen continent, ubique rugosa & pungens est hæc planta.

Ambo hæc folia vola manus tacta, in initio non tam facile urunt quam nostræ Europeæ Urticæ, si vero aculei alicujus cutim seu Epidermidem perforant, non modo urunt, sed simul vesiculas excitant cum pruritu quodam, quales isti contrahunt, qui a cimicibus morsi sunt.

Radix ejus longa est, repens, in multas tenues ramificationes distincta, quibus multæ adhærent fibrillæ.

Nomen. Latine *Urtica decumana*; Malaice *Daun gattal besaar*, h. e. *Folium pruritus magnum*; Ternatice *Sosoru*; Amboinice *Sala*, nescio quomodo hoc nomen ab Hungaris acceperint, Hungari enim quasvis Urticas quoque vocant *Tsalan*; Javanis *Camadu*.

Locus. Ad oras silvarum crescit, & sponte sub sepibus, atque ob ejus usum in hortis quoque plantatur.

Usus. Sordida hæc folia apud Indos in quotidiano sunt usu, quibus idem faciunt, quod nos scarificationibus & Cucurbitis, quam primum enim sese segnes sentiunt ac torpentes ex sanguine crasso, quo artus rigent ac inmobiles sunt, unde pruritum sentiunt vel delassati videntur, tum æque viri ac feminæ corpus fricant hisce foliis, suprema nempe ipsorum parte, ac satis ruditer, si enim meticulose hoc peragitur, hæc herba sese quasi defendit, ac majores excitat dolores, hinc intrepide hæc folia tractanda sunt, solummodo cavendo, ne suprema manuum pars tangatur, ac sine metu corpus perfricetur hisce, non vero sunt contorquenda vel leniter tractanda.

Hinc

DRIE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De grootste Brantnetel.

Een monstreus geslagt van groote Netelen heeft men in Indien, met zoo leelyke bladeren, als men ooit aan een gewas hebben mag, zy schiet met een enkelen steel op, drie of vier voeten hoog, beneden rond, houtagtig, een vinger dik, boven hoekig, in twee of drie zydetakken verdeelt, over al ruig in 't aantasten.

De bladeren staan enkelt, van gedaante wel onze Netelbladeren gelyk, dog veel grooter, een span of een voet lang en meer, vyf en ses duimen breed, van tweederlei couleur na de twee zoorten, de witte zoorte heeft wel de grootste bladeren, aan de kanten diep getant, in 't aantasten gants ruig, en stekelig, met ontelbaare pukkeltjes bezet, en op ieder staat een styf hairtje als een angel van Bye.

Op zyn top staat een ydele tros in weinig takjes verdeelt, daar aan ook weinige bloempjes staan, schier van enkele styve spitzen gemaakt, vuil-wit met geel gemengt, die meest zonder zaad afvallen, behalven de onderste bruine knopjes, brengen een geel zandig zaad voort.

De roode zoorte heeft wat smaldere bladeren, dog even lang, en nog ruiger dan de voorige, want het is niet alleen van boven maar van onderen, ook met pukkeltjes als groote wratten bezet, en op ieder staat een styf hairtje, dat heviger brand dan de voorige. De aderen zyn van onderen bruin, gelyk ook de stelen en knoppen, daar het zaad insteekt, tot het uiterste tipje toe, ruig en stekelig.

Beide deze bladeren aangeraakt met het binnenste van de hand, branden in 't eerste zoo ligtelyk niet als onze Europise Netels, maar als de stekeltjes iemand in d'andere huid komen, zoo branden zy niet alleen, maar werpen ook bobbelen op, met eenig jeuken, gelyk die geene krygen, die van Wantluizen gebeten worden.

De wortel is lang, kruipende, in veele dunne takken verdeelt, en daar aan weeke vezels.

Naam. *In 't Latyn* Urtica decumana; *in 't Maleits* Daun gattal besaar, *dat is* Folium pruritus magnum; *in 't Ternataans* Sosoru; *op 't Amboins* Sala. *Ik weet niet, waar zy by de Hungaren zyn geweest, om dien naam malkander te leenen, want de Hungaren noemen alle netelen ook* Tsalan; *in 't Javaans* Camadu.

Plaats. *Het wast aan de kanten van de bossen in 't wild onder de beggens, en wegens zyn gebruyk wert het ook in de tuinen geplant.*

Gebruik. *Deze onaanzienlyke bladeren zyn by de Indianen in een dagelyks gebruik, dewelke daar mede verrigten 't geene wy met scarificeren of koppen doen, want zoo dra zy haar onlustig gevoelen, met een zwaar bloed beladen, waar door de leden lam en styf werden, en groot jeuken gevoelen, of anderzints vermoeit zyn, zoo laten zoo wel vrouwen als mannen haar over 't lyf stryken met deze bladeren, te weten met de bovenste zyde, en dat vry wat bardagtig. Want zoo men bang is, en verzaagt een anderen over 't lyf strykt, zoo verwekt dit onkruid grooter pyn, derhalven moet men de bladeren stout aanvatten, alleenlyk wagtende, dat ze op de bovendeelen van de handen niet en komen, en zonder schromen over 't lyf stryken, maar geenzints vryven of drayen.*

Hier

Hinc pars fricta mox rubet, istæque vesiculæ magna copia intumescunt, sed non ita in pedibus & ubi cutis dura est. Vesiculæ hæ tamen vix dolorem excitant vel ardorem, sed pruritum potius, qualem quis percipit, si aliquid rugosum cutim tangat. Sic hæ quoque vesiculæ intra semi horæ spatium disparent, si post frictionem manus humidæ obliniantur guttulo olei, ac vola manus pars fricetur, sique quædam remanet scabrities, nil refert, sed magnum adfert solatium.

Post hanc enim frictionem homo talis agilior est, atque hac scarificatione incolæ corpus suum præservant a multis malis, unde vapores maligni exhalant, qui corpus adgravant.

Mulierculæ huic operi adeo adsuetæ sunt, ut sibi inponant ac putent, ægre valere, si non una alterave vice in septimana corpus fricetur. Nunquam etiam credidissem Europæorum corpora mollia has rudes frictiones tolerare potuisse, sed postea ipse hoc expertus comperi, multo facilius hoc opus peragi, quam in initio quis putaret, putoque optimam esse sanitatis præservationem. Sic etiam Europæos novi robustioris conditionis, qui hanc frictionem in cute sine noxa poterant tolerare, nullis etiam insequentibus tuberculis. Hunc in finem folia in fasciculos conligata in foro venduntur, ac plantæ in hortorum angulis coluntur, præsertim alba species, quæ mollior est, nec tam ingentem excitat ardorem quam rubra.

Hi foliorum fasciculi in frigidiusculis locis, vel Musæ folio involuti per aliquot dies conservari possunt, ac trans mare vehi. Post esum calidorum fructuum, vel qui sanguinem faciunt biliosum, quales sunt Mangæ, Duriones, & Ananassæ, frictio hæc saluberrima est, sic compertum est in isto loco, ubi humores maxime depravati stagnant, plurima oriri tubercula, atque in corpore penitus sano fere nulla.

Urtica vulgaris in India quoque crescit, forma cum media nostra specie conveniens, & Malaice vocatur *Daun gattal babi*, h. e. Urtica porcina, quum porci hanc sine noxa edunt, licet quidam incolæ ac præsertim Ternatenses hanc etiam sine incommodo inter olera adhibent uti & in Medicina, fere ad similes morbos, ad quos nos in Europa.

Vocatur *Daun gattal*, atque Javæ & Baleyæ quoque obcurrit, sed mulierculæ Javanæ hanc penitus aversantur, ut & frictionem memoratam, atque eo magis, quum sibi persuadent, ingentem serpentem venenum suum in hæc ejecisse folia, unde usque in hodiernum diem herba hæc noxia, & ista species serpentum innoxia censetur, sic hæc quoque herba eo magis vitatur, quum ipsis parvifolia rubra species maxime sit nota, quæ multo vehementius urit alba specie.

Tabula Vigesima

Ad Figuram primam *Urticam* exhibet *Decumanam*.

Figura secunda *Urticam* denotat *mortuam*, quæ Ricinocarpos Indica glabra, Mercurialis folio a me vocatur in *Thes. Zeyl. pag.* 205. ubi plures hujus obcurrunt species, & reliqua synonyma, atque cum Peecupameni *H. Malab. part.* 10. *Tab* 82. jungitur. Huc & spectat Urtica racemosa, angustifolia, fructu tricocco. *Sloan. Hist. tom.* 1. *Tab.* 82. *fig.* 1.

Hier door word de gestreke plaats straks rood, de voornoemde bobbelen varen met meenigten op, dog aan de beenen, en daar hart vel is de minste. Het vel wert wel ontstelt, egter is geen zonderlyke pyn of brand daar by, en veel meer jeuken, gelyk iemand gevoelt, als men met wat ruigs gestreeken wert. Zoo vergaan deeze bobbelen ook in een half uur wederom, als men na 't stryken de handen bevogtigt met een dropje Olie, en met de vlakte daar over strykt, zoo dan al eenige schrammetjes over blyven, dat mag geen kwaad, maar dient tot grooter verligtinge.

Want na dat stryken zoo gevoelt zig de mensch merkelyk verligt, en door deze scarificatie preserveeren de Inlanders hunne lighaamen voor veele toevallige krankheden, en verlossen haar van kwade dampen, die het lyf beswaaren.

De vrouwen zyn 'er zoo aan gewent, dat ze haar inbeelden niet wel te zyn, als zy in de week niet een of twee reizen bestreeken werden. Ik zoude het nooit geloofd hebben, dat de Europianen op hunne weeke huiden deze ruige handelingen zouden konnen verdragen, maar naderhand zelfs probeerende, heb ik bevonden, dat het veel gemakkelyker toegaat, als men zig ten eerste inbeelt, en houden 't na voor een goede preservatief van de gezontheid. Zoo heb ik ook Europianen gekent van een robuste complexie, die dit stryken op hun vel zonder gevoelen kosten verdragen, ook dat daar van gants geene bobbelen opkwamen, tot dezen einde, werden de bladeren met bosjes op de Markt verkogt, en de planten in een hoek van de tuinen onderhouden, inzonderheid de witte zoorte, die zagter van brand is dan de roode.

De bosjes van bladeren kan men ook aan koele plaatzen of in een Pissang-blad gewonden, eenige dagen goed behouden, en met zig over Zee voeren. Na 't sterk eten van heete vrugten, of die een geil bloed maken als Mangas, Dorioens, en Ananasses, is deze strykade zeer gezond. Zoo bevind men ook dat op die plaats, daar de meeste kwade humeuren zitten, de meeste bobbelen opvaren, en op een gants gezond lighaam schier geene.

De gemene Brandnetel wast ook in Indien, van fatzoen onze middelbaare zoorte gelyk, en hiet in 't Maleits Daun gattal babi, *dat is Verkensnetel, dewyl het de Verkens zonder gevoelen eten, hoewel zommige Inlanders, inzonderheid de Ternatanen, ook dezelve onder Moeskruid gebruiken, als mede in de Medicynen, schier tot diergelyke gebreken, als wy nu in Europa doen.*

Het eerstgenoemde Daun gattal, *hoewel het op Java en Baly ook valt, zoo zyn egter de Javaanse vrouwen gantsch afkerig daar van, om de voornoemde strykade te gebruiken, en dat te meer, dewyl ze malkanderen wys maken, dat een groote Slang uit kwaadheid, haar vergift op deze bladeren zoude uitgespogen hebben, waar door tot den huidigen dag toe het Kruid schadelyk, en die zoorte van slangen onschadelyk gebleeven is, zoo wert ook dit kruid zoo veel meer geschouwt, om dat by hunlieden de kleinbladige roode zoorte meer bekent is, dewelke veel heviger brand dan de witte.*

De Twintigste Plant

Vertoont in de eerste Figuur de *grootste Brandnetel*.

De tweede Figuur wyst aan de *dorre Netel*, welke van my in de *Thes. pag.* 205. genaamt wert Indische gladde Ricinokarpos, met het blad van de Mercurialis, alwaar meer zoorten hier van gevonden werden, en de verdere benamingen, welke ook met de Peecupameni, van de *H. Malab.* 10. *deel Tab.* 82. overeenkomt. Hier toe behoort mede de trosdragende smalbladige Netel met een driezadige vrugt, van *Sloan. Hist.* 1. *deel, Tab.* 82. *fig.* 1.

Fig. 2.
Fig. 1.

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Urtica mortua. Daun gattal matti.

Urtica mortua simplicem erigit, lignosumque, ac rotundum caulem, ulnam altum, pallide virentem, ac superius parum lanuginosum. Folia ejus solitaria locantur, atque ex ipsorum inferiorum alis laterales excrescunt ramuli, ex superiorum vero alis capitula ac flores.

Folia ipsa longis insident pedunculis, illis Urticæ nostratis vulgaris similia, inferius latissima & rotunda, oræque ipsorum arcte & subtiliter serratæ sunt, in longum terminantia apicem, binos cum dimidio ac tres pollices longa, vix binos lata, superne obscure virentia, ac pilis hirta, inferne rugosa per multas costas, quarum quinque inferius concurrunt, saporis fatui, sicci, & herbacei, ipsorum petioli longitudinem fere habent ipsius folii, molles, parumque lanuginosi, ex reliquorum foliolorum alis racemi excrescunt, viridibus, & ex rotundo trigonis capitulis onusti, quæ compacta sunt, & quorum quodvis peculiari insidet caliculo, nullum vero notabilem exhibent florem, inque iis subrotundum ac pusillum latet semen.

Totius plantæ nulla pars urit, sed ad tactum mollis, nec gravem præbet odorem saporemve, uti in Europæorum mortuis Urticis.

Radix in multas, breves, & intricatas divaricationes distincta est, quæ nodosæ videntur. Vetusta folia rubent instar Cancrorum coctorum.

Nomen. Latine *Urtica molucca mortua*; Malaice *Daun gattal matti*; Ternatice *Soforu bobuto*, h. e. *Urtica alba*.

Locus. In desertis crescit hortis, nec tam copiose reperitur, quam vera seu Urtica urens. Hæc Urtica in aliis quoque crescit Malaiensibus regionibus, sed detegere non potui, ibi in usu esse, uti in Moluccis & hisce in insulis, unde & multos novi Malaienses, qui in Amboinam venientes mirati sunt vulgarem hujus herbæ usum, qui ipsis ignotus erat.

Usus. Ternatenses hanc ad olus exhibent, est enim sicca & fatui saporis; contrita ejus folia Aposthematibus & Anthracibus inponuntur, quas maturant, aperiunt, inque apertis pus extrahunt.

VIER EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De doove Netel.

Urtica mortua *schiet met een enkele, houtagtige, en ronden steel op, een elle hoog, bleek-groen, boven wat wolagtig, de bladeren staan enkelt, en uit den schoot der ondersten komen zydesteelen, uit de bovenste knopjes en bloemen.*

De bladeren zelfs staan op lange steelen, onze gemeene Netelen gelyk, agter breed en rond, en de kanten digt en fyn gezaagt, met een lange spitze, derdebalf en drie duimen lang, schaars twee breed, boven doods-groen, en met hairtjes bezet, beneden rimpelig van veele ribben, waar van agter vyf t'zamen slooten, van smaak laf, droog, en moeskruidagtig, haare steelen zyn schier zoo lang als 't blad, zagt, en een weinig wolagtig, uit den schoot der resteerende blaadjes komen trosjes voort, van groen uit den ronden drieboekige knopjes gemaakt, in een gedrongen, en ieder op een hordje staande, daar men geen kennelyk bloeizel aanziet, daar in schuilt klein roodagtig zaad.

Aan de geheele plante is niets brandens, maar zagt om te handelen, en geen swaaren reuk, nog smaak, gelyk aan d'Europise doove netelen.

De wortel is in veele korte en gekrinkelde takken verdeelt, die knobbelagtig schynen, de oude bladeren werden root als een gekookte kreeft.

Naam. *In 't Latyn* Urtica molucca mortua; *in 't Maleits* Daun gattal matti; *in 't Ternataans* Soforu bobuto; *dat is* witte Netelen.

Plaats. *Zy wast in verlatene tuinen, en is zoo veel niet te vinden als de regte of brandende Netel. Deze Urtica wast ook wel in andere Maleitsche Landen, maar ik hebbe niet konnen vernemen, dat ze aldaar gebruikt werd, gelyk in de Molukse en deze Eilanden, weshalven ik veel Maleyers gekent hebbe, die in Amboina komende zig verwonderden, over den gemeenen gebruik van dit kruid, dat by hen onbekent was.*

Gebruik. *De Ternatanen nemen ze onder Moeskruid, want ze is droog, en gansch laf van smaak, de gewreeve bladeren werden op apostemen en bloedvinnen gelegt, die ze rypen en optrekken, maar in de geopende trekken zy den etter uit.*

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Herba vitiliginum. Sajor panu.

Hæc herba *Lysimachiæ* similis est, caulemque erigit simplicem, maxime striatum, ac fere pentagonum, gramineum, ac quatuor vel quinque pedes altum, quique sese dividit in multos laterales ramulos, eodem modo usque ad extremum striatos.

Folia solitaria & ample distantia locantur, illis Salicis similia, sed non dentata, & æqualia, superne glabra & viridia, inferne pallida & contracta per copiosas costas maxime protuberantes, quæ juxta oras in sinus concurrunt, ac peculiarem formant limbum, quæque ad lateralium ramorum ortum locantur, quinque & sex pollices longa sunt, ac transversalem digitum lata. Reliqua minora sunt, flaccida, & facile marcescentia, saporis fatui cum subtili oris pruritu.

In ramorum summo inter foliola multi excrescunt nodi, longiusculis insidentes pedunculis, illi vero sese aperiunt in flores luteos, ex quinque viridibus petalis compositos, superne rotundos & hiantes, calici insidentes tetrapetalo & pallide virenti.

Flores ipsi facile decidunt, tumque ipsorum pedunculus longior excrescit, crassior est, & pentagonus, binos longus pollices, ultra pennam crassus, acsi acinax esset, superne retinens tetrapetalum calicem seu stellulam, qua coronatus est hic fructus, & quodammodo Caryophyllum refert, tandem hi fructus fumeum conquirunt colorem, ac dehiscunt, quum in quinque longis cellulis copiosum ruffumque conspicitur semen arenaceum quasi, seu instar illius Tabaci, quod

VYF EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Plekke-Kruid.

Dit kruid *heeft eenige gelykenisse met* Lysimachia, *schiet met een enkelde, zeer gestreepte, en schier vyfhoekige steel, die grasagtig is, vier en vyf voeten hoog, in veele lange zydsteelen verdeelt, op de zelfde manier gestreept, tot het uiterste toe.*

De bladeren staan enkeld, wyd van malkander, de Willige bladeren gelyk, dog ongezaagt, en met even kanten, aan de bovenzyde glad, en gras-groen, aan de onderste bleek-groen, en rimpelig, van de veele ribben, die zeer uitsteken, en langs de kanten met boogen t'zamen sluiten, een byzonderen zoom makende, die by den oorspronk der zydetakken staan, zyn vyf en zes duimen lang, een dwersvinger breed, de anderen zyn kleinder, slap, en ligt slensende, van smaak smets, met een subtiel jeuken in de mond.

Aan 't uiterste der steelen, tussen kleine blaadjes, komen veele groene knoppen voort, op langagtige steelen, die zig openen in geele bloemen, van vier slegte blaadjes gemaakt, vooren rond en wyd geopent, staande op een bordje van vier bleek-groene blaadjes gemaakt.

De bloemen zelfs vallen ligt af, en dan wert den steel, daar ze op gestaan hebben, langer en dikker, vyfkantig, twee duimen lang, ruim een schaft dik, als of 't een houwer wilde worden, behoudende boven op het vierbladige hort of sterretje, als een kroontje, waar door deze vrugt eenigzints een Garioffel-nagel gelykt, eindelyk werden deze vrugten rookverwig, en ontsluiten zig, daar men dan in vyf lange celletjes veel ros zaad ziet, als zand, of Tabakszaad, 't welk uitvalt, en de plante vermenigvuldigt.

quod decidit, ac plantam multiplicat & propagat. Radix vilis est, perpendicularis, externe nigricans.

Nomen. Latine *Herba vitiliginum*; Malaice *Sajor*, vel *Daun panu*, non enim verum est Sajor, seu olus. Amboinice . . . . *Panu* Malaice vocantur quædam albæ maculæ ad summum obuli magnitudinem habentes, quas tam Indi, quam Misticæ in facie, brachiis, & corpore contrahunt, atque hinc hæc vocatur *Panu poeti*, h. e. *Vitiligo alba*, atque ipsis elegans habetur, unde tantum abest, quod ipsis vitio vertatur, ut potius laborent eas conquirere maculas, quæ adeo prorepunt, ut totam tegant faciem, albamque reddant, sed sine squamis vel fissuris, quod ipsis ornamento est.

Alia præterea est *Panu itam*, seu *Vitiligo nigra*, vel *Lichen*, quæ sunt maculæ nigricantes, seu obscure fuscæ, instar rubiginis ferri, non glabræ uti priores, sed squamosæ & fissæ, quæ faciem desquamant & defedant, quæque etiam contagiosæ censentur. Ambæ distinguendæ sunt ab alia alba cutis Indorum desquamatione, quæ ipsis *Cadel* dicitur, quæ perfecta est *Lepræ albæ* species, item ab alia insuper specie, quæ hominum facies penitus nigras reddit instar diabolorum, ac præterea fissas & squamosas Indorum cutes, quæ *Morphææ* species est.

Locus. Ubique sponte in hortis crescit, ubi tanquam Zizania est, silvestris quoque est, & reperitur ad fluminum ripas, & in locis olim cultis.

Usus ejus nullus mihi innotuit, nisi quod mulierculæ ejus semen sumant albicans ac semi maturum, quo aliquem fricant dicto *Panu puti* laborantem, atque se ipsas dein eodem hocce semine. Hinc maculæ in prima specie evanescunt, ac in posteriore dehiscent, quod quidam ex arbitrio suo & voluntarie efficiunt, ut hæredes sint elegantium harum macularum, adeo amant stulti hi homines colorem illorum, quibus tamen non amant esse subjecti.

Herba hæc convenire videtur cum *Lysimachia* speciosa, quam describit J. BAUHINUS. Lib. 21. Cap. 26. quamvis hæc sit flore purpurascente. Radix vinum olet, feras domat, & ulcera maligna curat, unde putatur esse *Onagra*, sive potius *Oenagra*, a vini odore, DIOSCORIDI vocata *Onothura*, THEOPHRASTO *Onagron*.

Similis herba videtur descripta esse, ni eadem sit, in *Hort. Malab. part.* 2. *fig.* 49 nomine *Carambu*, ac prima ejus species Bracmanis dicitur *Bula-vanga*, licet figura cum descriptione non penitus quadret, ac *Carambu Malabarorum*, quod nomen accepit a similitudine cum *Caryophyllis*, quæ in fructibus observatur, atque in Amboinensi longior est quam in Malabarica.

Tabula Vigesima prima

Ad Figuram primam *Herbam* exhibet *Vitiliginum*.
Figura secunda *Bungium* exhibet, *feminam*, quæ *Cap.* 37. describitur.

OBSERVATIO.

Herba *Vitiliginum* est Lysimachia Indica, corniculata, non papposa, caule altissimo, flore odorato *Commel. Cat. pag.* 214. & *Fl. Malab. pag.* 41. & Lysimachia Indica, non papposa, lutea, flore fructuque majore Caryophylloide *Ray hist. pl. pag.* 1510. & Cattu Carambu *H. Malab. part.* 2. *Tab.* 50. vide & *Thes. Zeyl. pag.* 146.

vuldigt. De wortel is slegt, regt neergaande, van buiten zwartagtig.

Naam. *In 't Latyn* Herba vitiliginum; *in 't Maleits* Sajor, *of* Daun panu; *want het geen eigentlyk Sajor is. in 't Ambons* . . . Panu *werden 't in 't Maleits genoemt zommige witte plekken op 't grootste als een stuiver, die zoo wel de Indianen als Mistysen in 't aangezigt, aan de armen, en aan 't lyf krygen, en hier van hiet dit* Panu poeti, *dat is* Vitiligo alba, *en wert by hen voor een fraaigheid geagt, zoo verre is 't daar van daan, dat zy 't voor een gebrek zouden houden, dat zy haar veel meer beneerstigen de zelve te krygen. Want het kruipt voort, en maakt het geheele aangezigt wit, dog zonder schubbens of scheuringen, waar mede zy dan pronken.*

Daar is nog een ander Panu itam, *of* Panubessi, *dat is* Vitiligo nigra, *of* Lichen, *'t welk zyn zwartagtige of donker-bruine plekken, als yzerroest, niet glad blyvende gelyk de voorige, maar schilferen, werden schubagtig, en mismaken het aangezigt, werdende dezelve ook voor aansteekende en voortzettende gehouden. Beide zyn ze onderscheiden van een andere witte schilferinge des huids aan de Indianen, by hun* Cadel *genaamt, en is niet anders dan een zoorte van* Lepra sicca, *item nog van een andere zoorte, die de menschen gantsch koolzwart maakt in 't aangezigte, en zoo leelyk als duivels met rimpelen, en schilferen des huids aan de Indianen, en is een zoorte van* Morphæa.

Plaats. *Het wast over al van zelfs in de tuinen, daar 't voor een onkruid werd gehouden. Men vind het ook in 't wild, aan de vlakke oevers van rivieren en plaatzen, die eertyts bebouwt zyn geweest.*

Gebruik. *My is nog geen gebruik bekent, behalven dat de vrouwtjes dit zaad nemen als 't nog witagtig is, en half ryp, waar mede zy iemand vryven, die de voornoemde* Panu Puti *heeft, en daar na zig zelven met dat eigenste zaad. Hier door zullen de plekken aan den eersten vergaan, en verspringen aan den laast gevreeven, 't welk ze dan alwillens doen, om deze mooje plekken over te erven, zoo zeer beminnen deze zotte menschen de couleur van die geenen, daar ze zoo ongeern onder staan.*

Dit kruid schynt overeen te komen met de schoone Lysimachia, *welke* BAUHINUS *beschryft in het* 21. *Boek, Hoofdst.* 26. *schoon deeze een purpuragtige bloem draagt. De wortel ruikt na wyn, temt de wilde beesten, en geneest de quaadaardige zweeren, waarom gemeent wert, dat het de* Onagra *is, ofte liever* Oenagra *van de lugt des wyns zoo genaamt, en van* DIOSCORIDES *Onothura, van* THEOPHRASTUS *Onagron.*

Diergelyke Kruid schynt beschreeven te werden, zoo het niet het zelve is, in Hortus Malab. part. 2. fig. 49. *met de naam van* Carambu, *de eerste zoorte, in 't Braminees* Bula-vanga, *hoewel de figuur met de beschryving niet allerweegs over een komt, en* Carambu *zal in 't Malabaars de naam gekreegen hebben, na de gelykenisse van* Garioffel-*nagelen, die men in de vrugten ziet, dewelke aan de Amboinse langer zyn dan aan 't Malabaarsche.*

De een en Twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Plekke-kruid*.
De tweede Figuur wyst aan het *Bunge-kruid*, en wel het *Wyfje*, in het 37. *Hoofdstuk* beschreeven.

AANMERKING.

Het *Plekke-kruid* is de Indische gehoornde, niet pluisige Lysimachia, met een zeer hooge steel, en ruikende bloem, in de *Catal.* van *Commel. pag.* 214. & *Fl. Malab. pag.* 41. en de Indische, niet pluisige geele Lysimachia met een groote bloem en vrugt, na een Kruidnagel gelykende, van *Ray hist. plant. pag.* 1510. & Cattu Carambu van de *H. Malab.* 2. *deel Tab.* 50. ziet ook de *Thes. Zeyl. pag.* 146.

Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Folium tinctorum. Daun benang.

D*aun benang* mixtam gerit formam *Sajor bajang*, & *Gendaruſſæ*, flos vero ejus peculiarem habet formam, ac dividitur in albam & rubram ſpeciem.

Primo. *Alba ſpecies* eſt fruticulus ſemi decumbens, ſeu inclinans, lignoſos emittens caules, qui irregulariter in laterales ſeſe extendunt ramos nodis protuberantibus, quorum inferiores terræ incumbunt, & aliquando radiculas emittunt. Inferiores nodi ſemi pedem, ſuperiores transverſalem palmam diſtant, caulesque rotunduli ſunt, ſuperiores biſulcati ſunt, ac virides. Cuivis nodo bina adſtant folia ſibi oppoſita, illis *Bajang majoris* ſimilia, ſed ad oras non ita ſinuoſa, quatuor & quinque pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata, ſex pallide virentibus coſtis pertexta, inferius latiſſima, ſuperius longo apice donata, intenſe virentia & glabra. Ex ipſorum alis quædam alia minora excreſcunt foliola, ac dein laterales rami, eodem diſtincti modo, formantque obliquas cruces.

In ramulorum extremo acuminatæ burſulæ conſpiciuntur ex binis virentibus petalis compoſitæ, quæ in medio protuberans gerunt dorſum, unumque petalum ſemper brevius eſt altero. Ex hiſce burſulis tanquam ex vagina bini tresve excreſcunt flores, non ſimul, ſed ſucceſſive. Flores hi peculiaris ſunt formæ, atque proxime conveniunt cum illis *Cabi cabi*, ſeu *Folii bracteati*, ſed breviores ſunt, ac tenuiore tubo inſtructi, qui albus eſt.

Floſculus hic ex binis conſtat flaccidis petalis linguæformibus, longiuſculis, & ſibi incumbentibus magna ex parte, coloris purpurei ſeu pallide violacei, in centro tria ſtamina uni adcumbunt petalo, quorum unum longiſſimum eſt. Poſt flores longi anguſtique excreſcunt nodi, ſiliculas referentes, in quibus latet ſemen tenue ac flavum. Foliorum ſapor & odor ingratus eſt, ſi fricentur, ad illum *Gendaruſſæ* adcedens, ipſorumque ſuccus viridis eſt. Radicem gerit lignoſam, & ample diſperſam.

Secunda, ſeu *rubra ſpecies* priori ſimilis eſt, excepto quod folia rubras gerant coſtas, & nodi parum rubeant. Flos ejus magis fuſcus eſt, nec tam longas gerit ligulas, ſemen eſt ut prioris. Folia cum rubris iſtis coſtis inter manus fricata rubrum tingunt colorem.

Nomen. Latine *Folium tinctorum*; Malaice *Daun benang*; Amboinice in Loeboa *Mehuaul*, h. e. *Oebat rubrum*; in Leytimora *Aylou aha*, quod nomen commune eſt, cum *Brunella* ſupra deſcripta conveniens; Maccaſſarice *Anruda*.

Locus. Sponte creſcit ad fluminum ripas, & ſub fruticulis, in hortis etiam plantatur, ubi quam luxurioſiſſime ſeſe extendit longis ſuis flagellis, novosque format fruticulos, nodis radiculas emittentibus.

Uſus. Rubra ſpecies potiſſimum in uſu eſt, qua rubro colore inbuunt Goſſypium album ut & fila, ſi nempe coquantur cum foliis & radicibus *Nenu*, addenda vero ſunt *Lebæ* folia, tum ruber color tenacior eſt, quam ſi cum ligno Sappan fuerint tincta, ac veſtimenta tali modo tincta non tam facile per ſudores pallidum contrahunt colorem, atque hic intenſus color proprie vocatur *Beram*, quem in finem a multis ac præſertim a Maccaſſarenſibus in hortis ſuis colitur. Bonoenſes ac Ceramæ Orientalis incolæ hoc quoque tingunt ingentia Runei folia, quibus utuntur in Tantommen & Toedongs, ſed tum loco Nenu Lignum Sappan eligendum eſt. Foliorum ſuccus levibus inſtillatur vulneribus, quæ in ſilvis ſæpe homines contrahunt, & cum ſuper inpoſito ejus folio hæc curant.

Filorum tinctus ſequenti peragitur modo, ſume folia ambarum ſpecierum, ac rubrarum Brunellarum, ac dimidiam circiter partem foliorum *Lebæ*, ac corticem contuſum radicum *Nenu*, contunde hæc omnia, adfunde pauxillum aquæ, albaque fila ſic macerentur per binos tresve dies aqua hac inprægnata, quæ exſiccentur dein ad ſolem. Reſiduum ad ſolem calefactum per linteum filtretur, & coquantur fila in aqua hac tincta, quæ ad ventum denuo exſiccentur, & abluantur tandem in aqua ſalſa, exſiccentur iterum, tum peracta res eſt.

Depu-

SES EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Verwers-blad.

Daun benang *heeft een gemengde fatzoen van* Sajor bajang *en* Gendaruſſa, *dog de bloeme heeft een byzondere gedaante, en is verdeelt in witte en roode.*

I. *De witte* zoorte *is een half leggent beeſterke, met houtagtige ſteelen opſchietende, en onordentelyk in zydetakken verdeelt, zig uitbreidende in uitbuilende knien, waar van de onderſte op de aarde leggen, en zomtyds inwortelen. De onderſte knien ſtaan een halve voet, de bovenſte een dwersband van malkander, en de ſteelen zyn rondagtig, de bovenſte hebben twee vorens tegens malkander, en voorts gras-groen. Aan ieder knie ſtaan twee bladeren tegen malkander, die van groot* Bayang *gelyk, dog aan de kanten zoo niet gefronſt, vier en vyf duimen lang, twee en derdehalve breed, met zes ligt-groene diverze ribben door-reegen, agter breed, voren met een lange ſpitze, hoog-groen, en glad. Uit haren ſchoot waſſen eenige andere kleine blaadjes, en daar na zydetakken, op dezelve manier verdeelt, en ſchuinze kruiſſen uitmakende.*

Aen 't uiterſte der takken, ziet men toegeſpitſte beurſjes, van twee groene blaadjes gemaakt, in de midden met een verheeve rugge, en het eene blaadje is altyd korter dan het andere. Uit deeze beurzen als uit een ſcheede, komen twee of drie bloemen voort, niet t'effens, maar na malkander. De bloemen hebben een byzonder fatzoen, en komen naaſt met die van Cabi cabi, *of* Folium bracteatum *over een, dog zyn korter, en dunder van hals, en de zelven wit.*

Het bloempje beſtaat uit twee ſlappe blaadjes, als lange tongskens of lellen, meeſt over malkander hangende, peers of ligt-violet van couleur, in de midden met drie draden tegens 't eene blad aanleggende, waar van de eene de langſte is. Na de bloemen waſſen ſmalle langagtige knoppen, als houwkens, daar fyn-geel zaad in ſchuilt. De ſmaak en reuk der bladeren is onlieffelyk, als menze vryft, na 't Gendaruſſa *trekkende, en haaren zap is groen. De wortel is houtagtig, en wyd verſpreidt.*

II. *Of roode zoorte is de voorgaande gelyk, behalven dat men aan de bladeren roode ribben ziet, en aan de knien ook wat roodagtigs. De bloem is bruinder, en heeft zoo lange lellen niet, het zaad als 't voorige. De bladeren met roode ribben in de handen gevreeven verwen rood.*

Naam. *In 't Latyn* Folium tinctorum; *in 't Maleits* Daun benang; *in het Amboins, op Loeboe* Mehuaul, *dat is* rood Oebat; *op Leytimor* Aylou aha, *een gemeene naam met de voornoemde* Bruinelle *over een komende. Op Macaſſer* Anruda.

Plaats. *Het waſt in 't wild, aan de waterkanten, en onder ligte ruigten, 't werd ook in de tuinen geplant, daar 't zig zeer wild uitbreidt, met zyn lange ranken, nieuwen ſtruiken formeert, met de ingewortelde knien.*

Gebruik. *De roode zoorte is meeſt in gebruik, om 't witte Katoen en Gaarn rood te verwen, als men 't met de bladeren en wortelen van* Nenu *kookt, dog men moet de bladeren van* Leha *daar by doen, zoo verwenze vaſter rood dan Sappan Hout, en de kleedjes daar mede geverwt verbleeken zoo ligt niet door den zweet, welke hooge couleur men eigentlyk* Beram *noemt, tot welken einde het by veelen, inzonderheid by de Macaſſaren in hunne tuinen gebouwt werd. Die van Bonoa en Ooſt-Ceram verwen daar mede ook de groote bladeren van Rune, die zy gebruiken aan de tomtommen en toedongs, maar als dan moet men in de plaats van Nenu Sappanhout nemen. Den ſap der bladeren in ligte wonden gedruipt, die men in 't boſch krygt, en een blad daar over gebonden, geneeſt dezelve.*

Het verwen van 't Gaaren geſchied aldus, neemt de bladeren van beide voornoemde zoorten, van alderlei roode Bruinelle, en omtrent half zoo veele bladeren van Leha, *kleingekapte ſchorze van* Nenu *wortelen, ſtoot het alles kleen, doet wat water daar op, en het witte Gaarn, dat even water daar over gaa, laat het aldus twee of drie dagen ſtaan weeken, droogt als dan het Gaaren in de zonne. Het ander in de zonne warm gemaakt, kleinſt door een doek, kookt het gaarn in dit geverwde water op, droogt het wederom in de wind, en ſpoelt het ten laaſten af in brak water, en droogt het nog eens, zoo is het klaar.*

De

Depurata ista *Rune* folia eodem macerantur modo per binos tresve dies in contusis foliis, sed loco Nenu Sappan Lignum si sumatur, coquuntur, & ad ventum exsiccantur.

Tabula Vigesima secunda

Ad Figuram primam exhibet *Folium tinctorum.*
Figura secunda *Bungum* exhibet *marem.*

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Bungum. Bango bungo.

Bungum adfine est etiam priori, ut & *Gendarussa femina* supra libro sexto descriptæ, cum qua sæpe confunditur, dividiturque in marem & feminam.

Primo. *Bungum mas* proxime foliis suis convenit cum *Sajor bajang*, hæc vero sunt angustiora, acutiora, glabriora, & firmiora, bina sibi obposita, caules emittit virides & quadragonos, in articulos distinctos, quorum oræ parum acutæ sunt.

Folia subtus gerunt plures protuberantes & obliquas parallelas costas, atque inferius illa angustata sunt, longiusculis insidentia petiolis, cruciatim posita. Juniora folia quinque pollices longa sunt, binos lata, seniora angustiora sunt & crassiora, oris æqualibus, caules in vertice gerunt quadragonas & acuminatas spicas pyramidatas, binas ac tres simul provenientes, media autem semper longissima est, atque compositæ sunt ex simplicibus, pallide virentibus foliolis seu squamulis, arcte sibi inpositis, quæ sensim dehiscunt, & flosculos exhibent albos & concavos, tandem tota spica fumeum contrahit colorem, ac decidit, in qua semen aliquando reperitur pusillum.

Inferiores caules terræ parum incumbunt, ac fibrillas emittunt, reliqua vero pars sese erigit, ac fruticulum format elegantem, ulnam circiter altum.

Secundo. *Bungum femina*, altior fruticulus est, multos emittens tenues, & ample extensos laterales ramos, tres quatuorque pedes altos, infra rotundos, supra ad bina latera sulcatos, in amplos articulos distinctos, lignosos, & culmum crassos.

Folia bina sibi obposita sunt & cruciata, ex alis suis alia minora, vel laterales ramulos emittentia, inæqualis magnitudinis, sed cuncta sunt similia illis Bajang. Inferiora quatuor & quinque pollices longa sunt, tres transversales digitos lata, longis insidentia petiolis. Ipsorum costæ rariores sunt quam in prioribus, & magis oblique decurrunt, suntque illa porro tenuia, flaccida, intense viridia, & superiore parte parum rugosa, seu vagis ac vix notabilibus pilis hirta. Contrita ingratum præbent odorem ac saporem instar *Gendarussæ.* Rami ejus quam inregulares crescunt, & per flagella aliis incumbunt fruticulis.

Flos solitarius brevi insidet pedunculo ex alis foliorum proveniens, seu parum in ipsorum sinu decumbens, brevissimo in pedunculo viridi insidens caliculo barbato, cui flos longo tubo instructus insidet, illi Jasmini similis, superius in quinque petala distinctus, quorum tria inferius, & bina superius locata sunt, albicantia, in inferioribus vero ad internam partem aliquid purpurei conspicitur, & in centro longum erigitur albumque filamentum, quod post floris lapsum capitulo seu fructui insidet, qui magnitudinem obtinet fructus Capsici minoris, cymbali formis, ex rotundo nempe planiusculus, ac bifidus, cujus superior pars latissima est, atque ab utraque parte linea distinctus, juxta quam maturus dehiscit, intus in quatuor cellulis longiusculum locatur semen, ac quodvis segmentum hamum gerit, quo alteri nectitur, fere uti supra dictum fuit de *Ophiocolla altera.* Radix tenuis est, ample sese dispergens.

Nomen. Ambas has herbas Latine voco *Bungum marem*, ac *feminam*; Malaice & Maccassarice *Bungo bungo*, primam *Lacki lacki*, alteram *Parampuan*; Amboinice in Leytimora *Aylouba puti*, nomen commune cum *Brunella alba.*

Locus. Ambæ crescunt in desertis hortis, ad ripas fluminum planas, vel in siccis Sagus silvis.

Usus

De voornoemde schoon gemaakte Rune *bladeren, weekt men op de zelve manier, twee of drie dagen in de gestampte bladeren, dog in plaatze van Nenu het Sappanhout nemende, kooktze daar na op, en droogze in de wind.*

De twee en Twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Verwers blad.*
De tweede Figuur wyst aan de *Bunge-plant* het *mannetje.*

SEVEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Bunge-plant.

Bungo Bungo *heeft ook gemeenschap met het voorgaande, als ook met* Gendarussa *het wyfken, boven* Lib. 6. *beschreeven, waar mede het dikwils geconfundeert wort, men verdeelt het in manneken en wyfken.*

I. Bungo bungo *het manneken komt met bladeren, de* Sajor Bajang *naast, dog deeze zyn smalder, spitzer, gladder, en styver, twee en twee tegens malkander, het schiet op met groene vierkante steelen, ook in leden verdeelt, en de kanten zyn wat scherp.*

De bladeren hebben van onderen veele uitstekende, en schuinze paralelle ribben, en naar agter loopen ze ook smal toe, op langagtige steelen in 't kruis. De jonge zyn vyf duimen lang, twee breed, aan de enden zyn ze smalder en dikker, met evene kanten, de steelen op hunnen top dragen vierkantige en toegespitste aairen, als Piramiden, twee en drie by malkander, dog de middelste is altyd de langste, van enkel ligt-groene blaadjes of schubbekens gemaakt, digt op malkander sluitende, dog met ter tyd gapenze wat, en dan kykender kleine witte bolle bloempjes uit, eindelyk werd de geheele aaire rook-verwig en valt af, daar men zomtyts kleen zaad in vind.

De onderste steelen leggen ook wat op de aarde en wortelen in, dog de rest regt zig op, en maakt een welgeschikt struikje, omtrent een elle hoog.

II. Bungo bungo *'t* wyfken, *wert een hoogere struik, met veele dunne, en wyd uitgebreide zyde-takken opschietende, tot drie en vier voeten hoog, beneden rond, boven aan de twee zyden gevorent, in wyde leden verdeelt, houtagtig, en een stroohalm dik.*

De bladeren staan ook twee en twee tegens malkanderen, en in het kruis, uit haaren schoot andere kleinder of zydetakken uitgevende van ongelyke grootte, dog alle die van Sajor Bajang gelyk. De onderste zyn vier en vyf duimen lang, drie dwersvingeren breed, op lange steelen zig verdeelende. Hunne ribben zyn weiniger dan aan 't voorige, en lopen schuinzer, voorts dun, slap, hoog-groen, en aan de bovenste zyde wat ruig, of met ydele, en pas kennelyke hairtjes bezet. De gevreeven hebben ook een onlieffelyke smaak, en reuk als Gendarussa. *Deeze takken wassen zeer ongeschikt, en wegens haare ranken leunen op de naaste ruigte.*

De bloem staat enkeld op een kort steeltje, uit den schoot der bladeren, of een weinig in der zelver geute rustende, op een zeer kort steeltje, in een groen kelkje van baarden gemaakt, daar op staat een langhalzige bloem, als een Jasmyn, boven in vyf blaadjes verdeelt, waar van drie aan de onderste, en twee aan de bovenste zyde staan, alle wit, dog aan de onderste ziet men binnen iets purper, en in de midden staat een langen witten draad, die na 't afvallen van de bloem op den knop staan blyft. Hier uit wert een vrugt, in de grootte als een klein Ritsje, gefatzoneert als een veedel, te weten, uit de ronde platagtig, in tween verdeelt, waar van het bovenste deel het breedste is, en ter weerzyden over den buik een ribbe, of linie, langs de welke zy ryp zynde in tween splyt, binnen in vier celletjes ziet men een langagtig zaad, en ieder helft heeft een krom haakje of tand, waar mede het in de andere helft schiet, schier gelyk boven gezegt is van de Ophiocolla altera. *De wortel is dun, en wyd verspreidt.*

Naam. *Beide deeze Kruiden noem ik in 't Latyn* Bungum mas & Fœmina; *in 't Maleits en Macasser* Bungo bungo; *het eerste* Lacki lacki. *Het tweede* Parampuan; *in 't Amboins op Leytimor* Aylouha puti, *gemeen met de* witte Bruynelle.

Plaats. *Beide wassenze in verlatene tuinen, en aan vlakke oevers van rivieren, of in drooge Sagebossen.*

Gebruik.

Fig. 2.
Fig. 1.

Usus ejus nullus peculiaris huc usque innotuit; excepto quod folia contrita capiti inliniantur contra Cephalalgiam. Odor enim ac sapor satis declarant, adfines esse *Gendarussæ parampœan*, & præcedenti *Daun benang*, uti & binis subsequentibus herbis, unde & etiam ad levia vulnera adhibentur in silvis, æque ac priores, instillato nempe ipsis foliorum succo, ipsisque inpositis foliis.

N. B. *Bungi* maris & feminæ icones notatæ sunt Tabula vigesima prima & vigesima secunda.

Gebruik. *Hier van is nog niet zonderlyks bekent; behalven dat men de bladeren vryft, en op 't hoofd smeert tegens hoofdpyn. Want reuk en smaak bewyst genoegzaam, dat ze uit de maagschap zyn van 't* Gendarussa parampœan, *en 't voorgaande* Daun benang, *als mede de twee volgende kruiden, dierhalven werden zy ook tot ligte kwetzuren gebruikt in 't bos, zoo wel als 't voorgaande, den sap der bladeren daar in gedaan, en 't blad daar over gebonden.*

N. B. De Afbeeldingen van de *Bunge-plant* het mannetje en wyfje, komen voor op de een en twintigste en twee en twintigste Plaat.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Moretiana. Daun moreto.

Hæc quoque prioribus adfinis est, ac præterea quodammodo convenit cum Asclepiade. Cauliculos emittit tenuissimos, longos, teretes, & quadragonos, vix culmum crassos, tres pedes longos, non erectos, sed ad terram inclinantes, qui non tamen facile fibrillas in terram inmittunt. In amplos articulos distincti sunt, quatuor & quinque pollices distantes, incurvi & inregulares, extremitatibus sese sensim adtollentes, frondem gerentes raram. Ad nodos bina locantur folia, ad unam vergentia partem uti in Asclepiade, cum subsequenti autem pari obliquam formant crucem, rarosque emittunt laterales ramulos, ita ut simplicia tantum sint plerumque flagella.

Folia optime cum illis *Schili* conveniunt, sed inferius rotundiora sunt, paucas gerentia obliquas costas, obscure virentia, & ad tactum parum rugosa, nullum peculiarem saporem præbentia cum levi amaritie, ingratum spirantia odorem, fere instar aquæ turbidæ vel *Gendarussæ*. Horum caulium extremum longum format quasi racemum ex brevibus articulis & pusillis foliis formatum, in quorum sinu bina alia minora & angustiora locantur foliola instar vaginæ conniventia, & capitula turgida. Hæc dehiscentia flosculum exhibent tubo brevi & crassiusculo constantem, superius in quinque rotundos apices distinctum, coloris læte purpurei, Cassidis formam præbentem.

Post hunc capitula conspiciuntur viridia, brevibus crassisque inposita pedunculis, istudque capitulum apicem gerit brevem & firmum, matura sese aperiunt & dehiscunt in quatuor segmenta, ac semina ejiciunt. Hic & illic unicum modo conspicitur tale capitulum petiolo suo insidens, tardeque maturescunt. Radix parva est, & gracilis.

Nomen. Latine *Moretiana*; Malaice & Ternatice *Daun moreto*, item *Tschili utan*, h. e. *Capsicum agreste*, ex forma fructuum & foliorum, licet qualitate sua penitus ab hoc differat, ac supra *libro sexto* aliud *Capsicum silvestre* descriptum est.

Locus. Uti priores herbæ crescit sub fruticulis in agris, & circa arbores in locis nudis, sed potissimum ad fluminum ostia, uti in Amboina ad flumina rubri montis, & ad ripas fluminis Weytommo.

Usus. Foliorum succus rubris & conniventibus instillatur oculis, quos maxime refrigerat, deterget, & claros reddit, quam artem a veterano didici Sinensi, qui quotidie hanc in se ipso instituebat, dicebatque hanc herbam in sua patria novisse, sed verum ejus nomen mihi indicare non poterat, addens aves certas in sua patria illum quoque adhibere ad oculos claros reddendos, unde concludi potest cum nostra quoque convenire Asclepiade.

Anno 1678 Amboinæ in frequentiorem venit usum, quum præter morbillos & febres inter homines grassabatur anxietas certa pectoris apud Moluccenses *Moreto* dicta, Amboinice *Habayr*, cui juncta erat tussis sicca & difficilis, faucium pruritus, pectoris anhelitus, & convulsio musculorum pectoris, uti in morturientibus conspicitur, contra hos morbos exhibent succum totius hujus plantæ, contritum cum pauxillo Cepæ & succo *Limonis swangi*, qui tali modo propinatur, atque ab illo tempore istud obtinuit nomen.

Tsjeru

AGT EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Moerete-plant.

Dit is nog al uit de voorige maagschap, en heeft daarenboven nog eenige overeenkomst met de Asclepias, of Swaluwe wortel. Het heeft zeer dunne, lange ranken, en vierkante steeltjes, schaars een stroobalm dik, drie voeten lang, niet opgeregt, maar ter aarden leggende, dog niet ligt inwortelende. Zy zyn in wyde leden verdeelt, vier en vyf duimen van malkander staande, en daar en boven krom en ongeschikt loopende, met de einden, maar allengskens opregtende, en ydel van loof. Aan de knien staan ook twee bladeren aan malkander, beide na een zyde gebogen, gelyk die aan de Swaluwe wortel, dog met het volgende paar maken ze een scheef kruis, en geven weinige zydetakken uit, zoo dat het meest uit enkele ranken bestaat.

De bladeren gelyken best na 't Schili *bladeren, dog agter lopenze ronder, met weinige schuinze ribben, doodsgroen, en wat ruig in 't aantasten, van geen zonderlyken smaak, met een kleine bitterheid, maar vies van reuk als spoelwater, of* Gendarussa. *Het uiterste van deze steelen, formeert een lange tros van korte leden, en kleindere bladeren gemaakt, in welkers schoot twee andere nog kleindere, en smaller blaadjes staan, t'zamen luikende als een scheede, en met een knopje bezwangert. Deze van malkander gaande, vertoonen een bloempje, met een korten dikagtigen hals, en vooren in vyf ronde hoeken verdeelt, ligt-peersch van couleur, van fatzoen mede helmagtig.*

Hier na vind men groene knopjes, op korte dikke steeltjes, en het knopje heeft een kort styf spitsken, ryp zynde openenze hen in vier deelen, en laten het zaad uitvallen. Men ziet maar hier en daar een knopje op zyn steeltje, en men vind ze langzaam ryp. De wortel is klein, en rank.

Naam. *In 't Latyn* Moretiana; *in 't Maleits en Ternataans* Daun moreto; *als mede* Tschili utan, *dat is Capsicum agreste, na de gedaante der vrugten en bladeren, hoewel in eigenschap gants daar van verschilt, en boven* Lib. 6. *is een ander* Capsicum silvestre *beschreeven.*

Plaats. *Het wast als de voorgaande onder laage ruigte, in 't velt ontrent geboomte, daar 't kaal is, maar liefst aan de uitgangen van de revieren, gelyk op Amboina aan de revieren van den rooden berg, en aan de kanten van de Weytommo.*

Gebruik. *Het sap van de bladeren werd in de roode en lopende oogen geduan, die 't merkelyk verkoelt, afvaagt, en verklaart. Een konst, die ik van een ouden Sinees geleert hebbe, die het dagelyks zelfs aan zig probeerde, en zeide dit kruid in zyn land gekent te hebben, dog wiste my den regten naam niet te zeggen, daar nog by doende, dat zekere Vogelen in zyn land het ook gebruikten, om 't gezigte te verklaren, waar uit men besluiten kan, dat het met onze Asclepias moet over een komen.*

Anno 1678. *is het in Amboina in meerder gebruik gekomen, wanneer nevens de mazelen en koortzen onder de menschen regeerden, een zeeker benauwtheid van de borst, op Molux* Moreto *genaamt, op Amboin* Hahayr, *waar by een drooge moeielyke hoest is, jeuken in de keel, ruchelen in de borst, en trekkinge van de borst-spieren, gelyk de stervende maken, tegens dezelve gebreeken gevenze den sap van dit geheele gewas, met een weinig Ajuin en sap van* Lemon swangi *gevreeven, en uitgedrukt te drinken, en van die tyd af heeft het den voornoemden naam behouden.*

Tsjeru

Tsjeru tardavel Hort. Malab. part. 10. *fig.* 94. descriptum quodammodo convenit cum hac *Moretiana*, sed in isto horto nulli ejus notantur fructus. Ipsi autem virtutes tribuuntur, quod folia in Canja seu Oryzæ aqua contrita & inlinita curent ictus vesparum & bomborum.

Tabula Vigesima tertia

Ad Figuram primam *Moretianam* exhibet.

Figura secunda *Esulam* exhibet *esculentam Cap* 40. descriptam, quæ convenire videtur cum illo, qui Tithymalus Zeylanicus Botryoides, cauliculis villosis. *Thes. Zeyl. pag.* 223. *Tab.* 104. dicitur, ac licet figuræ non quadrent, hic tamen pertinet, diverso forte natalis loco varians, vel ejus varietas habenda &c.

Tsjeru tardavel *in* hort. Malab. part. 10. fig. 94. *beschreeven, heeft eenige gelykenisse met deeze Moretiaan, dog in de Hortus zyn geene vrugten daar van bekent. Hem werden de kragten toegeschreeven, dat de bladeren in Canja of rystwater gevreeven en op gesmeerd, geneezen de steeken van Wespen en Hommelen.*

De drie en Twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Morete-plant.*

De tweede Figuur wyst aan de *eetbare Esula* ofte *Melk-plant*; in het 40. *Hoofdstuk* beschreeven, welke schynt overeen te komen met die geene, welke de Ceylonsche, getroste Tithymalus met ruige steeltjes genaamt wert in de *Thes. Zeyl. pag.* 223. *Tab.* 109, en schoon de Figuren niet veel accordeeren, hier egter toe behoort, mogelyk door de verscheide geboorte plaats verschillende, of daar van een verandering zynde &c.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Olus Caprinum.

Hæc quoque adfinis est prioribus, caulem emittens binos cum dimidio pedes altum, ac simplicem, inque raros ramos distinctum. Folia optime conveniunt cum illis præcedentis Bungi, sed longiora sunt, glabra, & flaccidissima, mox emarcida, quum exstirpetur hæc planta. Flos etiam cum illo Bungi feminæ convenit, sed longior est & crassior, coloris læte cœrulei, aliquando etiam albicantis. Fructus sunt virides nodi instar tenerorum Capsici fructuum nigricantium, dehiscunt autem instar priorum. Radix vilis est, alba, & dispersa.

Nomen. Latine *Olus caprinum*; Malaice *Sajor cambing.*

Locus. Potissimum amat crescere sub Calappis, aliisque in umbrosis locis, humidis nempe sub fruticulis & gramine.

Usus. Capræ hanc amant depascere herbam, unde suum obtinuit nomen, sic quoque olus est bonum hominibus, præsertim in silvis & exercitu, ubi quondam nostri milites nomen ipsi dederunt oleris Caprini.

N. B. Huic capiti nulla adjecta fuit icon.

NEGEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Geite-moes.

Nog al hangt dit aan de maagschap van de voorgaande, het schiet op derdehalve voet hoog, met eene enkelde steel, in weinige takken verdeeld. De bladeren gelyken best na 't voorgaande Bungum 't wyfken, dog zy zyn langer, glad, en zeer slap, staan slenzende, als men 't kruid uittrekt. De bloemen gelyken ook na Bungum het wyfken, dog langer en dikker van hals, ligtblaauw, en zomtyts witagtig. De vrugten zyn groene knoppen, als jonge Ritsjes, die zwartagtig werden, en open bersten, gelyk het voorige. De wortel is gering, wit, en verspreid.

Naam. *In het Latyn* Olus caprinum, *in 't Maleits* Sajor cambing.

Plaats. *Het wast liefst onder Calappus-boomen, en andere schaduwagtige plaatzen, daar 't wat vogtig is, onder lage ruigten en gras.*

Gebruik. *De Bokken weiden dit kruid geern af, waar van het den naame heeft, zoo is 't ook een goet kook Sajor voor menschen, inzonderheid als men in 't bosch is, en in 't leger, daar eertyds onze Soldaten het den naam van bokken Sajor gegeeven hebben.*

N. B. By dit Hoofdstuk is geen Figuur van de plant geweest.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Esula esculenta. Daun bidji catjang.

Hæc peregrina seu exotica Esulæ species est, neutiquam noxia, caulem emittens simplicem, in nullos vel raros laterales ramos distinctum, rotundum & rugosum, plerumque pedem altum, si vero inter alias crescat herbas, trium pedum altitudinem obtinet.

Folia bina sibi sunt obposita, aliquando cruciata, plerumque tamen binos formant ordines usque ad summum, illis Menthæ similia, crassiuscula, ad oras obtuse serrata, ab utraque parte rugosa & pilosa, paucis obliquis costis pertexta, binos pollices longa, digitum lata, obscure virentia, superne parum rubentia, saporis oleracei, cum levi adstrictione & aciditate, non tamen ingrata. Quum abrumpuntur, paucum exstillat album, spissumque lac, non acre. Ex una folii ala brevis excrescit petiolus, umbellam sustinens, ex multis virentibus & rugosis capitulis compositam, magnitudine seminis Sinapios, quæ aliquando aliquid rubri gerunt.

Hi flores cum umbella optime referunt flores *Tithymali helioscopii*, excepto quod granula sint minora & rugosiora, similis umbella in subsequenti conspicitur folio, sed semper in obposito, ac sic alternatim. In istis capitulis ruffum quoddam detegitur semen. Radix tenuis est, sed dura, & ample extensa.

Nomen.

VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De eetbaare Esula.

Dit is een vreemde zoorte van Esula, *dog gansch niet schadelyk, het schiet met een enkelen steel op, in geene of weinige zydetakken verdeelt, rond en ruig, in 't gemeen een voet hoog, maar tusschen andere kruiden opschietende, wert het drie voeten hoog.*

De bladeren staan twee en twee tegens malkander, zomtyds in 't kruis, dog meest twee rygen uitmakende tot boven toe, die van Mentha gelyk, dikagtig, aan de kanten donker gezaagt, ter weerzyden ruig en hairig, met weinige schuinze ribben, twee duimen lang, een vinger breed, doods-groen, aan de bovenste zyde met wat roods gemengt, van smaak moeskruidagtig, met een kleine adstrictie en zuurte, dog niet onaangenaam in 't eeten. Als men ze afbreekt, loopt 'er een weinig witte en dikke melk uit, zonder eenige scherpte, uit den schoot van 't eene blad komt een kort steeltje voort, dragende een kleine dolle van veele vuil-groene en ruige knopjes gemaakt, in de grootte van Mostaartzaat, daar men zomtyds wat roods op ziet.

Dit bloeizel, en de dolle gelyken zeer wel het bloeizel van Tithymalus helioscopius, *behalven dat het kleinder van korrel, en ruiger is, diergelyke dolle staat ook aan 't volgende blad, dog altyd aan de tegen overstaande zyde, en zoo voorts met beurten. In de voornoemde knopjes vint men eenig ros zaad. De wortel is dun, dog hart, en wyd verspreid.*

Naam.

Fig. 1.
Fig. 2.

Nomen. Latine *Esula esculenta*; Malaice *Daun bidji katjang*, quum pusilla gerat & adgregata instar Katjang grana, ac sic Amboinice *Hutta ahuæ*, h. e. *Rampot katjang*, seu *Katjang gramineum.*

Locus. Sponte crescit in hortorum areis, aliisque in agris cultis, sed tanquam Zizania habetur.

Usus. Spreta est herba, ac raro cruda editur, tenerrimi vero caules & folia cum Bocassan miscentur, cui addita haud ingrata est herba per levem adstrictionem cum pauca aciditate. Per longum tempus imitari non ausus fui, quum herba sit vilis & sordida, & instar Esulæ lactescens, donec alii id sæpius instituissent, quum expertus fui, hanc pluresque alias lactescentes herbas rugosis pilosisque foliis gaudentes, esse innoxias, sic cunctæ *Varingarum* species, atque arbor *Malabuol*, folia gerens pilosa, innoxium gerunt lac. Contra proximus ipsarum cognatus *Siri boppar*, folia gerens glabra, nauseosum habet lac.

Lac vero nostræ herbæ *Curab* inlinitur, quum prius sit scarificata, ut acari extrahantur, qui prorepere faciunt, uti etiam cum *Pule* lacte id instituitur.

Cum hac multum convenit *Herba colubraria Pisonis*, Portugallis *Herba d'Cobres* dicta, a *Pisone Cap.* 59. *libr.* 4. descripta, quæ plantula est humilis, ubique crescens in Brasilia, lactescens, folia gerens instar Menthæ serrata, & obscure virentia. Caules ejus fusci sunt, & radix rubens. Flosculi in umbellulis conlecti sunt, ex foliorum alis ortum ducentes, ex viridi & rubro colore mixti, hæc herbula specificum & comprobatum est remedium contra venenatos serpentum morsus, si masticata vel contrita ipsis inponatur, ac sicca in pulverem redacta & propinata, inposita autem mox dolorem sedat, & venenum extrahit, ingesta vero cor corroborat, quod per venenum languet.

N. B. Hujus Figura reperitur expressa *Tab.* 23 *fig.* 2.

Naam. *In 't Latyn* Esula esculenta; *in 't Maleits* Daun bidji katjang; *om dat het kleene by een gehoopte korrels heeft als Katjang*, *en zoo in 't Amboins* Hutta ahuæ, *dat is* Rompot katjano, *of* Katjangs *gras.*

Plaats. *Het wast van zelfs in alle tuinen op de bedden, en andere gebouwde landen*, *en wert voor een onkruid gehouden.*

Gebruik. *Het is een veragt kruid*, *en wert zelden raauw gegeten*, *te weten de jongste steelen en bladeren met Bocassan*, *daar 't niet onaangenaam by is*, *want het heeft een kleene adstrictie met een weinig zuurte.* *Ik heb 't lange niet durven nadoen*, *dewyl 't een leelyk kruid van aanzien*, *en zoo melkagtig is als een Esula*, *tot dat het my dikmaals voorgedaan wierd*, *wanneer ik bevond*, *dat dit en meer andere melkagtige kruiden*, *die raauwe of hairagtige bladeren hebben*, *onschadelyk zyn.* *Zoo zyn alle* Waringas *geslagte*, *en den boom* Malahuol, *die hairagtige bladeren heeft*, *onschadelyk van melk.* *Daar en tegens haar naasten neef* Siri boppar *met zyn gladde bladeren*, *heeft een walgelyken melk.*

De melk van dit kruid werd ook op Curab *gestreeken*, *als 't eerst rauw geschraapt is*, *om de zieren daar uit te trekken*, *die het voort eeten veroorzaken*, *gelyk men anders met de melk van* Pule *doed.*

Hier mede heeft groote gelykenisse het Herba colubraria, *in 't Portugees* Herba d'Cobres, *by* Piso, cap. 59. lib. 4. *beschreeven*, *een laag en ovaal groejend kruidje in Brasil-melk gevende*, *met gezaagde bladeren als Munte*, *en doods-groen.* *De steelen bruin*, *en de wortel roodagtig.* *De bloempjes in kleene dolletjes vergadert*, *uit den schoot der bladeren ontspringende*, *uit den groenen en rooden gemengt*, *dit kruidje zal een geprobeert geneesmiddel zyn tegens de venynige beten der slangen*, *gekaauwt of gewreeven*, *en daar op gelegt*, *het gedroogde gepulverzeert en ingedronken*, *het opgelegde zal den pyn terstond stillen*, *en het venyn uitzuigen*, *het ingenomen zal het hert versterken*, *dat door venyn verflaauwt is.*

N. B. De Figuur van deze plant komt voor op de 23. *Plaat fig.* 2.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Conyza odorata. Sombong.

IN Europæis herbariis quædam reperitur herba, dicta *Conyza odorata*, *Helenium Indicum*, & *Salvia Indica*, re vera enim convenit cum tribus his herbis, more crescendi cum *Conyza* convenit, foliis lanuginosis cum *Helenio*, & odore cum *Salvia.*

Quatuor ejus observavi species, quas omnes hoc in capite describam, quarum prima est *Conyza odorata*, seu *Sombong verum*, secunda *Conyza mas*, tertia *Conyza cadaverum*, seu *Sombong bankey*, quarta *Conyza Indica minor*, seu *Tabaco utan.*

Primo. *Conyza odorata*, seu *Sombong verum* & *vulgare*, frutex est, quinque sexve pedes altus, caulem adtollens rotundum, crassum, ac fere lignosum, qui sese dividit in multos rectos laterales ramos, primo erectos, quique investiti sunt foliis copiosis simplicibus & sine ordine positis, atque hæc optime conveniunt cum illis Helenii, sed minora sunt, spithamam vel pedem longa, palmam lata, ad oras inæqualiter serrata, ac præter transversales costas gerunt venas innumerabiles cancellatas, unde penitus contracta & quasi rugosa sunt, licet ad tactum non ita sint, sed mollia, & ab utraque parte distincta lanugine obducta, superne ex cinereo viridia instar Salviæ, inferne albicantia. Inferius angustata sunt, & lacinias ibi gerunt quatuor vel sex, seu acutas foliosas adpendices instar Salviæ, sed multo majores.

Inferiora folia plerumque emarcida ad caules dependent, & superiora angustiora sunt, magis albentia & lanuginosiora, ac parum conniventia instar auricularum Leporum; ipsorum odor & sapor aromaticus est, optime ad Salviam adcedens, cum quadam amaritie. Superiores caules sese dividunt in plures minores, uti in *Conyza*, cuncti albi & lanuginosi, cinerea gerentes oblonga capitula uti in *Lactuca*, quæ sese aperientia flores exhibent, sed qui petalis notabilibus desti-

EEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De ruikende Conyza.

DAar is in de Europische kruide-boeken ingesloopen een zeker kruid, 't welk zy Conyza odorata, Helenium Indicum, *en* Salvia Indica *noemen*, *want het heeft inderdaad gemeenschap met die drie kruiden*, *aan wasdom is het een* Conyza, *aan wolagtigheid der bladeren een* Helenium, *en aan reuk een* Salie.

Ik heb 'er vier zoorten van aangemerkt, *die ik alle vier in dit Hoofdstuk beschryven zal*, *als ten eersten* Conyza odorata, *of het regte* Sombong, *ten tweeden* Conyza mas, *of 't* Manneken, *ten derden* Conyza cadaverum, *of* Sombong bankey, *en ten vierden* Conyza Indica minor, *of* Tabaco utan.

I. Conyza odorata, *of de eigentlyke en gemeene* Sombong, *is een heester van vyf en zes voeten hoog*, *met een ronde*, *dikke*, *en schier houtagtige steel opschietende*, *die zig in veele regte zydetakken verdeelt*, *meest over eind staande*, *zy zyn bekleed met veele bladeren*, *enkel*, *en zonder ordre staande*, *die van 't Helenium best gelykende*, *dog kleinder*, *een span of een voet lang*, *een hand breed*, *aan de kanten ongelyk gezaagt*, *behalven de dwersribben hebben ze ontelbare kleine aderen*, *ruitsgewys door malkander*, *waar door zy geheel rimpelig schynen*, *egter niet ruig*, *maar zagt in 't aantasten*, *ter weerzyden met een merkelyke wolagtigheid bekleed*, *boven graauw-groen*, *gelyk Salie*, *van onderen witagtig.* *Agter loopen ze smal toe*, *en hebben aldaar vier of zes lapjes of spitze blaadjes*, *gelyk de Salie*, *dog veel grooter.*

De onderste bladeren hangen meest verdort by de steelen af, *en de bovenste zyn smalder*, *witter*, *wolagtiger*, *en wat t'zamen luikende als hazen-ooren*, *reuk en smaak is specery agtig*, *na Salie best smaakende*, *met eenige bitterheid.* *De bovenste steelen verdeelen haar in veele mindere gelyk in* Conyza, *alle wit en wolagtig*, *draagende graauwe langwerpige knoopen gelyk de* Lactuca, *die haar openende het bloeizel willen zyn*, *dog hebben geen kenbaare blaadjes gelyk een bloeme*, *maar enkel fyne draaden*,

destituuntur, quæ alii gerunt flores, suntque tantummodo formati ex simplicibus pappis duplicis substantiæ. Inferior enim floris pars tuberculum est, ex densis constans flavisque filamentis, subtilissimos & albos gerens pappos instar Gossypii, qui facillime a vento dissipantur, inferiora autem segmenta, quibus insident, semina sunt, per quæ hæc planta propagatur.

Radix ejus satis crassa est, in multas ramificationes dispersa, sub terra parum prorepens, atque in quibusdam locis surculos emittens, haud longe a primaria radice distantes.

Varietas ejus est. Si hæc herba in hortum transplantatur, vel in agro crescat culto, arbusculam exhibet, inferius lignosum gerentem stipitem, brachium crassum, crassissimas proferentem radices, longissime sese extendentes, ac multas producentes plantulas, quæque in hortis crescunt, non tam cinerea vel lanuginosa gerunt folia, quæ neque tam amara sunt, sed magis virentia, & ad cibum aptiora.

Secundo. *Conyza mas*, seu *Sombong mas* altior excrescit priore, ad sex vel septem pedum altitudinem. Ejusque folia majora sunt, pedem circiter longa, quinque sexve digitos lata, ad oras serrata, inferius prope caulem acuminata, & auriculis destituta, obscure virentia, rugosa penitus, & contracta, nec lanuginosa. Odor cum priore convenit, sed sapor magis amaricat, ac proinde ad cibum non tam apta est hæc planta.

Flores similia quoque sunt oblonga virentia capitula, amplius sese aperientia quam in priore, pappis quoque completa, quæ primo flavent instar floris, ac dein in pappos albos degenerant. In hortis & locis umbrosis instar arbusculæ quoque excrescit, ac lignosum format caudicem.

Tertio. *Conyza cadaverum*, seu *Sombong bankey* altior paulo est, ad septem vel octo pedes excrescens; ejus folia omnium maxima sunt, cæterum ejusdem cum prima formæ, inferius enim bina ternave gerunt foliorum paria, obscure virentia & rugosa instar secundæ speciei, ipsorum odor & sapor magis silvestris est, propius ad illum Conyzæ nostratis adcedens, cum ingrata quoque amaritie, usui culinario inepta, flores ejus ac radices sunt uti in secunda specie.

Quarto. *Conyza Indica minor*, seu *Tabaco utan* varietas tantum videtur esse secundæ speciei, excepto quod plerumque minor sit, & optime convenit cum Conyza nostra campestri, tres cum dimidio & quatuor pedes alta, viridis quoad caules & folia, quæ duplicem habent formam, quæ primo enim progerminant, illis Endiviæ similia sunt, seu paulo magis majora & auriculis destituta, subsequentia inferius parvas gerunt auriculas, parum rugosa, contracta, ad oras quoque serrata.

Flores sunt primo obscure virentia capitula, quæ sese aperientia magis flavescunt quam priores, ac tandem quoque in pappos abeunt. Contrita folia odorem Conyzæ referunt, vel uti in hisce volunt terris, instar foliorum Tabaci.

Nomen. Clusio exotic. libr. 4. *cap.* 23. vocatur *Planta Bantamica*, atque ibi ab ipso descripta ex chartis Doctoris *Colii*, qui eam vocat *Conyzam odoratam*, & *Helenium alterum Indicum*, *Salviæ odorem spirans*; cuncta enim huic competunt tria ista nomina, & cognominata est ab urbe *Bantama* metropoli præcipua Javæ, ubi Dr. *Colius* eam primus invenit, quum Belgæ ibi primo degebant, antequam Batavia erat condita, quod anno 1619 primum incepit.

Ad meliorem notitiam & distinctionem quatuor hæ species ita denunciari possunt.

Prima dici potest *Conyza odorata*, seu *Helenium Indicum Salviæ odore*; Belgice *Oostindische ofte wilde Salie*; Malaice *Sombong* & *Sembong*. Amboinice *Aylaun tabinan*, h. e. *folium odoratum*, quod nomen cum aliis herbis commune est. Ternatice *Madicapo*; Javanice, Baleyice, & Maccassarice *Sombong* quoque dicitur, & Bandice *Sembong*. Secunda species *Conyza Indica mas* mihi dicitur. Malaice *Sombong lacki lacki*. Tertia species *Conyza cadaverum*; Malaice *Sombong bankey*, ob subsequentem rationem. Quarta species *Conyza Indica minor*, Malaice *Tabaco utan*, h. e. *Tabacum silvestre*, quod nomen subsequens quoque gerit planta.

Locus. A Java nota est per omnes Orientales insulas, & campum amat apricum, sterilem, arenosum, ac lapillis mixtum, juxta planas fluminum ripas, & ad oras silvarum.

Semen

van tweederlei substantie. Want het onderste van de bloemen is een heuveltje van digte geel-agtige draadjes gemaakt, dragende zeer fyne en witte vlokken, als Cattoen, zeer ligt met de wind verstuiven, en de onderste voetjes, daar ze op staan, zyn het zaad, 't welk deze plante vermenigvuldigt.

De wortel is redelyk dik, en in veel takken verspreid, onder de aarde wat kruipende, en hier en daar nieuwe spruidjes uit gevende, dog niet ver van de hoofdstam.

Verandering. Dit kruid in een tuin of op een gebouwd land opschietende werd een kleen boompje, beneden met een formeele houte stam, een arm dik, en zeer groove wortelen, die zeer verre zig verspreiden, en veele plantjes voortbrengen, ook al 't geene in de booven wast, is zoo graauw en wolagtig niet van bladeren, nog zoo bitter, maar groender en bekwaamer in de kost.

II. Conyza mas, *of* Sombong *het manneken, schiet hooger op dan het voorgaande, tot zes en zeven voeten. De bladeren zyn grooter, omtrent een voet lang, vyf en zes vingers breed, aan de kanten gezaagt, agter tegens den hoofdsteel spits toeloopende, zonder eenige ooren, donkergroen, gants ruig en rimpelig, dog zonder wolagtigheid. De reuk komt met het eerste over een, maar de smaak is vry wat bitter, en dierhalven tot het eeten zoo bekwaam niet.*

De bloemen zyn ook langwerpige groene knoppen, die haar wyder uitbreiden dan aan de eerste, ook met vlokken uitgevult, in 't eerst wat geels vertonende als een bloem, daar na ook in witte stuifkens veranderende. In de booven of aan schaduwagtige plaatzen schiet het mede op als een boompje, en gewint een houtagtigen stam.

III. Conyza cadaverum, *of* Sombong bankey *schiet nog wel zoo hoog op, te weten zeven en agt voeten hoog, de bladeren zyn de grootste van allen, anders van de zelfde gedaante met het eerste, want ze hebben agter twee en drie paren ooren mede donker-groen en ruig als de tweede zoorte, haaren reuk ende smaak is wat wilder, onze Conyza nader komende, ook met een onaangenaame bitterheid, tot het eeten gansch onbekwaam. Bloemen en wortelen zyn als aan de tweede zoorte.*

IV. Conyza Indica minor, *of* Tabaco utan, *schynt slegts een verandering te zyn van de tweede zoorte, behalven dat het doorgaans kleinder blyft, en met onze veld Conyza best over een komt, vierdehalve en vier voeten hoog, gras-groen van steelen en bladeren, die van tweederlei fatzoen zyn, want de eerst uitkomende zyn, de Endivie-bladeren gelyk, of wat grooter, en zonder ooren, de volgende hebben kleine ooren agter, weinig ruig en rimpelig, aan de kanten ook gezaagt.*

De bloemen zyn eerst donkergroene knoppen, dewelke haar openende meer geels vertoonen dan de andere, eindelyk ook in stuifkens veranderende. De gevreeve bladeren ruiken als Conyza, of gelyk ze hier te lande willen, als Tabaksbladeren.

Naam. *By* Clusius exot. Lib. 4. Cap. 23. *werd dit kruid genaamt* Planta Bantamica, *en aldaar van hem uit de Chartabellen van Doctor* Colius *beschreeven, dewelke het zelve noemt* Conyzam odoratam, *en* Helenium alterum Indicum, Salviæ odorem spirans, *want het mag wel van alle drie den naam voeren, en is bygenaamt van* Bantam *de voornaamste koopstad op Java, daar 't Doctor* Colius *eerstmaal gevonden heeft, vermits de Hollanders haar eerste rezidentie aldaar hadden, eer dat Batavia gebouwt was, 't welk zyn begin genomen heeft Anno* 1619.

Tot beter onderscheid mag men de vier zoorten aldus benamen.

De eerste kan hieten Conyza odorata, *of* Helenium Indicum Salviæ odore, *in 't Duits* Oostindische *of wilde* Salie; *op 't Malebaars* Sombong *en* Sembong; *in 't Amboins* Aylaun tahinan, *dat is welriekend blad, een naam met andere kruiden gemeen. Op Ternaten* Madicapo; *op Java, Baly en op Maccasser hiet het ook* Sombong; *op Banda* Sembong; *de tweede zoorte* Conyza Indica mas; *in 't Maleits* Sombong lacki lacki. *De derde zoorte* Conyza cadaverum; *in 't Maleits* Sombong bankey, *om volgende reden. De vierde zoorte* Conyza Indica minor; *in 't Malabaars* Tabaco utan, *dat is wilde* Tabak, *welken naam het volgende kruid ook voert.*

Plaats. *Het is van Java aan bekent door alle de Oostersche Eilanden, het bemind een open veld, daar het dor, zandig, en met kleine steenen gemengt is, langs de vlakke oevers van de rivieren, en aan de kanten van 't bosch.*

Het

Semen per ventum longe projicitur, & aliquando in hortis progerminat, ubi tam alte excrescit, & magna profert folia, quæ viridiora minusque lanuginosa sunt campestri Sombong, ut diversa haberetur species. Secunda & tertia species umbras magis amant, unde & multum in vallibus & sub aliis vagis crescunt arboribus. Quarta species raro obcurrit, ac potissimum in desertis hortis & circa pagos.

Usus. Prima species potissimum in usu est, sed quantum mihi notum est, ab incolis harum insularum neutiquam ad olus, uti Dr. *Colius* apud *Clusium* l. c. testatur, a Bantamensibus adhiberi. Aliis tamen miscetur oleribus, vel sola hæc planta coquitur & editur contra alvi tormina, quæ ex flatibus & frigore suum habent ortum, temperatam enim habet proprietatem, sed magis calefacientem & exsiccantem. Hinc & ejus folia ubique in usu sunt ad calida balnea & fotus non tantum iis, qui Indica laborant Paralysi seu Beriberi, sed etiam omnibus prosunt ex diuturno convalescentibus morbo, ac cunctis debilibus & defatigatis, qui ejus balneo utuntur vel vapore, quum copiosus subsequitur sudor.

Solummodo cavendum est, ne in ardentibus febribus vel emaciatis adhibeatur hominibus, quum ardor augeretur; quin solummodo quis sese lavet aqua tepida, in qua Sombong cum refrigerantibus herbis, ac præsertim *Gendarussa* fuit incocta.

Ad primum balneum sumuntur folia Sombong, Lagondi, & Guajavi silvestris ana manipulum, foliorum Limonum dimidia pars, quæ aquæ incoquuntur, & pro balneo adhibentur. Balienses foliorum succum miscent cum lacte Pœlæ & succo Daun contœ, quem exhibent contra alvi tormina, vermes, & stomachum corruptum, qui cibum aversatur. Eadem hæc folia tam recentia quam sicca cuivis addi possunt cibo, loco Salviæ, ad stomachum corroborandum, & prostratum appetitum restituendum. Alii hunc in finem bibunt foliorum decoctum, vel quod melius est, tenerarum radicum decoctum, quarum fruticuli nullos adhucdum gerunt flores, vetustæ enim radices nimis lignosæ sunt, ac fere insipidæ.

Viridia folia minutim conscissa tam sola quam aliis admixta foliis in placentas pinsuntur. Dimidium folium cum Pinanga aliquando masticatum ciborum coctionem promovet, & stomachum calefacit diebus frigidis. Ipsorum succus vel decoctum propinatum nimios mensium fluxus prohibet.

Binæ subsequentes species in cibo non adhibentur, sed magna ipsarum folia sumuntur ad cadavera, quum abluta sint, detergenda, unde & tertia species peculiariter suum obtinuit nomen.

Quarta species cibo quoque inutilis est, sed foliorum succus propinatur ad Gonorrhæam depurandam, & mictus dolorificos curandos, ni modo confundatur cum subsequenti planta, quæ idem gerit nomen.

Bontio Lib. 6. Cap. 60. dicitur *Salvia Indica arborescens.* Licet nunquam in ea observaverim flores ex albo cœrulescentes, quique apti sunt, ut saccharo condiantur. Cæterum in horto meo hanc quoque vidi ad binorum hominum altitudinem excretam, ut supra. Testatur quoque specificum esse remedium contra Indicam Paralysin seu Beriberi, si cochlear ejus succo repletum ingeratur cum vino, & ad quotidianum fotum externe folia adhibeantur. Quæ cum illis *Lagondi* & *Daun lontas* mixta Malaienses mulierculæ adhibent contra quævis frigida vitia uteri & nervorum.

Quum vulgus binas ultimas species ob foliorum similitudinem sæpe confundat, hæc præsertim adtendenda sunt, utraque ipsarum folia rugosa & obscure virentia esse, sed veræ *Sombong bankey* folia inregulariter dentata sunt, inferius septem gerunt magnas auriculas, & in domo deposita mucidum spirant odorem. Folia autem veræ Sombong lanuginosa sunt, regulariter dentata, & in cubili deposita viscida sunt, & aromaticum spirant odorem.

Nari patsja hort. Malab. part. 10. fig. 62. descripta hujus congenera videtur esse species, minora gerens folia & purpureos flores, odorata quoque, & a *Commelino* habetur pro *Conyza Malabarica.*

Het zaad werd door de wind verre gevoert, en komt zomtyts in de tuinen op, daar het zoo hoog opschiet, en groote bladeren gewint, die ook groender en min wolagtig zyn, dan het veld Sombong, dat men 't voor een byzondere zoorte zoude aanzien. De tweede en derde zoorte willen meer schaduwe hebben, dus men ze veel in valeien en onder iedel geboomte vind. De vierde zoorte werd weinig gevonden, en meest in verlaatene tuinen en ontrent de Negoryen.

Gebruik. *De eerste zoorte is meest in gebruik, dog zoo veel my bekent is by de Inwoonders deezer Eilanden, geenzinds tot moeskruid, gelyk Doctor* Colius *by* Clusius loco cit. *getuigt van de Bantammers te geschieden. Maar men mengt het wel onder andere moeskruiden, of kookt het alleen, en eet het tegens buikkrimpzel, dat uit winden en koude zynen oorsprong heeft, want het is getempert van eigenschap, dog wat meer verwarmende. Hier om zyn deze bladeren over al in gebruik, om warme baden en stoovingen daar van te maken niet alleene voor die geenen, die aan de Oost-Indische lammigheid of Beri beri vast zyn, maar ook alle die geenen, die uit een langduirige ziekte komen, of anderzints slap, en vermoeit zyn, om daar in te baden of met zynen damp gestooft te werden, waar op een wakker zweeten volgt.*

Alleenlyk met waarschouwing, dat men 't voor geen heete koortzige en uitteerende menschen gebruike, vermits de hitte daar door vermeerdert wert, of men moeste alleenlyk zig met dat lauwe water wassen, daarinne Sombong met verkoelende kruiden inzonderheid met Gendarussa *gekookt zyn.*

Tot het eerste bad neemt men bladeren van Sombong, Lagondi, en wilde Goejavos, van elks een hand vol, van Lemoenbladeren half zoo veel, kookt die in water, en baad daar in. De Baliers mengen den sap van de bladeren met de melk van Poelé, en sap van Daun contoe, geeven zulks in tegens de buikpyn, wormen, en een vervuilde maag, die geen kost wil aannemen. Dezelve bladeren zoo wel vers als droog kan men by allerhande kost gebruiken in plaats van Salie, om de maage te versterken, en den verlooren eetenslust te doen wederkomen. Andere drinken tot dien einde het Decoctum van de bladeren, of 't welk nog beter is, het afziedzel van de jonge wortelen, wiens struiken nog geen bloemen dragen, want de oude wortelen zyn te houtagtig, en schier zonder smaak.

De groene bladeren werden ook klein gesneeden, en zoo alleen als met andere bladeren onder groene struiven gebakken. Een half blad zomtyds met Pinang gekaauwt, bevordert de Concoctie van de spyze, en verwarmt de maag by koude dagen. Haren sap of afzietzel daar van gedronken, verdroogt het overvloedig vlooien van de maanstonden.

De twee volgende zoorten zyn in de kost niet gebruikelyk, maar haare groote bladeren werden genomen om de doode lighamen na 't wassen daar mede af te droogen, waar van de derde zoorte in 't byzonder haaren naam heeft.

De vierde zoorte dient ook in de kost niet, maar den sap van de bladeren werd gedronken om de Gonorheam te zuiveren, en het pynlyke pissen te geneezen, zoo ze maar niet geconfundeert werd met het volgende kruid, 't welck den zelven naam draagt.

By Bontius Lib. 6. Cap. 60. *hietze* Salvia Indica arborescens. *Hoewel ik nooit uit den witten ligt-blaauwe bloemen daar aan gezien hebbe, en die bekwaam mogten zyn met zuiker te Confyten. Anders heb ik ze in mynen tuin ook twee mannen hoog gehad, gelyk boven gezegt is. Hy getuigt mede, dat zy een toegeëigent geneesmiddel zy, tegens de Oost-Indische beroertheid of Beriberi, als men een lepel vol van den sap der bladeren neemt, met wyn indrinkt, en tot dagelykze stooving van buiten gebruikt. Deeze bladeren met die van* Lagondi *en* Daun lontas *gemengt, gebruiken de Maleitze vrouwen ook tegens alle koude gebreeken des lyfmoeders en der zenuwen.*

Dewyl den gemeenen man de twee laatste zoorten wegens de gelykheid der bladeren dikwils confundeert, zoo heeft men meest hier op te letten, dat beide die bladeren wel ruig en doods-groen zyn, maar 't regte Sombong bankey *is ongelyk getant, heeft agter zeven groote ooren, en in huis gelegt ruiken vermuft. Maar de bladeren van 't regte Sombong zyn wolagtig, fyn en ordentelyk gezaagt, in huis gelegt werden de bladeren wat kleeverig, en ruiken speceryagtig.*

Nari patsja *in* hort. Malab part. 10. fig. 62. *beschreeven, wil een mede zoorte hier van zyn met kleinder bladeren en purpere bloemen mede welruikend, van* Commelinus *gehouden voor een* Conyza Malabarica.

Foli- Fo-

Foliorum fuccus cum illo Mammæ unguentum exhibet contra Hæmorrhoides, fuccus ejus cum Calappi lympha propinatus inteſtinorum tormina tollit.

Den ſap der bladeren met die van Mamma geven een zalve tegens de Ambayen. Den ſap met Calappus-melk ingenomen verdryft het krimpen der darmen.

Tabula Vigeſima quarta

Ad Figuram primam *Conyzam* exhibet *odoratam*, quæ eſt Conyza arbor Helenoides, ſive inſulæ St. Helenæ, Salviæ crenatis foliis, prona parte alba lanugine incanis, Balſamifera *Plukn. Mantiſſ. pag.* 56, ubi vide reliqua, ut & *Theſ. Zeyl. pag* 74.

Figura ſecunda *Halicacabum* exhibet peregrinum *Cap.* 44. deſcriptum, *Cardioſpermum Linnæo* dictum.

De vier en Twintigſte Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur de *ruikende Conyza*, welke is de Conyza een boom, van het Eiland St. Heleen, met geſneede bladeren als aan de Salie, aan de agterſte zyde met een witte wol, een balſem gevende, van *Plukn. Mantiſſ. pag.* 56. alwaar het overige ziet, als mede de *Theſ. Zeyl. pag.* 74.

De tweede Figuur vertoont de vreemde *Halicacabus*, in het 44. *Hoofdſtuk* beſchreeven, welke is het *Cardioſpermum* van *Linæus*.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Adulterina. Daun ſalawar.

Daun *ſalawar* Conyzæ quoque adfinis videtur, modo autem creſcendi convenit cum Nicotiana anguſtifolia. Inſtar fruticis excreſcit ſtipite lignoſo, ſex octove pedes alta, ſeſeque dividit in plurimos rotundos, & firmos laterales ramos, aliquando quam latiſſime extenſos inſtar arbuſculæ.

Folia ſolitaria ſunt, & ſuperius compacta, longiuſculis inſidentia petiolis, anguſtifoliæ Nicotianæ ſimilia, ſed minora, ab utraque parte acuminata, oris æqualibus, ſeptem & novem pollices longa, quatuor & quinque lata, ſed ſuperiora in vetuſtis ſtipitibus minora ſunt, ſuperne intenſe virentia, ſed non ſplendentia, inferne cinerea, ad tactum rugoſa, ac præterea viſcoſa quaſi arena conſperſa, qualis & tota herba eſt, ſique conterantur, gravem ſpirant odorem fere inſtar fructus *Bate*, qui fœtet, ſapor non admodum acris eſt, licet ſit amarus & penetrans.

Superiores caules multa gerunt capitula obſcure virentia & arenoſa, in umbellam quaſi conlecta, quæ ſeſe aperiunt in floſculos ſordide albicantes, qui inſident calici barbato, & conſtant ex viridi piſtillo, & petalis quinque primo erectis, dein retroflexis cum ſtaminibus brevibus antheras flavas gerentibus, poſt illos fructus excreſcunt rotundi, globulos ſclopeti manualis ſeu minoris referentes, arenoſi quoque, primo virides, dein flaveſcentes, intusque repleti granulis planis, in ſuccoſa medulla reconditis.

Folia peculiarem habent characterem, ſed potiſſimum vetuſtiora, quod una nempe ipſorum dimidia pars ad petiolum longior ſit altera. Radix ample diſperſa eſt & lignoſa.

Nomen. Latine *Adulterina*, ſive *Folium zelotypiæ*, vel proprie *Remedium contra noxam adulterii*; Malaice *Daun ſalawar* eadem ſignificatione, Amboinice *Ayloun puti*. *Salawar* autem vocant Malaienſes vitium, quod pueris ſeu infantibus ſupervenit, quum unus parentum, ac præſertim pater adulterii ſit reus, ſeu uxori ſuſpicionem ejus criminis præbet, unde mater ſuſpicax & iracunda lac ſuum adulterat, & illud infanti exhibens, ut puto, inde damnum contrahit, mulierculæ enim ſibi perſuadent, infectionem parentis apud alias mulieres contractam, lactantibus ſupervenire, unde hi emaciantur & languent, non autem viris perſuadent, ſimilia vitia ab ipſis peracta infantibus ſuis eſſe noxia.

Nonne hæc juſta eſt fides, ſeu potius credulitas, quam ſine dubio puto ortam eſſe a quodam genio *Salambar* dicto, quem Arabes & Æthiopes dicunt eſſe diabolum quendam, cujus officium eſt ſolum, odium & ſuſpicionem excitare & cauſſare inter nuptos. Qua autem ratione hoc melius peragere is potuit, quam mulierculis perſuadere, ſi infantes ipſarum forte emaciantur, tum parentem adulterii eſſe reum. Hinc rixæ & iræ moventur, unde mox petunt ſagas, quæ infantem incantatione, & ſuffimigiis ab hac infectione liberant.

Atque hinc hæc *Herba zelotypiæ* vocari poteſt, & genius ſeu Diabolus iſte *Salambar*, *dæmon zelotypiæ*. Cæterum meliore jure hæc vocatur *Tabaco utan* ſeu *Nicotiana ſilveſtris*, quod nomen huic herbæ magis proprium eſt præcedente quarta *Sombong* ſpecie.

Locus. Creſcit in gracilibus ſolis, in locis incultis, in agris, & poſt ædes pagorum.

Uſus.

TWEE EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Overſpels-kruid.

Daun ſalawar *wil ook uit de maagſchap van Conyza zyn, dog aan wasdom komt het met den ſmalbladigen Tabak over een. Het ſchiet op als een heeſter met een houtagtige ſtam, zes en agt voeten hoog, die zig in veele ronde en ſtyve zydetakken verdeeld, zomtyds zeer wyd uitgeſpreid als een formeel boompje.*

De bladeren ſtaan enkeld, en na vooren toe digt op malkander op langagtige ſteelen, den ſmalbladige Tabak gelyk, dog kleinder, agter en vooren toegeſpitſt, met evene kanten, zeven en negen duimen lang, vier en vyf breed, dog de voorſte aan de oude ſtokken zyn kleinder, boven booggroen, dog doods, van onderen wat graauw, ruig in 't aantaſten, en daar en boven met een kleeverig zand beſtrooit, gelyk ook 't geheele kruid is, als men ze vryft, van een zwaaren reuk, ſchier als de vrugten van Bate *die ſtinken, de ſmaak is niet zonderlyk ſcherp, hoewel wat bitter en doordringende.*

De bovenſte ſteelen dragen veele doods-groene en zandige knopjes by een geboopt in een dolle, waar uit werden kleine vuil-witte bloempjes, met een groen middel-ribbetje van vyf overeind ſtaande, daar na agterwaarts geboogde blaadjes gemaakt, in een diep geboord kelkje, in de midden met korte draadjes, en daar op veele geele knoppen met nog een langer ſtyltje blood, na dezelven volgen ronde vrugten als Piſtool-kogels mede zandig, eerſt groen, daar na bleekgeel, binnen vol kleine platte korrels in een ſappig merg.

De bladeren hebben tot een byzonder merkteken, dog meeſt de oude, dat zy de eene zyde agter aan den ſteel langer hebben als de andere. De wortel is wyd verſpreid, en houtagtig.

Naam. *In 't Latyn* Adulterina; ſive Folium zelotypiæ; *of eigentlyk* Remedium contra noxam adulterii; *in 't Maleits* Daun ſalawar *met dezelve beduideniſſe*; *in 't Amboins* Ayloun puti. Salawar *nu noemen de Maleiers het kwaad, dat de kleine kinderen over komt, als een van de ouders, inzonderheid de vader zig in overſpel verloopt, of immers de moeder ſuſpicie daar toe geeft, waar door de jaloerze moeder ontſteeken zynde met haar zog, zoo ik giſſe, het kind ook ontſtelt, want de vrouwtjes maken 't malkanderen zoo wys, dat de ſmettinge door den vader by andere vrouwen behaald, aan de zuigende kinderen overgaat, waar door dezelve ongedaan, mager en ziekelyk werden, maar zy willen de mannen niet wyzer maken, dat diergelyke fouten by haar begaan, haare kinderen ſchadelyk zy.*

Is dat niet een fraay geloove, 't welk ik vaſtelyk zuſtineer zyn oorſpronk te hebben van een zeker gaſt Salambar *genoemt, den welken de Arabiers, en Mooren zeggen een duivel te zyn, wiens werk en officie anders niet is dan haat en jaloezy tuſſen getrouwde lieden te verwekken. En hoe heeft hy dit beter konnen doen, als de vrouwen wys te maken, dat wanneer haare kinderen by geval mager en ziekelyk werden, dat dan den vader moet buiten de pot gepiſt hebben. Dan gaat het eerſt aan een razen en tieren, en dan loopt men ſtraks na een oude Toverhexe, die het kind met berooking en beleezingen van deze infectie bevryd.*

Hier om mag men dit kruid Herba zelotypiae *noemen, en den voorſchreeven Gaſt* Salambar, daemon zelotypiae. *Anders noemd men het met beter reden ook* Tabaco utan, *of wilden* Tabak, *welke naam dit kruid meer eigen is, dan de voorgaande vierde zoorte van* Sombong.

Plaats. *Het waſt op magere gronden, ongebouwde plaatzen in 't veld, en agter de huizen van de Negorijen.*

Gebruik.

fig. 2 Cardiospermum halicacabum. L.

A
Fig. 2
Fig. 1.

Usus. Folia ejus apud mulierculas magno in usu sunt, quibus infantes lavant & detergent, tam quum a fæcibus sordidi sunt, quam in dicto vitio, si suspicionem habeant a parentum crimine esse infectos. Cæterum foliorum decoctum propinatum quoque efficax est ad Venereas quasdam inpuritates per urinas expellendas, ac præsertim mulierum albo fluxu laborantium, quæ tamen nullo modo confiteri vellent, sese ipsas hunc contrahere per proprium suum Salawar, seu adulterii crimen.

Sic quoque curat quemvis cruentum & purulentum mictum, si isti decocto admiscentur frustulum Zingiberis rubræ majoris, ac frustulum Cepæ, quem in finem alii radicem efficaciorem putant foliis.

Maturi fructus quodammodo crudi edi possunt, quidam etiam tentarunt defectu Nicotianæ hæc scindere folia, & ipsi admiscere, ut copia illius augeatur, comperientes vero nimis amarum esse, & caput gravare, dein omiserunt. Infantes jam Salawar infecti ex eo dignoscuntur, quod ventres gerant tumentes, contractas nates, graciles pedes, languidi sint, & caput demittant, acsi somnolenti essent.

Bontius Libr. 6. Cap. 51. videtur hanc delineare & describere herbam sub nomine *fruticis Indici ignoti*, de quo dicit foliorum succum expressum adhiberi ad maligna ulcera depuranda & curanda.

Tabula Vigesima quinta

Ad Figuram primam *Adulterinam* exhibet.
Figura secunda *Lappaginem* exhibet *laciniatam.*
Litt. A. *folium secundæ speciei seu serratæ* est.

Gebruik. *Zyne bladeren zyn by de vrouwen in groot gebruik om de jonge kinderen daar mede te wassen en te vegen, zoo wel ordinaris, als zy haar bevuild hebben, als om de voorschreeve reden, wanneer ze suspicie hebben, dat zy door des vaders buitensprongen geinfecteert zyn. Anders is het Decoctum van de bladeren ook kragtig gedronken om alle Venerisse onzuiverheid door den Uryn te lossen, inzonderheit de vrouwen, die den witten vloed hebben, den welken zy egter nog om hoog nog om laag zouden willen bekennen, dat zy hem dikwils door haar eigen Salawar verkrygen.*

Gelyk 't ook alle bloedig en etterig pissen geneest, als men onder 't voorschreeven Decoctum een klein stukje roode groote Gember, en een stukje Ajuin doet, waar toe anderen de wortel voor kragtiger houden dan de bladeren.

De rype vrugten kan men ter nood raauw eeten. Sommigen hebben ook onderstaan by schaarsheid van Tabak deze bladeren te kerven, en daar onder te mengen, om den zelven te verlengen, maar bevindende, dat het te bitter wierde, en het hoofd bezwaarde, heeft men 't moeten verbieden. De kinderen nu door 't Salawar geinfecteerd, werden daar aan gekent, als zy dikke buiken hebben, ingevallene billen, magere beenen, onlustig zyn, het hoofd laten hangen, als of ze duddent of slaperig waren.

Bontius Lib. 6. Cap. 51. *schynt dit kruid af te malen en te beschryven, onder den naam van* Frutex Indicus incognitus, *waar van hy zegt, dat men het sap uit de bladeren geperst gebruikt, om de kwaadaardige Ulceratien te zuiveren, ende te heelen.*

De vyf en twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Overspels-kruid.*
De tweede Figuur wyst aan het *ingesneede Klisse-kruid.*
Lett. A vertoont het *blad* van de *tweede* ofte *getande zoort.*

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Lappago Amboinica. Ampulat.

Bardanæ quædam species in Amboina quoque obviæ sunt, quarum binas observavi, primo nempe laciniatam, secundo latifoliam seu serratam, quæ ambæ veræ Lappaginis sunt species.

Primo. *Lappago laciniata* optimam Bardanæ præbet formam, est autem fruticulus lignosus, duros emittens lignososque caules, superius rugosos. Folia quodammodo cum illis Gossypii conveniunt, in tres majores lacinias distincta, ad oras serrata, & ad tactum rugosa.

In superioribus caulibus dense excrescunt lappulæ oblongæ, superius parum planæ, undique mollibus spinulis obsitæ, quarum quævis superius hamata est, coloris fusci. Interne duras quasdam habent cellulas, in quibus pusillum latet semen, lappulæ hamulis suis tam firmiter sibi ipsis, vestibus, immo & digitis nudis adhærent, ut non nisi avulsione dissolvi possint.

Nomen. Latine *Lappago laciniata*, & *Nussalaviensis.* Nussalavienses eam vocant *Wotel* & *Wotele.*

Locus. Huc usque nullibi detecta est, nisi in insula Nussalaua, ubi in levibus silvis & nudis montibus crescit, non in litore, sed fere in media regione.

Usus ejus nullus alius est, nisi quod ejus fructus seu lappulæ a caulibus detergeantur, & ad ludibrium serventur, regulari enim compactaque compositione quævis hominum & animalium formæ ex iis componi possunt, quæ tanquam aliquid rarum servantur, sique ita alicui lubeat, dissolvi iterum, aliaque forma indui potest.

Secundo. *Lappago latifolia* seu *serrata*, lignosus quoque fruticulus est, inferius digitum crassus, ac mox sese dividens in multos ramos, quibus folia insident solitaria, longis & rotundis in petiolis, suntque ex cordiformi figura triangularia, ab utraque enim parte non procul ab apice brevem gerunt ac prominentem apicem, suntque porro ruditer dentata, ac brevi apice donata, ultra tres quatuorve pollices longa ac lata, per longitudinem tribus nervis ac plurimis transversalibus venis donata seu pertexta, ab utraque parte rugosa, & pilosa, inferius contracta & grisea, superiora minora sunt, nec angulata, sed solummodo cordiformia, nec laciniata, saporis fatui.

Flores

DRIE EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Amboinsche Klisse-kruid.

Van Klitzen hebben wy ook eenige zoorten in Amboina, waar van ik 'er twee geobserveert heb. Te weeten, ten eersten Laciniata, ten tweeden breedbladige, beide van 't geslagte der kleine Klissen.

I. Lappago laciniata *heeft de beste gedaante van Klisszen, het is een houtagtig heesterke, met harde houtagtige stengels, dewelke boven ruig zyn, de bladeren gelyken die van Kattoen wat, in drie hoofdsnibbelen gedeelt, aan de kanten gezaagt, en ruig in 't aantasten.*

Aan de voorste steelen langs heen, wast het digt vol kleine langwerpige Klissen, vooren een weinig plat, rondom met lange weeke stekels bezet, waar van ieder voor aan een weerhaakje heeft, bruin van couleur. Binnen hebben ze eenige harde huisjes, daar klein zaad in legt. De Klitzen kleeven met de weerhaakjes zoo vast aan malkander, en aan de kleeren, ja zelfs aan de bloote vingeren, dat men ze zonder scheuren kwalyk afbrengen kan.

Naam. *In 't Latyn* Lappago laciniata; & Nussalaviensis; *De Nussalauwers noemen 't* Wotel *en* Wotele.

Plaats. *Men heeft het tot nog toe nieuwers gevonden dan op 't Eiland Nussalau, alwaar het in de ligte bossen, en op kale bergen wast, niet op strand, maar schier midden in 't land.*

Gebruik. *Het heeft geen ander gebruik, als dat men de vrugten of Klissen van de steelen afschrapt, en tot zeeker kortswyl bewaart, want door geschikte zamenzettingen kan men alderhande gedaantens van menschen en dieren daar van maken, die men tot een rariteit bewaart, en als men wil, kan men ze wederom verbreeken, en een andere gedaante daar van maken.*

II. Lappago latifolia *is ook een houtagtig heerserke, beneden een vinger dik, en straks in veele takken zig verdeelende, daar aan staan de bladeren enkeld, op lange ronde steelen, dezelve zyn uit den hertformigen driehoekig, te weeten aan wederzyde niet verre van de spits een kort uitstekent hoekje hebbende, en voorts grof getant, met een korte spitze, ruim drie en vier duimen lang, en ook zoo breed, in de lengte met drie zenuwen, en veele dwersaderen doorregen, ter weerzyden ruig en hairig, van onderen ook rimpelig, en grys, de bovenste zyn kleinder, en hebben geene hoeken, maar slegts hertformig, dog zonder klooven, smets van smaak.*

De

Flores illos minoris Malvæ referunt, bioboli magnitudinem habentes, ex quinque rotundis petalis constantes, ample extensi, & ante meridiem aperti sunt, in centro flava gerentes stamina cum similibus antheris, coloris læte purpurei.

Fructus sunt lappulæ, magnitudine granorum Piperis, tres, sed plerumque quinque simul junctæ, curtis, sed firmis spinis armatæ, quæ tamen nullos notabiles præbent hamos, laxe vestibus adhærentes, quævis interne durum fuscumque continet officulum. Radix ample dispersa est, lignosa, & fibrillosa.

Nomen. Latine *Lappago Amboinica*, ac prima species *Laciniata*, sive *Nussalaviensis*; secunda *Latifolia* seu *Serrata;* Malaice *Ampulat pulat* & *Pulot*; Amboinice *Hutta urutta*, h. e. *Herba viscosa*; Javanice *Puluttan.*

Locus. In campis crescunt & levibus collibus, sed potissimum in litore, ac prope areas ædium etiam proveniunt.

Usus ejus nullus alius innotuit, nisi quod radices secundæ speciei in difficili partu adhibeantur aquæ incoctæ & propinatæ, recentes & contusæ radices cum Pinanga etiam masticantur. Ad levia quædam vulnera, per sectionem vel cæsionem contracta, recentia ejus sumuntur folia, quæ in ore masticantur cum pauxillo Zingiberis, si ad manus sit, vulneribus inpone ea, unde siccantur & curantur.

Chirurgus quidam diu in Zeylona versatus mihi declarabat, a Malabarensi quodam didicisse tanquam arcanum, radicem nempe primæ seu laciniatæ speciei esse specificum remedium contra morsus venenatissimi etiam serpentis.

Tertia insuper species est, in silva crescens, integra gerens folia, lanuginosaque, ejus flosculi pusilli sunt & flavescentes. Lappulæ pusillæ etiam sunt supra sese invicem erectæ, seu spicatæ, nec multum adhærent.

Cum his convenit Malabarensium *Uren* in *Hort. Malab.* descriptum *part.* 10. *fig.* 2. quod commentator *Commelinus* habet pro *Alcea Malabarica*, ubi nullæ aliæ ipsi tribuuntur virtutes, nisi quod ejus radix adhibeatur in olei præparatione.

A *Jacobo Breynio* etiam describitur *Centur.* I. *Cap.* 35. sub nomine *Trifolio affinis Indiæ Orientalis Xanthii facie*, ac Malaico nomine *Daun lacat lacat*, h. e. *Folium viscosum*, sed flores ibi desiderantur.

De bloemen zyn als die van kleine Maluwen, zoo groot als een dubbeltje, van vyf ronde bladeren gemaakt, wyd uit gebreid, en staan voor de middag geopent, in de midden met geele draden, en diergelyke noppen, ligt-peers van couleur.

De vrugten zyn kleine Klissen, in de grootte van Peperkorrels, drie, dog meest vyf by malkander gehoopt, met korte dog styve doorntjes, dog zonder zienlyke weerhaakjes, slappelyk aan de kleeren klevende, binnen is in ieder een harde bruine korrel. De wortel is wyd uitgebreid, houtagtig, en vol vazelingen.

Naam. *In 't Latyn* Lappago Amboinica; *de eerste zoorte* Laciniata, five Nussalaviensis; *de tweede* Latifolia; *in 't Maleits* Ampulat pulat *en* Pulot; *in 't Amboins* Hutta urutta, *dat is* kleevent kruid; *op Java* Puluttan.

Plaats. *Zy wassen in 't veld en op ligte heuvelen, dog meest op strand, en komen ook genoegzaam by de erven in de huizen op.*

Gebruik. *Daar is anders niets van bekent, als dat men de wortelen van de tweede zoorte by een harde geboorte gebruikt, als men de zelve in water kookt, en drinkt, ook de versche en gekneusde wortelen met Pinang kauwt. Tot alderhande ligte wonden, die men door snyden of kappen krygt. Neemt versche bladeren, kauwt ze in de mond met wat Gember, zoo men 't by der hand heeft, bind het op de wonde, dat droogt en geneest.*

Zeker Chirurgyn langen tyd op Ceylon gewoont hebbende, verzekerde my van een Malabaar voor een secreet geleert te hebben, dat de wortel van de eerste of gekerfde zoorte een zouverein tegenmiddel zy tot de beete van de alderverwynigste slang.

Daar is nog een derde zoorte, in 't bosch met heele bladeren, die wolagtig zyn, de bloempjes zeer klein en ligtgeel. De Klissen zyn zeer klein, staande boven malkanderen in aairen, en kleeven niet veel.

Hier mede komt over een het Malabaarse Uren *beschreeven in* Hort. Malab. part. 10. fig. 2. *het welk den* Commentator Commelinus *houd voor een* Alcea Malabarica, *alwaar hem geen andere kragten werden toegeschreeven, als dat men de wortel gebruikt by het maken van Olie.*

Ziet het mede beschreeven by Jacob. Breyn Cent. I. Cap. 35. *onder den naam van* Trifolio affinis Indiæ Orientalis Xanthii facie, *met den Maleitsen naam* Daun lacat lacat, *dat is* Kleef-blad, *dog zonder bloem.*

OBSERVATIO.

Hæc est *Urena* foliis angulatis, *H. Cliff. pag.* 348 & Urena Sinica, Xanthii facie *Dillen. H. Eltham. pag.* 430. quem vide ut & *H. Malab. Tom* 10. *Tab.* 2. & est *Alcea* Indica floribus roseis parvis, fructibus parvis, quinque partitis, hispidis, lappaceis *Thes. Zeyl. pag.* 9. ubi vide reliqua.

AANMERKING.

Deze is de *Urena* met hoekige bladeren, in de *H. Cliff. pag.* 348. en de Chinese Urena in gedaante van de Xanthium, by *Dillen.* in de *H. Eltham. pag.* 430. welke ziet, als mede de *H. Malab.* 10. *deel*, *Tab.* 2. en is de Indische *Alcea* met roosvormige kleine bloemen, en kleine in vyf gedeelde ruige vrugten, in de *Thes. Zeyl. pag.* 9. alwaar het overige ziet.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Halicacabus Indicus. Daun copo copo.

Halicacabus in India quoque notus est, ab Europæo haud multum differens, excepto quod omnibus suis partibus sit minor, in binas vero dividitur species, in majorem seu albam, ac minorem seu Halicacabum nigrum.

Primo. *Major alba* species ad binorum pedum altitudinem crescit, licet ejus rami quatuor pedum longitudinem adquirant, non erecti, sed inclinantes, inregulariter in laterales distincti ramos, prope majorem caulem nodum formantes, ubi unus alterve lateralis excrescit ramulus, tali ordine, ut si unus nodus ramulum adtollat, alter subsequens hos dimittat ad latera, ac sic porro eodem modo, quo *Mirabilis* supra libro octavo descripta.

Caules ejus sunt inregulares, & angulosi, quidam binis, alii tribus acutis dorsis distincti, firmi, & lignosi.

Folia cum illis Bliti conveniunt, inferius latissima, in longum desinentia apicem, inæqualis magnitudinis, ad nodos enim simplicia sunt, ac tres pollices longa, binos digitos lata, paucis obliquis costis transversalibus distincta, flaccida & mollia, sed non lanuginosa. Alia

VIER EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Indische Kriek over Zee.

DE Halicacabus *is in Indien ook bekent, van den Europischen niet veel verschillende, behalven dat hy aan alle zyne deelen kleinder is, en verdeelt in twee zoorten, in groote of witte, en kleine of zwarte.*

I. *De* Groote witte *zoorte groeid twee voeten hoog, hoewel de takken vier voeten lang werden, niet over eind staande, maar bukkende, ongeschikt, in zydetakken verdeelt, by haren hoofdsteel een knie makende, daar een of twee zydetakjes uitkomen, met zoodanige ordre, dat als de eene knie zyn takjes opwaarts geeft, het naastvolgende de zynen ter zyden uitschiet, en zoo vervolgens op de manier als de* Mirabilis, *boven* Lib. 8. *beschreeven.*

De steelen zyn ongeschikt, hoekig, zommige met twee, zommige met drie scherpe ruggen, styf, en houtagtig.

De bladeren gelyken na die van Blitum, agter breed, in een lange spitze toeloopende, zeer ongelyk van grootte, want aan de knien staan zy enkeld, drie duimen lang, twee vingers breed, met weinige schuinze dwarsribben, slap en zagt, dog niet wolagtig. De

Fig. 1.
Fig. 2.
A
B

Alia ex alis & in lateralibus ramulis crescentia multo minora sunt. Flosculi ex quinque flavis & stellatis constant petalis. Fructus similes sunt pentagonæ vesiculæ uti in Europæo, sed multo minores, ac baccæ in iis latentes non rubent; sed intense lutescunt, seu russæ sunt, saporis aciduli. Radix ample sese dispergit, in lignosas distincta ramificationes cum plurimis fibrillis.

Secundo. *Minor nigra* species multo humilior est, ac caules profert quoque irregulares, obscure fuscos, seu nigricantes. Folia etiam multo minora sunt, molliora, & lanuginosiora prioribus, ac ipsorum costæ aliquid fusci gerunt.

Flores fructusque minores etiam sunt. Baccæ ejus flavescunt, ac saporis magis aciduli prioribus.

Nomen. Latine *Halicacabus Indicus*; Malaice *Daun copo copo*, & *Loto loto*, quidam etiam eum vocant *Daun boba*, h. e. herbam variolarum. Ternatice *Dotaga*; Portugallice *Bredo patassi*; a sonitu vesicularum, quum fronti allidantur.

Locus. Amat crescere in arenosis locis, in desertis hortis, & ad planas fluminum ripas.

Usus. Aliis miscetur oleribus, ut & medicamentis, contra variolas ad eas expellendas præsertim infantum, si talibus misceantur, quæ supra *libr.* 9. in *Vita alba* commemorata sunt.

Bontius Lib. 6. *Cap.* 53. dicit, Sinenses hos edere fructus, uti Poma amoris instar Lactucæ. Recens foliorum succus adsumptus dolores sedat inflammationis renum & vesicæ, item in Gonorrhæa virulenta, qui dolores hic vehementiores sunt quam in Europa.

Halicacabus peregrinus sic dictus, parva gerens incisa instar *Petroselini* folia, parvasque rotundas baccas, semi albas ac semi nigras in vesicula contentas, in Amboina a me quoque detectus fuit in Hitoes ora, incolis *Utta mabu* dictus, h. e. *Javanorum sajor*, quique ab iis inter olera numeratur, uti & ejus folia ad vestium lotiones etiam adhibentur.

Hujus autem ampliorem descriptionem dare nolo, quum ejus forma satis nota sit in Europæis libris, solummodo addens ejus matura grana perforari, filis adligari, & in amentis instar Perlarum gestari a mulierculis & pueris, ut & similem plantam describi in *Hort. Malab. part.* 10. *fig.* 70 & 71. sub nomine *Inota inodien* & *Pee inota inodien*, quæ species sunt *Halicacabi* serratis foliis, cujus major ac minor species est, quæ a *Commelino* pro speciebus *Solani vesicarii* habentur, & camparantur cum Brasiliensium *Lomario* a *D. Pisone* descripto.

De andere uit den schoot, en aan de dwarstakjes zyn veel kleinder. De bloempjes zyn uit vyf ligt-geele, en gesternde blaadjes gemaakt. De vrugten zyn diergelyke vyfhoekige blaadjes, gelyk aan 't Europische, dog kleinder, en de Karssen daar in schuilende, worden niet rood, maar blyven hoog-geel, of ros, rins van smaak. De wortel is verre verspreid in houtagtige takken, vol vazelingen.

II. *De* kleine zwarte *zoorte blyft kleinder van gewas, en zyne steelen mede ongeschikt verdeelt, donker-bruin, of zwartagtig van couleur. De bladeren zyn nog kleinder, zagter, en wolagtiger dan de voorige, en aan hare ribben ziet men iets bruins.*

Bloemen en vrugten zyn mede kleinder. Zyne Karssen blyven bleek-geel, zynde nog rinzer dan de voorige.

Naam. *In 't Latyn* Halicacabus Indicus; *in 't Maleits* Daun copo copo; *en* Loto loto; *zommige noemen 't ook* Daun boba; *dat is Pokken-kruid; op Ternaten* Dotaga, *in 't Portugees* Bredo patassi; *alles van 't klappen der blaasjes, als men ze tegens het hoofd slaat.*

Plaats. *Het wast geern in zandige plaatzen, verlatene tuinen, en aan vlakke oevers van rivieren.*

Gebruik. *Men mengt het onder andere moeskruiden, item onder Medicamenten, die men inneemt, om alderhande Pokken uit te dryven, inzonderheid de kinder-pokken, gemengt met die dingen, die boven* Lib. 9. *in* Vitis alba *verhaalt staan.*

Bontius Lib. 6. Cap. 53. *zegt, dat de Chineesen deze vrugten eten, gelyk de Poma amoris voor Salade. Het groene sap der bladeren ingenomen, stilt de pyn in de ontsteeking der nieren, en blaas, item in de kwaadaardige Gonorrhœa, hier te lande pynelyker vallende dan in Europa.*

De zoo genoemde Halicacabus peregrinus, *met kleine gesnibbelde bladeren, als* Pieterselie, *en kleine ronde korreltjes, die half wit en half zwart zyn, in de blaasjes beslooten, heb ik in Amboina ook gevonden meest op de Kust van Hitoe, by de Inlanders* Utta mahu, *dat is* Javaanse sajor *genoemt, ook by hun lieden onder de moeskruiden gereekent, gelyk ze ook de bladeren tot het wasschen der klederen gebruiken.*

Dog hier van wil ik geen breeder beschryving maken, om dat zyne gedaante genoegzaam bekent is in de Europische Boeken, alleenlyk doe ik hier by, dat men de rype korrels doorboort, aan een draad rygt, en als Peerle-snoeren draagt, by de vrouwtjes en kinderen, en dat een diergelyke gewas beschreeven wert in Hort. Malab. part. 10. fig. 70 & 71. *onder den naam van* Inota inodien *en* Pee inota inodien. *Zynde zoorten van* Halicacabus *met gezaagde bladeren, te weten een kleine met een groote zoorte, gelyk ze ook van* Commelinus *voor een medezoorte van* Solanum vesicarium *gehouden werden, en vergeleeken met het Brasilische* Lomarium, *van Doctor* Piso *beschreeven.*

Tabula Vigesima sexta

Ad Figuram primam *Halicacabum* exhibet *Indicum minorem*, ubi Litt. A. ejus *fructum vesicularem*, B. ejus *Baccam* denotat, estque *Alkekengi* Indicum, glabrum, Capsici folio. *H. Eltham. pag.* 12. *Tab.* 11. & *Thes. Zeyl. pag.* 10.

Physalis hoc genus *Linnæo* dicitur, cujus alias species vide in *H. Cliff. pag.* 62.

Figura secunda *Halicacabum* sistit *Bacciferum*.

N. B. *Halicacabus peregrinus* supra *Tab.* 24. *fig.* 2. delineatus est, qui *Cardiospermum Linnæo* dicitur in *H. Cliff. pag.* 151. & Cor Indum, sive Halicacabus peregrinus *Thes. Zeyl. pag.* 75. ubi vide reliqua.

De ses en Twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Indische kleine Halicacabus*, alwaar Lett. A. deszelfs *blaasagtige vrugt*, B. deszelfs *Bes* vertoont, en is de Indische gladde Alkekengi, met het blad van de Capsicum, in de *Hort. Eltham. pag.* 12. *Tab.* 11. en in de *Thes. Zeyl. pag.* 10.

Physalis wert dit geslagt van *Linnæus* genaamt, welkers andere zoorten ziet in de *H. Cliff. pag.* 62.

De tweede Figuur verbeelt de *Besdragende Halicacabus*.

N. B. De *vreemde Halicacabus* boven *Tab.* 24. *fig.* 2. afgeteekent, is die geene, welke *Cardiospermum* van *Linnæus* genaamt wert in de *H. Cliff. pag.* 151. & Cor Indum ofte vreemde Halicacabus, in de *Thes. Zeyl. pag.* 75. alwaar het overige ziet.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Halicacabus baccifer. Anty.

Hic *Halicacabus* sese quoque extendit duriusculis & inregularibus flagellis, non vere rotundis, sed planiusculis, uno alterove dorso distinctis, & in amplos articulos divisis, ad quemvis nodum seu articulum hæc tria tanquam in triangulo locantur, in uno nempe angulo simplex folium, illi Bliti simile, sed majus & flaccidius, quatuor & quinque pollices longum, tres latum, foliique petiolus angustas gerit alas, seu tenuiter alatus est, uti & in Blito observatur. In secundo angulo lateralis locatur ramulus, cui folia tam solitaria, quam fasciculata adstant, minora prioribus. Ex tertio angulo tenuis excrescit petiolus in quatuor vel quinque alios minores distinctus, qui omnes deorsum pendent, quorum quisque sustinet flosculum pentapetalum & læte purpureum, qui antheras continet flavas.

Hos insequuntur baccæ rotundæ Pisi formes, sed superne planiusculæ, pentapetalo insidentes pericarpio, glabræ, & splendentes, semper virentes, ac tandem molliusculæ, intus repletæ semine pusillo & plano in aquosa medulla contento, saporis grate aciduli, instar Baccarum Halicacabi.

Foliorum sapor est oleraceus, gratior illo Bliti. Baccæ in omnibus fere conspiciuntur nodis dependentes paulo supra radicem, ubi radix sese mox dividit in plures ramos ample extensos.

Nomen. Latine *Halicacabus baccifer*; Malaice & Baleice *Anty*; Javanice *Ranti.*

Locus. In Amboina raro obcurrit, ac potissimum circa ædes Baleiensium.

Usus. Amboinenses non magnam hujus plantæ habent notitiam. Baleyenses ea multum utuntur ad olus, ac eam præferunt Blito, folia nempe ejus alii admiscent Sajor.

In *Hort. Malab. part.* 8. *fig.* 28. similis describitur planta nomine, *Uliria*; Portugallice *Fruita balsa China*; Belgice *Timpen.* Cum hoc quoque convenit quodammodo *Tsjeria nari nam pulli* in *ejusdem Hort. Malab. part.* 9 *fig.* 86. *Nelen tsjinda* verò *ejusdem Horti part.* 10. *fig.* 73. cum nostro *Anty* melius quadrat, uti & a *Commentatore* vocatur *Solanum bacciferum.*

VYF EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De besdragende Kriek over Zee.

Deze Halicacabus *breid zig ook uit met hardagtige en ongeschikte steelen, mede niet regt rond, maar platagtig, met een of twee ruggen, en in wyde leden verdeelt, aan ieder lid of knie staan schier in een drieboek deze drie dingen, in de eene hoek een enkel blad, dat van Blitum gelyk, dog grooter, en slapper, vier en vyf duimen lang, drie breed, en den steel van 't blad heeft smalle vlerken, gelyk men mede aan het Blitum ziet. Aan de tweede hoek staat een zydetakje, daar de bladeren zoo wel enkeld als verscheiden by malkander staan, kleinder dan de voorige. Uit den derden hoek komt een dun steeltje, in vier of vyf andere verdeelt, alle nederwaarts hangende, ieder dragende een klein vyfbladig en ligt-peers bloempje, daar in men geele noppen ziet.*

Hier op volgen ronde besien als erweten, dog boven wat plat, op een vyfhoekig bordje staande, glad en blinkende, altyd groen blyvende, ten laatsten wat week werdende. Binnen gevult met zeer klein en platagtig zaad, in een waterig merg, aangenaam rins van smaak, regt als de Kerssen van Halicacabus.

De smaak der bladeren is moeskruidagtig, wel zoo goed als die van Blitum. De besien ziet men schier aan alle knien hangen, digt boven de wortel, daar zig de plante straks in takken verdeelt, die wyd uitgebreid staan.

Naam. *In 't Latyn* Halicacabus baccifer; *in 't Maleits en Baleits* Anty; *op Java* Ranti.

Plaats. *Het is in Amboina weinig te vinden, en meest omtrent de woningen der Balyers.*

Gebruik. *De Amboinesen hebben 'er weinig kennisse van. De Balyers gebruiken 't veel tot moeskruid, en liever als Blitum, te weten de bladeren onder andere Sajor gemengt.*

In Hort. Malab. part. 8. fig. 28. *wert een diergelyk gewas beschreeven, onder den naam van* Uliria; *in 't Portugees* Fruita balsa China; *in 't Duits* Timpen; *hier mede heeft ook eenige overeenkomst* Tsjeria nari nam pulli *in* ejusd. Hort. Malab. part. 9. fig. 86. *beschreeven, dog* Nelen tsjindi *in* ejusd. Hort. part. 10. fig. 73. *beschreeven, komt met ons* Anty *beter overeen, gelyk het ook van den* Commentator Solanum bacciferum *genoemt wert.*

OBSERVATIO.

Hæc planta *Solani* species est, vulgari maxime adfinis, unde & convenit cum eo, quod Solanum caule inermi annuo, foliis ovatis angulatis in *H. Cliff. pag.* 60. vocatur, ubi vide reliqua, estque Solanum Indicum vulgari simile, floribus albis parvis, *Plukn. Almag. pag.* 349.

AANMERKING.

Deze plant is een zoort van *Solanum*, aan de gemeene zeer gelyk, waarom ze ook met die overeenkomt, die de Solanum met een jarige gladde steel, en langwerpige hoekige bladeren genaamt wert in de *H. Cliff. pag.* 60. alwaar het overige ziet, en is de Indische Solanum aan de gemeene gelyk, met witte kleine bloemen, van *Plukn. Almag. pag.* 349.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Palmifilix. Pacu utan besaar.

Jam pagos & campos perambulavimus, & sensim devenire incipimus in Amboinensi silva; & montes adscendere, ubi primo nobis obcurrit magna Filicum cohors, in tot distincta species, ut confidam, quamvis insulam peculiarem posse ostendere formam. Non itaque animus est omnes peculiariter describere, sed tantummodo eas, quæ ad meam pervenere notitiam, ad quas puto omnes reliquas referri posse. Sexdecim itaque didici noscere species, quarum quasdam in uno comprehendam capite, breviter eas descripturus, quum plurimæ pauci sunt usus. Hæ sexdecim species sequenti denominantur modo.

1. *Palmifilix* hoc in Capite descripta. 2. *Osmunda*, seu *Filix aquatica.* 3. *Filix esculenta.* 4. *Filix agrestis.* 5. *Lonchitis recta.* 6. *Lonchitis volubilis.* 7. *Dryopteris arborea.* 8. *Dryopteris silvestris.* 9. *Dryopteris campestris.* 10. *Adiantbum volubile triplex.* 11. *Capillus*

SES EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Palmbooms-Vaare.

Wy *zyn nu de Negoryen en het naaste veld gepasseert, en beginnen nu eerst regt in 't Amboins bosch te komen, en de bergen te beklimmen. Daar komt ons ten eerste voor een geheele troep van Vaaren, in zoo veelderlei geslagten verdeelt, dat ik vertrouw, dat ieder Eiland een byzondere gedaante kan vertonen. Het is dierhalven myn voornemen niet, dezelve allegaar te beschryven, maar alleenlyk zoodanige als tot myne kennisse zyn gekomen, waar onder ik betrouw alle de andere gemakkelyk konnen getrokken werden. Ik heb 'er sestien zoorten leeren kennen, van dewelke ik zommige in een hoofdstuk zal begrypen, kort daar over lopende, om dat de meeste van klein gebruik zyn. De sestien zoorten zyn benaamt als volgt:*

1. Palmifilix, *of* Vareboom *in dit Hoofdstuk beschreeven.* 2. Osmunda *ofte* filix aquatica. 3. Filix esculenta. 4. Filix agrestis. 5. Lonchitis recta. 6. Lonchitis volubilis. 7. Dryopteris arborea. 8. Dryopteris sylvestris. 9. Dryopteris campestris. 10. Adianthum volubile

pillus Veneris. 12. *Filix florida.* 13. *Polypodium Indicum majus & minus.* 14. *Phyllitis.* 15. *Scolopendria arborum.* 16. *Filix calamaria.*

Palmifilix maxima ſpecies eſt, quæ nobis non in initio ſilvæ obcurrit, ſed ipſi primum ordinem dare licet, quum maxima & rariſſima ſit herbarum in arborem excreſcens, in tres ſubſequentes diſtincta ſpecies.

Primo. *Palmifilix nigra* rectum generat caudicem, duodecim & ſexdecim pedes altum, usque ad ramorum ortum, plerumque ſupra pedem, infra crus craſſum. Hic caudex miram habet ſubſtantiam, ad illam ligni adcedentem, nullum tamen verum exhibet lignum, ſed conſtat ex ſimplicibus, craſſis, & ex fuſco nigris filis, ſeu nervis, tam firmiter & arcte ſibi inplicatis, ut ligneum referat truncum, ac proinde externe non glaber eſt, ſed ſulcatus, & foveis excavatus, aliisque obductus ſeu concretus foliis aliarum plantarum. Intus gerit cor herbaceum ac ſuccoſum, conſtans ex ſegmentis fuſcarum & nigricantium venarum, ſeu ex ramentis latis compoſitum, quod in detruncatis poſtibus putreſcit, ita ut intus concavus ſit, acſi excavati eſſent poſtes, relinquens multa plana & tenuia ſegmenta, acſi ornamenta eſſent ſcriniorum ex nigro ligno inſtar Ebeni compoſita, quod fit, quia interpoſita herbacea ſubſtantia penitus eſt putrefacta.

Caudex itaque ſeſe dividit ad verticem in duodecim circiter ramos, ſeu potius craſſas & herbaceas pinnas expanſas more *Palmæ Indicæ* ſeu *Calappi*, octo & novem pedes longas, inferius pollicem craſſas, obſcure fuſcas & muſcoſas, ad trium pedum longitudinem nudas, ac pungentibus punctulis obſitas inſtar ſpinularum, reliqua pars nuda & viridis eſt, inferius rotunda, ac ſuperius ſulcata, ſique amputentur, lentum exhibent viſcum. Ab utraque autem parte gerunt duodecim & tredecim alas ſeu pinnas alternatas, unum ac binos pedes longas, quibus foliola inſident digitum longa & lata, alternata. Quodvis folium in multas lacinias diſtinctum eſt, quæ ad nervum medium fere excurrunt, ſuperne glabra & intenſe virentia, ſubtus ruffa arena obſita, in vetuſtis nempe. Tener ſurculus ſeu Cyma pollice craſſior eſt, nuda quoque, ſed inferius parum ſpinuloſa, ſuperius craſſo circinno ornata, uti in cunctis Filicibus, atque Epiſcopi refert baculum lanuginoſum, harumque Cymarum quatuor vel quinque una profert planta, una autem altior eſt altera. Folia per noctem in domo depoſita gravem ſpirant odorem, inſtar Ceratophyti modo e mari deducti, vel inſtar piſcium vetuſtorum. Ex caudice detruncato flavus quoque & viſcoſus exſtillat ſuccus, in molle degenerans Gummi.

Radix eſt craſſa & intricata congeries, ex tenuibus nigrisque fibrillis compoſita, quæ undique ſeſe diſpergunt in orbem ſine primaria radice. Rami inferius foliolis & viſcoſo muſco inveſtiti ſunt usque ad ortum, qui facile abradi poteſt. Quum caudex detruncatur, ex radice alii de novo excreſcunt priore majores.

Secundo. *Palmifilix alba* ſimilem habet caudicem & formam, ſed qui paulo craſſior eſt priore, inferius tenuior quam ſuperius, externe penitus rugoſus & muſcoſus, ex ſimilibus conſtructus nervis, ſed non tam niger aut durus, majusque cor gerit herbaceum. Rami non ſpinuloſi ſunt, ſed ex iis dependent longi mollesque pappi, laterales pinnæ breviores ſunt quam in priore. Foliola vero flaccidiora ſunt, ipſorumque laciniæ magis ſerratæ ſunt, ſubtus non ita arenoſa, ſed abrupta quaſi, ac facile flacceſcunt, nec tam gravem fundunt odorem quam in priore.

Radix ejus congeries eſt intricata ex fibrillis conſtans, facilis eradicatu, quum planta declivis ſit, cæterum ſatis tenax. Cyma ejusdem eſt formæ cum priore, brevior, mollior, rugoſa penitus per iſtos pappos.

Tertio. *Palmifilix poſtium*, ſeu *Pacu tiang* omnium altiſſimum gerit caudicem, ſeptem enim octove orgyas altus eſt, & crus craſſus, ſuperius quoque ſpinuloſus, ſed non ita pungens quam præcedens. Stipes ejus cinereus eſt, pauco obductus muſco, ac ſolidiorem habet ſubſtantiam priore, ſed fallax eſt, ſub molli enim iſto muſco breves ac pungentes latitant ſpinulæ. Folia eandem cum mox præcedente habent formam, tenuia nempe, ad medium diſtincta, ad oras ſubtiliter ſerrata, ac vetuſta, ſubtus arenoſa ſunt, cor herbaceum in hac ſpecie minimum eſt.

Nomen.

bile triplex. 11. Capillus Veneris. 12. Filix florida. 13. Polypodium Indicum majus & minus. 14. Phyllitis. 15. Scolopendria arborum. 16. Filix calamaria.

Palmifilix *is de grootſte zoorte, die ons wel in 't voorſte bos niet voor komt, dog wy moeten haar den voorrang geven, om dat ze de grootſte en zeldzaamſte is, van een ordinaris kruid tot een boom opſchietende, verdeelt in de drie volgende zoorten.*

I. Palmifilix nigra *gewint een regten ſtam, van twaalf en ſeſtien voeten hoog, tot aan den oorſpronk der takken, ordinaris boven een been, beneden een dye dik. Dezen ſtam heeft een wonderlyke ſubſtantie, by is zoo hard als hout, en daar is nogtans geen eigentlyk hout aan, maar van enkelde dikke, en zwart-bruine draden, of zenuwen zoo digt en vaſt door malkander gevlogten, dat ze een bouten ſtam verbeelden, dierhalven van buiten niet effen, maar vol groeven en kuilen, en met andere bladeren bewaſſen. Binnen is een kruidagtig ſappig hert, ook met ſtukken van bruine en zwartagtige aairen of breede ſchilferen doortogen, 't welk in de afgekapte ſtylen afrot, zoo dat ze van binnen hol werden, als of ze uitgeboort waren, nalatende veele platte en dunne ſtukjes, als lyſtjes van eenig kantoor, houtagtig, en zwart als Ebbenhout, zynde de tuſſen-leggende kruidagtige ſubſtantie als t'eenemaal vergaan.*

De ſtam nu verdeelt zig boven in den kruin in omtrent twaalf takken, of veel meer dikke kruidagtige ſteelen uitgebreidt, op de manier als de takken van de Palma Indica *of Calappusboom, agt ende negen voeten lang, agter ruim een duim dik, zwart-bruin en mosatig, drie voeten bloot, en met ſteekende puntjes als doorntjes bezet, de reſt kaal, en groen, van onderen rond, en boven met een vooren, als men ze afkapt, een taaien ſlym uitgevende. Deze hebben aan weerzyden twaalf en dertien wieken, verwiſſelt tegens malkander, een en anderhalf of twee voeten lang, aan de zelve ſtaan de blaadjes, een vinger lang en breed, ook verwiſſelt. Ieder blad is in veele ſnibbelen verdeelt, die ſchier tot de middel-zenuwe toe gaan, aan de bovenſte zyde glad, en hoog-groen, van onderen met ros zand bezet, te weten aan de oudſte. De jonge ſcheute of Cyma is dikker dan een duim, ook kaal, dog beneden wat ſteekelig, boven met een dikke krul, gelyk alle Varen, en verbeelt een Biſſchops-ſtaf, dewelke wolagtig is, van welke ſcheuten men vier of vyf aan een boom ziet, dog de eene hooger als d'ander. De bladeren een nagt in huis leggende hebben een ſterken reuk als Zeeboompjes, die vars uit Zee komen, of meelige viſſen. Uit den afgekapten ſtam vloeit ook een geel en kleverig ſap, dat tot een Gom wert.*

De wortel is een dikke verwarde klomp, van gants dunne zwarte Vaſelingen gemaakt, rondom haar verſpreidende zonder eenige hoofdwortel. De takken zyn agter met kleine blaadjes, en kleverig mos bekleedt, tot aan haren oorſpronk, 't welk zig ligt laat afvryven. Als men den ſtam af kapt, zoo ſchieten uit de wortelen andere op, die al zoo groot werden dan de eerſten.

II. Palmifilix alba, *gewint diergelyken ſtam en fatzoen, dog de ſtam is wat dikker dan de voorige, beneden dunder dan boven, en van buiten gants hairig of mosagtig, van diergelyke zenuwen gemaakt, dog zoo zwart nog hard niet, en heeft een grooter kruidagtiger hert. De takken zyn niet ſteekelig, maar behangen met lange zagte vlokken, de zydewieken zyn korter dan aan 't voorgaande. De blaadjes zelfs zyn ſlapper, en hare ſnibbelen meer gezaagt, van onderen zoo zandig niet, maar afgebroken, verwelken ligt, en zyn zoo ſterk niet van reuk als het voorige.*

De wortel is een verwarde klomp van Vaſelingen, ligt om uit te trekken, als den boom in 't hangen ſtaat, maar anders redelyk vaſt. Het Cyma of uitſpruitzel is van de zelfſte gedaante en fatzoen als het voorige, korter, zagter, en gants ruig van de voornoemde vlokken.

III. Palmifilix poſtium, of Pacu tiang *heeft den hoogſten ſtam van alle, want hy wert zeven en agt vamen hoog, een dye dik, en aan zyn bovenſte mede doornagtig, dog zoo ſteekelig niet als het voorgaande. De ſtam is graauw, met weinig mos bezet, en vaſter van ſubſtantie dan de voorige, dog hy is bedriegelyk, want onder dat zagte mos ſchuilen korte en ſteekelige doornen. De bladeren zyn van fatzoen als de naaſtgemelde, te weten dun, tot de midden toe ingekeept, aan de kanten fyn geſchaart, en de oude van onderen zandig. Het kruidagtige hert is in deze zoorte het kleinſte.*

Naam.

Nomen. Latine *Palmifilix nigra*, *alba*, & *postium*, sic dicta, quod formam Palmæ parvæ, sive Cocciferæ referat, item *Filix arborescens*; Malaice *Pacu utan*, & *Pahis utan*, item *Pacu pobon*; Belgice *Boomvaren*; Amboinice *Myit* & *Haburu*, h. e. pilosum. Prima species peculiariter dicitur *Maburu metten*, h. e. *Pacu nigrum*. Secunda species seu alba vocatur *Haburu puti*, seu *Maa kakiri*, h. e. *Pakoe connivens*, quibusdam etiam *Sasulen*; Ternatice *Tabaculi*; Baleyice *Pacu dibatan*. Tertia species dicitur *Palmifilix postium*; Malaice *Pacu tiang*; Amboinice *Haburu riri ulan*, h. e. *Postis iterativus*, quum ex uno stipite varii postes formari & conquiri possunt.

Paku seu *Pakis* vocant Malayenses proprie unguem seu clavum, item cunctas Filicum species, quum ipsarum folia formam clavi lignei habent.

Locus. Nullibi tam copiosæ sunt hae plantæ, quam in hisce Orientalibus insulis, sed Javæ & Baleyæ non ita obviæ sunt. In cunctis crescit altis silvis, tam in vallibus quam montibus, ubi arbores vagæ sunt, ita ut vera sit silvestris Filix, nec ullo modo ab hominibus transplantari potest, aut circa ipsorum ædes crescere, ita ut multum inpenderim laborem, ac tandem successerit quasdam hujus in meo colere horto.

Usus. Prima seu nigra species ineptum & inelegans habet trunci lignum, ita ut quis diceret nulli inservire usui, sed re ipsa comperitur bonos ac durabiles exhibere postes ad sepes ac paggers, qui tres alios vulgares perdurare possunt, exterior nempe istorum nervorum cortex, internum enim lignum & interjacens caro intra anni spatium putrescit, ita ut concavi sint, exterior vero arbuscula incorrupta est multos per annos.

Hinc a servis multum expetitur, & aliis præfertur lignis, licet haud crassiores sint pede, tertiæ autem speciei trunci aptiores sunt, quum altiores & crassiores sint, sed raro obcurrunt. Ipsorum cyma, antequam circinni sese aperiunt, & a pappis depurati sunt, in frusta conscissa cum pingui coquitur jure, & optimum præbet olus instar tenerorum caulium *Sajor calappa*, libro primo descriptæ.

Christiani Ternatenses porcos suos hac Cyma saginant, quum hanc & tenera folia ipsorum cibo admisceant. Ternatenses iidem herbaceum radicis sumunt cor, quod commiscent cum radicibus *Toxicariæ radicis*, & adhibent contra adsumptum venenum, adcuratiore autem disquisitione comperi, erronee illos hanc herbam habere pro Gagufuru, quum deberent sumere Osmundam subsequentem. Cyma secundæ seu albæ speciei non edulis est, quum parum amaricat, sed ejus varietatis cor, quæ peculiariter *Haburu puti riri ulen* vocatur, sequenti præparatur modo. Caudex binas orygas altus, superius in vertice castratur eximendo ejus cymam, & detruncatione ramorum usque ad binos tresve. Tali modo per binos menses suo linquitur genio, tumque ejus cor ex superiore caudice eximitur, quod coquitur & editur instar medullæ Sagus, quæ *Mëur* dicitur, reliqua trunci pars postibus inservit seu Paggers.

Tertia species aptissima est ad postes, quum minimum gerat cor, & durissimum lignum, quod sensim omnino decrescit, sed superior trunci pars abjicienda est, cujus cor adhuc non satis evanuit, tali modo nostri servi primam adhibent speciem, quæ vulgaris & ad manus est, quæque satis diu durat, sed eo laborat vitio, quod cor computrescens quam maximam formet cavitatem, in qua albæ nidulantur formicæ, ejus surculus seu cyma edulis quoque est.

Vetusti & putridi postes optimum præbent foco lignum, atque ad unam partem accensi per diem ac noctem ignem fovere possunt, ita ut loco cespitum in usu sint, vel uti in Europa sicca Filicum folia adhibentur quibusdam in locis sub vasis destillatoriis.

Ad *Palmifilicem* quoque pertinet *Filix canarina*; Amboinice *Haburu yar lari*, quum plerumque sub Canariis crescat, estque elegans & glabra Filicis species, non in arborem sed in fruticem excrescens, longos emittens ramos, ad septem octoque pedum altitudinem. Laterales rami directe sibi oppositi sunt, non extensi, sed parum conniventes, pedem vel ulnam longi, quorum bini inferiores lateralem habent adpendicem.

Caules

Naam. *In 't Latyn* Palmi filix nigra, alba, *en* postium, *zoo genaamt*, *om dat ze de gedaante heeft van een kleine Palma ofte Cocos boom*; *item* Filix arborescens; *in 't Maleits* Pacu utan, *en* Pahis utan; *item* Pacu pohon; *in 't Duits* Boom-varen; *in 't Amboins* Myit *en* Hahuru, *dat is bairige*; *de eerste zoorte in 't byzonder*, Hahuru puti; *of* Maa kakiri; *dat is leepoogige* Pakoe; *by zommige ook* Sasulen; *op Ternaten* Tabaculi; *in 't Baleis* Pacu dibatan; *de derde zoort hiet* Palmifilix postium; *in 't Maleits* Pacu tiang; *in 't Amboins* Hahuru riri ulan; *dat is* Postis iterativus; *om dat men van eenen struik verscheide stylen kan krygen.*

Paku *of* Pakis *noemen de Maleyers eigentlyk een nagel of spyker*, *als mede alle Varen geslagten*, *om dat hare bladeren de figuur van een houte nagel hebben.*

Plaats. *Zy zyn nergens zoo abundant*, *als in deze Oosterscbe Eilanden*, *dog op Java en Baly zyn ze zo veel niet. Zy wast in alle hooge bossen*, *zoo wel in de valeien als op de bergen*, *daar de bomen wat ydel staan*, *zoo dat het een regte bos-vare is*, *en wil ook geenzints door menschen verplant zyn*, *nog omtrent hunne woningen opkomen*, *zoo dat ik veele moeite daarom gedaan hebbe*, *tot dat het my eens gelukte*, *om eenige bomen in myn tuin op te kweeken.*

Gebruik. *De eerste of zwarte zoorte heeft wel een onzienlyk en leelyk hout aan den stam*, *zoo dat men zeggen zoude tot geen ding ter weereld te deugen*, *egter bevindt men met verwondering*, *dat het goede en durabele stylen geeft tot paggers of heiningen*, *die wel drie anderen van gemeen hout uitharden kunnen*, *te weten de buitenste schorze van de voornoemde Zenuwen gemaakt*, *want het binnenste hert en het tussenleggende vleesch verrot binnen een jaar*, *zoo dat ze hol werden*, *en egter blyft het buitenste boompje onbedorven staan menigte van jaren.*

Hierom werden ze van de Slaven veel gezogt, *en andere houten voor getrokken*, *al zyn ze niet dikker als een been*, *dog die van de derde zoorte zyn hier toe bekwamer*, *als zynde hooger en dikker van stam*, *maar zyn weinig te vinden. Haar uitspruitzel of Cyma*, *eer de krullen open gaan van de vlokken gezuivert*, *en in stukken gesneeden*, *wert met een vette sop gekookt*, *en geeft een goet moes gelyk jonge steelen van* Sajor calappa, Lib. I. *beschreeven.*

De Christen Ternatanen mesten in Ternaten hunne Varkens daar mede, *als zy de scheuten en jonge bladeren onder hunne kost mengen. De zelve Ternatanen nemen ook het kruidagtige hert van de wortel*, *het zelve vermengende met de wortelen van* Radix toxicaria, *en gebruiken 't tegens ingenomen fenyn*, *dog by nader onderzoek bevinde ik*, *dat zy abusivelyk voor Gagufuru dit kruid nemen*, *daar ze behoorden te nemen de volgende Osmunda. De jonge scheut van de tweede of witte zoorte is niet eetbaar*, *om dat zy wat bitter is*, *maar het hert van zyne verandering*, *die men in 't byzonder* Hahuru puti riri ulen *noemt*, *wert aldus toebereidt. De stam*, *welke twee vademen hoog is of minder*, *wert boven in de kruin gekapoent met het uitnemen van zyn Cyma*, *en afkappen van de takken tot twee en drie toe. Aldus laat men hem een paar maanden staan*, *en neemt als dan het palmiet uit den bovensten stam*, *'t welk gekookt en gegeeten wert als het merg van den Sagoeboom genaamt* Mëur. *De rest van den stam dient tot stylen aan Paggers.*

De derde zoorte is de alderbekwaamste tot zulke stylen, *om dat ze het kleinste hert en hardste hout heeft*, *'t welk metter tyd schier geheel en al verwast*, *dog men moet het bovenste van de stam wegsmyten*, *daar 't hert nog te groot is*, *zoo behelpen hen onze Slaven met de eerste zwarte zoorte*, *dewelke by de werken is*, *en aan hen zelfs wel lange duurt*, *maar die foute by zig heeft*, *dat het verrottende hert een zeer groot hol maakt*, *daar in de witte Mieren nestelen*; *zyn Cyma is anders mede eetbaar.*

De oude en verrotte Pagger-stylen geven goed brandhout, *en aan 't eene eind aangestoken zynde konnen een nagt en dag het vuur bewaren*, *zoo dat men ze in plaats van turf gebruikt*, *of gelyk in 't Vaderland de droge vare bladeren gebruikt werden*, *in zommige plaatzen onder de Distilleer-ketels.*

Tot Palmifilix *behoort ook de* Filix canarina, *in 't Amboins* Hahuru yar lari, *om dat ze gemeenelyk onder Canari-boomen wast*, *is een cierlyke en gladde Varen*, *werd geen boom*, *maar blyft een struik met lange takken*, *zeven en agt voeten hoog. De zydetakken staan regt tegens malkander*, *niet uitgebreidt*, *maar wat zamen luikende*, *een voet of een elle lang*, *waar van de twee agterste nog een zydetakje hebben.*

De

B
A

Caules obſcure fuſci ſunt, glabri, & inferius ad mediam partem nudi, atque dein obducti ſunt tenuibus, ac profunde inciſis foliolis fere usque ad medium, ac præterea foliola ipſa ſerrata ſunt, ſuperne rugoſa, inferne glabra. Ejus Cyma & tenera folia edulia ſunt inſtar Sajor Pacu, ſed non tam mollia. Baleyenſes eam vocant *Pacu patis*, h. e. Avium Filix, quum hæ in ea nidulentur. Siccis ejus foliis inplentur pulvinaria uti cum Goſſypio fit.

Tabula Vigeſima ſeptima

Palmifilicem exhibet ob altitudinem per medium ſectam cum ejus *Cyma* A. & foliis explanatis B.

OBSERVATIO.

Hujus Filicis arboreſcentis variæ occurrunt ſpecies apud *Plumier* in tractatu de *Filicibus Americanis*, atque cum hac noſtra proxime quoad foliaturam convenit Filix ramoſa, pinnulis roſtratis *Tab.* 35. exhibita, & Filix arborea ramoſa, caudice non diviſo, pinnulis anguſtis, raris, integris *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 22. & *Ray tom.* 3. *pag.* 92.

De ſteelen zyn donker-bruin, glad, en van onderen tot de helſt toe bloot, zy zyn bekleed met dunne diepgeſnede blaadjes, omtrent tot de helſt toe, en daar en boven de blaadjes zelfs nog gezaagt, aan de bovenſte zyde gefronſt, van onderen effen. Zyn uitſpruitzel en jonge bladeren zyn eetbaar gelyk Sajor pacu, dog verre zoo mals niet. De Balyers noemen 't Pacu patis, *dat is Vogel-varen, dewyl de vogels daar in neſtelen. Met zyn droge bladeren vult men de ſlaapkuſſens als met kattoen.*

De ſeven en Twintigſte Plaat

Vertoont de *Vaare-boom*, om de hoogte door midden geſneden, met deszelfs *ſchoote* ofte *ſpruit* A. en de bladen uitgeeſpreid B.

AANMERKING.

Van deze boomagtige Vaare komen verſcheide zoorten voor by *Plumier* in het tractaat over de Americaanſche Vaaren, en met het onze voor zoo veel de bladeren aangaat het naaſte, de takkige Vaare, met gebekte blaadjes in de 35. Plaat verbeelt, en de takkige boom Vaare, met een ſtronk, die niet verdeelt is, en ſmalle, rare, en heele blaadjes van *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 32. en *Ray tom.* 3. *pag.* 92.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Filix aquatica, ſive Osmunda. Pacu ayer.

Filix aquatica seu *Osmunda* in India quoque reperitur, ſed a noſtrate maxime diverſa, atque poſt priorem maxima eſt omnium ſubſequentium Filicum ſpecierum, ex unica enim radice multos craſſos & ſubrotundos emittit caules, a ſeptem ad duodecim & quatuordecim pedes excreſcentes, ſuperius pollicem ac binos digitos craſſos, nudos, & herbaceos, inferius ad ortum inſtar humeri craſſos, ac ſenſim decreſcentes ad infantis brachium, quique ruffo obducti ſunt muſco, facile abradendo, ſuntque porro extenſi, e quibus transverſaliter excreſcunt quatuor & quinque laterales rami, alternati, non vere extenſi, ſed parum ſurſum conniventes, ulnam vel binos tresve pedes longi, atque ex his alii iterum laterales ramuli ſimilis formæ, ſed palmam vel ſpithamam modo longi.

Una parte duodecim plerumque inveniuntur foliola, flaccida, tenera, glabra, & nigricantia, quinque, ſex, & octo pollices longa, ultra digitum lata, illis vulgaris Filicis fere ſimilia, ſed ipſorum oræ magis parallelæ ſunt, & ſuperius in longum excurrunt apicem, & ad oras ſubtiliter ac vix ſerrata, magisque adunata ſunt reliquis Filicum foliolis, ſaporis aquei non ingrati, nec ſilveſtris, ſed fere oleracei.

Primarii rami ad internam partem plani ſunt, ad inferiorem ſubrotundi, ac diſſecti paucum exſtillant lentum mucum, atque in interiore parte pauca exhibent alba puncta in circulo poſita, vel cum exteriore decurſu parallela. Pinnæ folioſæ ad oras alatæ ſunt, atque foliola ipſa ſuperius nervum medium gerunt protuberantem, inferius non, ac porro ſubtilibus venulis pertexta ſunt.

Radix eſt mira congeries ſupra terram eminens, magnitudine capitis, multis obſita nodis ſeu mammulis, quarum quævis formata eſt ex binis auriculis ſibi adpoſitis, & ad oras dentatis inſtar criſtæ Gallinæ, ſubſtantiæ oleraceæ, coloris terrei ſeu ravi. Inter has aures caules excreſcunt, inferius mollibus obſiti pilis, ſed inferiores, quæ jam caules demiſerunt, dehiſcunt. Inferius autem multas rotundas & craſſas emittunt fibrillas in terram, inſtar funium tenſas, coloris ravi, ſaporis aquei, ſed parum amaricantis & adſtringentis. Superior radicis pars transſecta herbacea quoque eſt, ac ſimilia exhibet puncta, ſeu maculas in orbem fere poſitas.

Caules adulti ex auriculis iſtis, uti dictum fuit, excidunt, quæ ad latera dein deprimuntur, ac ſuperius aliæ denuo progerminant, unde hæc congeries ſenſim capitis bovini magnitudinem obtinet.

SEVEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Water-vaare.

Filix aquatica *of* Osmunda *heeft ook een geſlagt in Indien, van onze Vaderlandſe nog al merkelyk verſchillende, na de voorgaande is zy de grootſte onder alle volgende Varen geſlagten, want ze gewint veele dikke en rondagtige ſteelen uit eene wortel, dewelken van zeven tot twaalf en veertien voeten hoog opſchieten, boven een duim en twee vingeren dik, kaal, en kruidagtig, beneden by den oorſprong zoo dik als een ſchouder, en allenskens toeſmallende tot in de dikte van een kinder arm, met een ros mos bekleed, 't welk men ligt afvryven kan, voorts wyt uit malkander geſpreidt, daar aan ſtaan over dwars vier of vyf zydetakken, verwiſſelt tegens malkander, niet regt uitgeſpreid, maar wat zamen of opwaarts luikende, en elk tot twee en drie voeten lang, aan de zelve weder andere zydetakken in gelyke poſtuur, dog maar een hand of een ſpan lang.*

Aan eene zyde ſtaan omtrent twaalf blaadjes ſlap, teer, glad, en zwart-groen, vyf, ſes, en agt duimen lang, ruim een vinger breed, de gemeene Vare ſchier gelyk, dog hare kanten loopen meer paraleel, van vooren met een lange ſpitze, en aan de kanten fyn of niet geſchaart, en ſtaan ook digter by malkander dan aan de andere Varen, van ſmaak wateragtig, niet onaangenaam, nog wild, maar ſchier moes-kruidagtig.

De hoofdtakken zyn aan de binnenſte zyde plat, aan de onderſte rondagtig, doorgeſneeden geven ze een weinig taaien ſlym uit, en vertoonen van binnen eenige witte puntjes in een ronde kring ſtaande, of met den buitenſten omloop paraleel. De bladdragende ſteelen hebben aan de zyden eenige vellekens als vlerken. De blaadjes hebben de middelzenuwe boven uitſteeken, en van onderen niet, en zyn voorts met fyne adertjes doorweven.

De wortel is een zeldzamen klomp, boven de aarde uitſteekende, in de grootte van een kop, bezet met veele groote knobbelen of mammen, waar van ieder gemaakt is van twee ooren tegens malkander ſtaande, en aan de kanten getant als een hanekam, van ſubſtantie kruidagtig, en aardverwig of wolfs-geel. Tuſſen deeze ooren komen de ſteelen uit, die beneden met weeke hairen bezet zyn, maar de onderſte, daar de ſteelen als uitgevallen zyn, gapen van malkander. Van onderen ſchieten ze veele ronde en dikke vaſelingen in de aarde, die geſpannen ſtaan als touwen, ook wolfs-geel, van ſmaak uit den wateragtige wat bitter en adſtringerend. De bovenſte wortel doorgeſneeden bevint men ook gants kruidagtig, en diergelyke plekken of puntjes ſchier in 't ronde ſtaande.

De ſteelen hun volkomen ouderdom verkreegen hebbende vallen, als gezegt, uit die ooren, dezelve werden dan ter zyden gedrukt, en boven op groeien al weder andere, waar door dezen klomp met ter tyd zoo groot werd als een oſſe-kop.

Ejus Cyma aliquando sex pedum altitudinem adquirit, antequam in folia sese explicet, nec ita penitus circinnata est uti in aliis Filicum speciebus, atque exterius obscure fusca est, ac tota mollibus obducta pilis, interius mollis, porosa, & mucosa.

Hujus mas folium gerit longius, latius, & rugosius, subtus rugosis venis seu striis obsitum, & aliquando ora ejus tantum rugosa est, & nigricans, sed hoc plerumque tantum in vetustis conspicitur foliis.

Nomen. Latine *Filix aquatica*, & *Osmunda Amboinica*; Malaice *Pacu ayer*, & *Pacu besaar*; Amboinice in Hitoea *Halauila*, *Halauela*, *Tebuila*, & *Halau sussuela*, h. e. *Mammaria*; quum radix tuberculis suis mammas quasdam repræsentet. Vocatur quoque *Pola pola halauhe*, h. e. pedis crassitiem obtinens. In Leytimora *Oha lawa*; Ternatice *Gagufuru*, quod nomen etiam, sed inmerito *Palmifilici* tribuitur. Javanice *Pakis catoe*.

Locus. Femina in obscuris crescit ac humidis silvis, in angustis & præruptis vallibus, per quos rivuli decurrunt, & ubi solum est argillosum, nullibi copiosior & pulchrior quam in valle circa montem Sojæ sito, ubi fluvius Elephas aliique suum ducunt ortum, ubi monstrosæ eas vidi magnitudinis, in hortos quoque transplantari potest in loco humido & umbroso, ubi radicis segmentum seu pars deponitur, cui adhærent auriculæ seu mammulæ quædam. Mas crescit in altioribus & ficcioribus locis ad montium pedes.

In Java & Baleya hic frutex in ingentem & ferocem crescit altitudinem ramis expansis, inter quos plerumque ingentes angues, Malaice *Oelar sawa* & *Oelar petola*, ac Baleyensibus *Annipian poetoe* dictæ in orbem ac varios gyros decumbunt, uti putatur & creditur, ad sese refocillandas & refrigerendas, si fuerint in præda.

Usus. In Loehoensi regione femina ad olus adhibetur piscibus adcocta, alii autem Amboinenses eam rejiciunt, quum per coctionem fere tota in mucum deliquescat. In re Medica vires habet refrigerantes cum levi adstrictione. Incolæ radicem vel ejus fibrillas in aqua macerant, & infantes mox in lucem editos ea lavant, non tantum ad eos depurandos, sed uti credunt, ut cito etiam crescerent, quod putant denotari in hac planta per salacem ejus naturam, qua intra tam breve temporis spatium excrescit.

Tenera folia & cyma contusa in aqua etiam macerantur, qua infantes quoque in eum lavantur finem.

Foliorum succo obliniuntur puerorum oculi, variolis laborantium, quos ita refrigerat, ut ibi variolæ non erumpant.

Primaria radix in segmenta dissecta, & cum viridi Katjang cocta, & propinata Paralysin seu Beriberi curat. Radix cum Pinanga alba, debili Siriboa, & pauxillo Zingiberis minoris masticata, ejusque deglutitus succus Hæmoptoëm curat, præsertim quæ a veneno quodam assumpto vel corrosivis rebus fuit orta.

Ternatenses hoc in casu Zingiberem non addunt, fumentes modo crassas fibrillas Gagoefoeræ, sex septemve frusta digiti articulum longa cum septem frustulis radicum *Fete fete*, seu *Radicis toxicariæ*, quæ ad Orientem plagam excreta fuit, hæc simul aquæ incoquunt, ac quotidie matutino tempore cyathum bibunt, aliquando etiam addunt radices *Bonga raja puti* contra quævis adsumpta venena, sed interea bibere oportet Corallii albi decoctum, cum Calappa laut, Coralliis rubris & Ebore, quæ omnia supra porphyritim cum aqua conteruntur, quod experimentum præ reliquis institutum fuit in mercatore Germano in Ternata, qui ab ancilla sua araneis fuerat infectus.

Quum sæpe in declivibus & præruptis crescat locis, vel etiam primaria sua radice supra terram eminet, hinc fit, ut nodosa istius congeries per senium eradicata, instar vetustæ Calappi nucis per terram volvatur. Hæc capita Javani ad cibum præparant sequenti modo, minutim ea radunt, & commiscent cum aqua cineris, ita ut amaritiem extrahatur, macerant dein ea in aqua dulci per viginti quatuor horas, exficcant parum, & de novo ea coquunt.

Folia ejus indomo deposita odorem fundunt gratum per aliquot dies, licet debilem & ad Poelassari adcedentem.

Tabula Vigesima octava

Filicem exhibet *aquaticam*, quæ forte est Filix major, in pinnas tantum divisa, oblongas, angustasque, non crenatas *Sloan. Hist. Jam. tom. I. Tab.* 40.

CAPUT

Zyn jonge scheut werd zomtyds ses voeten hoog, eer hy zig in bladeren opent, en men ziet 'er zoo volkomen krullen niet aan, als aan d'andere Varen, van buiten is ze donker-geel, en geheel met weeke hairtjes bezet, van binnen week, poreus, en slymerig.

Het manneken hier van heeft een langer, breeder, en ruwer blad, van onderen met ruige aderen of strepen bezet, of zomtyds maar met een ruige zoom, zwartagtig, dog dit ziet men meest aan de oudste bladeren.

Naam. *In 't Latyn* Filix aquatica, *en* Osmunda Amboinica; *in 't Maleits* Pacu ager, *en* Pacu besaar; *in 't Amboins op Hitoe* Halauila, Halauela, Tehuila, *en* Halau sussuela; *dat is* Mammaria; *Terwyl de wortel met hare knobbelen eenige mammen verbeeld. Het hiet ook* Pola pola halauhe; *dat is zoo dik als een been. Op Leytimor* Oha lawa; *op Ternaten* Gagufuru; *welke naam ook ten onregte aan de* Palmifilix *gegeeven werd. Op Java* Pakis catoe.

Plaats. *Het wyfken wast in donkere vogtige bossen in enge en style en valleyen, daar de rivieren doorloopen, en een kleiagtige grond is, nergens meer en schoonder dan in de valleye, rond om den berg van Sajor gelegen, daar den rivier Olyphant en anderen ontspringen, alwaar ik ze van monstreuse grootte gezien hebbe, men kan ze ook in de tuinen aan een vogtige en schaduwagtige plaats verplanten, daar men een stuk van de wortel heen zet, waar aan eenige ooren of mammekens zyn. Het manneken wast op hooge en drooge plaatzen, in 't hangen der bergen.*

Op Java en Baly wert dezen struik zeer groot en woest, met uitgebreide takken, waar tussen men gemeenelyk de groote slangen, in 't Maleits Oelar sawa *en* Oelar petola, *in 't Baleits* Annipian poetoe *genaamt, met haar bogten rusten ziet, zoo men meent om haar te verkoelen, als zy op de jagt geweest zyn.*

Gebruik. *Op het Loehoese land gebruikt men het wyfken tot moeskruid by vissen gekookt, dog andere Amboineesen nemen het niet aan, om dat het door kooken schier geheel en al tot slym wert. In de Medicynen heeft het verkoelende kragten met een kleine adstrictie. De Inlanders nemen de wortel of hare vazelingen, weeken de zelven in water, ende wasschen daar mede de jong-geborene kinderen, niet alleen om te zuiveren, maar ook na haar geloof, op dat zy haastig zouden opschieten, 't welk zy vermoeden door den grooten drift, waar mede deze plante zoo schielyk opschiet, afgebeeld wert.*

De jonge bladeren en scheuten kneust men ook in water, en wast de jonge kinderen daar mede tot den voorschreeve einde. Met den sap der bladeren bestrykt men de kinderen de oogen, die de kinder-pokken hebben, die dan dezelve verkoelt, dat de pokken daar niet uit en slaan.

De groote wortel in schyven gesneeden, met groene Katjang gekookt, en gedronken geneest de Lammigheid of Beriberi. De wortel met witte Pinang, laffe Siriboa, en een weinig kleine Gember gekauwt, en den sap ingezwolgen geneest het bloedspouwen, inzonderheid dat van eenig ingenome fenyn of corrosive dingen komt.

De Ternatanen laten hier in de Gember uit, nemende slegts de dikke Vazelingen van hun Gagoefoeroe, ses of zeven stukjes van een lid lang met zeven stukjes wortelen van Fete fete *of* Radix toxicaria, *die na 't Oosten gegroeit zyn, koken die in water, en drinken dagelyks 's morgens een theekopje daar van, zomtyds ook daar by doende de wortelen van* Bonga raju puti, *tegens alderhande ingenomen venyn, dog tussen beiden moet men drinken wit Kalbahaer, Calappa laut, roode koralen, en yvoor, alles op een ruigen steen met water gevreeven, zynde dit onder anderen geprobeert aan een Duits Koopman in Ternaten, die van zyne Meid met spinnekoppen vergeven was.*

Dewyl 't dikwils aan hangende en afgebrooken plaatzen, of anders met de hoofdwortel boven de aarde staat, zoo gebeurt het, dat den knoestigen kop in den ouderdom uitgewortelt wert, en als een oude Callappus langs de grond rolt. Deeze koppen bereiden de Javanen tot de kost aldus, zy schrapen ze klein, knedenze met Aswater, op dat de bitterheid daar uit komt, verschenze dan weder uit met zoet water een etmaal, droogen ze wat, en kookenze nog eens.

De bladeren in huis gelegt ruiken eenige dagen lieffelyk, hoewel slap na 't Poelassari trekkende.

De agt en Twintigste Plaat

Vertoont de *Water-vaaren* plant, welke mogelyk is de groote Vaaren, in langwerpige, smalle, en met getande bladen, slegts verdeelt van *Sloan. Hist. Jam. tom. I. Tab.* 40.

AGT

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Filix esculenta, sive femina. Sajor pacu.

IN binis subsequentibus capitibus duas vulgares agrestes Filicum species describemus, atque primo hoc in capite Feminam, quæ usitatissima & edulis est, ac dein in subsequenti marem.

Filix esculenta, sive *Fœmina*, vulgo *Sajor pacoe* dicta, h. e. Filix edulis per excellentiam, supra enim aliæ memoratæ sunt species, ac plures subsequuntur, quarum pars quædam edulis, estque hæc vulgari nostrati feminæ quodammodo similis, quoad mollitiem & glabritiem, sed quoad foliorum formam nostrati mari similior est, aliquando autem est monoclonos, aliquando polyclonos. Monoclonos hic frutex est primo, quum erumpit, nec ultra binorum pedum altitudinem obtinet, plures enim tum caules sibi adunati unica ex radice progerminant, inferius pennam, ac superius culmum crassi, ad internam partem sulcati, exterius rotundi, inferius ex viridi fusci, seu nigricantes, parumque rugosi, superius pallide virentes & glabri, utrimque folia expansa sunt, plerumque sibi obposita, superiora parum sæpe differunt cum inpari extremo, peculiaris formæ, latiora & longiora reliquis, & inferius oris protuberantibus, quæ in nova excrescunt foliola.

Cætera vulgaris sunt Filicum formæ, quinque pollices longa, ultra digitum lata, ad oras rotunde dentata, læte virentia, glabra, ac fere splendentia, subtus multis protuberantibus ac transversalibus costis pertexta, atque in longum terminantur apicem. Prima ejus cyma superius circinnum format convulutum instar vermis, ejusque caulis inferius parum pilosus est.

Hæ caulium collectiones sese sensim supra terram adtollunt, ac brevem formant stipitem, ex simplicibus, crassis, firmis, & nigricantibus compositum filis, oblique & intricate decurrentibus instar venarum palmæ manus ac pedis, ad crassitiem pollicis vel binorum digitorum & altitudinem manus, illorum vero folia inferiora unicam modo gerunt pinnam, sed subsequentia ex centro exeuntia ad altitudinem trium ac quatuor pedum, in laterales sese dividunt pinnas, utrimque tres quatuorve sibi directe obpositas, pedem vel ulnam altas, in hisce lateralibus pinnis foliola ejusdem locantur formæ atque ordinis, uti supra dictum fuit, sed paulo minora sunt.

Folia tenerrima sunt, flaccida, ac mox flaccescunt, quum abrumpuntur, talique modo esui apta censentur, vetustiora autem sensim duriora sunt, rugosiora, & magis obscure virentia, quæ tamen non esculenta sunt. Tenerorum foliorum sapor Filicinus est, sed fatuus, oleraceus, & cum quadam mucilagine.

Radix est congeries intricata ex nigricantibus composita filis & fibrillis, quæ late sese dispergunt, nec terræ firmiter inhærent, hic & illic novas producentes plantulas, directe autem sub frutice hæc congeries solida est, externe lignosa & fibrosa, interne herbacea. Aliquando eam plantavi in horto meo loco arenoso & humido, ubi hæc Filix caudicem formabat infantis brachium crassum, ac binos pedes altum, ex similibus nervis compositum, quique rugosus est, ac foveolis distinctus, retinens folia in solitariis pinnis, donec ter ea deposuerat, dein laterales emittebat pinnas.

Ex hoc stipite octo subsequentes herbæ aliquando successive, sæpe etiam simul progerminabant, quæ in eodem quidem crescebant horto, sed quarum quædam satis remote distabant, cujus rei nullam aliam dare possum rationem, nisi quod ventus ipsarum semen in muscosum stipitem inpulerit, quod in ipsius foveolis fotum ibi progerminavit: ac subsequentes erant.

Primo. Paraphyas ejusdem Filicis ad latus excrescens, sed parum a matrice diversa, ipsius enim caules nigri erant & glabri, pedem fere longi, quibus folia sibi obposita insidebant fere ejusdem cum matrice formæ, sed breviora, ac tria inferiora paria foliolum gerebant tanquam adpendicem. Postica folii pars profunde incisa erat usque ad nervum medium, reliqua integra erant, & inlongum terminantur apicem, glabra porro nec rugosa, atque ejusdem saporis, mihique vocatur hæc *Filix* e *Filice*.

Secundo.

AGT EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De eetbaare Vaare.

IN deze twee naastvolgende Hoofdstukken zullen wy de twee gemeene veldzoorten van Varen beschryven, en daar van eerstelyk in dit Hoofdstuk het wyfke, als zynde het gebruikelykste en eetbaar, en daar na in 't volgende het manneke.

Filix esculenta sive Fœmina *in 't gemeen* Sajor pacoe *genaamt, dat is eetbare Varen door uitnementheid, want boven nog eenige andere verhaalt zyn, en nog meer volgender, waar van men ook iets eetbaars heeft, is onze gemeene vare wyfken wat gelyk aangaande zyne weekheid en gladdigheid; maar aan gedaantens van bladeren is het ons Varen manneken gelyker, het is zomtyds eensteelig, zomtyds veelsteelig. Eensteelig is den struik, voor eerst, als hy opschiet, en niet boven twee voeten hoog is, komende veele steelen digt tegens malkander staande uit eene wortel, beneden een schaft, en boven ruim een stroohalm dik, aan de binnenste zyde gevorent, buiten rond, beneden uit den groenen bruinagtig, of vuil-zwart, en wat ruig, maar boven ligt-groen, en glad. Terweerzyden staan de bladeren uitgebreid, meest tegens malkander, of de voorste een weinig verschillende met een voor uit, van een byzonder fatzoen, breeder en langer dan d'andere, en agter met uitstekende hoeken, die tot nieuwe blaadjes werden.*

De anderen zyn van bekende Varen fatzoen, vyf duimen lang, ruim een vinger breed, aan de kanten rond getant, blyde-groen, glad, en schier blinkende, van onderen met veele uitsteekende dwersribbekens doorregen, en eindigen in een lange spitze. Zyn eerste scheute maakt boven een krul in malkander gerolt als een worm, en zyn steel is beneden wat hairig.

Deze vergaderinge van steelen verheffen hen allenskens boven de aarde, en formeeren een korten stam, van enkele dikke styve, en zwartagtige draden gemaakt, schuins en verwert door malkander loopende, gelyk de aderen aan s'menschen hand, en voeten, een duim of twee vingers dik, en een hand hoog, waar aan de onderste bladeren nog al eensteelig zyn, maar de volgende uit de midden voortkomende tot de hoogte van drie of vier voeten verdeelen hen in zydetakken, drie en vier terwederzyden, regt tegens malkander, een voet of een elle hoog, aan deze zydetakken staan de blaadjes in de zelve fatzoen, en order, gelyk boven gezegt is, of een haartje kleinder.

De bladeren zyn zeer teer, slap, en verslenzen straks, als men ze afbreekt, en zoo lange ze zoodanig zyn, agt men ze tot het eeten bekwaam, maar de ouden werden allenskens harder, ruiger, en donker-groender, die men dan niet en eet. De smaak van de jonge bladeren is wel Varenagtig, egter laf, en moeskruidagtig met eenig smeerigheid.

De wortel is een verwerde klomp van zwartagtige draden, en vazelingen gemaakt, die zig verre verspreiden, en niet vast in de aarde houden, hier en daar nieuwe plantjes voortbrengende, dog regt onder den struik is deze klomp wat masief, buiten houtagtig en dradig, binnen kruidagtig. Ik heb ze zomtyds in mynen tuin geplant, op een zandige en vogtige plaatze, daar deze Vare een stam verkreeg, een kinds arm dik, en twee voeten hoog, van diergelyke zenuwen gemaakt, ruig, en vol kuilen, behoudende de eensteeligs bladeren, tot dat hy driemaal dezelve verwisselt had, daar na begon hy eerst zydetakken te krygen.

Aan den stam kwamen vervolgens en dikwils te gelyke de navolgende agt kruiden daar uit, die wel mede in de zelve tuin stonden, dog zommige wat vry verre daar van af, waar van ik geen andere reden kan geven, dan dat de wind het zaad der zelver tegens den mosagtigen stam moet aangevoert hebben, die in dessels kuiltjes gevat, en voorts uitgesproten zyn. Zy waren deze.

1. *Een bygewas van de zelve Varen regt ter zyden uitkomende, dog een weinig van de moeder verschillende, want de steelen waren regt zwart, en glad, schier een voet lang, daar aan de bladeren tegens malkander stonden, schier van de zelfste fatzoen als de moeder, dog korter, en de drie agterste paren hadden nog een klein blaadje, agter aangewassen. De agterste helft was diep gesneeden tot de middelzenuwe toe. De rest was ongesneeden, en eindigde in een lange spitze. Voorts glad, zonder eenige ruigte, en van dezelve smaak zynde, by my genaamt* Filix e Filice.

2. Een

Secundo. Gramen parvulum, ut puto speciei, quæ supra vocata est *Gramen aciculatum*, foliolis minimis, sed nullum proferens semen. Tertio. *Sonchus Amboinicus*. Quarto. *Herba sentiens*. Quinto. *Crusta terræ*, seu *Caranassi* minus. Sexto. *Prunella alba rotunda*. Septimo. *Esula esculenta*. Octavo. *Senecio Amboinicus*.

Nomen. Latine *Filix esculenta*, sive *Fœmina*; Malaice *Sajor pacu*; Javanice & Baleice *Paku* & *Pakis*; Amboinice *Uttawäa*, *Uttawäu* & *Baso*; Ternatice *Pakis*; Sinice *Koæ tzayn*.

Cunctæ Filices nomen *Pacu* obtinuerunt a folii seu pinnæ forma, quæ si adcurate conspiciatur solitaria, clavum ligneum refert, sed Europei eas denominant ex tota folii pinna, cujus forma alam refert avis ingentis, unde & Græci eas vocant πτέρις. Germani eas vocant *Farnkraut* a plumis. Latinum nomen *Filix* ortum ducere videtur a Græco φύλλον, h. e. folium, quum tota planta nil nisi folia conspicienda præbeat, uti & certa quædam species *Phyllitis* vocatur.

Locus. *Sajor pacu* potissimum crescit in locis arenosis, humilibus, & lapillis mixtis, ac proinde ubique reperitur ad fluminum ripas, & in humidis Sagus silvis, ubi solum est arenosum, & non cænosum. In hortis etiam plantari potest, sed non in locis pinguibus, tum enim perit vel tabescit, qui itaque eam expetit vegetam, ac sæpius tenera ejus ac pinguia desiderat folia, oportet eam locare in angulo separato, vel sub stillicidio tecti in solo humido & arenoso, ubi tum adeo multiplicatur, ut quidam ejus surculi extrahendi sint.

Usus. Tenera & mollia harum specierum folia omnibus harum insularum incolis celebre sunt olus, præsertim in silvis, ubi ea involvunt viridi arundi Bamboes, tam sola, quam aliis mixta oleribus cum pisciculo vel squilla, quam in fluvio capiunt, ac simul supra ignem coquunt. Ex istis foliis ac cyma præstans quoque componi potest Lactuca, tam sola quam aliis mixta herbis lactuceis, qui cibus inprimis gratus est iis, qui ex mari adpellunt, refrigerat enim modice, & alvum laxat, præsertim si superbibatur vinum arboreum.

Hinc adparet virium ingens varietas, quæ inprimis caussatur ex regionum climate, quis enim in Europa auderet quandam Filicum speciem loco Lactucæ adhibere, quum hæc Indica Filix innoxia & grata sit herba oleracea, licet non facile quis Europæorum eam audeat edere, antequam ab alio id vidit peractum, quum Filices apud nos tam male audiant.

Oportet autem in collectione rite noscere hoc *Sajor pacoe*, optimum enim censetur, quod ad fluminum ripas & in Sagus silvis crescit, atque parum nigrescit in caulibus, ubique glabrum est & splendens, exceptis teneris circinnis seu cyma, qui inferius parum rugosi sunt, ita ut ejus forma bene perspecta sit, quum multi reperiantur incolæ, ac præsertim peregrini servi, qui pravas pro vera conligunt species, ac præterea sciendum est, non omnibus nec semper conducere personis, multi enim esu hujus Lactucæ nimis laxam gerunt alvum, unde & vetita est Diarrhæa laborantibus, sic etiam nulli crudi fructus huic superedendi sunt, qui corruptum faciunt chylum, ac facile Dysenteriam caussant.

Europææ quædam mulieres etiam compererunt, vel saltem de hac testantur herba, loco Lactucæ nimis avide comestam, ipsis caussam fuisse abortus, quod tamen vitium non lubens huic inputarem herbæ, quum mihi notum sit, personam istam depravato laboravisse stomacho, quæ neque salutarem digerere poterat cibum, hinc conducit Lactucæ *Sajor pacoe* addere pauca Sinapios folia, Cepam viridem, ac Petroselinum.

Hunc in finem tentavi Sajor pacu in meo plantare horto, ut semper viridis & vegeta ad manus esset herba, quum in campis aliquando pauca reperiatur copia, ob plurimos servos & animalia, quæ id decerpunt continuo, sed comperi non tam præstantem habere saporem silvestri, aut quod soli magis exponitur.

Quam primum folia indurescunt vel siccantur, non amplius decerpenda sunt, tenera enim & cibo apta unguibus a planta dissolvi possunt, quum caules vetusti lignosi sunt, nunquam in cibo adhibendum est, nisi

2. *Een klein grasje, zoo ik gisse van de zoorte, die boven* Gramen aciculatum *genoemt is, met kleine blaadjes als wegtree, dog geen zaad voortbrengende* 3. Sonchus Amboinicus. 4. Herba sentiens. 5. Crusta Terræ *of* Caranassi *het kleine.* 6. Prunella alba rotunda. 7. Esula esculenta. 8. Senecio Amboinicus.

Naam. *In 't Latyn* Filix esculenta, sive Fœmina; *in 't Maleits* Sajor pacu; *in 't Javaans en Baleis* Paku *en* Pakis; *in 't Amboins* Uttawäa, Uttawäu, *en* Baso; *op Ternaten* Pakis, *in 't Chinees* Koae tzayn.

Alle hebben ze den naam van Pacu *bekomen, van de gedaante des blads in 't byzonder bekeken, 't welk na een houte nagel gelykt, maar de Europianen benoemen 't na de gedaante van den geheelen bladdragenden steel, dewelke een wieke of vlerk van een grootte vogel gelykt, waar van ze de Grieken* πτέρις *noemen, de Duitze noemen ze* Farnkraut, *van veeren. Den Latynschen naam* Filix *schynt afkomstig te zyn van het Grieks* φύλλον, *dat is blad, dewyl men aan de geheele plante niet dan bladeren ziet, gelyk ook nog een zekere zoorte* Phyllitis *genaamt wert.*

Plaats. *De* Sajor pacu *wast liefst op zandige plaatzen, daar het laag en met steentjes vermengt is, en dierhalven over al te vinden, aan de oevers van de rivieren, en in vogtige Sagebossen, daar het zandig, en niet slikkig is. Men kan ze ook in de tuinen wel planten, maar men moet ze op geen goed land zetten, nog eenige weldaad daar aan doen, want daar van gaat ze uit, of staat te kwynen, die 'er dan deugt van hebben wil, en dikwils jonge vette bladeren plukken, moet ze in een afgezondert hoek by muuren, of daar den drop van 't dak valt, in een vogtige zandige grond zetten. Daar ze dan zoodanig vermenigvuldigt, dat men zommige spruiten uittrekken moet.*

Gebruik. *De jonge en malze bladeren van deze zoorten zyn by alle deze Eilanders een vermaard moeskruid, inzonderheid in 't bos, daar zy de zelve in een groene bamboes doen, zoo alleen als met andere moeskruiden gemengt, nevens een visje of garneeltje, dat zy in de rivieren vangen, en zoo te zamen over 't vuur koken. Uit dessels bladeren en scheuten kan men ook een goede salade maken, zoo wel alleen, als met andere salaadkruiden gemengt, een kostje inzonderheid aangenaam die geenen, die eerst uit zee komen, want het verkoelt matig, en lakzeert den buik, inzonderheid als men eenige boom-wyn daar op drinkt.*

Hier aan ziet men, wat groot verschil in de kragten toebrengt, de verscheidentheid der landen en des klimaats, want wie zoude in Europa durven bestaan eenige zoorte van Varen tot moeskruid of salade te gebruiken, daar deze Indische Varen een onschadelyk en smaakelyk moeskruid is, hoewel geen Europeaan ligt bestaan zal, daar van te eeten, eer hy 't van anderen ziet voordoen, dewyl de Varen zulken kwaden naam by ons hebben.

Men moet egter kennisse hebben, om dit Sajor pacoe *te verkiezen, waar van men het beste houd, het geene aan de rivierkanten en in de Sagebossen wast, het geene weinig zwart aan zyne steelen heeft, over al glad, en blinkende is, behalven de jonge krullen, die beneden wat hairig zyn, in zomma men moet op zyne gedaante wel letten, dewyle ook veele Inlanders, inzonderheid vreemde Slaven gevonden werden, die verkeerde Vare zoorten voor de regte nemen, en dan moet men nog weten, dat ze niet voor alle personen of altyd dient, want veele door nuttigen van salade al te weeklyvig daar van werden, weshalven zy die geenen verboden is, die aan de buikloop vast zyn, zoo moet men ook geen rauwe vrugten daar onder eeten, dewelke een bedorven geil maken, en ligtelyk een roden loop veroorzaken.*

Zommige Europische vrouwen hebben ook bevonden, of immers zy betigtigen van dit kruid, dat het in salade te gulzig genuttigt, by haar oorzaak gegeeven heeft tot een misval, welke kladde ik egter dit kruid niet gaarne wilde toeschryven, dewyl ik weet, dat die Perzoon een bedorve maag hadde, die zelfs van goede kost letzel kreeg, daarom is 't raadzaam, dat men onder de salade van Sajor pakoe *een weinig mostaart-bladeren, groene Ajuin, en Pieterselie menge.*

Tot dezen einde dan heb ik onderstaan de Sajor pacu in myn hof te planten, om altyd by de werken te hebben, dewyl 't in veld zomtyds schaars te vinden is, wegens meenigte van Slaven en vee, die het geduurig plukken, maar bevond, dat het zoo goed van smaak niet was, als 't geene in 't wild wast, en wel ter zonnen staat.

Zoo draa de bladeren hard werden of rammelen, moet men 't niet meer plukken, want de jonge, en tot de kost bequamer, kan men met de nagels ligt afnypen, daar de oude steelen wat houtagtig werden, gebruikt het ook nooit in

nisi prius sit bene lotum, quum insecta in hoc ova deponant & ipsi figunt. Vetustis ac siccis foliis sub axilla depositis vel adfrictis molestus tollitur sudor atque odor.

J. Bauhini Lib. 37. *Cap.* 1. *Filix glabra*, sive mollis genere convenire videtur cum nostro *Sajor pacu*, nam & illa ramosa est in figura.

Huc quoque alia pertinet species *Filix lanuginosa* dicta, Amboinice *Utta bahuru*, h. e. *Sajor pacu babulu*, quæ frutex est simplices gerens erectos caules, quinque sexve pedes altos, qui nullum formant caudicem instar præcedentis, atque ex nigro ruffescit hæc planta, ipsiusque caules ad internam partem planum formant canalem, in dorso autem subtilem sulcum, magna ex parte glabri, sed inferius prope radicem densa lanugine vestiti sunt, perfecte ovillam lanam referente, coloris ruffi, plurima autem hujus pars ipsi adhæret radici, ad caules autem floccis abstrahi potest.

Radix in medio crassa est, ac stipitem quasi format, undique multis tenuibus fibrillis obductam. Laterales rami directe sibi obpositi sunt, sed anteriores parum differunt, hisce folia insident alternata, digitum circiter longa, & incisa, seu dentata instar *Sajor pacu*, superne & inferne glabra, quam diu tenera, vetusta enim per semen quasi arenosa sunt.

Reperitur hæc species ad & in anterioribus montibus, uti & in vallibus, & ubi altæ sunt ripæ. Ejus cyma est ingens circinnus, uti in aliis Filicibus, palmam fere longus, subtus lanugine obductus, unde caudam refert animalis *Coeskoes* dicti.

Inter omnes silvestres Filicum species hæc aptissima est ad cibum, quam diu nempe folia sunt tenera, ac proximum tenet locum post *Sajor pacoe*, tam cruda ad Lactucam, sed potissimum cocta cum piscibus vel carne instar oleris. Ejus lanugo in aqua elota, & ad solem siccata, Amboinensibus in usu est ad pulvinaria inplenda.

in de kost, dan eerst ter degen in water gespoelt, om dat het ongedierte zyne eiers daar aan heft, of hangt. Met de oude en gedroogde bladeren onder Okzelen gevreeven verdryft men den moeielyken sweet en reuk.

De gladde *ofte* zagte Varen *van* J. Bauhinus *schynt in geslagt over een te komen met ons* Sajor pacu, *want in de figuur is ze ook met takken verbeeld.*

Hier onder behoort een ander zoorte genaamt Filix lanuginosa; *in 't Amboins* Utta hahuru, *dat is* Sajor pacu babulu, *werdende struikagtig met enkelde steelen opschietende, vyf of zes voeten hoog, die geen stam formeeren gelyk de voorgaande, zwart met ros vermengt, aan de binnenzyde een vlakke geut, en op de rugge een subtiele voren, heel glad, maar beneden op de wortel zyn ze met een digte wolle bekleed, en bezet, regt na schaapswolle gelykende, van coleur ros, het meeste deel aan de wortel vast hangende, dog omtrent de steelen kan men ze met vlokken aftrekken.*

De wortel in de midden is dik, en formeert een stam, rondom met veele dunne vezelen behangen. De zydetakken staan regt tegen malkanderen, dog de voorste verschillen wat, daar aan staan de bladeren verwisselt tegen malkanderen, omtrent een vinger lang, en gesnibbelt of gekeept gelyk de bovenstaande Sajor pacu, *boven en onder glad, zoo lang ze jong zyn, want de oude worden van onderen wat zandig.*

Men vindt het aan en op het voorste gebergte, als mede in de valleien, daar hooge oevers zyn, zyn eerste Cyma is een grooten krul gelyk andere Varen, schier een hand lang, van onderen met wolle bezet, waar door 't aan een steert van een Koeskoes *gelykt.*

Onder de wilde Vare-zoorten is dit het bekwaamste tot de kost, te weeten zoo lang de bladeren jong zyn, en heeft den naasten plaats na de voorgaande Sajor pacu, *zoo wel rauw onder zalaad, dog meest met vis of vlees gekookt als een moes, zyn wol in water gewassen, en in de zon gedroogt is by de Ambonesen gebruikelyk, om slaapkussens daar mede te vullen.*

Tabula Vigesima nona

Filicem exhibet *esculentam* seu *feminam Sajor pacu* dictam, quæ proxime cum Parapanna Maravara *H. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 15. convenit.

De negen en Twintigste Plaat

Vertoont de *eetbare Vaare-plant*, ofte het *wyfje Sajor pacu* genaamt, welke het naaste met de Parapanna Maravara van de *Hort. Malab. Tom.* 12. *Tab.* 15. overeenkomt.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Filix Amboinica mas, sive agrestis. Pacu lacki lacki.

Mas seu agrestis *Sajor pacu* species cum nostrate Filice proxime convenit, ac semper monoclonos est, verum altior excrescit femina, ad quatuor nempe pedum altitudinem, nec notabilem format caudicem, ejus caules inferius parum nigricant, seu sordide fusci sunt, sed plerumque pallide virentes, rotundi fere, nec sulcati, ubique rugosi, ac pilis hirti.

Folia ample extensa sunt, magis compacta, & longiora quam in femina, ad tactum rugosa, ac sicca ex flavo virentia, sed sine ullo splendore, sique vetusta, inferiore parte quasi arenosa, saporis ingrati, nec esui apta.

Radix quoque constat ex simplicibus, nigris, & duriusculis fibrillis, firmius terræ infixis, nec surculos proferentibus uti femina, quod neque opus erat, quum vera sit terræ soboles, ubique sponte excrescens.

Nomen. Latine *Filix Amboinica mas, sive agrestis*; Malaice *Pacu lacki lacki.*

Locus. Ubique sponte crescit in sterilibus & incultis locis, in plateis juxta septa, & in agro sub fruticulis.

Usus ejus nullus mihi innotuit, oportet autem eam noscere, ut ab esculenta distingui possit, sed præterea non in uno simul crescunt loco.

Filix urens quoque pertinet ad *Filicem marem*, varios emittens simplices erectos caules, ad pedis aut paulo magis altitudinem, cœruleo virides, seu plumbei fere coloris, & ad tactum rugosos.

Foliola

NEGEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Amboinsche mannetjes Vaare.

Het manneken, *of wilde zoorte van* Sajor pacu, *komt met onze Varen naast over een, en blyft altyd eensteelig, schiet hooger op dan het wyfken, te weten vier voeten hoog, en zet geen zonderlyken stam, de steelen zyn beneden een weinig zwart of vuil-bruin, voorts doorgaans bleek-groen, schier rond, en niet gevorent, over al ruig, en met hairtjes bezet.*

De bladeren staan wyd uitgebreid, digter op malkanderen, en langer dan aan 't wyfken, ruig in 't aantasten, en droog, geel-groen, dog zonder eenige glants, als ze oud werden, aan de onderste zyde zandig, onlieffelyk van smaak, en tot het eeten niet bequaam.

De wortel bestaat mede uit enkele zwarte en hardagtige vazelingen, vaster in de aarde houdende, en brengende geene scheuten voort gelyk het wyfken, 't welk ook niet van noden was, vermits het een regt kind der aarden is, over al van zelfs voort komende.

Naam. *In 't Latyn* Filix Amboinica mas, sive Agrestis; *in 't Maleits* Pacu lacki lacki.

Plaats. *Het wast over al van zelfs op dorre ongebouwde plaatzen, op de straten, langs de paggers, en 't veld onder ligte ruigtens.*

Gebruik. *Van zyn gebruik is my nog niets bekent, en men moet het leeren kennen om van het eetbare te konnen onderscheiden, behalven dat ze ook niet op een plaats by malkander wassen.*

Filix urens *behoort ook onder* Varen *het* manneken, *met verscheide enkele steelen opschietende tot een voet of wat meer, blauw-groen, of lood-verwig, en ruig in 't aantasten.*

De

Foliola directe sibi sunt opposita, tenuia, subtilia, dentata, pilosa penitus, seu lanuginosa, quibus facile distingui possunt a cunctis Filicum speciebus, immo ab ipso vulgari Filice mare, cujus nulla tam lanuginosa sunt.

Filix urens vocatur, Malaice *Pacu api*; ac Belgice *Vuur-varen*. In solo crescit duro & argilloso sub sepibus, sed potissimum ex muris, qui ex lateribus coctis exstructi sunt, immo etiam in hortis sub sepibus, sed maxime ubi areæ similibus cinguntur lateribus. Oportet eam noscere, & ab aliis distinguere Filicibus, ut evitari possit ob pravas ejus qualitates, adeo enim urentis & ferventis est naturæ, acsi adfinis esset Aro.

Non tantum in ore ac labia urit, ita ut intumescant, sed si manus per faciem exhalantem fricentur, quibus hæc herba tractata fuit, tum ardor & rubedo in facie sentitur, acsi contritis Capsicis esset confricta.

Quum hunc ardorem aliquis exstinguere velit aqua, vehementior multò evadit, unde locus adfectus cinere fricari debet, vel succo *Hortulanæ Malabaricæ*, quod in me ipso exploravi.

De blaadjes staan regt tegens malkander, dun, subtiel, gekerft, gants hairig of wolagtig, waar aan men ze ligt onderscheiden kan van alle andere Vare zoorten, zelfs van 't gemeene mannekens Vare, waar van geene zoo wolagtig zyn.

Men heet het Filix urens; *in 't Maleits* Pacu api, *in 't Duits* Vuur-vare. *Het groeid op een harde en dorre kleigrond, onder de heggens, dog liefst uit de muren van gebakke stenen gemaakt, zelfs in de tuinen onder de heggens, dog liefst daar men de beddens met diergelyke stenen omzet. Men moet het leren kennen, en van andere Varen onderscheiden om het te konnen myden wegens zyne kwade nukken, en eigenschappen, die het heeft, want het is zoo heet en brandende van natuur, als of 't uit de maagschap van Aron was.*

Het brand niet alleen in de mond en lippen, dat ze opswellen, maar als men ook met de handen over 't sweetige aangesigt veegt, waar mede men dit kruid gehandelt heeft, zoo gevoeldt men den brand, en de roodigheid in 't aangezigt, even als of men met gevreeve Ritsjes gestreeken was.

Als men deze brand met water wil blussen, zoo werd hy nog heviger, daarom men de verbrande plaats met asse vryven zal, met de sap van Hortulana Malabarica, *het welk ik aan my zelfs geprobeert hebbe.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Lonchitis Amboinica. Pacu udang.

Hoc in capite quintam & sextam *Filicum* speciem describemus, quam *Lonchitidem Amboinicam* esse puto, quamque dividimus in *rectam* & *volubilem*, rectaque iterum subdividitur in majorem & minorem, quæ omnes in hoc capite describuntur.

Primo. *Lonchitis Amboinica recta major*, simplices gerit caules, quatuor & quinque pedes altos, ad internam partem maxime sulcatos, cæterum rotundos, firmos, lignosos, sed fragiles, cinerea & arenosa lanugine tectos, quæ abradi potest, intus vero herbacei sunt, intertextis nigris filamentis, quæ detracta albescunt. Tertia caulis pars ad radicem nuda est, reliqua vero pars aucta est utrimque longis, angustis, & extensis foliis plerumque sibi oppositis, a quinque ad octo pollices longis, vix digitum latis, amplis interstitiis, oris æqualibus, & in tenues apices excurrentibus.

Tenera folia non rubent, sed albent, vel pallide virent, ipsorumque apices circinnati seu convoluti sunt. Vetusta folia subtus juxta oras in ordine gerunt obscura seu ruffa puncta, seu verrucas instar aliarum Filicum specierum. Ejus cyma convoluta est instar vermis more Filicum. Omnes caules ad internam partem sulcati sunt, ac prope radicem concurrunt, quæ ex simplicibus constat nigris filis cum innumeris tenuissimis fibrillis, in terra ample sese extendens, & novas producens plantulas, ita ut in ejus centro nil solidi reperiatur.

Nomen. Latine *Lonchitis recta major*; Malaice *Pacu udang besaar*, seu *Puti*; Amboinice *Poppo* seu *Boppo*, & *Utta waba lauila*; Baleyice *Bitbit besaar*; Ternatice *Lage lage*.

Locus. Sponte crescit ad oras silvæ, & ad ripas saxosas fluminum, ut & sub fruticulis, ubi solum est humidum, & ubi aliquando ad viri altitudinem excrescit. In nudis etiam reperitur montibus sub *Schoenantho fatuo* seu *Hulong*, sed quæ non tam bona vel tenera est, quam ubi alia excrescit.

Usus. Tenera folia parum rubentia & flaccida ab incolis coquuntur in vile olus. Baleyenses binas ejus formant species forma non diversas, sed foliorum colore, quarum prima rubra est mox descripta, cujus tenera folia diu rubent; in Amboina vulgaris. Secunda alba est, quæ in Amboina raro reperitur, hæc non rubet, sed ubique alba lanugine tecta est, mollis, & splendens instar serici. Ambæ hæ species ab ipsis in Sajor seu olus coquuntur, sed tantum defectu aliarum herbarum vel cibi.

Secundo. *Lonchitis recta minor*, humilior est, non ultra binos pedes cum dimidio vel tres pedes alta, quatuor vel quinque simplicibus adsurgens caulibus, qui culmi circiter crassitiem habent, ad internam partem

VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Lonchitis.

In dit Hoofdstuk zullen wy de vyf en sesde zoorte van Filix *beschryven, die wy voor een* Lonchitis Amboinica *houden, verdeelen ze in* Recta & Volubilis, *werdende de* Recta *weder onderdeelt in groote en kleine, alle in dit Hoofdstuk beschreeven.*

I. Lonchitis Amboinica recta major, *heeft enkele steelen, die vier en vyf voeten hoog opschieten, aan de binnenzyde merkelyk gegeut, de rest rond, styf, houtagtig, dog breekzaam, met een grauwe en zandige wolagtigheid bekleedt, die men afstryken kan, binnen zyn ze kruidagtig, daar zwarte draden doorlopen, dewelke, gestroopt zynde, wit werden. Het derde deel des steels van de wortel af is bloot, de rest is bezet terwederzyden met lange smalder uitgebreide bladeren, meest regt tegens malkander, van vyf tot agt duimen lang, schaars een vinger breed, met wyde tusseplaatzen, en even kanten, en daar aan zyn fyne spitzen.*

De jonge bladeren werden niet rood, maar wit of bleekgroen, en hare spitzen staan omgekrult, of zamen gerolt. De oude bladeren hebben van onderen langs de kanten in een rye, donkere rosse puntjes of vratjes, gelyk meer andere Varen. Zyn scheute is t'zamen gerolt als een worm, na de manier van alle Varen, alle de steelen zyn binnen gevorent, en stooten t'zamen by de wortel, dewelke uit enkele zwarte draden bestaat, met ontelbare fyne vazelingen behangen, in de aarde zig verre uitbreidende, en nieuwe plantjes voortbrengende, zoo dat men in hare midden niets masiefs vind.

Naam. *In het Latyn* Lochitis recta major; *in 't Maleits* Pacu udang besaar *of* Puti; *in 't Amboins* Poppo *of* Boppo; *en* Utta waha lauila; *in 't Baleits* Bitbit besaar; *op Ternaten* Lage lage.

Plaats. *Het wast in 't wild, aan de kanten van 't bos, aan steenige oevers van rivieren, en ook onder de ruigtens, daar het wat vogtig is, al waar het zomtyds een mans boogten opschiet. Men vindt het ook op kale bergen onder 't* Schoenantum fatuum *of* Hulong, *'t welk zoo goed en mals niet is dan 't vorige.*

Gebruik. *De jonge bladeren, die nog wat roodagtig en slap zyn, werden van de Inlanders gekookt tot een slegt moeskruid. De Baleiers maken 'er twee zoorten van, aan gedaante niets verschillende, maar aan de couleur der bladeren.* 1. *Het roode zoo even beschreeven, wiens jonge bladeren roodagtig zyn, en lange zoo blyven, zyn in Amboina gemeen.* 2. *Het witte, 't welk in Amboina zelden gevonden werd, is niet rood, maar over al met een witte wolagtigheid bezet, zagt, en glimmende als zyde, beide werden by hun lieden tot Sajor gekookt, dog maar by gebrek van andere groente of kost.*

II. Lonchitis recta minor, *is lager van gewas, niet boven derdebalve en drie voeten hoog, met vier of vyf enkelde, en regte steelen opschietende, omtrent een stroobalm dik, aan de binnenzyde weinig gegeut, de rest rond,*

tem

styf,

tem parum sulcati, cæterum rotundi, firmi, glabri, ex nigro fusci, vetustiores vero magis virent junioribus. In binas distinguitur species nigram & albam. Nigra species istos glabros & ex fusco nigros gerit caules, quibus folia alternata insident, quamdiu tenera, sed seniora directe sibi sunt obposita, atque caulis summa pars convoluta est.

Perfecta folia tres & quatuor pollices longa sunt, digitum lata, oris æqualibus, sed ibi parum sinuosa sunt, utrimque glabra, læte virentia, sed tenera albicant, breviora, & latiora sunt.

Radix longissima est, ac plerumque transversaliter sub terra prorepit multis brevibus fibrillis, ubique novas producens plantulas. Alba species breviores gerit caules, virides, ac fusco fere colore destitutos, rugosos, seu lanuginosos. Folia ejus breviora, latiora, magisque vaga sunt, ad oras quoque sinuosa, magis alba, & ad tactum rugosiora prioribus, sique tenera, instar Serici fere splendent, quædam directe sibi obposita, quædam alternata, saporis austeri, terrestris, & magis ingrati prioribus.

Nomen. Latine *Lonchitis recta*, seu *Monoclonos minor*; Malaice *Paku*, seu *Pakis tickos*, h. e. *Filix murum*, quum hi sub his plurimum degunt; Baleyice *Pakis bitbit*, ac solummodo *Bitbit*; Amboinice *Boppo* & *Poppo* uti præcedens.

Locus. Juxta fluminum ripas crescit, atque ubique sub fruticulis, ubi solum est arenosum & humidum, in hortis etiam arenosis transplantari potest, ubi quam maxime multiplicatur per surculos ex transversali radice.

Usus. Tam Amboinenses quam Baleyenses nigram seu primam speciem adhibent ad olus seu Sajor, sed tantum apud vulgus & defectu alius cibi. Cruda loco Lactucæ non valet, quum sapor Filicinus nimis prævalet. Baleyenses apices hujus herbæ post aures figunt, quum in bellum eunt, putantes sese esse servatos tactu telorum veneno infectorum, vel saltem venenum istorum telorum per hanc herbam enervari, ac vi destituere. Siccis utriusque speciei foliis corpus etiam fricant inter lavandum, ut molestus ac gravis sudoris odor tollatur.

Prima seu nigra species cum albis radicibus *Terminalis angustifoliæ* aquæ incocta, & per octodecim propinata dies jejuno semper stomacho, *Gonorrhœam* curat tam virorum quam feminarum, ardorem enim exstinguit, & purulentam expellit materiam, ac dein modice corroborat vel adstringit, pinguia autem interim vitanda sunt, ut & Canaria, ac potus calefaciens.

Tertio. *Lonchitis volubilis* exotica, & in Europa penitus ignota Filicis species est, primo fruticem formans, uti binæ præcedentes species, rotundos gerens glabrosque caules, binos cum dimidio pedes altos, dein degenerat in funem volubilem, ex centro fruticis excrescentem.

Folia ejus non multum differunt a secunda specie, sed longiora sunt, magisque distantia, ad oras non serrata vel dentata, sed subtilibus spinulis notata, quæ in vetustis quoque foliis pungunt, ac folia firma & indurata sonitum edunt instar membranæ. Tenera ex purpuro rubent, dein pallide rubra instar cocti Cancri, ac demum virent, glabra sunt, & multis subtilibus parallelis venulis pertexta.

Ex fruticis centro longus sese adtollit caulis, pennam circiter crassus, arbores adscendens, quas longo fune ambit. Aliquando simplex est, aliquando sese dividit in magnos laterales ramos vel firmas pinnas, quæ ex arbore dependent, ac semper binæ ternæve simul oriuntur. Rotundæ quidem sunt & glabræ sed tempore breves generant spinulas, ita ut non bene tractari possint.

Folia ejusdem sunt formæ, pallide quoque rubentia, quum tenera, sed firmiora & magis pungentia, in una specie rubentia, uti dictum fuit, in altera pallide virentia seu albicantia, si tenera, dein vero virentia.

Germen generat quasi floriferum, in longum excrescens racemum, ex quo viginti & viginti quinque dependent tenues petioli julos referentes, culmum crassi, quinque vel septem pollices longi, externe russi, & arenosi, ita ut arena magna copia abradi possit, intus vero herbacei, & fragiles instar Sedi, & ex binis quasi partibus compositi, Januario potissimum provenit in levibus silvis.

Funis

styf, glad, zwart-bruin, aan de oude groender dan aan de jonge. Men verdeelt het in twee zoorten, zwarte en witte. De zware zoorte heeft de voornoemde gladde en zwart-bruine steelen, daar aan de bladeren verwisselt tegens malkander staan, zoo lang zy jong zyn, maar aan de oude staan ze regt tegens malkanderen, en 't opperste van den steel is t'zamen gekrult.

De volwasse bladeren zyn drie, en vier duimen lang, een vinger breed, met evene kanten, dog aan de randen wat bogtig, ter weerzyden glad, blyde-groen, dog de jonge zyn witagtig, korter, en breeder.

De wortel is zeer lang, en kruipt meest dwers onder de aarde, met veele korte vazelingen over al nieuwe plantjes voortbrengende. De witte zoorte is korter van steelen, dewelke groen zyn, schier zonder bruinte, ruig, of wolagtig. De bladeren zyn korter, breeder, en ydeler, ook bogtig aan de kanten, witter, en ruiger in 't aantasten dan de voorige, als zy jong zyn, schier blinkende als Satyn, zommige regt, zommige verwisselt tegens malkander, van smaak wrang, aardagtig, en onaangenamer dan de voorige.

Naam. Lonchitis recta, *of* Monoclonos minor; *In 't Maleits* Paku *of* Pakis ticko; *dat is* Muyse-vare, *om dat zig die geerne daar onder opbouden; in 't Baleits* Pakis bitbit, *en slegts* Bitbit; *in 't Amboins* Boppo, *en* Poppo; *als 't voorige.*

Plaats. *Het wast langs de oevers van de rivieren, en over al onder de ruigte, daar het zandig en vogtig is, ook laat het zig in de tuinen op een zandige plaats verplanten, daar 't zig zeer vermenigvuldigt, door de scheuten uit de dwerskruipende wortels.*

Gebruik. *Zoo wel de Amboinesen als de Balyers gebruiken de zwarte, of eerste zoorte tot kook Sajor, dog maar by slegte lieden, en gebrek van andere kost. Raauw tot zalade dienen ze niet, om dat zy te veel van de Varenagtige smaak hebben. De Balyers steeken de toppen van dit kruid agter de ooren, als zy ten Oorlog gaan, en houden hen verzekert voor 't kwetzen van het spatten gift daar door bewaart te zyn, of immers dat het spatte-gift door dit kruid versswakt zal werden, en geene kragten hebben. Met de drooge bladeren van beide zoorten vryven ze ook 't ligbaam onder 't wassen, om den lastigen sweet en sterken reuk te verdryven.*

De eerste of zwarte zoorte met de witte wortelen van Terminalis angustifolia *in water gezoden, en agt dogen daar van gedronken, telkens met een leege mage, geneest* Gonorhœam, *zoo aan de mannen als vrouwen. Want het verkoelt den brand, dryft de vuile materie uit, en stopt daar na zagjes, maar men moet geen vettigheid, of Kanary daar by nuttigen, als mede geen heeten drank.*

III. Lonchitis volubilis *is een vreemde, en by ons in Europa onbekende zoorte van Varen, in 't eerst een struik makende, gelyk de twee voorgaande, met ronde en gladde steelen, derdehalve voeten hoog. Daar na verandert het in een slingerend touw, uit de midden des struiks voortkomende.*

De bladeren verschillen ook niet veel van de tweede zoorte, dog zyn langer, en wat wyder van malkanderen, aan de kanten wel niet gezaagt, of gekerft, egter met subtiele doorntjes bezet, die aan de oude bladeren ook steekelig zyn, en de bladeren zelfs styf werdende rammelen als perkament. De jonge zyn purper-rood, daar na ligtrood als een gekookte kreeft, ten laatsten groen, glad, en met veele subtiele en paralelle adertjes doorregen.

Uit het midden dezes struiks verheft zig een langen steel, omtrent een schaft dik, die de bomen opklimt, en dezelve met een lang touw omvlegt. Zomtyds blyft by enkeld, zomtyds verdeelt by zig in groote zydetakken, of styve ryskens, die van de bomen afhangen, en altyd met hun twee of drie uit eenen oorspronk. Zy zyn wel rond en glad, maar met 'er tyd gewinnen ze korte doorntjes, dat men ze niet wel handelen kan.

De bladeren zyn van het zelve fatzoen, mede ligt-rood, als zy jong zyn, maar styver en steekeliger, aan de eene zoorte roodagtig gelyk gezegt is, aan de andere bleek-groen, of witagtig aan de jonge, en daar na groen.

Het gewint een schepzel als een bloeizel, zynde een langen tros, daar aan twintig en vyfentwing dunne steelen dwers hangen als kattekens, een stroobalm dik, tot vyf en zeven duimen lang, van buiten ros en zandig, zoo dat men het zand by menigte afstryken kan. Van binnen kruidagtig, bros als een Sedum, ook als van twee deelen t'zamen gezet, men ziet het in January meest in 't ligte kreupelbos.

Dit

Funis hic interne crassum & lentum gerit nervum seu cor, quod diffringi nequit. Radix ex longis quoque & lignosis fibrillis composita est, terræ firmiter infixa. Quæ in altis crescit silvis, frutex potissimum est, sed in Sagus silvis aliisque levibus silvis crescens, funis est, unde & distingui potest in monoclonum & polyclonum.

Nomen. Latine *Lonchitis volubilis*; Malaice *Pacu mera*, & *Pacu udang*, h. e. Filix squillarum ob foliorum colorem; Amboinice *Laicou*; Ternatice *Lage lage*; Maccassarice *Kalan kebu.*

Hæ tres herbæ *Lonchitis* mihi dicuntur, non quia revera sunt, sed quum quodammodo conveniant cum nostra Filice fossarum, quæ dicitur *Lonchitis altera* sive *aspera Dioscoridis.*

Locus. Frutescens potissimum in altis crescit montibus, & in vallibus, sed volubilis ubique crescit, tam in litore quam ad fluminum ripas sub quibusvis fruticulis.

Usus. Tenera rubra folia incolis vulgari inserviunt oleri, sed vilis est cibus, ac potissimum quum in silvis degunt, hunc in finem herbaceam eligunt speciem, vel quæ monoclonos est, cujus folia eliguntur rubra, quam primum enim incipiunt virescere, nimis vetusta & dura sunt. Illa prius flaccescant, & dein coquantur, alioquin enim nimis viscosa sunt, & melius est, si quædam adstringentia ipsis addantur folia, qualia in silvis satis copiosa ad manus sunt, sola enim comesta nimis alvum lubricant.

Europæis nostratibus, quantum novi, in nullo hactenus est usu ad cibum, quum sapor Filicinus nimis prædominet, sic quoque in omnibus locis non æque bonæ est notæ. Exempli gratia circa pagum Hoeconalo seu Roematiga crescens, noxia censetur, ipsi obposita in Leytimora bonæ est notæ; longus ejus funis ad quatuor vel quinque orchiarum longitudinem torquetur, & ad ligacula adhibetur in Siriis, atque compertum est, in aqua salsa esse durabiliorem Rottanga.

Huc pertinent aliæ quatuor species, uti primo *Lonchitis saguaria*, Amboinice *Utta waa lapia lari* dicta, quæ quatuor pedes alta multis caulibus ex transversali adsurgit radice, qui in dorso parum spinulosi seu pungentibus spinulis obsiti sunt. Folia in caulibus tam supra quam infra alternata sunt, binos digitos lata, octo pollices longa, flaccida, glabra, & ex nigro virentia, ad oras parum serrata, sed non dentata, subtus nigricantibus venulis distincta; hæcque species edulis est.

Secundo. *Lonchitis amara*, Amboinice *Utta papeyite* dicta, quatuor pedum altitudinem adtingit, sed ultra medium nudi sunt caules, virides, glabri, & alati, folia sunt longa, angusta, octo pollices longa, digitum lata, ultra medium incisa parvis fissuris, subtus maculata quasi acus capitulis. Radix fibrosa est. Tenera ejus folia supra ignem flaccida reddita eduntur, sed parum amaricant.

Tertio. *Lonchitis pilosa*, cujus alia varietas est, sed altior, penitus silvestris & sordida. Amboinice *Papeyte albar* dicta, caules emittens septem & octo pedes altos, ad mediam partem nudos, pilosos penitus & rugosos, sine ullis lateralibus ramis. Folia omnium longissima sunt, quatuordecim & quindecim pollices longa, unum lata, rotunde serrata, & ad dimidium incisa, subtus nigris venis distincta, & russa quasi arena conspersa, bina semper sibi adstant prope ortum, & conniventia, hæc species non edulis est, quum nimis amara sit.

Quarto. *Lonchitis mucosa*; Amboinice *Matta kakiri*, h. e. Filix lipposa, hæc crassam & transversalem gerit radicem, quæ solida est. Caules ejus tres cum dimidio pedes alti sunt, nigricantes, atque inferius parum spinulosi, laterales horum ramuli alternati sunt, & eodem modo horum foliola, binos articulos longa, ac fere ad dimidium incisa, quævis vero lacinia subtiliter serrata est, tenuis, superne glabra, & ex nigro virens. Ejus cyma edulis est, sed mucosa est instar *Matta kakiri* majoris, quæ tertia Palmifilicis species est.

Rara *Lonchitidis volubilis* in Brasilia crescentis species obcurrit apud *Jacob. Breynium Cent. I. Cap.* 69. sub nomine *Filicis scandentis perpulchræ Brasilianæ.*

Tabula Trigesima

Ad Figuram primam *Lonchitidem* exhibet *Amboinicam rubram.* Figura secunda *Lonchitidem* denotat *albam.*

Tabula

Dit touw heeft van binnen een grove en taaije zenuwe of hert, 't welk men niet breeken kan. De wortel is mede van lange en houtagtige vazelingen gemaakt, vast in de aarde houdende. Het geene in 't hooge woud wast, blyft meest een struik, maar in de Sagoebossen en ander kreupelbos, daar 't meer zonne heeft, werd het een touw, daarom men 't ook verdeelen kan in eensteelig, en veelsteelig.

Naam. *In 't Latyn* Lonchitis volubilis; *in 't Maleits* Pacu mera, *en* Pacu udang, *dat is Garnale-varen, wegens de couleur der bladeren; in 't Amboins* Laicou; *op Ternaten* Lage lage; *op Maccasser* Kalan kebu.

Ik noem deze drie kruiden Lonchitis, *niet om dat zy 't eigentlyk zyn, maar om dat zy eenigzints over een komen met onze Gragt-varen, dewelke men houd voor* Lonchitis altera, sive aspera Dioscoridis.

Plaats. *Het struikagtige wast meest in hooge bossen, en in de valeien, maar het slingerende wast over al, zoo wel op strand als aan de oevers van de rivieren, onder alderhande kreupel-bos.*

Gebruik. *De jonge roode bladeren zyn by de Inlanders een gemeen moeskruid, dog maar een slegte kost, en meest, als zy in 't bos moeten leven, hier toe verkiest men de struikagtige zoorten, of die eerst met enkele steelen opschieten, men moet de bladeren nemen, als zy nog rood zyn, want zoo dra men iets groens daar aan ziet, zyn ze te oud en hard. Deze moet men eerst wat laten slenzen, en daar na koken, want anders worden ze te slymerig, men doet ook beter, als men eenige adstringeerende bladeren daar by doet, diergelyken in 't bos genoeg te vinden zyn, want alleen gegeeten, maken ze den buik te week.*

By onze Europeanen, zoo veel my bekent is, is ze nog in geen gebruik tot de kost, terwyl het te veel behoud van den Varenagtigen smaak, zoo is het ook op alle plaatzen niet even goed. By voorbeeld al 't geene omtrent 't Dorp Hoeconalo of Roematiga wast, werd voor schadelyk gehouden, tegen over op Leytimor is het goed. Het lange touw vier en vyf vademen lang, werd gedraait, en tot bindwerk gebruikt aan de zerien, en men bevind, dat het in zout water durabelder is dan Rottinga.

Hier toe behooren nog vier andere zoorten, als I. Lonchitis saguaria; *in 't Amboins* Utta waa Lapia lari *genaamt, werd vier voeten hoog, met veele steelen uit een dwerswortel, op den rugge ook wat doornagtig, of met steekende puntjes bezet. De bladeren aan de steelen staan zoo wel boven als onder verwisselt, twee vingeren breed, agt duimen lang, slap, glad, en zwart-groen, aan de kanten een weinig gezaagt, maar niet gekeept, van onderen met zwartagtige aderen geschilderd, deze is eetbaar.*

II. Lonchitis amara; *in 't Amboins* Utta papeyite *genaamt, werd vier voeten hoog, dog meest over de helft blood, met groene, gladde, en geribde steelen, lange, en smalle bladeren, agt duimen lang, een vinger breed, over de helfd gekeept met kleine snibbelen, van onderen gespikkelt als speldekoppen. De wortel is vazelagtig, de jonge bladeren over 't vuur geslenst, werden gegeeten, dog zyn wat bitter.*

III. *Deze heeft nog een veranderinge, dog die hooger is, gants wild, en lelyk van aanzien,* Lonchitis pilosa, *in 't Amboins* Papeyte albar *genaamt, met steelen zeven en agt voeten hoog, wel de helft blood, gants hairig en ruig, zonder zydetakken. De bladeren zyn de langste van alle, veertien en vyftien duimen lang, en een duim breed, rond, gezaagt, en tot de helft toe gekeept, van onderen zwart geadert, met ros zand, twee staan altyd digt by malkander by haren oorsprong, en na malkander gekeert, deze is niet eetbaar, om dat ze bitter is.*

IV. Lonchitis mucosa; *in 't Amboins* Matta kakiri, *dat is leepoogige Varen genaamt, dit heeft een dikke dwerswortel, die masief schynt. De steelen zyn drie en vierdehalve voeten hoog, zwartagtig, en beneden een weinig doornagtig, de zydetakken daar aan staan verwisselt, en aan dezelve op gelyke maniere de blaadjes, twee leden lang, schier tot de middelzenuwe toe ingekeept, en yder lapje fyn gezaagt, dun, boven glad, zwart-groen, zyn Cyma werd gegeeten, maar is slymerig, gelyk de groote* Matta kakiri, *dat is de derde zoorte van* Palmifilix.

De rare Zoorte van de Lonchitis volubilis, *in Brasil groeiende, ziet by* Jacob. Breyn. Cent. I. Cap. 69. *onder de naam van* Filix scandens perpulchra Brasiliana.

De Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *roode Amboinsche Lonchitis.* De tweede Figuur wyst aan de *witte Lonchitis.*

De

Fig. 1.
Fig. 2.

Tabula Trigesima prima

Loncbitidem exhibet *volubilem*, seu *tertiam speciem*.

OBSERVATIO.

Rubra Loncbitis Rumphii videtur esse *Loncbitis* major, pinnis longis, angustisque *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 34.

Alba Loncbitis convenit cum illa; quæ est *Loncbitis* minor, pinnis latioribus, leviter denticulatis, superiore latere auriculatis *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 33. *fig.* 1.

Volubilis Loncbitis, proxime convenit cum ea, quæ est Filix scandens, in pinnas tantum divisa, oblongas, latasque, non crenatas. *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 38.

De een en Dertigste Plaat

Wyst aan de *slingerende Loncbitis* ofte de *derde zoort*.

AANMERKING.

De *roode Loncbitis* van Rumphius, schynt te zyn de groote *Loncbitis* met lange en smalle bladen, van *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 34.

De *witte Loncbitis* komt overeen met die geene, welke is de kleinder *Loncbitis*, met breeder bladen, een weinig getant, en aan de bovenzyde met oortjes, van *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 33. *fig.* 1.

De *slingerende Loncbitis* komt het naast overeen met die geene, welke is de klimmende Filix, verdeelt alleen in langwerpige, breede, en niet getande bladen, van *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 38.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Dryopteris triplex. Ayle.

Dryopteris tres observavi species, quæ septimam, octavam, & nonam constituunt Filicem, omnes autem in hoc continentur Capite.

Primo. *Dryopteris arborea* longa nudaque prorepit radice juxta truncos & crassos arborum ramos instar Polypodii, pro quo etiam haberetur, sed folia declarant, Dryopteris esse speciem. Ex hac radice hic & illic simplices adsurgunt caules, glabri, nigri, solidi, & sulcati, pedem vel sesquipedem alti, ad tertiam partem nudi, ac cætera ipsorum pars laterales emittit ramos, directe sibi obpositos, & ex iis aliquando alii iterum laterales ramuli transversales.

Hisce insident foliola crassiuscula & firma, instar alæ expansa. Hæc foliola binos articulos longa sunt, inferius lata, ac sensim angustata, intense virentia, glabra, & splendentia, eleganter dentata, seu serrata ad oras, ipsorumque laciniæ posteriores profundius incisæ sunt, immo aliquando peculiare foliolum excrescit, ita ut tum cum Petroselini foliis comparari possent, majora enim foliola in varias lacinias distincta sunt, totumque folium elegantem præbet conspectum. Vetusta folia subtus ruffa sunt, & arenosis punctulis repleta, sed potissimum in iis, quæ in silvestribus crescunt arboribus, quæ enim in Sagu crescit, elegantissima & glaberrima est, abruptaque in gilvum degenerant colorem.

Radix cum vero Polypodio proxime convenit, nuda enim instar vermis per arborum corticem prorepit, ac subtus sese ipsi infigit per breves muscosas & ruffas fibrillas, sed facile abstrahi potest. Longa quoque est, sed nullas vel paucas emittit laterales ramificationes, minimum circiter digitum crassas, externe nudas, sed parum rugosas, ac cinereo & gilvo colore mixtas, nigricantibus punctulis notatas, aliquando etiam pilosas & rugosas.

Quum dissecatur hæc radix, binæ semi lunulæ in ea conspiciuntur, intus pallide virens, sicca, brevibus & nigris venulis pertexta, ipsius sapor fatuus est, proxime ad illum Polypodii adcedens, ni modo nimis austera esset. In Sagu melior est quam in aliis silvestribus arboribus, ac vilissima in putridis crescit lignis, quum hæc in tectis nuda sunt, qualia magna copia habui in castello Hila in Hitœa in alto pavimento, cujus tectum ex asseribus constructum erat. Miratu autem dignum est, unde originem suam duxerit in loco, qui a pluviis continuo abluebatur, quumque herba sit semine destituta, quæ enim in vivis crescit arboribus, originem habet, uti Musci, & Filicum genera, quæ ex iis vivunt & oriuntur.

Secundo. *Dryopteris silvestris* in binas dividi posset species, quarum una in solo, altera in arboribus crescit, forma autem haud multum differunt, sed utræque quam maxime a præcedente. *Dryopteris terrestris* binos & binos cum dimidio pedes alta est, ex nigro fuscos & glabros erigens caules, ad medium nudos, reliqua pars amplum & triangulare format folium, ex multis lateralibus pinnis compositum, atque hæ iterum in alias transversales distinguuntur pinnas, quæ omnes simul innumera sustinent foliola, eleganter expansa.

EEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Driederhande Dryopteris.

Van Dryopteris heb ik drie zoorten geobserveert, uitmakende de zevende, agtste, en negende onder de Vaaren, alle drie in dit Hoofdstuk begreepen.

I. Dryopteris arborea *kruipt met een lange bloote wortel langs de stammen, en dikke takken van bomen gelyk een Polypodium, waar voor men 't ook aanzien zoude, maar de bladeren getuigen, dat het een* Dryopteris *zy. Uit deze wortel schieten hier en daar enkele steelen op, glad, zwart, styf, en gevorent, een voet of anderhalve lang, wel een derde blood, en de rest bewassen met zydetakken, schier regt tegens malkander, en aan de zelve zomtyds weer andere zydetakken over dwers.*

Hier aan staan dikagtige styve blaadjes, regt uitgebreid als een vleugel. Deze blaadjes zyn twee leden lang, agter breed, en allenskens spits toelopende, hoog zeegroen, glad, en blinkende, aardig geschaart, of gezaagt aan de kanten, waar van de agterste boeken dieper gesneeden zyn, en zomtyds een byzonder blaadje makende, zoo dat men ze met de bladeren van Pieterselie vergelyken zoude, want de grootste blaadjes zyn in verscheide snibbelen verdeelt, gevende het geheele blad een fraai aanzien. De oude bladeren werden van onderen ros, en met zandige puntjes vervult, dog meest aan 't geene op de wilde bomen wast, want het geene men aan de Sageboomen vindt, is het fraaiste en gladste van aanzien, en de afgebroken bestervan vaal-bruin.

De wortel komt met het regte Polypodium naast over een, want ze kruipt blood aan de schorze der bomen, als een worm, en begt zig van onderen daar in, met korte mosagtig en rosse vazelingen, dog is ligt af te trekken. Zy is wel lang, maar heeft geene of weinige zydetakken, zoo dik als een pink, of minder, van buiten kaal, egter wat ruiger, uit den grauwen, en spaans-groen gemengt, en met zwartagtige puntjes bezet, zomtyds ook hairig en ruig.

Als men ze doorsnydt, ziet men twee halve maantjes daar in, van binnen bleek-groen, droog, met korte en zwarte adertjes gemengt, haren smaak is laf, het Polypodium naastkomende, indien hy niet te wrang was. Aan de Sagoebomen is ze beter, dan aan andere wilde bomen, en de alderslegste groeid op verrotte houten, die aan het dakwerk bloot staan, diergelyken ik in menigten gehad heb, in het slot Hila op Hitoe op een hooge galderye, welkers dak van planken gemaakt was, zynde te verwonderen, waar van daan het zyn oorsprong mag genomen hebben, op een plaats, die gedurig van den regen bespoelt werd, en een kruid dat zonder eenig zaad is, want 't geene aan levende bomen voort komt, heeft zyn reden gelyk als Mossen en Vaare geslagten, die daar aan groeien.

II. Dryopteris sylvestris, *zoude men in twee zoorten verdeelen konnen, eene die op de grond, en de andere, die op de bomen wast, dog zy verschillen aan gedaante niet veel, maar alle beide merkelyk van het voorgaande. De* Dryopteris terrestris *werd twee en derdehalve voeten hoog, met zwarte gladde bruine steelen, die wel de helft bloot staan, de rest maakt een breed drieboekig blad, gemaakt van veele zydetakken, en dezelve weder in andere dwerssteeltjes verdeelt, al te zamen met ontelbare blaadjes vervult, en cierlyk uitgebreid.*

Foliola hæc multo minora sunt quam in priore, in plura minora distincta, profunde incisa instar foliorum Apii, sed laciniæ separatæ angustiores, breviores, & crassiores sunt, supra ex nigro virentes, infra arenosæ, in vetustis nempe.

Radix transversaliter prorepit, ruffis obducta pilis, sed directe sub frutice congeriem vel fasciculum gerit plurimarum muscosarum fibrillarum. Amat crescere in altis montibus sub arboribus juxta vias, ubi solum est rubrum & argillosum, sed non copiose obcurrit.

Species hujus *arborea* radice repente arbori adhæret, ex hac in quibusdam locis simplices adsurgunt caules, ulnam circiter crassi, in similes pinnas distincti, sed harum foliola latiora sunt, vero *Adiantho* simiIiora, ex nigro virentia & splendentia, nec subtus ita arenosa.

Radix est ut primæ speciei, sed intus plurimis nigris venis repleta, saporis austeri & maxime silvestris, elegantissima crescit in arboribus Kinar & Canariis dictis. Abrupta & siccata folia obscure fuscum contrahunt colorem, sed semel quandam inveni speciem, nescio qua in arbore, cujus abrupta & in libro deposita folia nigerrima & splendentia erant instar Serici.

Huc quoque pertinet *Dryopteris petræa*, quæ elegans & compta est herba, glabris, nigris, & rotundis adsurgens cauliculis ex radice repente. His pinnæ adstant alternatæ, atque in iis similiter foliola, vero *Adiantho* seu *Capillo veneris* adeo similia, ut pro eo haberetur, uti & ab incolis mihi pro eadem demonstrata fuit herba, pro qua tamen haberi nequit, quædam etiam varietas observari potest, hæc enim foliola magnitudine & rotunditate illis *Capilli veneris* similia sunt, sed crassiora, profundius dissecta, & obscure virentia, ac subtus fere punctulis istis destituta.

Radix directe sub ipsa plantula est congeries intricata, ex simplicibus ruffisque fibrillis composita, ac subtus prope caules aliquid muscosum seu pilosum gerens, longis porro verruculis quasi supra rupes prorepens, quibus sese figit similibus fibrillis. Cyma ejus est ingens caulis, supra rotundum formans circinnum, uti in cunctis Filicibus. Sapor silvestris est, & scopulosus. In nudis, præruptis, & convexis crescit rupibus, circa vel non procul à litore.

Tertio. *Dryopteris campestris* ex nigro fuscos quoque adtollit cauliculos, spithamam vel pedem altos, quorum quivis peculiare format folium, uti & præcedens, in subtiles pinnas directe sibi obpositas distinctum, atque in iis multa foliola, minora, magisque incisa cunctis prioribus, quodvis vero anterius rotundulum est, ita ut pro Ruta minore haberetur, primo virentia & glabra, dein ex nigro virentia, lurida, & ad externam partem arenosa. Ejus cyma parvus quoque circinnus est.

Radix est fibrosa congeries, superius quoque muscosa, in nudis crescit siccisque collibus, sub gramine humili, vulgatissima circa Castellum Victoriam.

Nomen. Prima species vocatur *Dryopteris arborea*, nomen Malaiense huc usque ignotum est, excepto quod quibusdam vocatur *Pacu alus* h. e. *Filix tenuis*; Amboinice in Hitœa *Aile* & *Ayile*; in Leytimora *Makakiri* & *Maakakiri*. Secunda species dicitur *Dryopteris terrestris*, & *silvestris*, idem gerit nomen, si *Tana* seu terra addatur. *Dryopteris petræa* peculiariter vocatur *Mica mican utan*, h. e. *Apium silvestre* a foliorum similitudine, quod vero nomen meliore jure competit subsequenti *Capillo veneris*. Tertia species dicitur *Dryopteris campestris*, ac peculiariter Malaice *Pacu alus*, & *Pacu kitsjil*.

Locus. Prima species nullibi crescit nisi in arboribus & vetustis tectis, atque elegantissima, uti dictum est, in *Sagubus*, & in *Mangio caseolari*. Secunda in Kinariis & aliis, quæ truncum gerunt brevem & muscosum, ubi & quædam ipsius varietates observantur juxta arborum varietatem. Terrestris species nullibi nisi in altis crescit silvis, ubi solum est solidum, glabrum, & rubrum. Tertia crescit in nudis ac sterilibus collibus, in hortis aliquando etiam provenit, ubi terra silvestris saxis addita est, sed hujus foliola intricata sunt, nec tam eleganter extensa quam in campestri.

Usus harum herbarum nullus huc usque innotuit, erroneum enim puto, Chirurgos quosdam radicem primæ speciei adhibere velle pro *Polypodio*, quum nimis austera sit.

Qui-

De blaadjes zyn veel kleinder dan aan 't voorgaande, in veele mindere verdeelt, en diep gesneeden, of gesnibbelt als de bladeren van Apium, dog de snibbelen in 't byzonder zyn smalder, korter, en dikker, boven zwart-groen, van onderen zandig, te weten aan de oude.

De wortel is dwerskruipende, en met rosse hairen bekleed, maar regt onder den struik heeft ze een bos van veele mosagtige vazelingen. Het wast geern in de hooge bossen, onder de bomen, langs de wegen, daar een rood kleiagtig aardryk is, dog men vindt het niet veel.

De boom-zoorte *hier van hangt met een kruipende wortel aan de boom vast, waar uit hier en daar enkele steelen opschieten, omtrent een elle lang, in diergelyke wieken verdeelt, dog deze blaadjes zyn wat breeder, en 't regte* Adianthum *gelyker, zwart-groen, en blinkende, van onderen zoo zandig niet.*

De wortel is als aan de eerste zoorte, dog binnen met meer zwarte aairen vervult, wrang, en zeer wild van smaak, het schoonste wast op de Kinar en Kanary-bomen. De afgebroke en gedroogde bladeren besterven donker-bruin, maar ik heb eens een zoorte gevonden, niet weetende op wat voor een boom, wiens afgebroken en in 't boek gedroogde bladeren pik-zwart, en blinkende wierden als Satyn.

Hier toe behoort ook de Dryopteris petræa, *een schoon en cierlyk kruid, met gladde, zwarte, en ronde steeltjes opschietende, uit een kruipende wortel. Daar aan staan de zydetakjes verwisselt tegens malkander, en aan de zelve de blaadjes, het regte* Adianthum *of* Capillus veneris *zoo na komende, dat men 't daar voor zoude aanzien, gelyk het my ook van de Inlanders voor eenderlei kruid getoont wierd, waar voor men 't egter niet moet houden, ook kan men nog alle onderscheid daar aan zien, want deze blaadjes zyn wel aan grootte en rondte, de* Capillus veneris *gelyk, maar dikker, dieper gesneeden, en donkergroen, van onderen schier zonder puntjes.*

De wortel regt onder 't plantje is een verwerde klomp, van enkel rosse vazelingen gemaakt, en boven op by de steelen iets hairig of fyne mos, voorts met lange wormen over de klippen kruipende, en zig daar aan hegtende met diergelyke vazelingen, zyn eerste scheute is een groene steel, boven met een ronde krul gelyk aan alle Varen. De smaak is wild, en na de klippen trekkende. Het wast op bloote style, en overhangende klippen, omtrent of niet verre van strand.

III. Dryopteris campestris *schiet ook met zwart-bruine steeltjes op, een span of een voet hoog, ieder een byzonder blad makende, gelyk ook de voorige, in subtiele takjes verdeelt, regt tegens malkander staande, en daar aan veele blaadjes, kleinder, en meer gesneeden dan alle de voorige, dog ieder in 't byzonder is van vooren rondagtig, zoo dat men 't voor een kleine Ruite zoude aanzien, eerst grasgroen, en glad, daar na zwart-groen, doods-verwig, en aan de buitenzyde zandig. Haare eerste scheute is ook een kleine krul.*

De wortel is een vazelige knop boven, mede mosagtig, het wast op kale drooge heuvelen, onder 't lage gras, zeer gemeen omtrent het Casteel Victoria.

Naam. *De eerste zoorte heet* Dryopteris arborea, *den Maleitsen naam is my nog onbekent, behalven dat het zommige* Pacu alus *noemen, dat is fyne Vaare. In 't Ambons op Hitoe* Aile, *en* Ayile; *op Leytimor* Makakiri, *en* Maakakiri. *De tweede zoorte* Dryopteris terrestris, & silvestris, *heeft den zelven naam, als men* Tana *of Aarde daar by zet. De* Dryopteris petræa *werd in 't byzonder* Mica mican utan, *dat is* wild Apium *genaamt, van de gelykenisse der bladeren, welken naam met beter reden toekomt het volgende* Capillus veneris. *De derde zoorte heet* Dryopteris campestris; *in 't byzonder op 't Maleits* Pacu alus, *en* Pacu kitsjil.

Plaats. *De eerste zoorte wast nergens dan aan bomen, en oude daken, de schoonste, als gezegt, aan de* Sagubomen, *en op 't* Mangium caseolare. *De tweede op de Kinarbomen, en andere, die een korte, breede, en mosagtige stam hebben, daar ze nog al eenig veranderingen maken na de verscheidentheid der bomen. De aard-zoorte vind men nieuwers dan in 't hooge woudt, daar een vaste, gladde, en rode aarde is. De derde wast op kale dorre heuvelen, zy komt zomtyts ook in de tuinen op, daar men bos-aarde by steenen gelegt heeft, maar deze bladeren staan verwert, en zoo mooi niet uitgebreidt als aan 't geene in 't veld wast.*

Gebruik. *Van alle deze kruiden is nog geen gebruik bekent, want ik hou het voor een abuis, dat zommige van onze Meesters de wortel van de eerste zoorte voor* Polypodium *willen gebruiken, daar het al te wrang toe is.*

Daar

Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

Quidam etiam fuerunt, qui hanc pro *Saxifragia Anglorum* habebant, ac radices in decoctis adhibebant, quæ contra Nephritidem præparabant, sed quantum novi sine successu. Hitoënses vulnerariam esse putant herbam, recentia enim masticata folia vulneribus inponunt recentibus & levibus. Tertia specie quidam utuntur pro vero *Adiantho nigro*, totamque aquæ incoquunt herbam, quam frigescere sinunt, qua caput lavant, ut capilli excrescant cum successu quodam.

Daar waren ook eenige, die het voor een Saxifragia Anglorum *hielden, en de wortelen onder de dranken namen, die ze tegens 't graveel toe bereiden, dog zoo veel ik weet zonder succes. De Hitoesen willen een wondkruid daar uit maken, leggende de gekauwde bladeren, op versche en ligte wonden. De derde zoorte gebruiken sommige voor 't opregte* Adianthum nigrum, *en kooken 't geheele kruid in water, 't welk ze kout laten werden, en het hoofd daar mede wassen, om het haair te doen groeien, 't welk nog al eenige succes heeft.*

Tabula Trigesima secunda

Ad Figuram primam *Dryopterim* exhibet *arboream*.

Figura secunda *Adianthum* exhibet *volubile minus*, ac quidem tertiæ speciei *ramus* est *inferior*, quum Fig. 3. sit *ramus superior*, cumque hoc *Adiantho* convenit Filix scandens, perpulchra, Brasiliana *Breynii Centur. pag.* 96. & Tsjeria Vallipanna *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 34.

De twee en Dertigste Plaat

Wyst aan in de eerste Figuur het *Boom Dryopteris*.

De tweede Figuur vertoont het *kleine slingerend Adianthum*, en wel den tak van de *onderste bladeren*, daar de derde Figuur is een takje van de voorste bladeren, en met dit *Adianthum* komt overeen de klimmende zeer schoone Brasiliaansche Vaare van *Breyn. Centur. pag.* 96. en de Tsjeria Valli panna van de *H. Malab.* 12. *deel*, *Tab.* 34.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Adianthum volubile. Capey.

Peculiaris herba in hisce obcurrit insulis, quæ ambigit inter *Adianthum* & *Hemionitidem*, ab utrisque tamen differens, ita ut pro peculiari eam habeam planta, cujus solus sapor testatur ad Filicum genera pertinere, atque decimam ipsorum constituit speciem. Vulgo dividitur in majus & minus. Atque quodvis iterum subdividitur in suas varietates, sed ad meliorem cognitionem tres ejus constitui primarias species sequenti modo.

Primo. *Adianthum volubile polypoides*, prima species est, *major* cognominata, quæ caules gerit rotundos, longos, & volubiles, qui instar fili proximis sese circumvolvunt fruticulis, in nullos laterales ramos distincti, sed in amplis interstitiis locantur pinnæ foliosæ, binæ ac binæ directe sibi obpositæ, quævis autem folium gerit, in quinque longas lacinias distinctum, ita ut quævis lacinia peculiare formet folium, suntque instar quinque digitorum extensæ.

Quodvis folium sex, immo novem pollices longum est, ac bifidum, inferior pars digitum longa est, ac transversalem lata, vulgaris Filicis formæ, & instar Lonchitidis firmum, glabrum, ac subtilibus transversalibus venulis pertextum, orisque æqualibus. Superior & longior pars angusta est cauda, oras gerens circinnatas & dentatas instar fimbriæ, seu instar barbæ piscis Polypi.

Cuncta folia in medio firmum gerunt nervum, cunctique quinque inferius propre majorem concurrunt caulem, unde folium tensum est, sed ipsorum caudæ flaccidæ sunt. Sapor fatuus est, ac parum Filicinus. Caules seu funis nudus est, rotundus, pennæ crassitiem habens, adeoque lentus, ut neutiquam diffringi possit, sed vi & magno labore abrumpi. Radix fibrosa est, non ingens, sed firmiter terræ infixa.

Nomen. Latine *Adianthum volubile polypoides*; Malaice & Amboinice *Capey gorita*, in Loehoea *Rabey* & *Ribey*, uti & subsequens species.

Secundo. *Adianthum volubile medium*, similis quoque est rotundus & longus funis, pennam crassus, & infragilis, cui ad unius alteriusve spithamæ spatium bini insident foliosi caules, quorum quivis folium gerit profunde dissectum, & in quinque lacinias distinctum, quarum tres peculiarem formant collectionem, ac binæ aliæ breviores sunt, octo & novem pollices longæ, ultra unum latæ, glabræ, æquales, & firmo medio nervo extensæ, densis & parallelis costulis pertextæ, a prioribus diversæ, quum non istas longas gerunt in laciniis caudas. In hujus funis superiore parte tres modo quatuorve laciniæ excrescunt, & in summo binæ tantum in uno conspiciuntur folio, quæ sese tempore in alias distinguunt lacinias.

Radix est uti prioris. Huc pertinet altera species a præcedente haud multum differens, excepto quod folia in septem & octo lacinias sint distincta, ac subtus eleganter picta nigricantibus lineolis, acsi scripta essent.

Nomen.

TWEE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het slingerend Adianthum.

Daar is nog een zeltzaam gewas in deze Eilanden, 't welk twyfelt tussen Adianthum *en* Hemionitis, *dog van beide zoo verschillende, dat ik 't voor een byzonder gewas houde, en waar van alleen de smaak getuigt, dat het onder de Vare geslagten behoort, uitmakende de tiende zoorte van dezelve. In 't gemeen verdeelt men 't in grootte en kleine. Zynde ieder weder onderdeelt in zyne veranderingen, dog om beter verstants willen heb ik 't in drie hoofdzoorten verdeelt, zoo als volgt.*

I. Adianthum volubile polypoides, *is de eerste zoorte de* groote *bygenaamt, dewelke heeft ronde, lange, en slingerende steelen, die zig als een touw om de naaste ruigten vlegten, en in geene zydetakken verdeelen, maar aan wyde tussenplaatzen staan de bladdragende steelen, twee en twee regt tegens malkander, ieder dragende een blad, in vyf lange snibbelen verdeelt, zoodanig dat yder snibbel een byzonder blad maakt, die als vyf vingeren uitgebreid staan.*

Ieder blad is ses en negen duimen lang, in tweën gedeelt, de agterste helft is een vinger lang, en een dwersvinger breed, van gemeene Vare fatzoen, als Lonchitis, styf, glad, met subtiele dwersaartjes, en evene kanten, de voorste en langste helft is een smalle steert, met gekrulde en gekertelde kanten als franjen, of als de baarden van den vis Polypus.

Alle bladeren hebben in de midden een styve zenuwe, alle vyf agter by den hoofdsteel zamen stootende, en het blad gespannen houdende, maar de staarten hangen slap. De smaak is laf, en weinig na Varen trekkende. De steelen of het touw is kaal, rond, in de dikte van een schaft, en zoo taai, dat men het geenzints doorbreken kan, maar wel met kragt en groot geweld afrukken. De wortel is vezelig, niet groot, maar vast in de aarde houdende.

Naam. *In 't Latyn* Adianthum volubile polypoides; *in 't Maleits en Amboins* Capey gorita; *op Loehoe* Rabey *en* Ribey; *gelyk ook de volgende zoort.*

II. Adianthum volubile Medium, *is ook een diergelyke ront, en lang touw, een schaft dik, en onverbrekelyk, daar aan wel een span of twee van malkanderen, twee bladdragende steelen staan, yder dragende een blad diep gesneeden, en in vyf lappen verdeelt, waar van de drie een byzondere vergaderinge maken, en de twee andere kortere, ook agt en negen duimen lang, ruim een breed, even, glad, met haar styve middelzenuwe uitgerekt staande, met digte parallelle ribbekens doorregen, van de voorgaande verschillen ze hier in, dat ze de lange steerten aan haar snibbelen niet en hebben. Aan het voorste van dit touw ziet men maar drie of vier snibbelen, en aan 't allervoorste ziet men maar twee aan een blad, die zig met ter tyd in andere verdelen.*

De wortel is gelyk aan 't voorige. Hier toe behoort nog een zoorte, van de voorgaande niet veel verschillende, behalven dat de bladeren in zeven of agt snibbelen verdeelt zyn, en van onderen aardig geschildert, met zwartagtige linien, als of ze beschreeven waren.

Naam.

Nomen. *Adiantbum volubile medium*; Malaice & Amboinice *Capey besaar*; in Lœhœa *Rabey* & *Ribey ela*; Ternatice *Gomuho* & *Gumuba*. Secunda species majoris dicitur *Capey tullis*; Ternatice *Gumoba gogila*; Baleyice *Hatta*

Tertio. *Adiantbum volubile minus*, funis quoque est volubilis, multis tenuibus flagellis sese circa frutices circumvolvens, haud multo crassior filo ligatorio, binasque habet varietates. Prima caules gerit ex nigro fuscos, qui sese dividunt in alios laterales, quibus in amplis interstitiis bina locantur folia sibi obposita, & transversalia, acsi petiolis suis inposita essent ipsis, quodvis sese quoque dividit in tres vel quinque lacinias, tenues admodum & angustas, digiti articulum longas, ad oras fimbriatas, hæ autem fimbriæ magis in superioribus conspiciuntur foliis, inferiora autem & vetustiora simplicia sunt, & a superioribus ita differunt, ut binæ diversæ haberentur plantæ.

Altera varietas caules gerit pallide virentes, ac folia simili modo locata, sed minora, aliusque formæ, illis Adianthi magis adcedentia, non enim ultra unguem magna sunt, ac fere trigona, seu instar Trifolii; bina ternave simul locata, nec fimbriata. Inferiora ac vetusta longiora & angustiora sunt, minorem fere digitum longa, hic & illic in minores lacinias distincta, ita ut superiora & inferiora tanquam diversarum plantarum haberentur. Utræque radicem gerunt fibrosam, terræ firmiter infixam, adeoque foliosæ sunt, ut herbas penitus tegant, quibus incumbunt.

Nomen. Latine *Adiantbum volubile minus*; Malaice *Capey papua*, & *Capey alus*; Ternatice *Gomoba papua*; in Lœhœa *Sickey*; Baleyice *Pacu rambat*.

Alii hoc *Capey* modo dividunt in majus & minus, sed majus subdividi oportet in tres species, & minus in binas.

Locus. Omnes hæ plantæ sub fruticulis crescunt humilibus, quibus sese firmiter circumvolvunt, pictæ & circinnatæ ad fluminum ripas amant crescere, ubi locus est umbrosus, & densus per fruticulos. Minus in hortis & ad sepes provenit. Transplantari etiam potest, si cui lubet.

Usus. Binæ majores species eundem habent usum, inferiores enim funes eliguntur, in frusta scinduntur orgyam longa, finduntur, ipsorumque interna viridis medulla eximitur & abjicitur, cortex dein in tria quatuorve finditur loramenta, quibus stramineæ capsulæ *Totombo* dictæ, nostratibus vero *Tomtommen*, uti & corbes, similiaque nexa opera ad oras consuuntur vel prætexuntur, hæc enim loramenta durabiliora ac solidiora censentur quovis ligaculo, atque hæc fissa seponi & servari possunt. Minores species huic operi ineptæ sunt, sed adhibentur in nuptiis & diebus festis ad ædium postes & arcus festales ipsis ornandos, quum speciosa sit herba.

Multi Chirurgorum nostrorum minore utuntur specie loco Capilli veneris, quo nomine illam etiam denotant, sed meo judicio sine ullo fundamento, ad species enim Hemionitidis pertinet, cujus in Europa unica quoque reperitur species, incisa gerens folia. Cæterum tam major quam minor in Medicina etiam adhibetur, utriusque enim folia contunduntur cum pauxillo Curcumæ, aqua salsa, & cellulis nidi Vesparum, quæ bono cum successu inponuntur artibus luxatis & combustis.

Inquirendum est, an non sit una eademque planta cum *Mippi*, seu *Caja baba*, quæ in India Occidentali & quidem in Brasilia crescit, & commemoratur a *Dodonæo* in Appendice *Cap.* 30. *pag.* 1440. scribens parvam esse herbam, circa arbores sese volventem instar Convolvuli, ipsiusque virides ac teneras plantulas conscissas contusis & fissis inponi artubus, qui inde curantur, immo ipsa fracta ossa. Quidam etiam dicunt, internas fibrillas, ex quibus hic conligitur funis, in Brasilia adhiberi ad trabulas connectendas.

Cunctarum *Capey* specierum teneros circinnos seu cymas eligunt Baleyenses, antequam in folia explicentur, quas Musæ folio involvunt, sub cineribus torrent & edunt, dulce enim præbent olus.

Baub.in. libr. 37. *cap.* 9. *Pbyllitis polycipes* Laciniata *Clusii* folia habet, quorum mucro in multos apices divisus est, quæ convenit cum nostro *Caprey* majori.

Naam. Adianthum volubile medium; *in 't Maleits en Amboins* Capey besaar; *op Hoeloe* Rabey, *en* Ribey ela; *op Ternaten* Gomuho, *en* Gumuha. *De tweede zoorte van 't groote beet* Capey tullis; *op Ternaten* Gumoha gogila; *in 't Baleits* Hatta.

III. Adianthum volubile minus, *is ook een zeldzaam gewas, met vele dunne ranken, zig om de ruigten slingerende, niet veel dikker dan bindgaarn, en beeft twee veranderingen. De eerste beeft zwart-bruine steelen, die zig in andere zydesteelen verdeelen, waar aan in wyde tussenplaatzen, ook twee bladeren tegens malkanderen staan, en regt dwers, als of zy met hare steelen daar op gelegt waren, ieder verdeelt zig mede in drie, of vyf snibbelen, die zeer dun, en smal zyn, een lid van een vinger lang, aan de kanten met zeer gekrulde franjen bezet, dog deze franjes ziet men meer aan de voorste bladeren, want de agterste en oudste zyn schier slegt, en verschillen van de voorste, zoo dat men 't voor twee planten zoude aanzien.*

Het tweede beeft ligt-groene steelen, en de bladeren in diergelyke situatie, maar nog kleinder, en van een ander fatzoen, die van Adiantbum nader komende, want ze zyn niet boven een nagel van een vinger groot, schier driekantig, of als klaverbladeren, twee en drie by malkander staande, en zonder franjen. De oudste agterste werden langer en smalder, schier een kleine vinger lang, ook bier en daar in kleindere lapkens verdeelt, zoo dat men de voorste en agterste mede voor diverze plante zoude aanzien. Beide bebben een vezelagtige wortel, die vast in de aarde boud, en zyn zoo digt beblad, dat ze de ruigte bedekken, daar ze op leggen.

Naam. *In 't Latyn* Adianthum volubile minus; *in 't Maleits* Capey papua, *en* Papey alus; *op Ternaten* Gomoha papua; *op Loeboe* Sickey; *in 't Baleits* Pacu rambat.

Andere verdeelen dit Capey *maar in groot en klein, dog bet groote moet men onderdeelen in drie zoorten, en bet kleine in twee.*

Plaats. *Alle deze gewassen vint men onder de laage ruigte, daar ze zig vast omslingeren. De geschilderde en gekrulde willen aan de kanten van rivieren wassen, daar 't schaduwagtig, en de ruigte wat dik is. Het kleine komt ook in de tuinen, en langs de beggens op. Het laat zig ook verplanten, als men wil.*

Gebruik. *De twee groote zoorten bebben eenderlei gebruik, want men neemt de onderste steelen van bet touw, snyt die in stukken van een vadem lang, splyt die open, en trekt bet binnenste gras-groen, en weke berte uit, dat men weg smyt, de schorze splyt men in drie of vier riemen, waar mede men de strooye koffertjes* Totombo *genaamt, en by onze* Tomtommen, *als ook korven, en diergelyke goet aan de randen benaait, of omzoomt. Want men deze riempjes voor vaster en durabelder boud, als eenig ander bintwerk, men kan de opgesplecte riempjes wegleggen, en bewaren. De kleine zoorten dienen bier toe niet, maar werden gebruikt op Bruyloften en Feestdagen, om de stylen der buizen en Feestbogen daar mede te bebangen, dewyl bet een cierlyk gewas is.*

Veele van onze Chirurgyns gebruiken 't kleine voor Capillus veneris, dewyl zy 't ook zoo noemen, dog mynes oordeels zonder fundament, want bet behoort onder de zoorte van Hemionitis, van welke men in Europa ook een zoorte vint met gesnibbelde bladeren. Anders zoo wel bet groote als 't kleine werden ook in de Medicynen gebruikt, want men neemt de bladeren, stoot die met een weinig Curcuma, zout water, en celletjes van een Wespen-nest, dewelke men met goed succes op verstuikte en geblutste leeden bind.

Het staat te bezien, of bet niet een en 't zelve zy met bet Mippi, *of* Caja haba, *'t welk in West-Indien en Brasil wast, en aangebaalt staat by* Dodonæus *in zyn* Appendix Cap. 30. pag. 1440. *schryvende, dat bet een klein kruid zy, zig om de boomen begtende als Veil, en zyne jonge groene struiken klein gestooten, op de gekwetste en gepletste leeden gelegt, genezen dezelve, en beelen de gebroke beenderen. Zommige zeggen, dat de binnenste vezelingen, waar van dat touw verzamelt is, in Brasilien dienen om de balken mede te binden.*

Van alle zoorten van 't voorschreeven Capey, *nemen de Balyers de jonge krullen, eer de bladeren bun openen, doen die in een Pissang blad, braden 't onder beete asse, en eeten 't aldus, want bet geeft een zoet moeskruid.*

De Phillits polycipes *ingesneden bladeren gevende van* Clusius, *by* Bauhinus libr. 37. cap. 9. *beschreeven, beeft bladeren, welkers einde in veel punten uitloopt, en welke overeen komt met onze groote* Caprey.

Fig. 1.
Fig. 2.

Tabula Trigesima tertia

Adianthum exhibet *volubile majus*, sive *Polypoides*, ac quidem *primam* ejus *speciem*, cui proxime adcedit Phyllitidi multifidæ adfinis Filix scandens in pinnas tantum divisa, oblongas, angustas, non crenatas *Sloan. Hist. Jam. Tom. I. Tab.* 46. *fig.* I.

De drie en Dertigste Plaat

Vertoont het *groote slingerende Adianthum polypoides*, en wel de *eerste soorte* daar van, aan welke het naaste komt de Vaare, gelyk aan de veel verdeelde Hartstong, verdeelt in langwerpige, smalle, en niet getande bladen van *Sloan. Hist. Jam. Tom.* I. *Tab.* 46. *fig.* I.

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Capillus veneris. Micca miccan utan.

Undecima inter Filices species est elegans ac tenera herbula, cum vero Capillo veneris proxime conveniens, ac pro eo habenda. Multi exsurgunt tenues rectique caules una ex radice, vix fili nautarum crassitiem habentes, pedem vel ulnam alti, ex ruffo & nigro colore splendentes, glabri, nudi, interne cavi & fragiles, tenuibus cauliculis, nigro Accarbahar simillimi. Hi sese dividunt inregulariter in plures laterales ramulos, ex ruffo quoque colore nigri & splendentes, quorum superiores adeo subtiles sunt, ut setum equinum vel capillum feminæ referant; quivis vero peculiare gerit foliolum, Rutaceum quasi, magnitudine nummi Germanici, sed trigonum, quorum superius latus latissimum est & ibi dentatum, quædam vero profundius incisa sunt, instar *Apii*, ac præsertim tenera, ac præterea juxta oram superiorem rotundis punctulis notata, ut & ruffis quasi oculis, qui sensim nigrescunt, foliolum hoc porro tenerrimum est, tenuissimum, ac læte virens, atque ad quamvis incisionem subtus decurrit subtilis venula per folii longitudinem. Quædam foliola in bina vel tria segmenta profundius incisa sunt instar Apii, ita ut incolæ pro ejus specie hanc habeant, ac sic nominent.

Nullum habet saporem nisi leviter Filicinum. Radix vilis est, muscosa, ex brevibus, ruffis, & muscosis fibrillis constans, non repens, licet plurimæ semper plantulæ conjunctæ sint.

Nomen. Latine *Capillus veneris Amboinicus*; Malaice & Amboinice *Micca miccan utan*, quasi dicas *Apium silvestre*; quum Amboinenses illum pro hoc habeant, quod tamen erroneum est.

Locus. In Amboina raro eum inveni, ac fere solummodo in regione Lariques, semper in solo argilloso luteo ad montium pedes, & ad ripas altas ex simili terra constructas, ubi humidum est, & guttæ ex terra exsudant. In monte crescebat, in quo Lariques regio sita est, uti & in litore alto haud longe sito a rupe dicta Cono sacchrario nostratibus. Quæ in acutis & præruptis crescit scopulis, crassiora & firmiora gerit folia, magisque incisa, cum *Dryopteri* convenientia.

Usus. Quum tam raro reperiatur, usus ejus apud incolas ignotus est, sed puto in omnibus rebus posse adhiberi loco veri *Capilli veneris.*

DRIE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Venus-haair.

De elfde zoorte onder de vare Kruiden, is een schoon en teer kruidje, met de regte Capillus veneris naast over een komende, en ook daar voor te houden. Daar schieten veele dunne regte steelen uit eene wortel, schaars zoo dik als een zeilgaarn, een voet, of een elle boog, uit den rossen, en zwarten blinkende, glad, kaal, binnen hol, en breekzaam, de dunne ryskens van 't zwart Accarbahar heel gelyk. Deze verdeelen hun zonder order in veele zydetakjes, mede uit den rossen zwart-blinkende, waar van de bovenste zoo zubtiel zyn, als een paarde-hair, of vrouwenhair, ieder draagt een byzonder blaadje als van een Ruite, in de grootte van een Duitzen penning, dog driezydig, waar van de voorste de breedste is, en aldaar gekerft, zommige ook dieper gesneden als een Apium, *inzonderheid de jonge, en daar en boven langs de voorste zyde, met ronde puntjes, en rosse oogjes bezet, die met 'er tyd zwartagtig werden, voorts is het blaadje zeer dun, teer, blyde-groen, en na yder kerfje loopt van onderen een zubtiel adertje, in de lengte van 't blad. Zommige bladeren zyn twee of drie deelen dieper gesneeden, als een Apium, zoo dat het de Inlanders voor een mede zoorte daar van aanzien, en ook zoo noemen.*

Zy hebben gants geen smaak, dan een weinig na Varen trekkende. De wortel is gering, mosagtig, van korte, rosse, en mede mosagtige vazelingen gemaakt, niet kruipende, hoewel men altyd veele struikjes by malkander vind.

Naam. *In 't Latyn* Capillus veneris Amboinicus; *in 't Maleits en Amboins* Micca miccan utan, quasi dicas Apium silvestre; *dewyl 't de Amboinesen daar voor aanzien, daar in ze nogtans ongelyk hebben.*

Plaats. *Ik heb 't in Amboina zeer weinig gevonden, en schier alleenig in 't District van Laricque. Altyd op een geele kleigront in 't hangen der bergen, en aan steile oevers van diergelyke aarde gemaakt, daar 't vogtig is, en de droppels uit de aarde sweeten. Het stond aan den berg, daar de Negorye Larieque op leid, als mede op een steil strand, niet verre van de Klip zuikerbroodje genaamt. Het geene op scherpe klippen wast, heeft dikker, en styver bladeren, meer gesneeden, en met het* Dryopteris *over een komende.*

Gebruik. *Dewyl het zoo weinig gevonden wert, is zyn gebruik by de Inlanders nog onbekent, maar ik houde het daar voor, dat het in alle dingen mag gebruikt werden, als opregte* Capillus veneris.

Tabula Trigesima quarta

Ad Figuram primam *Capillum Veneris* exhibet *Amboinicum*, cum quo convenit Adianthum fruticosum, Coriandri folio, Jamaicense, pediculis foliorum politiore nitore nigricantibus *Plukn. Almag. pag.* 10. & *Phyt. Tab.* 254. *fig.* I. & Adianthum ramosum pediculis lucidis & nigris *Plum. Tab.* 95. de *Filic. Amer.*

Figura secunda *Dryopterim* sistit *campestrem.*

De vier en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Amboinsche Venus-haair*, waar mede overeenkomt het heesteragtige Javaansche Adianthum met het blad van de Coriander, en de steelen der bladeren zwart, glad blinkende van *Plukn. Almag. pag.* 10. en *Phyt. Tab.* 254. *fig.* I. en het takkige Adianthum met heldere en zwarte steelen, van *Plum.* over de *Americaansche Vaaren, Tab.* 95.

De tweede Figuur verbeelt de *Velt Dryopteris.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Filix florida. Salecong.

Duodecima est rara Filicis species, plerumque simplicem rectumque emittens caulem, binos cum dimidio, & tres pedes altum, cui insidet primo fasciculus seu collectio trium quatuorve longorum foliorum in semi circulo locatorum, quæ vix minimum digitum lata, & digitum longa sunt, dein in binas lacinias distincta, atque harum quævis iterum in binas tresve minores, instar linguarum serpentum. Supra hanc lonlectionem plura similia locantur folia alternata, sed plerumque simplicia, & eodem modo distincta. Plerumque nil nisi folia in hac conspiciuntur planta, aliquando autem spicam longam seu racemum profert in minores laterales distinctum, ex quibus aliquid ruffi & arenosi dependet, floriferi quasi, quod tamen perit, nil proferens vel relinquens. Radix vilis est, ac fibrosa. Ad Ophioglossi species referri quoque posset, sed sapor nimis Filicinus est.

Nomen. Latine *Filix florida*; Malaice & Amboinice *Salecong.*

Locus. Ad altas crescit ripas fluminis Weytomme in agris sub Carice, ac raro sese conspiciendam præbet.

Usus. Ejus nullus huc usque innotuit.

Tabula Trigesima quinta

Ad Figuram primam *Filicem* exhibet *floridam.*
Figura secunda *Polypodium* sistit *Indicum minus*, sive *glabrum*, cum quo convenit Filix, Polypodium dicta, minima, Virginiana, platyneuros *Plukn Almag. pag.* 153. & *Phyt. Tab.* 289. *fig.* 2. & forte Polypodium minus, alterum, Scolopendriæ facie *Banist. Catal. MSS.*

VIER EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De bloeyende Vaare.

De twaalfde zoorte is een zeldzame, en rare Varen geslagt, meest met een enkelde regte steel opschietende, derdehalve en drie voeten hoog, daar aan staat eerst een vergadering van drie of vier lange bladeren, in een halve Cirkel, kwalyk een pink breed, en een vinger lang, van daar zyn ze in twee snibbelen verdeelt, en yder van de zelve wederom in twee of drie mindere, als slangetongen. Boven deze vergaderinge staan meerder gelyke bladeren boven malkander, met beurten, dog meest enkeld, ook op de zelve manier verdeelt. Men ziet de meesten tyd niets daar aan dan de bladeren, en zomtyds brengt het een lange aaire of tros voort, in minder takken verdeelt, daar aan men iets ros en zandigs ziet hangen, als of het een bloeizel was, en zonder iets anders te formeeren vergaat. De wortel is gering, en vazelig. Men zoude het ook wel onder de zoorten van Ophioglossum mogen trekken, maar de smaak is te Varenagtig.

Naam. *In 't Latyn* Filix florida; *in 't Maleits en Amboins* Salecong.

Plaats. *Het wast aan de hooge oevers, langs de rivier Weytomme, op de velden onder 't snygras, en komt zelden voor den dag.*

Gebruik. *Daar van is nog niets bekent.*

De vyf en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *bloeijende Vaaren.*
De tweede Figuur verbeelt het *kleine gladde Indische Polypodium*, waar mede overeenkomt de Vare, *Polypodium* genaamt, uit Virginie, die zeer klein is, en plat van zenuwen, van *Plukn. Almag. pag.* 153. en *Phyt. Tab.* 289. *fig.* 2. en mogelyk het andere kleine Polypodium, in de gedaante van de Scolopendria van *Banist.* in de *Catal. MSS.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Polypodium Indicum. Simbor.

Decima tertia species *Polypodium Indicum* continet, cujus binas observavi species, majorem seu pilosam, & minorem seu glabram.

Primo. *Polypodium pilosum* seu *majus*, monstrosa species est, repentes gerens radices supra terram, & arborum cortices, quæ plerumque pollicem crassa est, aliquando infantis brachium, externe obducta densis & ruffis villis seu pilis, ita ut melius pellem referat lupi vel vulpis, quam radicem, sique e longinquo ad arborem pendere quis eam videat, pilosum per eam currere animal is putaret, quales sunt Koeskosen, in primaria enim radice hic & illic laterales brevesque conspiciuntur protuberantiæ, quæ animalis pedes repræsentant, intus albæ sunt hæ radices, seu ex albo virentes colore, succosæ, fragiles, & sine filis seu fibris, instar caudicis Brassicæ, inferior hujus radicis pars obducta est, seu ex ea dependent innumeræ ruffæ & breves fibrillæ, quibus sese figit arborum corticibus, ex quibus etiam haud firmiter, seu laxe dependet.

Ejus folia duplicem habent formam, prima enim nullos alios gerunt caules nisi crassum nervum medium, & oblique seu ad radicis latus locantur, trigona fere & formata instar flabelli inversi, binas transversales palmas lata, & unam erectam alta, inferiore seu latissima parte arcte radici adcumbunt, parum convexa, bina alia latera seu oræ in breves lacinias distinctæ sunt, ac superius cito anguste & acute terminantur.

Ad quamvis laciniam crassa excurrit costa ex nervo medio, ipsorumque interstitia pertexta sunt incurvis venis, totum vero folium firmiter expansum est instar veli concavi, ac diu radici insidet plena sua forma, licet sit cinereum & exsuccum, vel siccatum. Ad hujus partem internam ex ipso radicis dorso alius excrescit altior caulis, nigricans, firmus, externe rotundus, interne planus, ad oras angustis alis seu pelliculis obductus & acutus, tres quatuorve pedes altus, peculiare formans folium, a priore diversum.

Infe-

VYF EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Indische Polypodium.

Het dertiende geslagte begrypt het Indische Polypodium, *waar van ik twee zoorten aangemerkt hebbe, groot of hairige, en klein of kale.*

I. Polypodium pilosum, *het groote of hairige, is een monstreus geslagte van Polypodium, met kruipende wortelen boven de aarde, en op de schorze der boomen, in 't gemeen een duim dik, zomtyds ook als een kinds-arm, buiten digt bekleed met weeke en rosse vlokken of hairen, zoo dat het beter een wolfs of vossenhuid gelykt dan een wortel, en als men ze aan de bomen van verren ziet hangen, zoude men meenen, dat 'er een hairig beest, gelyk de Koeskoessen zyn, daar aan op liep, want aan de hoofdwortel ziet men hier en daar ter zyden korte uitwassingen, dewelke de poten van een beest verbeelden, binnen zyn ze wit, of uit den witten groenagtig, sappig, brosch, en zonder draden, een koolstronk gelyk, de onderste zyde van deze wortel is behangen met ontelbare rosse, en korte vazelingen, waar mede het zig hegt in de schorzen der boomen, en losselyk daar aan hangt.*

Zyne bladeren zyn van tweederlei gedaante, want de eersten hebben geen andere steelen, dan een dikke middelzenuwe, en staan wat schuins, of ter zyden aan de wortel, schier driezydig, en gefatzoeneert als een omgekeerde wayer, twee dwersbanden breed, en een staande band hoog, met de onderste of breedste zyde, sitten ze digt op de wortel, een weinig inwaarts gekromt, de twee andere zyden zyn in korte snibbelen gesneeden, en lopen vooren schielyk spits toe.

Na ieder snibbel loopt een dikke ribbe van de middelzenuwe, en hare tussenplaatzen zyn met veele kromme aderen doorweeven, het geheele blad staat styf gespannen als een bol zeiltje, en blyft lange aan de wortel zitten in zyn volle fatzoen, al is 't graauw en verdroogt. Aan de binnenzyde van dezen, regt uit de rugge van de wortel komt een andere steel, zwartagtig, styf, buiten rond, binnen plat, aan de kanten met smalle vellekens bekleed, drie en vier voeten hoog, makende een byzonder blad, van 't voorige verschillende.

Want

Fig. 1.
Fig. 2.

Inferior enim tertia caulis pars nuda est, atque reliqua perpetuum est folium, sed in multas profundas lacinias distinctum alternatas, uti in cunctis Polypodiis, superior autem folii pars integra est, quævis vero lacinia crassum gerit nervum medium, cum multis intricatis venis, ad oras integra, sed firma & sinuosa, ac porro glabra, excepto in superioribus laciniis, ubi per oras verrucæ quædam russæ adparent, quæ in exteriore parte foveolas formant. Non eandem habet formam vel magnitudinem, quæ enim in crassis crescit arboribus, cortice succoso obductis, priorem plerumque obtinet formam, crassissimas gerens radices, ex quibus multæ excrescunt fibrillæ, quæ vero in nudis provenit rupibus, firmiter quidem iis adhæret, sed ejus radices non crassæ sunt, duriores & fibrosæ magis, quam in priore, paucis obductæ fibris, tam firmiter autem iis adhærent, acsi ipsis adglutinatæ essent, foliaque parvas gerunt lacinias, plerumque verrucis obsitas.

Altera seu interna folia cunctarum specierum eam habent proprietatem, quod vetusta decidant, ac nudum relinquant caulem, qui erigitur instar subulæ, prima vero folia nunquam decidunt, & radicem adeo obtegunt, ut vix dignosci possit, ipsorumque concava pars plerumque formicis repleta est.

Quum has radices quis in re Medica adhibere velit, non perinde est, in quanam creverint arbore, optimæ censentur, quæ in Mangiis & Canariis crescunt, sed quæ in lactescentibus proveniunt arboribus, suspectæ sunt.

Nomen. Latine *Polypodium Indicum majus*, & *Pilosum*; Malaice & Javanice *Simbar layangan*, item *Daun layang layang*, quum pueri ex inferioribus veliformibus foliis *Layang*, seu draconem formant, quem funiculo adligatum in aërem volitare sinunt, Malaienses quidam id vocant *Tauwas* & *Carang carang*, vulgo autem Malaice dicitur *Accar cussu*, juxta similitudinem animalculi *Koeskoes*, quod cum ejus pilosis comparant radicibus, Amboinice *Attihu selu*, seu Malaice *Terbang saccu*, quum pisces eo capiantur, uti infra latius. In Leytimora *Haburu-yar*, id est *Filix canarina*; Ternatice *Dinga dinga*, & *Cotiffo marau*; Maccassarice *Barang barang*; Baleyice *Simbar*.

Hanc plantam describit *Carolus Clusius libr.* 4. *exotic. cap.* 17. sed in figura nil nisi prima exhibentur folia, quæ tantum operculo seu involucro sunt subsequentium longorum, quæ forte in radicibus, quas vidit, desiderabantur. Acredo, quam in radice observavit, per senectutem caussata erit, vel forte quod aromatibus fuerit adposita, recens enim in India neque dulcis neque acris est, sed fatua & aquosa cum pauca austeritate, & Filicino sapore.

Locus. Hocce Polypodium notum est in cunctis aquosæ Indiæ insulis; non modo crescit in arboribus, ac peculiariter in Mangiis & Canariis, & Mangio Caseolari, sed etiam in aliis transplantari potest arboribus, quum radicem ejus cum pauco cœno ipsarum crassioribus adligemus ramis.

In silvis præterea crescit in solo arenoso, ubi ejus crassa admodum radix per terram prorepit multis finibus ad orgyarum quarundam spatium, juxta alias radices instar brachiorum sese extendens, magnum obcupans spatium, ita ut difficulter is perambuletur locus ob acutas deciduorum foliorum pinnas, quæ sese erigunt & abruptæ instar tribulorum acutæ sunt, nullibi id vidi elegantius & majus quam in Nussa cassa, quæ plana & arenosa est insula, sed ubi altæ crescunt arbores, quæque sita est ante Caybobbo in Cerama, ubi non modo magna in solo obcupabat spatia, sed multis etiam gyris arbores adscendebat instar animalculi Koeskoes, villi enim illius cum pilis hujus optime quadrant, ad latera etiam brevia emittit brachia, quæ pedes istius animalculi repræsentant, reperitur porro etiam in magnis scopulis, in litore sitis, sed, uti dictum est, ejus radices multo graciliores, minusque pilosæ sunt. Immo in vetustis id inveni tectis, non modo ex ligaculis formatis, sed etiam in Amboinensium ædibus ex Atap formatis, in talibus angulis, ubi aqua pluvialis stagnat, ac sordes quævis colliguntur.

Usus. Incolæ morem habent hæc folia, viliformia nempe, ligandi hamo escato, talique modo in mare fluctuare sinunt folium, quod helluosa videns piscis uti Saccu, mox id petit, & cum hamo devorat, unde & supra memoratum accepit nomen Amboinense.

Inco-

Want het onderste derde deel van den steel is bloot, het resteerende een doorgaand blad, dog in veele diepe snibbelen verdeelt, verwisselt tegens malkander, gelyk aan alle Polypodium, dog het voorste van 't blad is ongedeelt, ieder snibbel heeft een dikke middelzenuwe, met nog veele verwerde aderen, aan de kanten ongezaagt, dog styf, en bogtig staande, voorts glad, behalven aan de voorste snibbelen, ziet men langs de kanten eenige rosse vratten, dewelke aan de buitenzyde kuiltjes maken. Het heeft niet eenderlei gedaante of grootte, want het geene aan de dikke bomen wast, die een sappige schorze hebben, is meest van de voorige gedaante, met zeer dikke wortelen, en daar aan veel vezelingen, maar 't geene op bloote klippen wast, dat hangt daar wel vast aan, maar de wortelen zyn niet dik, harder, en dradiger dan de vorige, met weinige vezelen behangen, egter zoo vast, als of zy daar aan gelymt waren, en de bladeren hebben kleine snibbelen, en zyn meest met vratten bezet.

De tweede, of binnenbladeren aan alle zoorten hebben die eigenschap, dat zy in den ouderdom afvallen, en den blooten steel nalaten, die dan over eind staat als een elze. Maar de eerste bladeren vallen nooit af, en bedekken den wortel zoodanig, dat men ze nauwelyks bekennen kan, hebbende haare holligheid gemeenelyk vol mieren.

Als men deze wortelen tot Medicynen gebruiken wil, zoo is 't niet even veel, aan wat boom zy wassen, voor de besten agt men, die men op Manges en Canarybomen vindt, maar alle die op Melkbomen wassen, zyn suspect.

Naam. *In 't Latyn* Polypodium Indicum majus, *en* Pilosum; *in 't Maleits en Javaans* Simbar layangan, *item* Daun layang layang, *dewyl de jongens van de onderste zeilformige bladeren een* Layang, *dat is een vlieger maken, die ze aan een touwtje gebonden, hoog in de lugt laten vliegen, zommige Malyers noemen 't ook* Tauwas, *en* Carang carang. *In 't gemeen Maleits* Accar cussu, *na de gelykenis van het Beesje* Koeskoes, *'t welk ze met haare ruige wortelen verbeelden. In 't Amboins* Attihu selu, *of in 't Maleits* Terbang saccu, *om dat men de vissegeepen daar mede vangt. Op Leytimor* Hahuru-yar, *dat is* Filix canarina; *op Ternaten* Dinga dinga, *en* Cotiffo marau; *op Maccasser* Barang barang; *in 't Baleits* Simbar.

Deze plant beschryft Carolus Clusius libr. 4. exotic. cap. 17. *dog in de figuur kan men niet zien, dan de eerste bladeren, die maar een dekzel of omwinzel zyn van de volgende lange, dewelke misschien aan die wortel niet waren, die hy gezien heeft. De scherpigheid, zoo hy aan die wortel geproeft heeft, moet door den ouderdom veroorzaakt zyn, of om dat zy by speceryen gelegen hadde, want de versche in Indien is nog zoet, nog scherp, maar laf, of wateragtig, met een kleine wrangigheid, en na de Vaaren wat trekkende.*

Plaats. *Dit Polypodium is bekent in alle Eilanden van Water-Indien. Het wast niet alleen op de bomen, inzonderheid op Mangas en Canarybomen, en op 't Mangium Caseolare, en men kan het ook op andere bomen verplanten, als men de wortel met een weinig slik op der zelver dikke takken bindt.*

Maar het wast ook op de grond in 't bos, daar 't zandig is, daar men de wortel zeer dik met veele bogten ziet kruipen, eenige vademen lang, ter zyden andere wortelen als armen uitschietende, op zig zelfs een plaats beslaande, en moejelyk om door te wandelen, wegens de scherpe pennen van de afgevalle bladeren, die over einde staan, en de afgebrokene zyn zoo scherp als voetangels, nieuwers heb ik 't schoonder en grooter gezien dan op Nussa cassa een vlak zandig Eilandeken, dog met hooge bomen bewassen, voor Caybobbo op Ceram gelegen, daar het niet alleen groote plaatzen op de grond besloeg, maar ook met veele bogten de bomen opliep in de gedaante van koeskoeszen, want de vlokken met de hairen dezes Beestes meest over een komen, en het schiet ter zyden korte armen uit, die de voeten des zelven Beestes verbeelden, voorts vindt men 't ook op groote klippen, die op strand staan, dog, als gezegt, deze wortelen zyn veel magerder, en min hairig. Ja ik heb 't gevonden op oude daken, niet alleen van schindulen gemaakt, maar ook op der Amboinezen huizen van Atap aan zoodanige hoeken, daar het regenwater staan bleef, en alderhande vuiligheden vergaarde.

Gebruik. *De Inlanders hebben een manier deze bladeren, te weten de zeilformige te binden aan een visboek, daar een aas aan is, en laten het aldus al zeilende in Zee dryven, 't welk den gulzigen vis Saccu of Geepe ziende, straks daar na toeschiet, en het aldus met den hoek opsnapt, waar van 't den bovenstaanden Amboinzen naam heeft.*

De

Incolæ hæc quoque folia pendent in locis supra pueros, ubi dormiunt, nobis quasi persuadentes, hoc fieri ludi caussa, sed revera id fit ex superstitione, ut pueros nempe liberent a præstigiis & terroribus, quum nempe sint folia plantæ, quæ radicibus suis animal quoddam seu spectrum quasi refert. Porci quoque ejus radices projectas edunt, sed non avide.

In Medicina quendam etiam habet usum, a Polypodio nostrate diversum, licet quoque refrigeret & exsiccet, succus nempe recentium radicum oculis instillatus, contritaque radix ipsis adplicata, inflammatos & lipposos curat oculos, qui sæpe ita lancinantur, acsi arena in iis esset projecta. Recentes ejus radices cum Pinanga alba & Siriboa masticatæ, succusque deglutitus contra alvi tormenta diuturna laudatur, alii autem istum sumunt succum cum rasura albi Agallochi & Sandali rubri. Radix aquæ incocta cum cortice arboris Gajang propinatur in *Gonorrhæa virulenta* tam virorum quam feminarum, quam Malaienses *Maloemis* vocant, sed inveterata & maligna ipsis dicitur *Pangrassan*.

Pulticula radicis facies inlinitur ad lenticulas aliasque maculas tollendas. Incolæ recentes quoque conterunt radices in aqua, qua teneros lavant pueros, quum *Sawan cussu* laborent, h. e. quum inquieti sunt, & lachrymantur sine caussa. Aliud porro *Sawan bidji* est in pueris, quum cutis parvis granulis rugosa fit, uti adulti petechiis obnoxii sunt. Illud pellunt radice hac contrita cum *Deringo* & *Bangle*, cum *Curcuma* autem masticata anthracibus inponitur ad eas maturandas. Macassarenses quidam tenera coquunt folia secundæ formæ ad olus.

Secundo. *Polypodium Indicum minus* seu *glabrum*, radicem quoque gerit repentem, sed non ultra minimum digitum crassam, in prima ætate vagis pilis obductam, sed vetusta maxime nuda est, nigris punctulis notata, & rugosa, interne ex viridi albicans, multisque nigris pilis & venulis pertexta, saporis dulcis & austeri, silvestris magis naturæ priore, magisque ad Filicinum adcedens saporem, subtus multis intricatis venis obducta, quibus sese figit arborum corticibus & rupibus.

Non gerit ista filiformia folia instar prioris, sed simplices emittit caules ulnam circiter altos, non penitus erectos, sed incurvos & laterales quasi, ad tertiam quoque partem nudi sunt, reliquaque in lacinias distincta uti in majore, sed simplices adtollit caules, plerumque angustiores, alternatos, nec ultra tres quatuorve ad utrumque latus.

Apex longus est, & parum alatus, quales & plerumque sunt laciniæ laterales, & in medio latissimæ instar cuspidis hastæ, ac porro firmæ, glabræ, similibusque nervis & venis uti majus.

Vetusta folia in inferiore parte russas generant verrucas, utrimque in ordine locatas, multo copiosiores quam in majore specie, quæ ex tenui constant arena, quæ facile abradi potest, superiore parte pustulas quasdam formant, quibus folium variolosum esse videtur.

Tenera folia lacinias gerunt inæquales, & inordinatas, ita ut quædam profunde, quædam vix laciniatæ sint, in silvestribus arboribus radix binos pollices lata est, in longum terminans apicem, digitum crassa ac caules foliosi, binos ac binos cum dimidio pedes alti, in septem & octo lacinias distincti, quarum quædam spithamam longæ sunt. In radice breves quoque observantur protuberantiæ, pedes referentes.

Nomen. Latine *Polypodium Indicum minus* & *glabrum*; Amboinice *Aile*, quod nomen commune est cum *Dryopteri*, cum qua radix optime convenit. Baleyensibus *Paku duke*, h. e. Filix Salamandræ ob rationem infra dandam. Javanice *Simbar betu*, vel solummodo *Symbar*.

Locus. In vetustis crescit arboribus, ut & in vetustis putridis tectis, ac rupibus vix terra obductis, quæ vero in terra crescit, molliora gerit folia, plures & latiores lacinias.

Usus ejus in Amboina vix notus est, Maccassarenses vero & Baleyenses eo plurimum utuntur contra morsus venenatos noxii animalculi ipsis *Duke* vel *Docke* dicti, (quod Gecko vel Salamandræ species est) & frequens est in istis regionibus, multumque nocet hominibus.

Nostra-

De Inlanders hangen deze bladeren ook boven de kleine kinderen, daar ze leggen slapen, ons wys makende om daar mede te spelen, maar in der daad doen zy 't uit eenig bygeloof, te weten om de kinderen te bevryden voor spoken en verschrikkingen, om dat het kwantswys genomen is van een plante, die met haare wortelen eenig gedierte of spook vertoont. De Verkens eeten ook de voorgeworpe wortelen, dog niet zeer graag.

In de medicynen heeft het ook eenig gebruik, van 't Vaderlandsche Polypodium verschillende, hoewel ze mede verkoelende en opdrogende is, den sap van de versche wortelen in de oogen gedropen, en de gevreeve wortel daar over gebonden, geneest verbitte en lepige oogen, daar steekten by is, als of men zand daar in hadde. De versche wortelen met witte Pinang en Siriboa gekauwt, en den sap ingedronken, werd gepreezen tegens de langdurige buikloop, maar andere nemen den zelven sap in met schraapzel van wit Agalochum, en rood Sandelhout. De wortel in water gekookt met de schorsse des booms Gajang, werd gedronken in Gonorrhæa virulenta, *zoo aan mannen als vrouwen, 't welk de Malyers* Maloemis *noemen, maar het verouderde, en kwaadaardige hiet* Pangrassan.

Met een papje van de wortel bestrykt men het aangezigte, om de sproeten en andere vlekken te verdryven. De Inlanders vryven ook de versche wortelen in water, en wassen daar mede de jonge kinderen, als ze het Sawan cussu *hebben, dat is onrustig zyn, en huilen zonder kennelyke oorzake. Daar is nog een ander* Sawan bidji *aan de kinderen, als de huid met kleine korrelen ruig werd, gelyk de oude lieden het roodbond krygen. Dit verdryvenze met deze wortel gevreeven met* Derigno *en* Bangle, *maar met* Curcuma *gekauwt, werd ze op de bloedvinnen gebonden, om die te rypen. Zommige Maccassaren kooken de jonge bladeren van de tweede fatzoen, ook tot moeskruid.*

II. Polypodium Indicum minus *of* glabrum, *het kleine of kale, heeft ook een kruipende wortel, dog niet boven een pink dik, in de jonkheid buiten met ydele hairen bekleed, maar het oude werd meest kaal, met zwarte puntjes bezet, en ruig, binnen uit den groenen, witagtig, en met veele zwarte hairtjes, en adertjes doorregen, zoet en wrang van smaak, wilder dan het voorige, en meer na Vaaren trekkende, van onderen met veele gekrulde vezelingen behangen, waar mede het zig vast maakt om de schorze der bomen, en klippen.*

Het heeft die eerste zeilformige bladeren niet gelyk het voorige, maar schiet met enkele steelen op, omtrent een elle boog, die niet regt over eind staan, maar krom en ter zyden uit. Een derde van onderen zyn ze ook bloot, en de rest in snibbelen verdeeld, gelyk aan 't groote, maar schiet met enkele steelen op, dog doorgaans smalder, verwisselt tegens malkander, en niet boven drie of vier aan ieder zyde.

De voorste spitze is lang, en wat gevlamt, gelyk ook zommige zydesnibbelen, en daar en boven in de midden het breedste, gelyk het yzer van een pieket, voorts styf, glad, met diergelyke zenuwen, en aderen als het groote.

De oude gewinnen aan de onderste zyde rosse doppen, of vratten, te weerzyden in rygen staande, veel meer dan aan 't groote, van fyn zand gemaakt, die men ligt afwryven kan, aan de bovenzyde maken ze eenige puisjes, waar door het blad pokdalig schynt.

De jonge bladeren hebben de snibbelen ongelyk, en ongeschikt, zoo dat zommige diep, zommige weinig gesneeden zyn. Aan de woutbomen werd de wortel een vinger dik, de bladdragende steelen twee en derdehalve voeten hoog, in zeven en agt snibbelen verdeelt, waar van zommige een span lang zyn, twee duimen breed, in een lange spitze eindigende. Aan de wortel ziet men ook korte uitwassingen als poten.

Naam. *In 't Latyn* Polypodium Indicum minus, *en* glabrum; *in 't Amboins* Aile, *een naam gemeen met de* Dryopteris, *waar na de wortel zeer wel gelykt. By de Balyers* Paku duke, *dat is* Salamander *Vaaren, om reden als beneden, in 't Javaans* Simbar betul, *of slegts* Symbar.

Plaats. *Het wast op oude bomen, en houte verrotte daken, en ook op de klippen, daar weinig aarde op is, dog 't geene op de aarde groeit, heeft weekere bladeren, meer en breder snibbelen.*

Gebruik. *Zyn gebruik is in Amboina weinig bekent, dog de Maccazaren en Balyers gebruiken het veel tegen Venynige beten van het schadelyke gedierte, by hen* Duke *en* Docke *genaamt,* Duke *of* Gecko, *'t welk is een* Salamander, *waar van die landen vol zyn, en de menschen veel schade doen.*

Het

Nostratibus *Gecko* dicitur, quum tali voce clamitet, veraque Salamandræ species est. Si quis jam ab eo fit morsus, vel urina conspurcatus, tum hanc sumunt herbam cum ejus radicibus, quas masticant, vulnerique inponunt, unde curatur.

Ut primum Polypodium rite ac distincte noscatur, quasdam ejus varietates hic memorabo. Ac primo quod in Kinariis crescit, radicem gerit sordidis & muscosis villis obductam, qui pilos non ita referunt, sed tanquam peculiarem formant corticem. Ejus folia erecta lacinias gerunt in regulari ordine distinctas, in quibusdam enim laciniæ directe sibi sunt obpositæ, in quibusdam raro, in aliis multum alternatæ, quævis etiam lacinia in longum excurrit apicem, subtusque gerit multas, firmas, & protuberantes venas, in oras sese non terminantes, nullæque arenosæ in iis conspiciuntur verrucæ, licet venæ parum rugosæ sint.

Folia hæc plerumque in lacinias distincta sunt, ab utraque nempe parte sex vel septem, superiorque apex haud multo major est lacinia laterali. Gracilissima ac sordidissima est omnium varietas, ac proinde etiam in nullo usu Medico, sed quæ in Canariis crescit, optima censetur.

Radicem primæ seu pilosæ speciei contundunt Javani, artubusque inponunt tumidis ad œdema extrahendum. Recentem & mollem secundæ speciei radicem conterunt cum Curcuma & Tamarindis, inponuntque abdomini tempore partus difficilis ad eum promovendum. Ex foliis utriusque speciei Javæ viles Toedongs seu straminei pilei formantur, quos capiti inponunt.

Elegantissimum & maximum *Polypodium pilosum* in Nussa Cassa reperitur, ubi in solo crescit, radicibus in miros gyros adeo intricatis, ut videatur esse congeries serpentum sibi mutuo junctorum & intricatorum.

Caybobbenses id vocant *Lawat seroe*, h. e. telam araneam ad pisces capiendos, quum piscem Geep dictum hisce foliis capiunt raro & nobis ludibrio modo, triangulare enim folium longo adligatur funi, quod per mare fluctuat instar veli, mox autem sub hoc loco hami adligant fasciculum telae araneæ silvestris, quæ tam tenax est quam sericum crudum. Piscis iste Geep putans pisciculum esse avide istum devorat fasciculum, qui dentibus tam firmiter ipsi inhæret, ut sese extricare nequeat. Hunc in finem textura ista colitur, ac quævis suum habet dominum.

Quasdam species Polypodii Indici cum descripto maxime convenientes vide apud *Jacobum Breynium Centur I. Cap.* 98. sed nullam aliam novi speciem, cujus radices sub terra prorepunt.

Het werd by de onze Gecko *genaamt, dewyl men 't alzoo hoort roepen, en is anders niet dan een soorte van den Salamander. Als nu iemand van hem gebeeten of bepist is, zoo nemen ze dit kruid, en kauwen de wortels, en binden het op de kwetsuuren, die dan daar van geneezen.*

Om het eerste Polypodium ter degen te leeren kennen, zoo zal ik eenige veranderingen daar van hier by zetten. Voor eerst het geene op Kinarbomen wast, heeft zyne wortel met vuile mossige vlokken bekleed, die weinig na hairen gelyken, maar als een byzondere schorze maken, zyn over eind staande bladeren hebben de lappen ongelyk verdeelt, want aan zommige staan de lappen regt tegens malkanderen, aan zommige weinig, aan andere veel verwisselt, ieder snibbel eindigt in een lange spitze, en heeft van onderen veele styve en uitbuilende airen, die tot de randen niet en komen, en men ziet geen zandige wratten daar aan, hoewel dat ze de aderen wat gerimpelt maken.

Zy zyn doorgaans in lappen verdeelt, te weten aan ieder zyde in ses of zeven, en de voorste spits is niet veel grooter dan een zyde lap. Zy is de magerste en leelykste van allen, derhalve in geen Medicyn te gebruiken, maar die van de Kanarybomen werd voor de beste gehouden.

De wortel van de eerste of hairige soorte, kneuzen de Javanen, en slaanze op de gezwolle leden, om de zugt uit te trekken, de versche en weeke wortel van de tweede soorte, wryven ze met Curcuma en Tamaryn, en slaan zulks over den buik ter tyd van een harde geboorte, om dezelve te bevorderen. Uit de bladeren van beide soorten werden op Java slegte Toedongs of strooboeden gemaakt, die men op 't hoofd draagt.

Het schoonste en grootste Polypodium pilosum, *vindt men op Nussa Cassa, alwaar men 't op de grond gegroeid ziet, met wortelen in zeltzame bochten, zoodanig door malkanderen geslingert, dat men het voor een klomp om malkanderen gewrongene slangen zoude aanzien.*

De Caybobbers nemen het Lawat seroe, *dat is, spinneweeve om vis te vangen, om dat ze den vis Geep met deze bladeren vangen op zelzame en by ons belaggelyke manier, want het driekantige blad werd aan een lyn gebonden, welke dan door de Zee vliegt als een zeildje, kort daar onder, in plaats van een visboek binden ze een bosje weer van een zekere woudspin, 't welk zoo taai is als ruwe Zyde. Hier na toe schiet de Geep, meenende dat het een visje is, en voorschreeve spinzel blyft hem zoo vast aan de tanden hangen, dat hy daar mede aangetrokken werd. Tot deze einde werd het voorschreeve geweeve gecultiveerd, en ieder heeft zyn byzondere eigenaars.*

Eenige zoorten van Polypodium Indicum, met de voorschreeve meest accordeerende, ziet by Jacob. Breyne Cent. I. cap. 98. *dog ik weet geen zoorte, wiens wortelen onder de aarde kruipen.*

Tabula Trigesima sexta

Ramum exhibet *Polypodii Indici villosi* seu *pilosi*, ad radices ob longitudinem dissectum, cum quo convenit *Filix*, seu *Polypodium Indicum*, foliis profunde sinuosis, Marrubii aquatici æmulis *Plukn. Almag. pag.* 153. & *Phyt. Tab.* 30. *fig.* 3. & Panna Kelengo Maravara *H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 11.

De Ses en Dertigste Plaat

Vertoont een tak van het *ruige of wollige Indische Polypodium*, by de wortels in de lengte doorgesneeden, waar mede overeenkomt de *Vaare*, ofte *Indische Polypodium*, met diepgesneede bladeren, na het water Marrubium gelykende van *Plukn. Almag. pag.* 153. en *Phyt. Tab.* 30. *fig.* 3. en de Panna-Kelengo Maravara van de *Hort. Malab.* 12. *deel*, 11. *Plaat.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Phyllitis Amboinica. Sajor radja nute.

Phyllitis elegantes quasdam species exhibet in hisce regionibus, uti & cuncta Filicum genera luxuriosa magis & majora sunt in Indicis desertis, quam in Europa. Phyllitis binas observavi varietates, quæ mihi dicuntur *Phyllitis arborea* & *terrestris*.

Primo. *Phyllitis arborea*, tenui ac repente radice dependet ex arborum corticibus muscosis. Aliquando hujus tria quatuorve folia sibi juncta sunt, aliquando solitaria ac fere sessilia, ita ut nil nisi sola exhibeat folia, quodvis autem plerumque tres quatuorve pedes longum est, sex & septem pollices latum, in obtusum desinens apicem, in medio seu ad superiorem partem latissimum, a radice angusto principio sese sensim dilatans & extendens, ad oras non dentatum, sed sursum varios format sinus & arcus, uti & quædam observantur ad apices in rotundas lacinias distincta, firma porro instar corii tensi, læte virentia, glabra, & splendentia, per medium crassissimus decurrit nervus, nigricans, & ab utraque protuberans parte, qui folium extensum sustinet, tenera autem folia circa apices flaccida sunt, albicantia, saporemque habent oleraceum.

Hæc folia aliquando monstrosæ sunt magnitudinis, sex octove pedes longa, spithamam lata, paucis ad oras sinubus, quæ plerumque simplicia dependent, formam referentia magnarum Helveticarum rhomphæarum. Nullas gerunt laterales costas, sed subtiles, densas, & parallelas venulas, transversaliter ex medio nervo ortum ducentes, sed quæ non in oras excurrunt, subtus autem prope ortum parum intricatæ & circinnosæ sunt, ubi & nigricant. Vetusta folia circa apices subtus juxta venulas ruffas & arenosas habent strias, quæ abradi possunt.

Radix non ulterius prorepit, quam folia sese extendunt, nam extra superius folium frustulum adparet semi digiti longitudinis, quod eminet & bifidum est, paulo crassius penna, illi Dryopteris simile, interne ex viridi albicans, paucis pertextum venulis nigris. Radix vero fragilior est, & dulciorem habet saporem, cum illo Polypodii convenientem, firmior quoque arboribus adhæret, & interstitia inter folia adeo fibrillis & Musco obducta sunt, ut hæc radix dignosci nequeat. Fibrillæ autem ejus ruffæ sunt, ac breves gerunt apices instar Musci vel Ericæ.

Secundo. *Phyllitis terrestris* forma haud multum differt a priore, ejus enim folia sessilia fere etiam proveniunt, quinque sexve pedes longa, binas transversales palmas lata, quædam integra, quædam in rotundas lacinias distincta, hæc autem non habet radicem repentem, in orbem enim excrescit, seu fasciculum format instar caulis Brassicæ, in centro enim ejus apertura est, e qua eminet capitulum muscosum, ex simplici fere musco seu fibrillis compositum, excepto quod in medio aliquid herbaceum adpareat, quod durum est, & nigris characteribus notatum, ac porro innumeris simplicibus fibrillis terræ infixa, hæc enim species non in arboribus reperitur, seb sub iis in solo & in planis silvis.

Quum vero in quibusdam arboribus similes quoque observaverim conlectiones, hinc concludere quis posset, ex arboribus deciduam, & terræ inradicatam, quod tamen non ita facile fit, magna enim inveni spatia, hisce plantulis obcupata, non sibi nexis, sed distantibus longe, at non tam prope truncos, ut ex iis potuissent decidi, unde concludo, peculiarem esse Phyllitim, ex ipsa provenientem terra, altera quoque ipsi adstabat species, similis priori, excepto quod folia multo angustiora essent, & ipsæ plantæ multo minores.

Nomen. Latine *Phyllitis Amboinica*, *arborea*, & *terrestris*; Malaice *Sajor radja*; Amboinice *Nute* & *Noute*; Ternatice *Hange bange*; Javanice *Simbar* simpliciter.

Locus. Prima species nullibi reperitur nisi in talibus arboribus, quæ corticem habent muscosum, quales præsertim sunt Saguerus, & Cinar.

In

SES EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Phyllitis.

DE Phyllitis *heeft eenige schoone zoorten in deze gewesten, gelyk alle Vaare geslagten, weeldriger, en grooter zyn in de Indische wildernissen dan in Europa. Van Phyllitis heb ik twee veranderingen aangemerkt, en ik noem ze.* 1. Phyllitis arborea. 2. Phyllitis terrestris.

I. Phyllitis arborea *hangt met een dunne kruipende wortel aan de mosagtige schorsse der bomen. Op deze staan zomtyds drie en vier bladeren by malkanderen, zomtyds enkeld, en schier zonder steelen, zoo dat het niet dan enkele bladeren vertoont, ieder blad is in 't gemeen drie of vier voeten lang, ses en zeven duimen breed, met een stompe spits in de midde, of na vooren toe breedst, van de wortel af met een smal begin zig allenkens uitbreidende, aan de kanten wel ongekerft, dog na vooren toe makenze verscheide bogten en boesems, gelyk men ook zommige vindt by de spitzen in ronde lappen verdeelt, voorts styf, als een gespanne leer, levend groen, glad, en blinkende, door de midde gaat een zeer dikke zenuwe, zwartagtig, en te weerzyde uitbuilende, die het blad uitgestrekt houd, dog de jonge bladeren zyn omtrent de spitzen slap, witagtig, en moeskruidagtig van smaak.*

Men vindt deze bladeren zomtyds van monstreuze groote, ses en agt voeten lang, en een span breed, met weinige bogten aan de kanten, die meest enkel hangen, in gedaante van groote Switzerze slag-swaarden. Zy hebben gene dwersribben, maar subtiele, digte, en paralel lopende adertjes, dwers uit de middelzenuwe, dog niet tot de kanten toegaande, en onder by den oorspronk lopen ze wat verwerd in krullen, daar ze ook zwartagtig schynen. De oude bladeren hebben omtrent de spitzen van onderen langs deze ribbekens, rosse, en zandige streepen, die men afvryven kan.

De wortel kruipt niet verder dan de bladeren gaan, want buiten 't voorste blad ziet men een stukje van een halve vinger lang uitsteeken, gemeenelyk in twee hoofdekens verdeelt, wat dikker dan een schaft, die van Dryopteris gelyk, te weten van binnen uit den groenen, witagtig, met weinige zwarte adertjes. Zy is egter brosser, ook zoeter van smaak, met het Polypodium over een komende, zy hangt ook veel vaster aan de bomen, en tussen de bladeren is ze zoodanig met vezels en mos behangen, dat men ze niet bekennen kan. De vezelen zyn ros, en hebben korte einden of spitzen, gelyk het Mos of Heide.

II. Phyllitis terrestris *verschilt niet veel in gedaante van de voorige, want de bladeren komen ook bykans zonder steelen voort, vyf en ses voeten lang, twee dwersbanden breed, zommige heel, zommige in ronde lappen verdeelt, maar deze hebben geen kruipende wortel, want ze staan in een opening, daar men een mosagtig hoofd ziet uitbuilen, schier van enkel mos, of vezelingen gemaakt, behalven in de midden vindt men iets kruidagtigs, hard, en vol zwarte caracteren, voorts met ontelbare diergelyke vezelen in de aarde vast, want men vindt deze zoorte niet aan de bomen, maar wel daar onder op de grond, in vlakke bossen.*

Dog dewyl ik aan zommige bomen ook diergelyke vergaderinge gevonden hebben, zoo zoude men mogen gissen, dat het van de bomen afgevallen, en in de aarde geworteld was, 't welk mede niet zyn kan, want ik heb groote plaatzen aangetroffen, daar veele van deze struiken stonden niet aan malkanderen vast, maar wyd van malkander af, dog zoo digt niet by eenige stammen, dat ze daar van konden afgevallen zyn: waar uit ik dan bespeurde, dat het een byzondere Phyllitis moeste zyn, uit de aarde zelfs voortkomende, daar stond ook nog een andere zoorte by, de naastgenoemde gelyk, behalven dat de bladeren veel smalder, en de struiken kleinder waren.

Naam. Phyllitis Amboinica, Arborea, & Terrestris; *In 't Maleits* Sajor radja; *in 't Amboins* Nute *en* Noute; *op Ternaten* Hange hange; *in 't Javaans* Simbar, *het enkele.*

Plaats. *De eerste zoorte wast nieuwers dan aan zoodanige bomen, die een mosagtige schorze hebben, gelyk, inzonderheid den Zagueer, en Kinar-boomen zyn.*

Dog

Tab. XXXVII



T. VI.

In altis vero silvis reperitur in cunctis arboribus, immo in talibus, quæ inferius corticem habent nudum, ac porro in quovis vetusto & putrido ligno, ut & in ramis & fruticulis in silvis projectis. Mangia ipsa ab hac non libera sunt, sed minor est, & in horto meo provenit sponte ex lamellato cortice *Bonga lacca* seu *Cypri*, uti & ex aliis variis fruticibus, vix pedem crassis.

Usus. Tenera & albicantia folia, seu proprie ipsorum summitates incolis oleri sunt, cujus sapore quidam adeo delectantur, ut ipsi nomen dederint *Sajor radja*, h. e. *Olus regium.* Maxima folia vidi ab Indicis curatricibus electa, quorum medias costas planabant & inliniebant Calappi oleo, quæ supra ignem calefaciunt, & talibus hominibus in brachio adligabant, qui paralytici erant, & licet curatio tarde procederet, æger tamen adeo reconvalescebat, ut tenere quid manu posset, ac sine dubio in integrum restitutus esset, si bonam observare voluisset diætam, quam maxime enim amabat potus calidos, & veræ Arthritidi obnoxius erat, quam incolæ cum vulgari Paralysi confundunt. Alii quoque foliis utuntur minutim conscissis, & cum Calappi rasi medulla mistis, quibus caput lavant, ut capilli crescant, subsequens vero Scholopendria melior est huic scopo.

Phyllitis descriptio & Figura ex *Bontio libr. 6. cap.* 34. cum nostra satis bene convenit, excepto quod dicat suam crescere Javæ juxta flumen, item radices ejus dulcescere instar Polypodii. Herbæ decocto usus fuit in Dysenteria, & Cholerica fluxione, sed mox deinde radici adscribit resolventem & separantem virtutem, tanquam utilem in Lienis obstructionibus, quartana, scorbuto, ac similibus morbis ex Melancholicis humoribus ortum ducentibus. Sal ex foliis Chemica arte præparatum, egregium erit remedium in ulceribus malignis, & pedum vulneribus inveteratis ad depurandum & curandum, quibus vitiis homines hisce in terris maxime obnoxii sunt.

Simbar majangan, seu *Tando russa*, elegans ac rara Phyllitis est species, tenui repente radice arboribus adfixa instar Amboinensis. Prima ejus folia parum erecta sunt, ac mox sese in longas dividunt lacinias fere instar subsequentis Polypodii, sed tam eleganter ordinata sunt, ut Cornu cervi referant, unde & nomen obtinuit. Sensim hæc folia orchiæ longitudinem adquirunt, & dependent.

Radix tempore crassitiem adquirit Polypodii Amboinensis medii, paucis russis pilis obducta. Javæ rarissime sponte provenit tam in arboribus quam rupibus magnis, quum vero ab ista natione tanti æstimetur, prope hominum ædes in quibusvis arboribus frugiferis plantatur, si abruptas plantas cum pauxillo cæni istis adligant arboribus, donec in ipsorum cortices radices fixerint. Magnates Javanenses magni eam æstimant, & sibi mutuo obferunt ad transplantandum, non modo ob elegantem ejus formam, sed etiam ob refrigerantes ejus virtutes, quas exercet in ferventibus corporibus. Hunc in finem folia eligunt tenera, quæ conterunt cum aqua, Tamarindis, & lamella Cepæ, quam filtrant & propinant.

Notandum autem est, Javanos & Baleyenses Cepæ rubræ virtutem adscribere refrigerantem, & Allio calefacientem.

Eadem hæc *Phyllitis* in Java excreta, & a D. *Andrea Cleyero* D. *Jacobo Breynio* missa prostat in hujus *Centuria I. Cap.* 99. sub nomine *Scolopendriæ Indiæ Orientalis Musæ facie.*

Tabula Trigesima septima

Ad Figuram primam *Phyllitim* exhibet *arboream Amboinicam*, cum qua convenit Phyllitis arboribus innascens, folio sinuato, tenuiori, rotundis pulverulentis maculis aversa parte punctato. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 14. & Polypodium foliis linguæ Cervinæ majus *Plum. pag.* 26. *Tab.* 38.

Figura secunda *Phyllitim* denotat *terrestrem.*

Figura tertia *Scolopendriam* sistit, subsequenti Capite descriptam.

Dog in 't booge woud vindt men 't aan allerbande bomen, ook aan zoodanige, die beneden een kale schors hebben, en voorts op allerbande oud en verrot hout, takken, en ruigten, die in 't bos leggen. De Mangas-bomen zyn 'er ook niet vry van, dog blyft kleinder, en in mynen tuin is het voortgekomen van zelfs, uit de schilferige schorze van Bonga lacca *of* Ciprus, *als mede uit verscheide andere struiken, die pas een been dik waren.*

Gebruik. *De jonge en witagtige bladeren, of eigentlyk bunne eindens, zyn by de Inlanders een moeskruid, daar sommige zulken smaak in vinden, dat ze hem de naam van* Sajor radja, *dat is* Koninks-moes *gegeven hebben. De grootste bladeren heb ik de Indiaanse Meesteressen zien nemen, de middelste ribben plat schaven, met Calappus-olie besmeren, over 't vuur warm maken, en zoodanige perzonen om de armen binden, die lam waren, en hoewel de cuure langzaam toeging, zoo kreeg den patient nogtans zulke beterschap, dat hy weder vatten konde, en zoude buiten twyffel volkomen geneezen zyn; als hy een goeden diaet hadde willen houden, want hy was zeer tot heete dranken geneegen, en aan de volkome jigt vast, dewelke de Inlanders met de gemeene lammigheid vermengen. Anderen gebruiken de bladeren ook klein gesneeden, en met geraspte Calappus-pit gemengt, om het hoofd daar mede te wassen, en het hair te doen groeien, dog de volgende Scholopendria is daar beter toe.*

De beschryving en figuur van Phyllitis *uit* Bontius Libr. 6. Cap. 34. *komt met de onze redelyk over een, behalven dat hy zegt, de zyne op Java langs de rivierkanten te groeien. Item dat zyne wortelen zoetagtig zyn, gelyk Polypodium. Het Decoctum van 't kruid heeft hy gebruikt in Dysenteria, & Cholerica fluxione, dog straks daar op schryft hy de wortel een ontdoenende, of scheidende kragt toe, dienende in alle verstoptheden van de milt, quartana, scheurbuik, en diergelyke gebreeken, uit melankolyke humeuren ontstaande. Het zout uit de bladeren door Chimische konst gemaakt, zal een voortreffelick ding zyn, om kwaadaardige ulceratien, en gaten in de benen te zuiveren, en te geneezen, waar mede de menschen hier te landen zeer gekweld zyn.*

Simbar majangan, *of* Tando russa *is een schoone en rare zoorte van* Phyllitis, *met een dunne kruipende wortel aan de bomen hangende, gelyk de Amboinse. De eerste bladeren staan wat over eind, verdeelen zig straks in lange lappen, schier als 't voorgaande Polypodium, dog zoo aardig geschikt, dat ze een Herte-hoorn uitbeelden, waar van 't de naam heeft, met ter tyd werden deze bladeren wel een vadem lang, en hangen neerwaarts.*

De wortel werd ook met ter tyd zoo dik als het middelbare Amboinse Polipodium, met weinige rosse hairen bedekt. Men vindt het op Java zeer zelden in 't wild, zoo wel op bomen als groote klippen, en dewyl het egter by die Natie in zoo groote agting is, zoo werd het by de woningen der mensen, op alderbande vrugtbomen geplant, als men de afgebroke struiken met een weinig slik op andere bomen bind, tot dat het in der zelver schorsen verwortelt. De Javaansche grooten agten 't veel, en zetten 't malkander by om te verplanten, niet alleen wegens zyne fraaje gedaante, maar veel meer wegens zyn verkoelende kragten, die het in verhitte ligbamen betoont. Hier toe nemen ze de bladeren, nog wat jong zynde, vryven dezelve met water, Tamaryn, en een schilfertje Ajuin, 't welk ze doorklinzen, en te drinken geven.

Waar by te noteeren staat, dat de Javanen en Balyers den rooden Ajuin een verkoelende, en den Look een verhittende kragt toeschryven.

Deze zelfde Phillitis *groeit op Java, en door de Heer Doctor* Andreas Cleyer *aan de Heer* Jacob. Breynius *gezonden, ziet in zyn* Cent. I. Cap. 99. *onder de naam van* Scolopendria Indiae orientalis Musae facie.

De seven en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den *Amboinsche Boom-Phyllitis*, waar mede overeenkomt de Phyllitis op de bomen groeijende, met een bogtig dunder blad, met ronde stofagtige plekken op het agterste gedeelte der bladeren gespikkelt van *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 14. en de grooter Polypodium met het blad van de Hartstong van *Plum. pag.* 26. *Tab.* 38.

De tweede Figuur wyst aan de *Phyllitis* op de *aarde wassende.*

De derde Figuur verbeelt de *Scolopendria*, in het volgende Hoofdstuk beschreeven.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Scolopendria. Daun rambu.

Decima quinta Filicum species constituit quasdam herbas, quæ adfines sunt *Scolopendriæ* seu *Asplenio*, diversæ formæ, sed sub binas comprehendo species, majorem nempe & minorem.

Primo. *Scolopendria major*, bina ternave gerit folia sibi juncta, una ex radice dependentia, sub forma longi lienis, seu lintei longi viridis, tres, quatuor, vel quinque pedes longa, ultra pollicem lata, glabra, crassiuscula, sed flaccida, oris æqualibus sine nervo medio, sed per folii internam partem multa excurrunt longa fila. Plurima horum pars indivisa est, & æqualem habet latitudinem ad extremum, quædam in bina triave alia folia distincta sunt instar angustarum laciniarum, quædam dimidium, quædam pedem longa sunt, & etiam majora. Folium ipsum pedunculo caret, sed prope ortum crassiusculum est, circiter ad pedis distantiam a radice, aliquando magis sursum, aliquando deorsum magis peculiaris provenit fructus instar Siriboæ, sed magis viridis & tenuior, nunc digitum, nunc pedem longus, transversaliter striatus, & granulosus, nunc simplex, nunc geminus, atque in ejus medio sulcus decurrit.

Tenera folia non ultra palmam longa, & digitum lata, crassa sunt, solida, & semperviva. Vetusta in postica parte russa arena aspersa sunt. Licet vero videantur flaccida, lenta tamen sunt & fibrosa, si frangantur vel masticentur, saporis dulcis instar *Ophioglossi*.

Radix vilis est, ex paucis constans crassis fibris, quarum quædam juxta arborum cortices decurrunt, ac non procul ab eo loco novum formant foliorum fasciculum, abrupta folia in cubiculo suspensa diu virent instar lintei.

Secundo. *Scolopendria minor*, seu *tectorum*, tenuem gerit ac repentem radicem, quæ instar chordularum tenuium juxta arborum cortices prorepit, seseque ubique crassis & brevibus figit fibrillis. Folia ejus simplicia locantur, firmo quoque insidentia petiolo, qui etiam inferius per totum decurrit folium, quod dimidium vel integrum pedem longum est, vix pollicem latum, multo crassius & firmius quam in priore, ac venis destitutum, pallide virens nec splendens, exteriore parte russis punctulis in binis ordinibus locatis notatum, quod tamen non in cunctis observatur, tenera enim glabra sunt, uti & quæ in silvis crescunt, neque dependent hæc folia uti in priore, sed vel eriguntur, vel transversaliter ex arboribus adsurgunt.

Folia ac radices ingratum habent saporem, & austerum, sed variant natura arborum, quibus increscunt, in domesticis frugiferis arboribus non ultra palmam longa sunt, ac cultri formam habent, nec tam fibrosa quam priora.

Nomen. Prima dicitur *Scolopendria major.* Malaice *Daun rambu*, h. e. folium capillaceum. Secunda vocatur *Minor* seu *Tectorum.* Amboinice in Leytimora *Rumut*; Javanice *Simbar*, instar prioris.

Locus. Prima crescit in silvestribus arboribus in silva, præsertim in Sagueris. Altera in cunctis crassis, sed plerumque domesticis seu frugiferis arboribus, præsertim in Mangiis & Limonis, item in vetustis tectis & putridis lignis. Inveni in castello Hila in tecto pavimenti, quod ex orbibus constructum erat, qui per pluvias & tempus perierant, miram harum herbarum congeriem, Dryopterim nempe, Polypodia, & hanc Scolopendriam, ac præterea quarumvis binas varietates, quæ tam luxuriose & læte per totum prorepebant tectum, acsi ibi plantatæ essent, cunctarum vero radices & folia ingratiora & austeriora erant iis, quæ in vivis crescunt arboribus.

Cunctarum arborum nullas novi, quæ adeo onustæ sunt, præter Saguerum & Kinaram, cunctis parasyticis herbis, quales sunt *Lonchitis*, *Dryopteris*, *Polypodium*, *Scolopendria*, *Appendix*, *Angrecum*, *Equisetum*, *Herba supplex* & *Muscus*, ita ut ipsarum truncus dignosci nequeat, præsertim in talibus Sagueris, e quibus succus ac liquor potabilis exhaustus est, quæ suæ dein committuntur naturæ.

Si-

SEVEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Scolopendria.

De vyftiende zoorte van Vaaren maken eenige kruiden, die uit de maagschap van Scolopendria, *of* Asplenium, *zyn van veelderlei gedaante, dog ik begrypze onder tweederlei, namentlyk groot en kleine.*

I. Scolopendria major *heeft twee en drie bladeren by malkanderen, uit eene wortel afhangende, in gedaante van een lange milt, of een lang groen lint, drie en vier en vyf voeten lang, ruim een duim breed, glad, dikagtig, dog slap, met evene kanten, zonder middelzenuwe, dog binnen door 't blad loopen veele lange draden. De meeste zyn ongedeelt, en loopen met eenparie breedte tot de spitzen toe, zommige zyn in twee, of drie andere bladeren verdeelt, als smalle lappen, zommige een halve, zommige een gantsche voet lang, en meer. Het blad heeft mede geen steel, maar is slegts by den oorsprong dikagtig, omtrent een voet van de wortel af, zomtyds ook wat lager, en de spitze nader, komt midden uit het blad een byzonder gewas als een Siriboa, dog hoger-groen, en dunder, zomtyds een vinger, zomtyds een voet lang, over dwers gestreept, en kartelig, zomtyds enkel, zomtyds twee tegens malkander gegroeit, blyvende in de midden langs heene een voore.*

De jonge bladeren niet boven een hand lang, en een vinger breed, zyn dik, gelyvig als Sempervivum. De oude zyn aan haar agterzyde met ros zand bestrooit, al schynen ze slap, zoo bevindt menze egter taai, en dradig in 't breken, en kauwen, van smaak zoet als Ophioglosson.

De wortel is geringe, van weinig dikke vazelingen gemaakt, waar van zommige langs de schorze der bomen voortlopen, en niet verre van daar een nieuwe vergaderinge van bladeren maken, de afgebroke bladeren in een kamer gehangen, blyven lange groen, als groen lint.

II. Scolopendria minor, *of* Tectorum *heeft een dunne kruipende wortel, die als dunne chordulen aan de schorze der bomen kruipt, en zig over al met dikke korte vezels vast maakt. De bladeren staan enkeld, op een styven, zwarten steel, die ook van onderen door 't geheele blad loopt, het zelve is een halve, of een geheele voet lang, schaars een duim breed, veel dikker, en styver, dan het voorige, ook zonder aderen, bleek-groen, en zonder glants, aan de buitenzyde met rosse puntjes, meest in twee ryen bezet, dog niet alle, want de jonge zyn glad, als mede het geene in 't bos wast, niet hangende gelyk het voorige, maar over eind, of dwers aan den boom staande.*

Bladeren en wortelen zyn onlieffelyk, en wrang van smaak, dog veranderen wat na de bomen, daar ze op wassen. Aan de tamme vrugtbomen zyn ze niet boven een hand lang, en gefatsoeneert als een mes, ook zoo dradig niet als de voorige.

Naam. *Het eerste heet* Scolopendria major; *in 't Maleits* Daun rambu; *dat is hairig blad. Het tweede* Minor *of* Tectorum; *in 't Amboins op Leytimor* Rumut; *in 't Javaans* Simbar; *gelyk het voorige.*

Plaats. *Het eerste wast aan de wilde boomen in 't bos, inzonderheid aan de Sagueers-bomen. Het andere wast aan alderhande dikke, dog meest tamme, of vrugtbomen, inzonderheid Mangas en Lemoen-bomen. Item op oude daken, en verrot houtwerk. Ik heb 't in slot Hila op een dak van een galdery, 't welk van borden, of scendulen gemaakt was, die door den regen en tyd vergaan waren, een wonderlyk mengelmoes van deze kruiden gevonden, te weten van Dryopteris, Polypodium, en deze Scolopendria, en daar en boven van ieder wel twee veranderingen, zoo weeldrig, en groen, over 't geheele dak kruipende, als of ze daar op geplant waren, maar alle haare wortelen, en bladeren waren onlieffelyker, en wranger, dan 't geen op levendig bomen wast.*

Onder alle bomen ken ik geene, behalven den Sagueer en Kinarboom, die zoo beladen en behangen zyn, met vreemde gewassen, van Lonchitis, Dryopteris, Polypodium, Scolopendria, Appendix, Angrek, Equisetum, Herba Supplex, *en* Mosch, *zoo dat men den stam niet kekennen kan, voornamentlyk aan zoodanig Sagueers-boomen, die uit getieffert zyn, en men verwilderen laat.*

En

Sique Tiffadores non in tempore eas depurent ab hisce parasytis, adeo emaciant hæ matrem, ut tandem pereat.

Usus. Primæ seu longæ speciei nullum alium novi usum, nisi quod folia in aqua conterant, seu minutim scissa cum rasa Calappi medulla commisceant, & caput lavent, ut capilli longi excrescant. Altera vero inutilis est, & noxia in frugiferis arboribus.

In Cerama circa Caybobbo vocatur hæc herba *Ayhua naroe*, h. e. folium longi crinis, ubi mulierculæ hanc non solum adhibent ad caput lavandum, ut longum excrescat capillitium, sed etiam foliis tanquam linteo viridi capillos connectunt.

En zoo hem de Tiffadoors van deze ruigten niet by tyds zuiveren, zoo mergelen deze boerekinderen de moeder zoo uit, dat by eindelyk uitgaat.

Gebruik. *Van de eerste of lange zoorte weet ik geen ander gebruik, als dat ze de bladeren in water wryven, of klein gesneeden, met geraspte Callapuspit mengen, en het hoofd daar mede wassen, om lang hair te gewinnen. Maar de tweede is onnut, en een schadelyk onkruid aan de vrugtbomen.*

Op Ceram omtrent Caybobbo noemen ze dit kruid Ayhua naroe, *dat is lang hair-blad, al waar het de vrouwen niet alleen gebruiken om het hoofd daar mede te wassen, en lang hair te gewinnen, maar ook met de bladeren als met een groen lint het hoofd-haair t'zamen binden.*

OBSERVATIO.

Scolopendria hæc *Rumphii*, vera *Ophioglossi*, rarissimaque species est, ex arboribus dependens, uti ejus fructificatio declarat, quam apud nullum alium inveni auctorem, quæque exhibetur *Tab. 37. Fig. 3.*

AANMERKING.

Deze *Scolopendria* van *Rumphius*, is een regte zoort van *Ophioglossum*, die zeer fingulier is, van de bomen afhangende, gelyk zyne vrugtmaking zulks aanwyst, welke ik ook by geen ander Auteur gevonden heb, en die verbeeldt wert op de 37. *Plaat*, *Fig.* 3.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Filix calamaria. Cäe.

Decima sexta & ultima Filicum species est exotica penitus, & in Europa ignotæ formæ, quin haberi posset Trichomanis species. Frutex est non erectus vel volubilis, sed qui multis ramis supra alios sese extendit fruticulos. Radix transversalis supra terram nuda jacet in varias ramificationes distincta, fibrillas emittens obscure ruffas & circinnatas, quæ terræ firmiter inhærent, acsi cum illa consutæ essent, atque tali modo ad orchiæ spatium decurrunt multis sinibus, hic & illic rectos adtollentes stipites.

Caules hi erecti firmi penitus sunt, pennam circiter crassi, quatuor & quinque pedes longi, antequam sese dividant, primo virides, dein fusci, ac tandem nigricantes, ac splendentes instar Corallii nigri. Prima divisio in tres ramos est, quorum medius crassissimus, sed junior & mollissimus est. Bini laterales tenuiores ac duriores sunt, atque ad pedis spatium sese iterum dividunt in binos, & hi iterum in binos forma bifurcata.

Ad cujusvis collectionis ortum bina locantur folia retroflexa, novem & decem pollices longa, binos lata, ab initio in plura foliola distincta arcte sibi adcumbentia, instar Tamarindi foliorum, sed angustiora sunt, ac superius acutiora, bina ternave posteriora paria ad oras parum dentata sunt, sed subsequentia integra sunt, superne flavescentia, sensim virentia, inferne glauca, cuncta firmiter expansa, nec facile flaccescentia, in furcæ medio caput adtollitur, ex multis laciniis seu muscosis foliolis compositum, quod sese aperiens germen profert circinnatum instar vermis, juxta naturam omnium Filicum, hoc autem sese extendens in novum excrescit caulem, qui medium seu primarium profert stipitem, unde & semper brevior est lateralibus ramis, ac terminatur semper in molles furcas, superius circinnatas instar claviculaum Vitis.

Extremitates vero lateralium ramorum aliam obtinent formam, unum nempe brachium extremæ furcæ quatuor gerit folia in oblongam locata crucem, quorum bina inferiora multo breviora sunt, quatuor nempe & quinque pollices longa. Alterum brachium sese dissipat in binas claviculas, vel similia quatuor gerit folia. Dictum caput in medio furcæ locatum aliquando multa profert ex flavo rubentia, & pallide virentia foliola, quæ flores esse videntur, nulli autem flores vel fructus in hac observantur planta.

Quam amplissime sese ramis suis extendit, obtegitque hisce fruticulos tam dense, ut vix conspici possint, per longos istos ramos undique sese dispergens, ita ut vix ipsorum ortus detegi possit. Pinnæ foliosæ facile abrumpuntur instar vitri, apices quosdam obtusos relinquentes, unde & multi putant ad ramorum divisionem spinas proferre. Recti rami facile etiam abrumpuntur, sed pelliculis adhærent, intus vero repleti sunt medulla albicante, sicca, & duriuscula.

Nomen.

AGT EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Schryf vaare.

H*et sestiende en laatste geslagt van Vaaren, is van een zeer vreemde, en in Europa onbekende fatzoen, of het moeste voor een zoorte van Trichomanes gehouden werden. Het heeft geen staande nog slingerende struik, maar die zig met veele takken op de naaste ruigten uitbreidt. De wortel leid dwers boven de aarde bloot, in verscheide takken verdeelt, met donker rosse, en gekrulde vazelingen, in de aarde vast, als of ze daar aan genaait waren, en dus lopen ze wel een vadem lang, met veele bogten, hier en daar regte steelen opschietende.*

De overeind staande steelen zyn regt, styf, omtrent een schaft dik, vier en vyf voeten lang, eer ze hen verdeelen, eerst groen, daar na bruin, ten laasten zwartagtig, en blinkende, als zwart Calbahaar. De eerste verdeelinge geschiedt in drie takken, waar van de middelste wel de dikste, maar de jongste, en weekste is. De twee ter zyden zyn dunder, en harder, omtrent een voet voortgeloopen hebbende, verdeelen ze hen weder in twee, en de zelve alweder in twee anderen, in de gedaante van gaffels.

By den oorsprong van ieder vergaderinge, staan twee bladeren agterwaarts gebogen, negen en tien duimen lang, twee breed, van haar begin af, in veele kleine blaadjes verdeelt, digt tegens malkander staande, gelyk de Tamaryn-bladeren, dog smalder, en vooren spitzer, de twee of drie agterste paren zyn aan de kanten een weinig gekartelt, maar de volgende zyn effen, boven geel-groen, met 'er tyd gras-groen, van onderen spaans-groen, alle styf uitgebreid, en niet ligt slensende, in de midden van de gaffel staat een knop van veele snibbelen, of mosagtige bladeren gemaakt, dewelke zig openende brengt zyn uitspruitzel voort, in malkander gekrult als een worm, na de aart van alle Vaaren, deweike zig uitrekkende werd een nieuwen steel, die den middelsten of hoofdsteel voortzet, zoo dat de zelve altyd korter blyft dan de zydetakken, en hy eindigt altyd in weeke gaffels, die vooren gekromt zyn, gelyk de klauwieren aan den wyngaard.

Maar de eindens van de zydetakken hebben een ander fatzoen, te weten de eene arm van de uiterste gaffel heeft vier bladeren, in een langwerpig kruis staande, waar van de twee agterste veel korter zyn, te weten vier en vyf duimen lang. Den anderen arm verdeelt zig in twee klauwieren, of heeft mede diergelyke vier bladeren. De voorschreeve knop in de middel van de gaffel, heeft somtyds veele roodagtige geele, en ligt-groene blaadjes, zoo dat men dien voor 't bloeizel zoude aanzien, maar daar komt anders geen vrugt nog bloeizel aan dit gewas voort.

Het breidt zig zeer verre uit met zyne takken, en bekleed de lage ruigten, zoo dat men ze kwalyk ziet, met zoo lange takken heen en weer slingerende, dat men kwalyk zynen oorspronk vinden kan. De bladdragende steelen breeken kort af, als glas, nalatende eenige spitze stompen, daarom veele meenen, dat het by de verdeeling der takken doorens heeft. De regte takken breeken ook wel kort af, maar blyven aan de vellekens hangen, binnen zyn ze gevult met een witagtig, droog, en hartagtig merg.

Naam.

Nomen. Latine *Filix calamaria*, & *Filix repens*, *Trichomanes Indicum* quoque vocari posset. Malaice, Maccassarice, & Ternatice *Calam*; Amboinice *Cäe*, *Kaa*, & *Hutta wonin*; Malaienses remotiores hanc vocant *Bingcawan*.

Locus. In Occidentalibus Indiæ regionibus non reperitur, sed copiose in Amboinensibus & Moluccæ insulis, præsertim in collibus ventosis & levibus silvis *Caju poeti*, ubi ingentem excitat flammam, si siccis diebus hæ silvæ ardent sive per ignem injectum, sive quum rami per ventum alliduntur & adteruntur, uti sæpe fit in Caju Poeti arboribus.

Circa pagos & ad oras silvarum magnos obcupat locos, tantasque caussat intricationes, ut latebræ sint feris & animalibus, ac vix hominibus perviæ sunt. Nil prodest etiam, licet deflagretur hæc planta, primis enim pluviis magis luxuriose regerminat, ita ut non sit exstirpanda, nisi si radices & repentes rami, ubique inradicantes eradicentur, quod sine labore haud effici potest.

Usus ejus in Medicina ignotus est, sed nigri caules satis adulti, & quorum folia sicca sunt, ab Æthiopibus adhibentur loco calami, quibus scribunt, quem in finem ob firmitatem optime conducunt, quum pennæ anserinæ nimis debiles sint ipsorum manibus, si Arabicas formant literas. Hi calami scriptorii cæterum formantur ex firmis telis, quæ in Sagueris reperiuntur, & *Pansuri* dicuntur.

In *Käe* vetusta elegantes, nigri, ac splendentes, sed tenues baculi inveniuntur, qui pro Corallio nigro haberentur. Ob viridem ac vegetam frondem in nuptiis quoque adhibetur, qua arcus festales & postes obducuntur.

Tabula Trigesima octava

Filicem exhibet *calamariam*, quæ proxime cum ea convenit, quæ Filix furcata, pinnulis longiusculis non dentatis a *Plumier. de Filic. Americ.* vocatur, & *Tab.* 28. exprimitur.

Naam. *In 't Latyn* Filix calamaria, *en* Filix repens, *men mogt het ook* Trichomanes Indicum *noemen. In 't Maleits, op Maccasser, en Ternaten* Calam; *in 't Amboins* Cä, käa, *en* Hutta-wonin; *de booge Malyers noemen 't* Bingcawan.

Plaats. *Men vindt het in de Westersche deelen van Indiën niet, maar overvloedig in de Amboinse en Moluxe Eilanden, inzonderheid op de lugtige heuvelen, en in de ligte bossen van* Caju Poeti, *daar 't een geweldigen brand veroorzaakt, wanneer by drooge dagen dezelve bossen in den brand raken, of door ingeworpen vuur, of als eenige takken door een sterke wind tegens malkander gewreeven werden, gelyk dikwils met de Caju Poeti-bomen gebeurt.*

Omtrent de Negoryen, en aan de kanten van het bos beslaat het groote plaatzen, en maakt zulke verwerringen, dat het schuilhoeken voor 't vee en wild geeft, en men kwalyk daar door kan komen. Het helpt ook niet of men 't al af brand, want met de eerste regen schiet het te weelderiger wederom op, zoo dat het niet uit te roeien is, dan de wortel, en kruipende takken, die over al inwortelen, uittrekken, 't welk zonder moeiten niet geschieden kan.

Gebruik. *Daar van is geen gebruik bekent in de Medicynen, maar de zwarte steelen, die te degen oud, en waar aan de bladeren verdroogt zyn, nemen de Mooren in plaats van ganseschaften, en maken hunne schryfpennen daar van, waar toe zy wegens hunne styvigheid zeer bekwaam zyn, vermits de ganse-schaften voor hunne handen wat te slap vallen, om Arabise letters te formeeren. Welke schryfpennen men anders maakt van de styve pylen, die men aan de Sagueersboomen vindt* Pansuri *genaamt.*

Aan de oude Käe *vind men schoone zwarte en blinkende, dog dunne stokken, die men voor zwart Calbahaar zoude aanzien. Wegens zyn jeugdig loof werd het ook gebruikt, op Bruiloften om de Feestbogen, en stylen daar mede te bekleeden.*

De agt en Dertigste Plaat

Vertoont de *Schryf-vaaren*, welke het naast overeenkomt met die geene, welke de geforkte Vaare, met langagtige niet getande pennetjes genaamt wert van *Plumier* over de *Americaansche Vaaren*, en op de 28. Plaat uitgedrukt wert.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Muscus fruticescens. Ruttu ruttu.

Jam quatuor exoticas Musci describemus species in quatuor distinctis capitibus, prima est fruticosa, quæ dividitur in feminam & marem.

Primo. *Muscus fruticescens femina*, prima & vulgatissima est species, prioris *Cäe* & *Musci* mixtam gerens formam, unde & magis pro herba quam Musco haberetur. Ulnæ circiter altitudinem adtingit, sesesque extendit multis tenuibus & fragilibus ramulis, irregulariter locatis, & parum decumbentibus, quique crassitiem habent fili nautici, vel chordularum tenuium, & quidam sunt virides, alii fusci, cuncti quam fragilissimi, undique autem investiti sunt foliolis pusillis, instar minimarum squamularum, sed superius hæc acuminata sunt & obscure virentia. In inferioribus ramulis magis vaga sunt, sed in superioribus tam densa, ut totus ramulus unicum mentiatur folium angustum, in binos ordines extensum.

Ramulorum vertex minora adhuc gerit foliola plumata quasi, parumque circinnatus est instar Filicum surculorum, qui in simplices degenerant lacinias.

Radix raras, sed longas gerit fibrillas, atque supra terram prorepit hic & illic ipsi per fibrillas inhærens, sed non tenax est, ac fruticuli hi facile eradicari possunt.

Secundo. *Muscus fruticescens mas* altior excrescit, binos tresve pedes altus, magisque notabilem format stipitem, rotundum, ac filum crassum, cui plumbum adpendi solet, estque cinereus, & fragilis instar *Ericæ marinæ*, plures ac magis regulares gerit ramos, foliolis densioribus investitos, quæ longiora sunt ac pallidius virentia. Ramulorum pars extrema sese in quædam dividit segmenta seu lacinias, unicum vel binos pollices longas, subtilissimis foliolis & capitulis onustas, quæ hanc ornant plantam, instar fasciculorum contextarum ex collare dependentium. Radix ejus ample dispersa est, ac vilior quam in præcedente.

Nomen.

NEGEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De struikagtige Mosch.

N*U zullen wy vier vreemde geslagten van Mos verhalen, in vier byzondere Hoofdstukken, het eerste is het heesteragtige mos, verdeelt in wyfken, en manneken.*

I. Muscus fruticescens fœmina, *is het eerste en gemeenste van het voorgaande* Cäe *en* Mos, *een gemengde fatzoen dragende, weshalven men het eer voor een kruid dan een mos zoude aanzien. Het wast omtrent een elle boog, en breid zig met veele dunne en brosse takjes uit, die vry wat onordentlyk staan, en wat leggende zyn, in de dikte van zeilgaarn, of dunne chordelen, zommige groen, zommige wat bruinagtig, alle zeer breekzaam, zy zyn van onderen op bekleedt met zeer kleine blaadjes, als de alderkleinste schubben, dog vooren toegespitst, en zwartgroen. Aan de onderste steelen staan ze iedel, maar aan de bovenste zoo digt aan malkander, dat het geheele rysken een smal blad gelykt, in twee rygen uitgebreidt.*

Het uiterste van de ryskens, heeft nog kleindere blaadjes als vederkens, en is wat omgekrult, als de vaare scheutjes, die in enkelde riempjes of snibbelen veranderen.

De wortel heeft weinige dog lange vaselingen, en kruipt boven de aarde. Hier en daar weder inwortelende, dog ze hout niet vast, en men kan de struiken ligt uittrekken.

II. Muscus fruticescens mas, *schiet hooger op, twee en drie voeten hoog, gewint een kenlyker stam, rond in de dikte van een lootlyn, graauwagtig, en bros gelyk een slag Zeeboompjes* Erica marina *genaamt, het heeft ook meer, en geschikter takken daar aan de blaadjes digter staan, langer, en ligter-groen. Het uiterste der takjes verdeelt zig in eenige riempjes, een of twee duimen lang, met zeer fyne blaadjes of knopjes bezet, dewelke dit gewas vercieren als bosjes van akeren, die men aan de hessen draagt. De wortel is wyd verspreidt, en geringer gelyk aan 't voorige.*

Naam.



T. XXXIX.

Nomen. Latine *Muscus fruticescens femina & mas;* Malaice & Ternatice *Ruttu ruttu;* Amboinice in Lœhœa *Keä*, in Leytimora *Yar issi appasua.* *Ruttu ruttu* est proprie vox Ternatensis, descendens a voce *Maruttu*, h. e. exstincta vel exstirpata, quum hæc herba nullibi copiosius inveniatur, quam in solitariis silvis & desertis, ubi homines videntur esse deleti.

Locus. In Occidentalibus insulis non multum uti *Käe* notus est, sed ubique in harum Orientalium regionum silvis reperitur, ac præsertim in vallibus, femina vulgatior est, & circa pagos crescit sub quibusvis fruticulis, mas vero magis amat desertas & frigidas valles, ac rarior est.

Usus. Naturæ est frigidæ & adstringentis, uti cuncti sunt Musci, ac simul exsiccantis, unde & incolæ eo utuntur ad minora vulnera, quæ in silvis contrahunt, herbamque ore masticantes ipsis inponunt, cæterum multum adhibetur in nuptiis ac diebus festis, qua ornant arcus festales, muros, & cubilia, quem in finem vero sequens aptior est. Loci, in quibus *Ruttu ruttu* frequens crescit, prudenter perambulandi sunt, quum serpentes plerumque ibi degunt.

Anno 1685. in latere cocto ad limen conspecta fuit tempore pluvioso peregrina quædam Musci forma, albicantem præ se ferens mucaginem, referebat enim arborem cum variis fruticibus prope radicem sese adtollentem, quæ sese dispergebat in innumeros subtiles ramulos per totam lapidis superficiem, uti Dendroides in Achatis.

Ramuli nulla gerebant foliola, alioquin sine dubio *Ruttu ruttu* repræsentaret, sed nudi erant instar Coralliorum, quidam tamen ad extremitates circinnati erant, Rosas vel flosculos quosdam referentes, instar teli aranearum supra lapidem extensa erat hæc arbuscula, nec tractari poterat sine læsione. Credi posset Musci naturam in argilla non destrui, licet coquatur per ignem, atque hinc tempore pluvioso instar mucaginis sese obfert, contra humida & mucaginosa papyrus maculas aliquando exhibet instar foliorum Nymphææ, quod puto magis fortuito fieri, quam ex indole chartæ.

Naam. *In 't Latyn* Muscus fruticescens fæmina, *en* Mas; *in 't Maleits en Ternataans* Ruttu ruttu; *in 't Amboins op Loeboe* Këa; *op Leytimor* Yar issi appasua. Ruttu ruttu *is eigentlyk Ternataans, afkomstig van 't woord* Maruttu; *dat is omgebragt of uitgeroeit, wyl men dit kruid nieuwers overvloediger vindt, dan in 't eenzame bos, en in wildenissen, daar de menschen schynen uitgeroeit te zyn.*

Plaats. *In de Westersche Eilanden is het ook gelyk het* Käe *niet veel bekent, maar over al in deze Oosterse Gewesten, daar men 't in alle bossen vindt, inzonderheid in de valeyen. Het wyfke is gemeender, en wast ook omtrent de Negoryen, onder allerlei ruigtens, maar 't mannetje bemint meer de wildernissen, en koude valeyen, werd ook weiniger gevonden.*

Gebruik. *Het is koud, en t'zamentrekkende van aart, gelyk alle Mos, daar by opdrogende, waarom de Inlanders het gebruiken tot kleine kwetzuuren, die ze in 't bos krygen, het kruid in de mond kauwende, daar op binden, anders gebruikt men 't veel by Bruyloften, en Feestdagen, om Feestbogen, wanden, en bedsteden daar mede te versieren, waar toe het volgende bekwamer is. De plaatzen, die vol* Ruttu Rutta *staan, moet men voorzigtig doorwandelen, want gemenelyk slangen zig aldaar ophouden.*

Anno 1685. heeft men gezien, op een esterik van gebakken steen, in een stoep liggende, in de regen moisson een vreemde gedaante van Mos, met een witagtige schimmel uitslaande, want het geleek een boom met verscheide struiken, by de wortel opschietende, en in ontelbare fyne takjes zig verspreidende, over de geheele vlakte van den steen, gelyk de boompjes in de agaten zig vertonen.

De takken hadden geen bladeren, anders zouden ze ongetwyffelt een Ruttu ruttu *verbeelden, maar waren bloot als het Calbabaarboompje, behalven eenige hadden aan de eindens krullen als roosjes, of bloemkens, het lag als een spinnewebbe op een steen, en was zonder te bederven niet te handelen. Men zoude geloven, dat de mosagtige natuur de klei niet benomen wert, al is by gebrand, maar slaat als een schimmel uit by regen-weer, daar en tegen het vogtige en uitgeslage pampier, vertoond zomtyds plekken gelyk de bladeren van Nymphæa, 't welk ik agte meer by geval te geschieden, dan uit ingebore aart des papiers.*

Tabula Trigesima nona

Ad Figuram primam *Musci* exhibet *fruticescentis speciem primam*, seu *feminam*.
Figura secunda *Alteram* ejus exhibet *speciem*, seu *marem*, cum quo proxime convenit Muscus erectus, major, foliis angustioribus, acutis *Ray Synops. pag.* 337. & *Vaill. Botan. Paris. Tab.* 23. *fig.* 2.

De negen en Dertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *eerste zoort* ofte het *wyfje* van de *heesteragtige Mosch.*
De tweede Figuur vertoont deszelfs *tweede zoort*, ofte het *mannetje*, met welke het naaste overeenkomt met de grooter opstaande Mosch, met nauwer en puntige bladeren van *Ray Synops. pag.* 337. en *Vaill. Botan. Paris. Tab.* 23. *fig.* 2.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Cingulum terræ. Ruttu ruttu papuwa.

Secunda Musci species cum illa convenit, quæ in Europa *Cingulum terræ* dicitur. Elegans quoque planta est, non erecta, sed longis firmisque flagellis terræ incumbens, vel aliis fruticulis, ultra orgyam longa, ac prope radicem ad trium pedum longitudinem ramis nuda, sed rugosa est per copiosa foliola firma cilia referentia, reliqua pars rugosior & magis spinulosa est, laterales emittens ramulos, qui semper bini sibi sunt obpositi, ac quatuor simul crucem formant, rugosi penitus, uti & tota planta.

Hi iterum sese dividunt in minores ramulos sine ordine provenientes, atque hi rursus in alios petiolos instar Coralliorum, qui petioli innumeris minimis foliolis instar ciliorum hirti sunt, atque hinc rugosi sunt instar pedum luporum, coloris ex viridi flavescentis, ipsorumque extremitates incurvatæ sunt instar Ornithogali, quidam vero terminantur in squamulam, uti in prima *Ruttu ruttu* specie, quo vero magis ad summum, eo densiores gerit hæc planta ramulos, omnesque ramuli facile abrumpuntur.

Radix quoque ad quandam distantiam supra terram prorepit, cui sese inplantat per paucas firmas fibrillas. Ramorum sapor dulcis est, uti in vero Polypodio. Facile e terra evelli potest, diuque viret, atque etiam quodammodo transplantari potest.

Nomen.

SESTIGSTE HOOFDSTUK.

De Gordel der Aarde.

Het tweede geslagt van Mos komt met het geene over een, 't welk in Europa Cingulum terrae *of Wolfsklaauwen genaamt wert. Het is ook een cierlyk gewas, niet over eind staande, maar met lange styve ranken op de aarde kruipende, of op andere ruigte rustende, meer dan een vadem lang, by de wortel wel de lengte van drie voeten, bloot van takken, dog ruig van veele kleine blaadjes als styve hairtjes, de rest is nog ruiger en steekeliger, bezet met zydetakjes, die altyd twee en twee tegens malkander staan, met hun vieren in 't kruis, ook gants ruig, gelyk het voorige.*

Deze verdeelen hen weer in mindere takjes zonder order, en dezelve weer in andere steeltjes, op de manier als een Koraalboompje. Welke steeltjes met ontelbare kleine bladeren als hairtjes bezet zyn, en daar door zoo ruig als Wolfsklaauwen, alle geel-groen van couleur. Hunne eindens zyn zommige omgekruld als een klauw, zommige eindigen in een riempje of snibbeltje, gelyk aan 't eerste Ruttu ruttu, *hoe meer na vooren toe, hoe digter dit gewas getakt is, en alle takken breeken kort af.*

De wortel kruipt ook een stuk weegs boven de aarde, daar in ze haar met weinige styve vazelingen hegt. De smaak van de steelen is zoet, als aan 't regte Polypodium. Men kan het ligt uit de aarde trekken, en het blyft lange groen, laat zig ook eenigzints verplanten.

Naam.

Nomen. Latine *Cingulum terræ*; Malaice *Ruttu ruttu papuwa*: quidam hinc formant *Ruttu ruttu parampæan*, h. e. *feminam*, ac binas priores habent pro mare. Amboinice in Leytimora *Uri wonin*; seu Malaice *Rambut papouwa*. In Lœhœa *Keaobon*, ex circinnata ejus forma, instar ciliorum populi *Papouwas*. Bandice *Rompot bantal*, h. e. herba pulvinaris.

Locus. In ventosis crescit collibus arboribus destitutis inter humile & vagum gramen in solo duro argillosoque lapillis mixto, ubi ingentem obcupat locum.

Usus ejus nullus alius innotuit, nisi quod tempore nuptiarum arcus festales, cameræ, & cubilia hac ornentur planta, præsertim si ejus abrupti ramuli muris vel linteis adfigantur, quum elegans præbent spectaculum, ac diu virent. Vulgus hac herba pulvinaria replet, unde & Bandense obtinuit nomen. Experimentum quoddam comprobatum est ad inveterata & maligna pedum ulcera curanda. Hanc elige herbam, ac contere cum succo Limonis swangi, in quo depone frustulum æris rubri, ac simul calefacce supra ignem, ac satis calide inpone parti adfectæ.

Naam. *In 't Latyn* Cingulum Terræ; *in 't Maleits* Ruttu ruttu papuwa, *zommige maken hier van een* Ruttu ruttu parampæan, *dat is het* wyfken, *en houden de twee voorgaande voor 't manneken*, *in Amboin op Leytimor* Uri wonin; *in 't Maleits* Rambut papouwa. *Op Loeboe* Keaohon; *alles van zyn gekrulde fatzoen*, *gelyk de hairen van de volkeren* Papouwas; *op Banda* Rompot bantal, *dat is kussenkruid.*

Plaats. *Dit wast op lugtige heuvelen, daar geen geboomte is, maar een laag ydel grasje op een harde kleigrond, daar steentjes onder lopen, alwaar 't dan een groote plaats op zig zelfs beslaat.*

Gebruik. *Daar van is anders niets bekent, als dat men op de Bruiloften Feestbogen, kamers, en bedsteden daar mede versiert, in zonderheid als men de afgebroken takken tegens de wanden of tegen het linnen vast hegt, daar zy een lustig gezigt maken, en lange groen blyven. De slegte lieden vullen haare slaapkussens met dit kruid, waar van het den Bandasen naam heeft. Een goed experiment om kwade en verouderde Ulceratien aan de voeten te genezen. Neemt dit kruid, wryft het klein met sap van Lemon swangi, legt daar in een stukje rood kooper, en maakt het t'zamen heet over het vuur, bind het dan zoo redelyk warm over den zweer.*

Tabula Quadragesima

Ad Figuram primam *Cingulum terræ* exhibet.
Figura secunda *Muscum capillarem* sistit.
Figura tertia *Muscum gelatinum Jappenicum*, in *Auctuario* descriptum repræsentat, qui hic post Caput 62. inseritur.

De Veertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Gordel der aarde.*
De tweede Figuur wyst aan de *hairige Moscht.*
De derde Figuur vertegenwoordigt de *Japansche geelagtige Mosch*, in het *Auctuarium* beschreeven, en hier geplaatst agter het 62. Hoofdstuk.

OBSERVATIO.

Hoc *Cingulum terræ* vera *Lycopodii* species est, atque Lycopodium fruticescens, capillaceum, crispum, spicis brevibus nutantibus vocatur a *Dillen. Hist. Musc. pag.* 456. ubi vide reliqua. & *Thes. Zeyl. pag.* 144. & *H. Cliff. pag.* 476. Estque Belean patsja *H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 39.

AANMERKING.

Deze *Gordel der aarde* is een regte zoort van *Lycopodium*, en wert genaamt struikagtige, hairige, en gekrulde Lycopodium, met korte neerhangende aalren, van *Dillen.* in de *Historie* der *Moschen pag.* 456. alwaar het overige ziet, als mede in de *Thes. Zeyl. pag.* 144. en *H. Cliff. pag.* 476. en is de Belean patsja van de *H. Malab. tom.* 12. *Tab.* 39.

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

Barba saturni. Lunuit.

Tertia Musci species haud multum differt a nostrate Musco arboreo, estque congeries densa cauliculorum instar capitulorum arboribus adhærentium, qui eodem modo pinnati sunt, quo Muscus arboreus, coloris ex cinereo viridis, ac siccus penitus griseus est, seu albicans, elegantissime griseam referens barbam, quæ quibusdam arboribus speciem ingentis sed spuriæ crassitiei præbent. In deserto enim in altis ac frigidis montibus arbores obcurrunt, vix viri crassitiem habentes in trunco, quæ tamen præ se ferunt crassitiem, quam vir ulnis complecti nequit, si vero quis hisce adcumbat, vel eas comprimat, in hunc vagum Muscum incidit tanquam in foveam.

Nomen. Latine *Barba saturni*; Malaice *Luinut*, quod generale est nomen omnium Muscorum.

Locus. Hic Muscus proprie crescit in truncis arborum in altis montibus, ubi frigus plerumque est, in Sagueris tamen etiam reperitur, quarum succus jam elicitus est, & quæ hinc negliguntur.

Usus. Aquæ incoctus, vel minutim contritus cum Zingibere minore, ac propinatus Diarrhæam curat, ex frigore & cruditate ciborum ortam.

N. B. Huic Capiti nulla adjecta fuit Icon.

EEN EN SESTIGSTE HOOFDSTUK.

Saturnus Baard.

Het derde Mos verschild niet veel van 't Vaderlandze boommos, zynde een digte klomp steelen als koppen aan de bomen hangende, en op de zelve manier gevedert als het boommos, grys-groen van couleur, en het drooge wert gants grys, of witagtig, verbeeldende zeer aardig een gryze baard, die zommige bomen een schyn van groote dog valze diktens geven. Want in de wildernissen op hooge koude bergen vindt men bomen schaars zoo dik als een man van stam, en egter in schyn zoo dik, dat ze een man niet omvademen kan, maar als men daar tegens leunt of drukt, zoo valt men in dit ydel Mos als in een kuil.

Naam. *In 't Latyn* Barba saturni; *in 't Maleits* Luinut, *zynde een generale naam van alle Mos.*

Plaats. *Dit Mos wast eigentlyk aan de stammen der bomen, die in 't hooge gebergte staan, en daar 't meest koud is, maar men vind het ook aan de Sagueersbomen, die al uitgetyffert, en verlaten zyn.*

Gebruik. *In 't water gekookt of klein gewreeven, met kleine Gember, en gedronken wert bevonden de buikloop te stoppen, die van koude en ruwigheid der spyze veroorzaakt is.*

N. B. By dit Hoofdstuk is geen Figuur bygevoegt geweest.

Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

Muscus capillaris. Tay angin.

Venimus ad summum mundi, & Confinia cœli,
Hic ubi perpetuo Rorantis nubis imago
Montibus incumbit, solemque obfuscat euntem,
Nec fera nec volucris transit, sed inhospita semper,
Frigore tesqua rigent, stantque alta silentia rebus,
Et graciles truncos falsa sub imagine vestit
Incanus Muscus, quem lassus forte viator,
Si premat insessu, vacuo mox mergitur antro.
Ne fiat strepitus pressa sed voce loquendum,
Nam pluvias gignit motus clamoribus äer,
Nec gestare salem fas est, quia mobilis imber
Attrahitur, cautusque sitem celare memento:
Sed tacitus laticem de presso sugere musco.
Ne tamen invisus totum te perluat imber,
Est ingens folium, parva licet arbore natum,
In formam scuti mappam cognominat Indus,
Hoc capiti imponas, quando illic perficis iter.

Pervenimus jam descriptione ad summa montium cacumina insularum Amboinensium, ubi nebulosis nubibus adeo cincti sumus, ut ipsa meridie vix Sol dignosci possit, qui ros perpetuo fluens cum frigore perpetuo quam maxime delassat, & horridum reddit prætereuntem. Hic loci fere nil aliud conspicitur, quam naturæ frigidæ & acidæ arbores, quales supra *libr.* 5. in Capite *Arboris frigoris* seu *Ay massaninu* descripsimus, ibi nulla vox, neque hominum, neque animalium, neque volucrium auditur, quum cuncta animalia frigida hæc & ingrata mundi cacumina vitant, ita ut hic perpetua sint silentia cum horrido crepusculo, & levi venti susurru, non autem hic quoque licet adtollere vocem, sed transeundi sunt hi montes silentio pacifico, altus enim clamor ita cœlum movet, ut pluviæ subsequantur. Prohibetur quoque Sal secum portare, quum hoc pluvias adtrahat. Licet horum omnium præcautio instituatur, non tamen transire quis potest hosce montes sine humiditate, quum madidus sit tam per tenues pluvias quam per arborum tactum ac ipsum solum, quod omne humidum est, ac præterea investitum denso Musco, qui itinerarios fallit, quum ipsi adcumbant vel insidere velint.

Ex animantibus animalibus sola ibi aliquando conspicitur Lacertula quædam, quæ ad solis fulgorem caput suum aliquando exserit ex Musco.

Inter multas Muscorum species, quæ ibi conspiciuntur, excellit quædam exotica species, quam hoc in capite describimus, ac tantummodo ex summis truncis & crassissimis arborum ramis dependet forma capillitii ingentis. Hic itaque muscus longa sua emittit fila quatuor sexve pollices longa, nec crassiora vulgari filo sutono, ita hæc intricat & fasciculos format, ut totas fere obtegat arbores, & silvestrem ac tristem locorum conspectum complet.

Multicolor est hic Muscus, sed potissimum hos quatuor exhibet colores, pallide virentem, rubrum, album, & flavum, siccus vero plerumque unicum contrahit colorem ex flavo & cinereo mixtum. Fragilis est, ac facile dissolvi potest, & in tenuem conteri pultem, quæ manus rubro inficit colore. Viridis censetur esse tener Muscus, ac ruber senior, nullus porro odor vel sapor in eo percipitur, sed naturæ est refrigerantis.

Nomen. Latine *Muscus capillaris* seu *Circinnalis*; Malaice *Tay angin*; Ternatice *Gori maibo*, h. e. venti fimus ob ejus levitatem ac subtilitatem.

Locus. Supra indicatum est, in quibus reperiatur locis, semper nempe in altissimis montibus, humido rore & nube fere semper obductis, quales præ reliquis sunt Ceramæ montes in Provincia Amboinensi, & in ingenti regione Hallema Heëra in Moluccis. In montibus vulgaris altitudinis non vel raro hunc observavi, sed semper altissimos eligit locos cujusdam insulæ.

Usus ejus in Amboina rarus est, quum non facile conquiri possit, ac fere a nemine nisi a silvestribus montium incolis seu Alphorensibus.

TWEE EN SESTIGSTE HOOFDSTUK.

Het haairige Mos.

De gang heeft ons gebragt tot 's werelts hoogste toppen,
Daar schier een langen arm aan 's Hemels deur zou kloppen,
Daar mist en duisternis benevelen 't gezigt,
En op den hoogen dag verduisteren 't zonneligt.
Geen dier, geen vogel kan op deze hoogte blyven,
Dewyl de natte kouw schier alles doet verstyven,
Geen stem, geen volgelzang men immermeer daar hoort
De naare stilheid heeft haar woning aan dit oort.
De ranke stammen zyn van mos wel dik in d'oogen,
Maar hebben menig mensch met haaren schyn bedrogen,
Want als een Reiziger zyn lyf daar tegen leent,
Zoo zakt hy in een hol, daar hy 't op 't minste meent.

Wy zyn met onze beschryving gekomen, tot de hoogste bergen van de Amboinsche Eilanden, daar wy met de mistige wolken zoodanig omgeven zyn, dat men ook op de middag kwalyk de zonne bekennen kan, welken mist geduurig druipt, en daar by met een moejelyke koude reizende gants mat en styf maakt. Hier ziet men nu bykans anders niet dan de koudaardige en zuure bomen, diergelyken wy boven libr. 5. *in 't hoofdstuk van* Arbor frigoris *of* Ay massaninu *beschreeven hebben. Daar hoort men geen stem, nog van menschen, nog van gedierten, nog van vogelen, vermits alle het gedierte, deze koude en onguure toppen der wereids schuwt. Een eeuwige stilte met een naar schemerligt, en een klein zuizen van winden regeeren daar, men mag ook niet hart spreeken, maar men moet ze passeeren met een geduldige stilte, want het hart roepen beweegt de lugt tot regen. Het wert ook verboden, zout by zig te dragen, om dat het zelve den regen zal aan zig trekken. Dit alles onderhoudende, kan men egter niet voor komen zonder nat te werden, zoo van den stofregen als van 't aanraken der bomen en des gronds, daar alles nat is, en daar en boven bekleed met dik Mos, 't welk de Reizigers bedriegt, als men daar tegens wil leunen of zitten.*

Alleenlyk onder alle levende dieren wert aldaar gezien een Hagedisje, dat tegens het blinken der zonne zomtyds zyn hoofd buiten 't Mos uitsteekt.

Onder veelderlei zoorten van Mossen, die men aldaar ziet, munt uit een vreemd slag, 't welk wy in dit hoofdstuk te beschryven hebben, en alleen aan de bovenste stammen, en dikste takken der bomen hangt, in gedaante van groote bairlokken. Dit Mos dan zyn lange draden vier en ses duimen lang dragende, niet dikker dan gemeen naigaren, door malkaar verwert, met bosjes by malkander gevoegt, en de bomen schier bedekkende, om het wilde en droevige aanschyn dezer plaatzen te volmaken.

Het is veel-verwig, dog vertoont meest deze vier couleuren, ligt-groen, rood, wit, en geel, maar het gedroogde besterft meest tot eene couleur, uit den geelen, en graauwen gemengt. Het is ook bros, laat zig ligt uit malkander trekken, en tot een fyn papje vryven, 't welk de handen rood verft. Het groene wert voor jonk mos gehouden, en het roode voor oud, voorts is geen reuk nog smaak daar in, dan verkoelend.

Naam. *In 't Latyn* Muscus capillaris *of* Circinnalis; *in 't Maleits* Tay angin; *op Ternaten* Gori-maiho, *dat is drek van de wind, wegens zyne ligtigheid en subtiligheid.*

Plaats. *Boven is gezegt, op wat voor plaatzen men het vindt, te weten altyd op de hoogste bergen, die meest altyd met mistige wolken bedekt zyn, gelyk onder anderen de bergen van Ceram, in de Amboinsche Provintie, en het groote land Hallema Heëra in de Moluxe quartieren. Op bergen van gemeene hoogte heb ik het niet of zelden gevonden, maar het wil altyd de hoogste plaatzen in hebben van 't zelve Eiland.*

Gebruik. *In Amboina is zyn gebruik weinig bekent, dewyl men 't niet wel bekomen kan, en schier van niemand dan de wilde Bergwoonders, of Alphoeresen.*

Ternatenses matronæ seu magnates istius regni potissimum hunc in usum vocarunt, quæ hunc remote petere curant ex Hallemaheræ montibus, conteruntque eum cum polline Oryzæ, & frustulo Curcumæ in subtilem pultem, quam faciei illinunt, quum exeunt, quæ inde floridum ac vivum adquirit colorem, ac simul refrigerium caussat, & a solis æstu eam præservat. Hic vero faciei vigor, ac color non diutius durat unico isto die, vel saltem tam diu modo, donec facies iterum abluatur, ac nullum porro ipsi adfert damnum, quod alii sæpe caussant fuci.

Siccatus hunc in finem etiam adhiberi potest, si prius in aqua maceretur, & isto more conteratur, quum siccatus vero & maceratus manus non amplius rubro tingit colore, iners & mortuus censetur.

N. B. Hujus Musci icon expressa est *Tab.* 40. *fig.* 2. qui quoad Figuram optime convenit cum Musco aureo capillari palustri, inter foliola folliculis rotundis quadripartitis *Plukn. Phyt. Tab.* 48. *fig.* 1. differt autem, quod hic dicitur in paludibus crescere, quum noster in arboribus reperiatur, e quibus tamen semen dejicere potest in locis paludosis, atque ibi etiam progerminare.

De Ternataanse vrouwen, of groote Juffrouwen aan dat hof, hebben 't meest in kennisse en gebruik gebragt, latende het zelve vers van Hallemaheras gebergte halen, zy wryven 't met fyn ryst meel, en een klein stukje Curcuma tot een subtielen pap, die ze over 't aangezigt stryken, als zy uit willen gaan, 't welk daar door een blozende en levende couleur bekomt, en met eene verkoelt, en tegens den zonnenbrand bewaart. Dog de jeugd duurt niet meer dan voor den zelven dag, of immers zoo lange, tot dat men 't aangezigt weder wast, voorts 't zelve geen letzel aandoende, gelyk wel andere blanketzels doen.

Het gedroogde kan men ook hier toe gebruiken, als men 't eerst in water weekt, en op voorstaande manier wryft, dog als het geweekte de handen gants niet meer rood verft, zoo houd men 't voor verstorven en ondeugend.

De Figuur van dit Mosch komt voor op de veertigste Plaat *Tab.* 2, het welk, voor zoo ver de Figuur betreft, zeer wel overeenkomt met de goudagtige, hairige, en moerassige Mosch, tussen de blaadjes ronde in vieren gedeelde bolletjes dragende, van *Plukn. Phyt. Tab.* 48. *fig.* 1. dog verschilt, om dat deze gezegt wert in de moerassen te groeijen, daar het onze op de bomen gevonden wert, van waar het egter zyn zaad in vogtige plaatzen kan laten vallen, en dus ook t'effens aldaar groeijen.

Muscus Gelatinus Japponensis. Tschintschau. in *Auctuarii Cap.* 62. sequenti describitur modo, qui hic suo loco inseritur.

IN mari Japponico in rupibus sub aqua Muscus quidam crescit, quatuor vel quinque circiter pollices longus, cujus caules plani & albi sunt, ad latera undique gerentes foliola minima, quorum tria plerumque simul juncta sunt, alba quoque, extremique ramuli in circinnos sese dividunt subtiles.

Japponenses hunc certo anni tempore e mari petunt, abluunt, & ad solem siccant, talique modo ad cibum servatur, vel in alias transfertur regiones.

Nomen. Nostra natio eum vocat *Tschintschau*, quod nomen a Japponensibus audiverunt, Sinenses vero dicunt, *Tscintschau* penitus diversam rem esse, plantam nempe terrestrem instar fruticuli, pusilla gerentem folia, quæ siccata in gelatinam quoque adhibentur, contra hunc Muscum hi vocant *Hay tsjay*, h. e. *Sajor laut*, sive *Olus marinum*, item *Tschoo-hoæ*, h. e. lapideam vel scopulosam arborem.

Usus. Recipe manipulum hujus Musci, infunde in patina aqua recenti repleta, ac macera per binos dies, quidam pauxillum aceti addunt, ut fortius maceretur, tum aqua turbida & gelatinosa est, quæ dein coquitur, per pannum filtratur, & frigefacta, tota massa solida est Gelatina, qualem Germani coquunt ex Vaccarum pedibus, & *Galree* vocant.

Hæc itaque massa in parva scinditur segmenta, quibus adfunditur dimidia aquæ recentis, dimidia aquæ Rosarum pars, & cochleatim editur. Hæc est grata & salutaris stomacho recreatio diebus calidis. Per totum diem edi potest, sed matutino tempore præstantissimum est, residuum servari potest, si quotidie recens ipsi adfundatur aqua. Muscus siccatus siccissimo servandus est loco, ita ut nullus humidus aër eum tangat, quo corrumpitur. Optime eum servavi in cubili in aperto aëre. Alii dicunt hunc Muscum albescere, & a marino odore depurari per calcem, si ipse inpingatur in frustis angustis, si vero illum coquere velimus, calx in aqua abluitur, & in Gelatinam dein coquitur.

Tsjen-thi est viridis Amboinensis *Capillus nympharum*, quem Chinenses siccant, & in lardo liquefacto torrent & edunt, sed ante siccationem prius abluendus & macerandus est, de quo latius vide supra libro undecimo.

Alia porro Sinensibus nota est *Hay tsjay*, seu *Alga coralloides*, quam Sinenses in aqua abluunt & macerant, ac dein instar Lactucæ cum aceto edunt, uti & lardo atque Ostreis adcoquunt, alii vero Sinenses eam vocant *Lo-cac-tsay*, h. e. *Herba cornu cervi*.

Præcedens *Tscintschau* proprie herba est in Sina & Java circa Samaram crescens, quæ cum radicibus simul evellitur & siccatur, dein si aquæ incoquatur, hæc nigrescit, quæ fervide Sagumandæ infunditur, unde Papeda nigricans præparatur, quæ in parva scinditur fragmenta, & cum Sacharo editur ad refrigerandum. Hoc

De Japansche Scheleiagtige Mosch wert in het 62. *Hoofdstuk* van het *Auctuarium* op de volgende wyze beschreeven, en hier op zyn plaats ingevoegt.

IN de Jappansche Zee op de klippen onder water groeit een zeker Mos, omtrent vier of vyf duimen lang, waar van de steelen plat en wit zyn, aan de zyde digt bezet met zeer kleine blaadjes, waar van drie gemeenlyk by malkander staan, die mede wit zyn, en de uiterste takjes verdeelen haar in subtiele hairtjes.

De Jappanders op zekere tyd des jaars halen het uit zee, spoelen het uit, en drogen het in de zon, zoodanig wert het dan tot de kost bewaart, of in andere Landen vervoert.

Naam. *Onze Natie noemen het* Tschintschau, *gelyk ze het van de Jappanders hebben hooren noemen, dog de Sinesen zeggen, dat het* Tschintschau *een geheel ander ding is, te weten, een Landgewas als een struikje met kleine bladeren, dewelke gedroogt mede tot Gelatina gebruikt werden; daar en tegen dit mos noemen ze* Hay Tsjay, *dat is* Sajour laut, *of* Olus Marinum; *dat is* Tschoo-hoæ; *dat is steen, of klip-bloem.*

Gebruik. *Neemt een hand vol van dit Mos, doet het in een kom met vers water, en weekt het daar in twee dagen, zommige doen een scheutje Azyn daar by om te sterker uit te trekken, hier van werd het water dikagtig, als een lil, welk men dan opkookt, door een doek klynst, en koud laat werden, zoo werd de geheele massa een styve lil of Gelatina, diergelyke de Duitzers uit kalfsvoeten weten te kooken, en* Galree *noemen.*

Deze massa dan snydt men in kleine stukken, giet half vers, en half rosewater daar over, en eet het met lepels. Dit is een aangenaame en gezonde ververzing voor den maag by heete dagen. Men mag 'er den geheelen dag van eeten, dog best s'ogtens. Het overschot kan men bewaren, als men dagelyks vers water daar over giet. Het drooge Mos moet men zeer droog bewaren, dat 'er geen vogtige lugt by komt, waar door het anders bederft. Ik heb het best bewaard in een kamer in een open lugt. Andere zeggen, dat dit Mos mede wit zy, en met kalk van zyn zee-reuk berooft, en in smalle koeken gepakt werde, en als men 't kooken wil, werd de kalk uitgewatert, en tot lil gekookt.

Tsjen-thi *is het Amboinsche groene* Capillus nymphaum, *het welk de Chinesen droogen, en dan in gesmolte spek roosten, en eeten, dog voor het droogen moet men het eerst uitverschen, waar van ziet breeder boven* Libr. XI.

Zoo is nog een ander Hay tsjay *by de Chinesen, of* Alga coralloides, *'t welk de Chinesen uitverschen, en droogen, en daar na als zalaad met azyn eeten, als mede by spek en oesters koken. Dog andere Chinesen noemen dit* Lo-cac-tsay, *dat is* Hertshoorn-kruid.

Het voornoemde Tschintschau *is eigentlyk een kruid, in China en op Java omtrent Samara groejende, het werd met wortelen en al uitgetrokken, en gedroogd, daar na in water gekookt, verwt het zelve zwartagtig, het welk men heet op Sagumanda giet, waar-van een zwartagtige Papeda werd, dewelke men in kleine brokjes snydt, en met zuiker eet om te verkoelen.* Dit

Hoc nigrum seu Javanense *Tsjintschau*, herba est ultra quatuor pedes alta, sed quodammodo aliis adcumbens herbis. Caulis ejus est rectus, rotundus, ex rubro fuscus, culmum crassus, ac dividitur in paucos laterales ramulos, erectos quoque.

Foliola vaga sunt in amplis interstitiis, bina sibi opposita, quædam unguem, quædam digiti articulum longa, immo longiora, ad oras profunde dentata, ipsorumque laterales costæ sursum excurrunt, in inferiore parte parum rugosa sunt, & quodammodo cum Brunella silvestri convenientia, sine notabili sapore.

In vertice simplex locatur spica, vel racemus semipedem longus, cui flores insident uti in *Majana.* Javæ provenit sponte, ac Javani nullum alium ejus norunt usum, nisi quod maxime refrigeret, atque caput eo lavant ad refrigerandum, & ut capilli in longum excrescant.

Artem coquendi a Sinensibus edocti sunt, qui totam herbam prius conscissam aquæ incoquunt, donec ex fusco nigrescat, tum per pannum filtrant, & aquam denuo fortiter coquunt, ac per noctem deponunt in fictili vase, tum nigrescit instar Papedæ tenuis, quæ in parvis segmentis instar alearum scinditur, & cum aqua & saccharo editur.

Verum nomen Sinense est *Siënthau*, h. e. *herba Angelorum*, sed vulgo pronunciatur *Tsinsau*, h. e. *Rompot dingin*, seu herba lignea, altitudinem adtingens trium cum dimidio & quatuor pedum, sed in Sina humilior est, superius longam gerens spicam, quibus flosculi insident, pusillum relinquentes semen, uti in *Sulassi*, vel potius uti in *Majana.* In molli solo unicum tantum emittit caulem, sed in solo duro & argilloso in paucos laterales sese dividit ramos, sequenti autem præparatur modo.

Tota herba non scissa aquæ incoquitur in Sinensi Boaly, seu ferrea sartagine, ipsi admisce fortissimi lixivii patinam plenam. Lixivium hoc suam amittit acredinem, & cuncta liquescunt folia. Per pannum hæc filtra, denuo coque, & ipsi admisce tenuem Sagumandam, donec sufficiat, sed continuo agitandum & commovendum est, alioquin enim glebæ concrescunt, & coctio per totum duret diem. Frigescat dein in fictili vase, tum nigra ista Papeda formata est, quam homines sani edunt cum aqua & saccharo, sed ægri sine aqua eam edant, quum nimium refrigeret. Sinensis herba nigram quoque præbet Papedam, alba enim ex Musco marino conficitur, quæ juxta eorum relatum etiam præparatur ex *Alga coralloide*, seu *Agar agar.* Javanensis herba colligitur circa Samarang.

Dit zwarte of Javaanze Tsjintschau, *is een kruid ruim vier voeten opschietende, dog eenigzints tegens andere ruigte leenende. De steel is regt, rond, bruin-rood, een halm dik, en verdeelt zig in weinige zydetakken, die mede over eind staan.*

De blaadjes staan ydel in wyde tussenleden, twee tegens malkander, zommige een nagel, zommige een lid van een vinger, en wat meer lang, aan de kanten grof getant, en de zyderibben loopen na vooren, aan de onderste zyde wat ruig, eenigzints die van onze wilde Prunella gelyk, zonder merkelyke smaak.

Op den top staat een enkele aire of tros, een halve voet lang, daar aan het bloeizel gezeten heeft, gelyk aan de Majana. *Het wast op Java in 't wild, en de Javaanen weten daar geen ander gebruik van, als dat het zeer verkoeld, en zy wassen het hoofd daar mede om te verkoelen, en lang hair te maken.*

De konst van 't kooken hebben ze van de Chineesen geleerd, dewelke het geheele kruid in stukken gesneeden, eerst in water kooken, tot dat het zelve zwart-bruin werd, dan klenzen ze het zelve door een doek, en kooken het water nogmaals sterkelyk, en laten het een nagt in een steene kom staan, zoo werd het zwart als een dunne Papeda, die men dan in kleine stukken als dobbelsteenen kan snyden, en met water en zuiker eeten.

De regte Chineese naam is Siënthau, *dat is* Engelkruid, *dog werd in 't gemeen uitgesproken* Tsinsau, *dat is* Rompot dingin *of* Houtkruid, *het wast vierdehalve of vier voeten hoog, dog in Sina blyft het lager, boven do met een lange aire, en daar aan bloempjes, en zeer klein zaad, gelyk aan* Sulassi, *of beter aan* Majana. *In mulle grond heeft het maar een hoogen steel, maar in harde kleigrond verdeelt het zig in weinige zydetakkens, het werd aldus geprepareert.*

Het geheele kruid ongesneeden in water in een Chineese Boaly, of yzere pan, doet daar onder van de scherpste looge een kom vol. De looge verliest haar scherpte, en alle de bladeren smelten; klenst dit door een doek, kookt het nogmaals, en roert daar onder fyne Sagumanda, tot dat gy dunkt genoeg te zyn, maar men moet geduurig roeren, anders werd het klonterig, en het kooken duurt den geheelen dag. Laat het dan koud werden in een steene kom, zoo heeft gy die zwarte Papeda, dewelke gezonde lieden eeten met water en zuiker, maar de zieke persoonen moeten ze zonder water eeten, dewyl het anders te veel verkoelt. Het Chineese kruid geeft mede zwarte Papeda, want de witte komt van het Zeemos, dewelke na het zeggen ook gemaakt werd van de Alga coralloides *of* Agar agar, *het Javaanse valt omtrent Samarang.*

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Equisetum Amboinicum, seu arboreum squamatum. Ruttu ruttu caju.

Filicibus & Muscis quodammodo adfine est *Equisetum Amboinicum*, cum Europæo parum conveniens, cujus in hoc capite tres proferam species.

Primo. *Equisetum arboreum squamatum,* elegans planta est, peculiarem habens formam, ac cum nostrate Equiseto parum conveniens. Ex crassis arborum ramis dependit multis caulibus seu flagellis instar fasciculi linteorum, binos tresve pedes longis, herbaceis, & lentis. Quodvis vero flagellum ad palmæ spatium a suo principio sese bifariam dividit, seu bifidum est, ac paulo ulterius iterum bifidum, irregulariter striatum, & sulcatum, inferius enim multas gerunt strias, sed superius quatuor habent sulcos, ac dorsa. Inferius quoque investita sunt pusillis squamosis foliolis, inferne in orbem positis juxta nempe numerum dorsorum, sed superne cruciata sunt & transversalia, ex nigro virentia, firma, superius acuta, & parum pungentia. Ad extremum flagella hæc caudas gerunt quasdam angustas, digitum longas, & flaccidas instar Chordularum, quæ constant ex læte virentibus capitulis instar foliolorum compactis, haud male referentibus glandes collarium filaceas. Prope ortum hæ caudæ aliquando inter foliola exhibent flava quædam capitula flosculos mentientia.

Tenera

DRIE EN SESTIGSTE HOOFDSTUK.

Amboinsch Paardestaart.

Met de Vaaren en Mos heeft eenige maagschap het Amboinsche Equisetum, *of Paardestaart, met het Europise maar een kleine overeenkomst hebbende, waar van ik in dit Hoofdstuk drie zoorten voortbrengen zal.*

I. Equisetum arboreum squamatum, *is een aardige plant, van een vreemde geduante, en met ons Equisetum minst overeen komende. Het hangt van de dikke takken der bomen af met veele steelen, gelyk een bos lint, twee en drie voeten lang, kruidagtig, en taai. Ieder steel een hand lang van zyn oorsprong, verdeelt zig in tweeen, en wat verder al weder in twee, ongelyk gestreept en gevoorent, want beneden hebben ze veele streepen, maar na vooren toe hebben ze vier ruggen met vooren daar tussen. Ze zyn van onderen ook bekleed met kleine schubagtige blaadjes, die beneden in een kring staan, te weten na 't getal der ruggens, maar boven in 't kruis, en over dwers, zwart-groen, styf, van vooren spits en een weinig steekende. Aan 't uiterste dragen deeze steelen eenige smalle steerten, een vinger lang, en slap als cordulen, van ligt-groene knopjes als blaadjes, digt t'zamen gezet, en niet kwalyk te vergelyken met de akertjes, die de mannen aan de beffen dragen. By haaren oorsprong vertoonen deeze riempjes zomtyds tussen de blaadjes uitkykende eenige geele knopjes, 't welk het bloeizel zyn wil.*

De

Tenera planta parum ſeſe erigit quadratis & profunde ſulcatis ſuis cauliculis, ubi foliola tam arcte compacta ſunt, ipſisque adcumbunt, ut dignoſci nequeant, ac ſuperius bifidi ſunt, parum incurvi inſtar barbarum Cancrorum. Primarii caules ſeſe conligunt in una radice, quæ vilis eſt, & paucis fibrillis arborum corticibus inhæret.

Hujus & minor obcurrit ſpecies, quæ foliola gerit in binos ordines locata, haud majora *Ruttu ruttu*, ita ut ſerratas referant alas. Caules ejus etiam quinquies vel ſexies bifidi ſunt, latius diſtantes quam in priore, ac totus fruticulus quatuor pedes longus eſt, & ad ejus extremum ſimiles excreſcunt glandes, ſemper bis bifidæ, craſſitie filorum nauticorum, quæ nodoſæ ſunt, ſeu ex tenuibus compoſitæ ſquamulis, ac virides.

Malaienſes cunctas has nominant plantas generali nomine *Binalo api*, quo & *Viscum* denominant, quum arbores perdant & emacient, quibus increſcunt. Altera porro varietas eſt priori ſimilis, quæ nil aliud gerit niſi acuta foliola, denſe & antrorſum compacta, Gajanis increſcens. Alii haſce ſpecies Malaice vocant *Suri*.

Nomen. Latine *Equiſetum arboreum ſquamatum*, ſive *foliatum*; Malaice *Ruttu ruttu caju.*

Locus. Craſſis arborum ramis increſcit, potiſſimum Canariis, inque alias arbores transplantari poteſt.

Uſus. In nuptiis ornamenti cauſſa adhibetur.

Secundo. *Equiſetum ſecundum* cum Europæo magis convenit, ex nudis enim conſtat cauliculis craſſitie filorum compactoriorum, qui ſtriati ſunt, intenſe virides, non denſi, caudam referentes equinam, inſtar Europæi, vagi & diſperſi. Nulla in ipſis conſpiciuntur foliola, ſed ad divaricationes virides quidam apices. Pluvioſis menſibus inter hos flava quædam excreſcunt capitula, trigona, ſeu ex tribus ſegmentis quaſi compacta, magnitudine ſeminis Sinapios, quæ flores ac ſemina repræſentant. Tam humilibus increſcit arboribus, quam ſolo duro & ſaxoſo ad pedes collium ventoſorum, præſertim ſub Reſtiariis.

Tertio. *Equiſetum ſilveſtre*, ſimilis quoque planta eſt, primo tenuem ſimplicem parumque ſtriatum adtollens caulem, qui ſenſim bifidus eſt, nudus & aphyllos, ſed magis regularis, & elegantior eſt priore. Extremum ſuperiorum flagellorum ſeſe dividit in quosdam digitos inſtar pedum Cicadæ, qui copioſa ſed puſilla exhibent foliola, atque inter ea capitula quædam purpurea magnitudine granorum Milii.

Totus fruticulus vivide viret, ſpithamam vel pedem altus, cum puſilla muſcoſa radice terræ adhærens. Raro obcurrit, ac fere ſolummodo in ſilvis *Caju pœti*, quæ aliis mixtæ ſunt arboribus. Vocatur *Equiſetum ſilveſtre*, & *Pes locuſtæ*.

Cum prima ſpecie, ſeu *Equiſeto arboreo ſquamato* convenit rara & mira planta a *Jacobo Breynio Cent. I. cap.* 92. deſcripta, nomine *Selaginis* ſeu *Plegmariæ Celonicæ*, licet *Paul. Hermannus* poſtea declaraverit, ſeſe in Zeylona eam non reperiſſe, ſed in Cochin, quæ Sankrinenſi ſeu Malabarica alta lingua vocatur *Patſin cherra tadha*, varietas autem prioris ſpeciei maxime convenit cum alia planta ab eodem *Breynio l. c. cap.* 100. vocata *Planta muſcoſa & Plumoſa Guyanenſis*, quum ipſi ex Guyana transmiſſa erat, aureus vero fulgor, quem in Guyanenſi vidit, in Amboinenſi non detegitur, ob rationem, quæ ex Auctoris ſententia peti poſſet, quod nullum in Amboina detegatur aurum.

Tabula Quadrageſima prima

Ad Figuram primam *Equiſetum* exhibet *arboreum ſquamatum*.

Figura ſecunda folium exhibet *Petbolatum*, quod mas dicitur.

Figura tertia *Folium petbolatum feminam*, ſeu *veram*, quæ ambæ ſubſequenti deſcribuntur Capite.

De jonge plant ſtaat wat over eind met haar vierkante en diep gevoorende ſteelen, daar de blaadjes zoo digt tegens aanleggen, dat men ze niet bekennen kan, en vooren zyn ze in twee riempjes geſpleeten, die wat krom ſtaan, als de baarden van kreeften. De hoofdſteelen vergaderen alle gaar aan eene wortel, die gering is, en met weinige vazelingen aan de ſchorſſe der bomen hangt.

Verandering van de eerſte zoorte, men vindt hier van een kleindere zoorte, daar aan de blaadjes in twee ryen tegens malkander ſtaan, niet grooter als die van Ruttu ruttu, *zoo dat ze gezaagde vleugeltjes ſchynen te zyn. De ſteelen verdeelen haar ook in twee, en twee wyder van malkander dan aan 't voorgaande, tot vyf en ſes maal toe, en het gebeele ſtruikje is ruim vier voeten lang, aan 't uiterſte komen diergelyke akertjes voort, altyd in twee en twee verdeelt, in de dikte van zeilgaarn geknoopt, of van dunne ſchubbetjes gemaakt, en groen.*

De Malyers noemen alle deze gewaſſen met een generale naam Binalo api, *gelyk ze het* Viscum *ook noemen, om dat ze de bomen bederven, en uitmergelen, waar op zy groeien. Nog is een ander verandering mede 't voorgaande gelyk, waar aan men niets ziet dan ſpitze blaadjes, digt en voorwaarts tegens malkander geſloten, groeiende op Gajangbomen, andere noemen alle deze zoorte in 't Maleits* Suri.

Naam. *In 't Latyn* Equiſetum arboreum ſquamatum, ſive foliatum; *in 't Maleits* Ruttu ruttu caju.

Plaats. *Het waſt op de dikke takken der bomen, meeſt van Kanary-bomen, en men kan het ook op andere bomen verplanten.*

Gebruik. *Het werd mede op de Bruiloften gebruikt tot vercierzel.*

II. Equiſetum ſecundum *komt met het Europiſſe meer over een, want het is gemaakt van bloote ſteelen, in de dikte van bindgaarn, geſtreept, hoog-groen, niet digt, als een paardeſtaart gelyk het Vaderlantze, maar ydel en uit malkander geſpreid. Men ziet 'er geen blaadjes aan, maar alleenlyk aan de ſchynleden eenige groene ſpitzen. In de regemaanden komen tuſſen dezelve hier en daar eenige geele knopjes voort, driezydig, als of ze van drie deelen zamen gezet waren, in de grootte van Moſtartzaad, die het bloeizel en zaad willen zyn. Het waſt zoo wel op lage bomen als in den grond, daar het droog en ſteenig is, aan de voeten van lugtige heuvels, inzonderheid onder de Lontbomen.*

III. Equiſetum ſilveſtre *is ook diergelyke gewas, eerſt met een dunne enkele, en wat geſtreepte ſteel opſchietende, die zig al gaande weg in tweën verdeelt, ook kaal en zonder bladeren, dog ordentelyker en cierlyker ſtaande dan aan het voorgaande. Het uiterſte van de bovenſte ryskens verdeelt zig in eenige klaauwen, gelyk de pooten van een Sprinkhaan, daar aan men veele, dog zeer kleine blaadjes ziet, en op of tuſſen dezelve eenige paarſe knopjes in de grootte van Gierze.*

Het gebeele ſtruikje is jeugdig groen, een ſpan of een voet hoog, met een geringe moſagtige wortel aan de aarde vaſt. Men vind het weinig, en ſchier alleenlyk in de boſſen Caju poeti, *daar dezelve met andere bomen gemengt zyn. Men noemt het* Equiſetum ſilveſtre *en* Pes locuſtæ.

Met de eerſte zoorte of Equiſetum arboreum ſquamatum *komt overeen de rare en wonderlyke plante by* Jacob. Breyn. Cent. I. Cap. 92. *beſchreeven, met de naam van* Selago *of* Plegmaria Celonica. *Hoewel Doctor* Paul Herman *namaals verklaart heeft, dat hy ze op Ceylon niet gevonden, heeft maar wel op Kochin, werdende in de Sankrinſe of hoog-Malabaarſe Taal genaamt,* Patſin cherra tadha, *maar de verandering van de eerſte zoorte heeft groote gelykeniſſe met een andere plante gemeldt by* Breyn. Loc. cit. cap. 100. *genaamt* Planta muscoſa & Plumoſa Guyanenſis, *dewylze hem uit Guyana toegezonden is, dog den gouden weerſchyn, dien hy aan de Guyaanſe gezien heeft, is aan de Amboinze niet te vinden, om reden gelyke men uit den Autheur zeggen zoude, dewyl 'er geen goud in Amboina gevonden werd.*

De een en Veertigſte Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur het *geſchubde*, en op de *bomen groeiende Equiſeet* ofte *Paardeſtaart*.

De tweede Figuur wyſt aan het *Petbola-blad*, het geen het *Mannetje* genaamt wert.

De derde Figuur vertoont het *Petbola-blad* ofte het *Wyfje*, en het *egte*, welke beide in het volgende Hoofdſtuk beſchreeven werden.


Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

OBSERVATIO.

Equisetum hoc *arboreum Rumphii*, est *Lycopodium* erectum, dichotomum, foliis cruciatis, spicis gracilibus. *Dillen. Hist. Muscor. pag.* 450. *Tab.* 61. ubi ejus descriptio ex *H. Malabar.* & *Breynii Centuria*, cui dicitur *Selago* Indiæ Orientalis, sive *Plegmaria* admirabilis Zeylanica *pag.* 180. ubi elegantissima hujus plantæ Icon reperitur, vide & *Thes. Zeyl. pag.* 211.

AANMERKING.

Deze van de *bomen hangende Paardestaart* van *Rumphius*, is het opstaande *Lycopodium* in tweën verdeelt, met gekruiste bladeren, en schrale aairen van *Dillen.* in de *Historie* der Moschen *pag.* 450. *Tab.* 61. alwaar deszelfs beschryving is genomen uit de *Hort. Malab.* en *Centuria* van *Breyhe*, by wien ze hiet de *Selago* van Oostindie, ofte de verwonderlyke Ceylonsche *Plegmaria*, op *pag.* 180. alwaar van deze plant een zeer fraaije Figuur gevonden wert, ziet ook de *Thes. Zeyl. pag.* 211.

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

Folium petolatum. Daun petola.

Hoc naturæ artificio hunc decimum librum claudemus, estque humilis ac pusilla plantula, pauca gerens folia, hæc vero tam eleganter picta sunt, acsi arte quadam esset factum, simplicem ac mollem adtollit caulem, non ultra binos vel tres pollices altum, ita ut plantula hæc fere terræ incumbat, supra tria gerit folia in triangulo posita & extensa, ac sub his bina ternave alia minora, quæ caulem quodammodo in articulos distinguunt, & ad aliquam partem vagina sua hunc ambiunt, instar foliorum *Alsines Indicæ*, seu *Arundinellæ*, cui adfinis esse videtur.

Majora foliola quodammodo etiam illa *Arundinellæ latifoliæ* referunt, sed breviora sunt & rotundiora, quædam etiam cordiformia quasi, crassiuscula, sed flaccida. In superiore parte spadicea, & paulo altioris coloris, mollia ad tactum instar serici densioris, ac quodammodo splendentia, quam elegantissime picta, læte rubentibus & intricatis flavis lineis distincta, ita ut cancellata sint, atque ignotos referant characteres, acsi penicillo a perito pictore picta essent, inferius folia rubent, seu purpurascunt sine characteribus. Sic diu viget, nil aliud exhibens hæc plantula, quam tria hæc quatuorve picta foliola.

Tandem ex centro suo simplicem mollemque adtollit caulem, qui rotundus est, lanuginosus, ac sex pollices altus, in tres quatuorve obscuros articulos distinctus, qui flosculos quosdam albos profert, cito marcescentes, ac sub his caulis incipit crascescere, ac fructum format trigonum eodem modo, quo *Empetrum acetosum*, oblonga nempe cellula est, ex tribus crassis pelliculis seu alis constans, oblongior tamen est fructu *Empetri*, coloris ex viridi & fusco distincti, diu superius emarcidum sustinens flosculum.

Hæc siliqua tandem in tres dehiscit partes, sed infra ac supra connexa, ex qua pusillum & arenosum quasi decidit semen, illi Empetri simile, remanentibus tribus nudis filamentis inter segmenta positis.

Radix vilis est, ex pusillis crassis & albis fibrillis composita, laxe terræ inhærens, semper enim in molli & humido crescit solo.

Nomen. Latine *Folium petolatum*, juxta Malaiense *Daun petola*, ob similitudinem vestis pretiosæ sericeæ *Petola* dictæ, quæ multis coloribus distincta & picta est.

Locus. Raro reperitur, ita ut plurimis etiam incolis hæc ignota sit plantula, semper vero crescit in altis & remotis montibus, ubi arbores vagæ ipsi umbram præbent, & sub quibus solum est parum humidum. Multum inpendi laborem, ut eam in hortos transplantarem, ubi per aliquod tempus quidem crevit, sed semper sine semine periit. Melius tamen id succedit Amboinensibus, qui eam aliquando in suis plantant hortis montanis.

Usus

VIER EN SESTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Petola-blad.

Met dit konststuk der natuur zullen wy dit tiende boek besluiten, zynde een klein laag kruidje, uit weinige bladeren bestaande, dog dezelve zyn zoo aardig geschildert, als of het door konst geschiedt was, het heeft een enkele weeke steel, niet boven twee of drie duimen hoog, zoo dat het plantje schier op de aarde legt. Boven heeft het drie bladeren, schier in een drieangel uitgespreidt, en onder dezelve nog twee of drie kleindere, die den steel eenigzints in leden verdeelen, en een stuk weegs met haare scheeden bekleeden, gelyk de bladeren van de Alsine Indica, *of* Arundinella, *uit wiens maagschap het schynt te zyn.*

De grootere blaadjes gelyken ook eenigzints na Arundinella latifolia, *dog korter, en ronder, zommige ook wat hertformig, dikagtig, dog slap. Aan de bovenzyde kastanje-bruin, of wat hooger, zagt in 't aantasten als vulpt, en eenigzints glimmende, zeer aardig geschildert, met ligt-roode of geele linien, in en door malkander lopende, zoo dat ze eenige ruitjes, of onbekende karacteren vertoonen, even als of ze door een konstig Schilder met een penceel getrokken waren. Van onderen zyn de bladeren rood, purper-verwig, zonder karacteren. Dus blyft het langen tyd staan, zonder iets anders te vertoonen dan deze drie of vier geschilderde blaadjes.*

Eindelyk brengt het uit zyn midden een enkele weeken steel voort, rond, wolagtig, vyf en ses duimen hoog, in drie of vier donkere leden verdeelt, daar op eenige witte bloempjes voortkomen, die haast vergaan, en onder de zelven begint het steeltje dik te werden, en formeert een driekantige vrugt, op de manier als het Empetrum acetosum, *te weten een langwerpig huisken, uit drie dikke vellekens of vlerken gemaakt, dog langwerpiger dan aan 't* Empetrum, *van couleur uit den groenen en bruinen gemengt, het verwelkte bloempje langen tyd boven op behoudende.*

Deze houwe splyt ten laasten in drien, dog onder en boven aan malkander blyvende, en dan valt een klein zandig zaad daar uit, dat van Empetrum *gelyk, blyvende noch drie bloote draadjes tussen de riempjes staan.*

De wortel is gering, van weinige dikke en witte vazelingen gemaakt, slappelyk in de aarden houdende, want het alle tyd op een losse en vogtige grond staat.

Naam. *In 't Latyn* Folium petolatum; *na 't Maleits* Daun petola; *wegens de gelykenisse met een kostelyk zydekleedje* Petola *genaamt, 't welk met veelderlei verwen geschildert is.*

Plaats. *Het werd zelden gevonden, zoo dat het ook de meeste Inlanders onbekent is. Altyd op hooge en afgelege bergen, daar het van hooge bomen schaduwagtig, dog wat ydel is, onder dewelke de grond wat vogtig is. Ik hebbe veel moeiten gedaan om het in de tuinen te verplanten, daar 't wel een tyd lang gegroeit heeft, maar telkens zonder zaad uitgegaan. Beter gelukt het de Amboinesen, die het zomtyds in hunne bergtuinen verplanten.*

Gebruik.

Usus ejus nullus huc usque innotuit, ita ut tantummodo tanquam aliquid rarum & elegans ex montibus deferatur & ostendatur. Ob singulares foliorum lineas id penicillo seu penna delineare non potui, unde ipsam plantam adglutinavi papyro, quum sicca satis constanter suum servat colorem.

Finis Libri Decimi.

Gebruik. *Daar van is nog niets bekent, zoo dat het alleenlyk tot een rariteit van de bergen afgebragt, en vertoont werd. Ik heb 't wegens de aardige liniamenten der bladeren, met de pen of penceel niet konnen uitbeelden, dierhalven ik 't geheele plantje alhier geplakt hebbe op een papier, te meer, alzoo het gedroogde zyne couleuren meest behoudt.*

Einde van het Tiende Boek.

HERBARII AMBOINENSIS

LIBER UNDECIMUS.

Agens de reliquis herbis silvestribus.

CAPUT PRIMUM.

Angræcum scriptum. Bonga boki. Angrec krinsing.

Nunc nobilem describemus herbarum silvestrium familiam, quæ eo sese distinguit, quod semper in alto habitet, in aliis nempe arboribus, ac spernit humile solum, uti & plerumque nobiles arcæ & castella in altis exstructa sunt locis, ita ut alium ac sublimem crescendi habeant modum ac formam, uti & nobilitas modernis sese distinguit, & superbis vestimentis. Tertiam verò addunt rationem Moluccenses principissæ, quod nempe recusent flores suos geri ab alio, quam a nobili matrona vel virgine. In hac autem nobilitate, æque ac inter homines, etiam tales reperiuntur, quæ in rusticos degenerant, & in terra crescunt, quæque peculiarem videntur constituere genus. Unde & cuncta Angræca in binas distinguere me oportet classes.

Primo in nobilem, quæ sola in arboribus crescit, & secundo in rusticam, quæ ex terra provenit, cunctæ vero adfines sunt isti herbæ, quæ in Herbariis *Helleborine* & *Calceolus mariæ* vocatur, & in tot distinguitur species, ut omnes describere nequeam. Nobilem tamen familiam sub duodecim comprehendi subsequentibus speciebus, quarum primam & pulcherrimam, *Angræcum scriptum* hoc in capite describam.

Angræcum scriptum mira est herba, more Filicum arboribus increscens, in quarum crassissimis ramis, ac potissimum ex ipsorum ortu seu alis provenit, innumeris, lentis, & albis fibrillis sese figens ipsorum corticibus, multosque erigit albos apices instar coni, sed non pungentes.

Ex hisce primo progerminant quædam ingentes, planiusculæ & coniformes bursæ, transversaliter in articulos distinctæ, per longitudinem profunde sulcatæ seu striatæ, substantiæ herbaceæ & mucosæ, ex his sese explicant tria quatuorve longa & angusta folia, sese complectentia, illis *Hellebori albi*, seu *Hyris* similia, crassa, firma, inferius angusta, sensim dilatata, ultra pedem longa, tres lata digitos, tribus nervis per medium distincta, qui non multum protuberant, sed medius ad internam partem sulcum format: prope hanc bursam e radice alter excrescit caulis, rotundus, ac foliis destitutus, quatuor & quinque pedes longus, superius parum incurvus, e quo flores regulari modo supra sese invicem crescunt more Hyacinthorum, quivis autem peculiari insidet incurvo pedunculo.

Atque hi flores peculiarem obtinent formam, illis Satyrii accedentes, magnitudine floris Narcissi, compositi ex quinque exterioribus petalis, inferius angustatis, superius latis, quibusdam flavis, aliis ex flavo virentibus, hisce inscriptæ sunt amplæ guttæ & Characteres, acsi Hebræorum essent literæ, sed non distinctæ, suntque ex rubro colore fuscæ, in uno flore diversæ quam in altero.

In medio aliud locatur concavum petalum complicatum instar crateris, coloris pallidioris, fuscis seu purpureis lineis striatum, in hujus cavitate crassum erigitur pistillum lato germine ornatum, cæterum flos est inodorus.

Primo

AMBOINSCH KRUID-BOEK.

ELFDE BOEK.

Handelende van de overige of resteerende wilde Kruiden.

EERSTE HOOFDSTUK.

Het geschreeven Angrek.

NU zullen wy beschryven den Adel onder de wilde kruiden, dewelke zy daar in uitbeelden, dat ze altyd in de hoogte op andere bomen, en nooit om laag op de aarden willen wonen, gelyk men gemeenelyk de Adelyke Slooten en Burgten op de hoogten ziet gebouwt, zoo dat ze een vreemde manier van wassen en gedaante hebben, gelyk den Adel met modieuse kleederen pronkt. De derde reden zetten de Moluxse Princessen daar by, dat ze de bloemen van niemand willen gedragen hebben dan door Juffrouwen van staat. Onder dezen Adel vindt men egter ook zoodanige gelyk onder de menschen, die in Boeren veranderen, en op de aarde wassen, die een byzonder geslagt schynen te maken. Weshalven ik ook al de Angreks in twee hoofdzoorten verdeelen moet.

I. In 't Adelyke, 't welk alleen op bomen wast, en ten tweeden het Boerze, 't welk uit de aarden spruit, alle zyn ze uit de maagschap van dat kruid, 't welk in de Kruidboeken Helleborine *en* Calceolus mariæ *genoemt werd, en in zoo veele zoorten verdeelt, dat ik ze op verre na niet al zal kunnen beschryven. Ik heb egter het Adelyke geslagte onder de volgende twaalf zoorten begreepen, waar van ik de eerste en schoonste* Angræcum scriptum *in dit Hoofdstuk beschryven zal.*

Angræcum scriptum, *dat is een zeltzame plante, in maniere als Maare-takken op de bomen wassende, op wiens dikste takken, en meest by derzelver oorsprong, of uit de okselen het voort komt, met ontelbare taaye, en witte vazelingen, zig op derselver schorsse vast makende, en heeft veele witte spitzen over eind staan als een Egel, dog niet steekelig.*

Hier uit komen eerstelyk voort eenige groote, wat platte, en keegelformige beurzen over dwers in leden verdeelt, en dan in de lengte diep gevoorent of gestreept, binnen van een kruidagtige en slymerige substantie, hier uit spruiten drie of vier lange en smalle bladeren, malkanderen omvattende, die van witte Helleborus, *of van* Hyris *gelyk, dik, styf, agter smal, allengskens breeder, ruim een voet lang, drie vingeren breed, met drie zenuwen in de lengte doortogen, die niet zeer uitbuilen, maar de middelste maakt aan de binnenzyde een geut, bezyden deze beurze komt uit de wortel een anderen steel, rond, en zonder bladeren, vier en vyf voeten lang, boven wat gekromt, daar aan de bloemen geschikt boven malkanderen wassen, op de manier gelyk de* Hyacinthen. *Ieder op een byzonder kromvoets steeltje.*

Deze bloemen zyn nu weder van een byzonder fatzoen, en willen na die van Satyrium *aarden, in de grootte van een narcisse, gemaakt van vyf buitenste blaadjes, agter smal, vooren breed, zommige geel, zommige geelgroen, hier op ziet men breede droppelen en karacteren, als of het Hebreeuwse letteren waren, dog niet kennelyk, en alle bruin-rood, ook in de eene bloeme verschillende van de andere.*

In de midden staat een ander hol blaadje, t'zamen gebogen als een bekertje, ligter van couleur, met bruine of peerse linien gestreept, in dezes holligheid ziet men nog een dik pilaartje, met een breed hoofdeke, en voorts is ze zonder reuk.

De

Primo progerminans flos interne ex viridi flavescit, ipsiusque characteres obscure fusci sunt, sed sensim penitus luteus est, ac characteres rubri, diu viget etiam in abruptis caulibus, qui in camera locati per octo dies flores vegetos servant, uno post alium sese aperiente. Tandem incipiunt marcescere, sed non decidunt, ipsorumque pedunculi crassescunt & ventricosi sunt, fructum formantes, qui tenerum refert *Blimbingum*, vel hexagonam crassam siliquam, cujus oræ protuberantia gerunt dorsa, quorum tria majora sulcata sunt, ac sursum bifida, tria alia humiliora sunt nec sulcata. Quinque pollices longus est hic fructus, sesqui crassus, superius latissimus, emarcidum sustinens florem; inferius autem acutior est, cortex hujus exterior viridis est, crassus, & herbaceus, interna pars repleta est farina flava & villosa.

Maturi obscuri cinerei sunt, ac facile in sex dehiscunt partes, ita tamen, ut dorsa superius & inferius cohæreant instar coronæ Cæsareæ, tumque flava decidit farina, quæ per ventum dissipatur, an vero in hac vis seminalis lateat, & in alias per ventum projecta arbores progerminet, ignotum est.

Bursa, cui folia insident, uti dictum est, interne herbacea est, si vero folia deciderint, crassescit magis, ac tandem sicca est, ejusque substantia interna fungosa & fibrosa est, in qua nidulantur plerumque formicæ.

Quædam hujus observantur varietates, quæ tamen non satis differunt, ut peculiarem constituant speciem, primo enim plantæ, quæ Mangiis vel similibus increscunt arboribus, corticem succosum habentibus, majora gerunt folia præcedenti, viginti septem & octo nempe pollices longa, ultra palmam lata, nullum alium notabilem gerentia nervum longitudinalem, nisi medium, loco trium, quibus præcedens gaudet, referuntque tenera folia Toxicariæ seu Ypo.

Quodam tempore caulem habui floriferum, quatuor cum dimidio pedes longum, vario modo flexum, cujus quinquaginta duo flores uno tempore aperti erant. Characteres iis inscripti non ita referebant Hebræorum, quam antiquiorum Latinorum majores literas, quidam etiam Samaritanorum literas, ex quibus nomina etiam quædam componi poterant, si petala quædam ex floribus desumpta in ordine locabantur.

Ramus Mangæ, cui Angræcum similesque plantæ increscunt, si eas rite nutriat, nullos vel paucos proferet fructus, quod ferendum est elegantis spectaculi gratia.

Alia hujus varietas in Calappo observatur, quam multi pro peculiari habent specie, unde & distincte eam describam. E latere Calappi vetustioris excrescit. Radix elevatam format glebam ex subtilibus longis, sed non pungentibus conis formatam. Bursæ sunt uti in priore, sed glabræ, nec articulatæ, excepto quod per longitudinem parum sint costatæ. Folia breviora sunt, latiora, & crassiora, sine ullis nervis, excepto medio canali, a tredecim ad sexdecim pollices longa, quatuor lata, & ex teneris excrescunt bursis. Caulis florifer peculiari excrescit loco, quinque & quinque cum dimidio pedes longus, minimum digitum crassus, rotundus, firmus, ac fere lignosus. Binæ superiores tertiæ partes floribus ornatæ sunt, illis prioris haud dissimiles, ex quinque nempe flavo viridibus petalis constantes, quorum unum semper introrsum flexum, ac quivis fere flos prope ortum sinuosus est, plerumque sursum, aliquando ad latus.

Hujus petala picta sunt crassis & fuscis characteribus, qui nullas peculiares formant figuras, plurimi enim maculas referunt, literæ tamen A. I. O. in iis inveniri possunt. In medio pistillum locatur pallidius exterioribus petalis, fuscis lineis longitudinalibus distinctum, ac porro sine ullo odore.

Fructus sine dubio magnæ & angulosæ sunt siliquæ, uti in priore. Radicis congeries fere onus viri est. Novembri floret.

Baleyenses nullum peculiare hujus plantæ sciunt nomen, nec volunt habere pro *Angrec krinsing*, unde hanc interim vocavi *Angrec calappa*, quum ad verticem talis arboris inventa sit, quidam eam vocant *Angrec lida* ob glabra & firma folia, quæ magnam referunt linguam.

Nomen.

De eerste opgaande bloem is van binnen geel-groen, en haare karakteren donker-bruin, maar met 'er tyd werd zy regt geel, en haare karakteren rood, zy blyft lang in haar weezen, ook aan de afgebrokene steelen, waar aan men in een kamer gezet, wel agt dagen bloemen kan hebben, de eene na de ander opengaande. Eindelyk beginnen ze te slenzen, dog zonder af te vallen, en hare voeten beginnen dik en buikagtig te werden, en formeeren de vrugt, dewelke gelykt een jonge Blimbing, *of een seskantige dikke bouwe, en de kanten hebben uitbuilende ruggens, waar van de drie grootere gevoorent zyn, en na vooren toe in tweên zig splyten, de drie andere zyn laager, en niet gevoorent. Zy is vyf duimen lang, anderhalve dik, vooren 't breedst, met de verwelkte bloeme boven op, agter wat spitzer, buiten is een groene, dik en kruidagtige schorsse, het binnenste is uitgevuld met een geel vlokagtig meel.*

De rype werden donker-graauw, splyten ligt in ses deelen open, zoodanig dat de ruggens agter en vooren aan malkanderen blyven hangen als een Keizer-kroon, en als dan valt het geele meest uit, en verstuift met de wind, maar of het een zaadkragt in zig hebbe, en op andere bomen door den wind vervoert, zig verplante, is nog onbekent.

De beurze, daar de bladeren op staan, is, als gezegt, van binnen kruidagtig, maar als de bladeren afgevallen zyn, zoo werden ze dikker, en ten laatsten droog, hebbende van binnen een vooze en draadige substantie, daar dan de mieren gemeenelyk in nestelen.

Men heeft eenige veranderingen van het bovenstaande, dewelke niet genoeg zyn, om een byzondere zoorte te maken. Want voor eerst hebben de planten, dewelke op Mangas of diergelyke bomen staan, die een sappige schorsse hebben, grootere bladeren dan de bovenstaande, te weten seven en agtentwintig duimen lang, en ruim een hand breed, met geen ander kennelyke zenuwe in de lengte, dan de middelste, in plaats van drie, die het bovengenoemde heeft, en gelyken de jonge bladeren van de spatwortel.

Ik heb op een tyd een bloemdragenden steel gehad, van vyfdehalve voeten lang, met verscheide bogten, waar aan twee en vyftig bloemen op eenen tyd geopend stonden. De karakteren daar op staande, gelyken zoo wel niet na 't Hebreeuwse, als na de oude Latynse Kapitalen, en sommige ook na Samaritaansche letters, waar uit men wel eenige naamen konde fabriceeren, als men hier en daar een blad van een bloem genomen, en in ordre gelegt hadde.

De tak van een Mangans-boom, waar op Angreck en diergelyke kruiden geplant staan, zoo hy dezelve wel voed, zal by geene of weinige vrugten dragen, 't welk men zig dan getroosten moet, om een fraai spectacul te hebben.

Nog een verandering heeft men op den Kalappus-boom, 't welk veele voor een byzondere zoorte houden, weshalven ik ze ook uitvoerlyk beschryven zal. Zy groeit ter zyden aan de oude Kalappus-bomen, de wortel maakt een heuvel of grooten klomp van fyne, lange, dog niet steekelyke spitzen. De beurzen zyn gelyk aan 't voorgaande, dog glad, zonder afzetzels of leden, behalven in de lengte een weinig geribt. De bladeren zyn wat korter, breeder, en dikker, zonder eenige zenuwen, behalven de middelgeut, van dertien tot sestien duimen lang, vier breed, en komen op de jonge beurze voort. Den bloemsteel komt byzonder voort, vyf en sesdehalve voeten lang, een pink dik, rond, styf, en schier houtagtig. De twee bovenste derde deelen zyn met bloemen bezet, die van het voorgaande niet ongelyk, te weten van vyf geel-groene bladeren gemaakt, waar van het eene altyd binnewaarts gebogen staat, en schier ieder bloem heeft by haar oorsprong een bogtje, meest opwaarts, sommige ter zyden.

Deze blaadjes zyn geschildert met grove en bruine karakteren, waar uit men geen zonderlinge figuren kan maken, want de meeste na plekken gelyken, egter kan men A. J. O. daar in vinden. In de midden staat een kelkje, wat bleeker dan de buitenste bladeren, met bruine linien in de lengte geteekent, voorts zonder reuk.

De vrugten zyn buiten twyffel groote en kantige houwen, gelyk aan het voorgaande. Den klomp van de wortel verstrekt ten naasten by een dragt voor een man. Zy bloeit in November.

De Balyers hebben geen byzondere naam daar toe, en willen het egter voor geen Angrec kringsing *erkennen, weshalven ik het by provisie* Angrec calappa *genoemt heb, dewyl 't by de kruin van zulken boom gevonden is, sommige noemen 't* Angrec lida, *wegens de gladde en styve bladeren, dewelke na een groote tong gelyken.*

Naam.

Nomen. Latine *Angræcum ſcriptum*, & *Helleborine Molucca*; Malaice *Angrek*, ſeu *Bonga boki*, & *Bonga putri*; Ternatice *Saja baki*, h. e. *Flos principiſſæ* ob rationem ſupra datam. Alii id vocant *Saja ngawa* & *Ngawan*. Baleyice *Angrec kringſing*, quum flos pictus ſit inſtar veſtimenti *Kringſing* dicti.

Javanis omnes hi flores dicuntur *Rangrec*; Portugalli illos vocant *Fulba alacra*, ſeu *Fulba lacre*, licet hæc proprie peculiaris ſit ſpecies Javæ creſcens, & Moſcum olens, ac ſic denominata a ſimilitudine Scorpionis, quem florem cauda ſua refert.

Malaienſes quidam cuncta *Angreca* vocant *Api api*, inque ea verſantur ſententia, ex ſemine ſeu fimo quarundam avium oriri, præſertim aviculæ *Cacopit*, quæ *Reguli* ſpecies eſt, quod tamen non vero convenit, quum hæc non multum frequentat Mangia, ſed potiſſimum in ipſa regione in fruticibus verſatur floriferis, quorum ſuccum ſeu rorem exſugit, nomen tamen habet, fimo ſerere quælibet Viſca.

Locus. Nullibi creſcit, niſi in craſſis arborum ramis, tam in ſilvis, quam in montibus, uti in Canariis, in variis Mangiis litoreis, notumque eſt in cunctis hiſce Orientalibus inſulis, ſique leniter cum radiculis ſuis tollatur, circa ædes transplantari poteſt in Mangis, quum primum quoddam cænum ſupra ramos inliniatur, atque funiculo his inligatur, quotannis tum ibi ſuos profert flores, licet non tam elegantes lutei ſint coloris, quam qui in ſilvis creſcunt.

Sæpius etiam tentavi hoc in horto & ſolo plantare, ubi nil niſi folia dabat, ſed nunquam mihi flores in conſpectum venere, licet per aliquot ibi vigeret annos, dein autem caſu inveni in ſilva ſemi putridum lignum, cui increverat, quod domum duxi, ac profunde in terra id depoſui, ubi Angrecum vigebat & florebat, quum vero iſtud lignum periret, etiam interiit Angræcum.

Reſtat adhuc inquirere, an coli poſſit, ſi totus amputetur viridis ramus, & transverſaliter in terra ſepeliatur. Alioquin nobis ſufficiat, naturam permittere hoc elegans ſpectaculum creſcere in vicinis Mangis.

Quo modo jam hæc planta ſponte in arboribus proveniat, haud facile determinari poteſt, vanum enim eſt credere, ex ſordibus corticum creſcere uti Muscus, multæque Filicum ſpecies, tum enim in diverſis arboribus differentem haberent formam, nec etiam tam facile transplantari poſſent, quum vero obſervetur ipſis tanquam inpoſita eſſe, imo in glabris & planis corticibus, uti in Canariis, hinc vero magis adcedit, aut per ventum e proprio ſemine, aut per aves ſeri, præſertim Varingas, ac quasvis Viſci ſpecies.

Hallucinari quis poſſet, veram vim ſeminalem latere in granulis magnitudinem ſeminis Catjang habentibus, quæ aliquando in flava iſta farina fructuum deteguntur, licet aquoſa penitus ſint. Similia granula, ſed majora, in fructibus variarum Varingarum etiam iſtarum ſemina cenſentur.

Uſus. Flores non niſi oculorum oblectamento inſerviunt, ſi cum toto caule abſcindantur, atque per aliquot dies in camera deponantur, non in aqua ſed in terræ gleba, hæc enim planta in aqua depoſita ingratum fundit odorem, inſtar ſordidæ aquæ, vel inſtar plurimarum Orchidum ſpecierum, quarum odorem etiam recens ejus ſuccus ſpirat. In Ternata matronæ, ac præſertim uxores, ſorores, & filiæ regum (quæ omnes Malaice *Putri*, ac Moluccis *Boki* vocantur) ſibi adeo hos vindicant flores, ut vulgaris mulier, multo minus ſerva illos dedecorarent, ſi florem hunc capiti ſuo inponerent, unde hos flores pro ſe ſolis ex ſilvis peti jubent, quos capillis innectunt, dicentes naturam ipſam demonſtrare hoſce flores non convenire hominibus vilioris conditionis, quum nullibi niſi in altis creſcant locis, unde & dicta nomina ſortita eſt hæc planta.

Si quis Paronychia laboret, ſumat herbaceam burſulæ medullam cum pauxillo Curcumæ in aqua ſalſa contritam, ipſique inponat, tum ulcus cito matureſcet, licet & aliquando reſolvatur, ſi nondum fixa illa ſit.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum ſcriptum. *en* Helleborine Mollucca; *in 't Maleits* Angrek *of* Bonga Boki *en* Bonga putri; *op Ternaten* Saja baki; *dat is* Flos principiſſæ, *om reden als boven. Anderen noemen 't* Saja ngawa *en* Ngawan; *in 't Baleits* Angrec kringſing; *om dat de bloeme geſchildert is als zeker kleedje genaamt* Kringſing.

In 't Javaans bieten alle deze bloemen Rangrec; *de Portugeeſen noemen ze* Fulha alacra *of* Fulha lacre. *Hoewel dit eigentlyk een byzondere zoort is op Java, na Muscus ruikende, en aldus genoemt na de gelykeniſſe van een Scorpioen, dien de bloem met baren ſteert verbeeld.*

Zommige Malyers noemen ook alle Angrecs Api api, *en zyn mede in dat gevoelen, dat ze uit het zaad, ofte den afgang eeniger Vogelen oorſprongelyk zyn, inzonderheid beſchuldigen ze het Vogeltje* Cacopit *daar mede, zynde een ſlag van* Regulus, *'t welk niet waarſchynlyk is, dewyl het zelve Vogeltje zig niet veel ophout op de Mangi Mangi-bomen, maar landwaarts in op ſtruiken, die bloemen dragen, welkers ſap of douw het uitzuigt, egter moet het den naam dragen, dat het met zyn afgang alle miſtels of maare-takken zaaje.*

Plaats. *Zy waſt nergens, dan op dikke takken der bomen in 't wild zoo op bergen, gelyk op Kanary-bomen als op ſtrand op veelderlei Mangi Mangi-bomen, en is bekent in alle deze Ooſterze Eilanden, als men ze zoetjes met al haar worteltjes afligt, zoo kan men ze omtrent de huizen op een Mangas-boom verplanten, als men eerſt een weinig ſlik op de takken ſmeert, en dan met een touwtje daar op bindt, daar ze jaarlyks haare bloemen geeft, hoewel ze aus zoo mooi-geel niet zyn, als die in 't wild zyn waſſende.*

Ik heb 't ook meermaal geprobeerd in den tuin en grond te planten, daar ze niet dan bladeren voortbragten, maar nooit heeft het my gelukken willen, dat de bloeme voor den dag kwam, hoewel ze jaren lang over ſtonden, daar na vindende een half verrotten blok in 't boſch, daar op ze gegroeit was, heb ik den zelven naar huis gebragt, en diep in de aarde gezet, daar het Angrek wel groeide en bloeide, maar als het blok begonde heel te vervallen, zoo ging het ook uit.

Reſteert nu nog te onderzoeken, of men 't onderhouden kan, als men een geheele groene tak afkapte, en dezelve dwers in de aarde begraafde. Anders moeten wy ons vergenoegen laten, dat de natuur ons dit ſchoon ſpectacul op onze nabuurige Mangas-bomen vergunt te voeden.

Hoe nu deze planten in 't wild op de bomen komen, en is niet ligt te raden. Immers het is ydel te geloven, dat ze uit de vuiligheid der ſchorſſen groeien, gelyk Mos of andere Vaaren geſlagten, want dan zouden ze op gants verſchillende bomen ook verſcheide gedaante hebben, en men zoude ze ook zoo niet verplanten konnen, maar vermits men ziet, dat ze als daar op gezet zyn, zelfs op gladde en effene ſchorſſen, gelyk de Kanary-bomen hebben, zoo is het waarſchynlyker, dat ze of door den wind met haar eigen zaad, of door de vogelen gezaait worden, inzonderheid de Waringa-bomen, en alderhande zoorten van Viscum.

Men zoude mogen giſſen, dat de regte zaadkragt ſteekt in eenige korrels in de grootte van Catjang, dewelke men zomtyds in het voornoemde geele meel der vrugten vindt, hoewel ze vry wat wateragtig zyn. Diergelyke korrels, grooter dan de andere, in de vrugten van verſcheide Waringas houdt men insgelyks voor zaadkorrels.

Gebruik. *De bloeme dient tot niets dan plaizier voor de oogen, als men ze met den geheelen ſteel afſnydt, en eenige dagen in een kamer ſtelt, niet in water, maar bloot op een klomp aarde, want dit gewas in water komende, geeft een vuilen reuk van zig gelyk ſpoelwater, of gelyk de meeſte zoorte van Orchis, waar na ook het verſche ſap ruikt. In Ternaten eigenen haar de groote Vrouwen, inzonderheid de huisvrouwen, zuſters, en dogters van hunne Koningen (die men alle in 't Maleits* Putri, *in 't Moluks* Boki *noemt) zoodanig deze bloemen toe, dat ze een vrouw van ſlegten ſtaat, laat ſtaan een Slavinne, wel grooten affront zouden aandoen, als ze deze bloem op haar hoofd droegen. Daarom laten ze die alleen voor haar uit den bos halen, om in 't haair te dragen, reden gevende, dat de natuur zelfs aanwyſt, dat deze bloemen voor geen lieden van geringen ſtaat paſſe, om dat ze nieuwers dan op hooge plaatzen voortkomt, waar van ze ook de voorſchreeve namen heeft.*

Als iemand het nagelſweeren bekomt, die zal het kruidagtige merg van de beurze nemen, met een weinig Curcuma, en zout water wryven, en daar over binden, zoo zal het gezweer zig tot een haaſtig rypen ſchikken, hoewel het ook zomtyds verdwynt, als het nog niet gezet is.

Bursæ magni Agræci decorticatæ si sunt, ipsarumque interna medulla contrita, & cum pauxillo Zingiberis mixta, & abdomini inlinita, primo paucum excitat pruritum, sed haud diu post vermes enecat, ac simul omnes malignos ex intestinis expellit humores, immo lienem induratum seu *Tebatu* resolvit, eadem tumentibus inponitur pedibus, ut œdema extrahatur.

Bulborum medulla ore masticata, ita ut succus profluat, quo os conluitur contra Aphthas, quod prodest, quum hic succus sit fatuus, ac summopere refrigerans.

Amboinenses norunt arcanum sed superstitiosum, componentes ex flava fructus farina Philtrum, ac dicunt mulierem prosequi amore talem, a quo hanc farinam cum cibo vel potu accepit. Cæterum in cibo etiam exhibetur ad Dysenteriam sistendam, estque penitus insipida.

Helleborinem Moluccam vocavi, quum maxime conveniat cum *Helleborine recentiorum*, quam *Clusius* describit *libr.* 2. *rar. pl. Cap.* 63. & ab aliis *Calceolus Mariæ* vocatur, qui describitur a *Dodonæo libr.* 8. *Cap.* 22, qui ex *Gesneri* sententia multum conveniret cum *Cosmosandalo Pausaniæ*, & *Chiliodynami* antiquorum, *Angræcum* saltem nostrum quadrat forma foliorum & florum, sed non modo crescendi. Examina, an etiam adcedat *Flori Tigridis*, qui est flos Indiæ Occidentalis, quem *Dodonæus* describit in *Adpendice* Latino *Cap.* 32.

Hieronymus Tragus putat, *Orchides* & *Satyria* oriri ex semine turdorum & merularum, quarum fimus aliquando reperitur in agris & pratis, quum hæ aves vere coëunt.

Athanasius Kircherus in suo *mundo subterraneo Libr.* 12. *Sect.* 1. *Cap.* 9. judicat, cuncta Satyria ortum ducere vel ex putridis quorundam animalium cadaveribus, in quibus vis quædam seminalis latet, vel ex ipsis animalium seminibus, quæ in montibus vel pratis coëunt, atque pro ejus argumento dicit in Satyriorum floribus detegi speciem istius animalis, ex cujus semine in terra putrefacto hoc Satyrium excrevit, vel istius insecti, quod plerumque ex cadavere cujusdam animalis prodit.

Haud sine ratione hoc credi posset de nostro *Angræco*, quod *Satyrio* maxime adfine est, ortum nempe suum ducere ex semine Palumbis, quæ magna copia frequentat *Mangia* & *Canaria*. Concludere etiam quis posset, *Coagulum Plinii*, & *Orobanchem Gesneri* adfines esse herbas nostro *Angræco*.

A *Joanne Bauhino Libr.* 7. *Cap.* 3. *Viscum Indicum* quoque describitur, quod puto speciem itidem esse *Angræci*.

De beurzen van het groot Angrec geschilt, en het binnenste merg klein gewreeven met een weinig Gember gemengt, en op den buik gesmeert, maakt in 't eerst een weinig jeuken, dog niet lang, daar na dood het de wormen, en dryft met een alle kwaade humeuren uit de darmen, ja zelfs doet het een gezwolle Milt of Tehatu *smelten, het zelfste wert ook op de geswolle beenen gebonden, om de zugt uit te trekken.*

Het merg uit de bollen in de mond gekaauwt, zoo dat 'er het sap uit komt, en daar mede den mond gespoelt, verdryft de spruw, want 't is laf, en verkoelt zeer.

De Amboinesen hebben een secreet, dog superstitieus konststukje, van het geele meel uit de vrugt om een Philtrum daar van te maken, zeggende dat een vrouw die geene moet na loopen, van dewelke ze dit meel in de kost of drank gekreegen heeft. Anders wert het ook in de kost ingegeven, om de roode loop te stoppen, en het is gants zonder smaak.

Ik heb het Helleborine Molucca *genaamt, om dat het meest overeen komt met de* Helleborine recentiorum, *die* Clusius *beschryft* Lib. 2. rar. Plant. Cap. 63. *en anders* Calceolus Mariæ *genaamt werd, beschreeven by* Dodonæus Lib. 6. Cap. 22. *dewelke na* Gesneri *meening wel over een komen zoude, met dat* Cosmosandalos *van* Pausanias, *en het* Chiliodynamis *der ouden, immers ons* Angrec *komt met 't zelve over een in gedaante der bladeren, en bloemen, maar niet in gedaante van wasdom. Bezie ook, of het eenige over een komst heeft met de* Flos tigridis, *een West-Indiese bloem, dewelke* Dodon. *beschryft in zyn Latynsen* Appendix cap. 32.

Hieronymus Tragus *is van gevoelen, dat de* Orchides *en* Satyria *haaren oorsprong hebben uit het zaad van Lysters, en Meerle, welkers uitwerpzel men zomtyds vindt in de Beemden en Weilanden, als deze Vogels in de Lente zig paaren.*

Athanasius Kircherus *in* suo mundo Subterraneo Lib. 12. Sect. 1. Cap. 9. *oordeelt, dat alle Satyria haaren oorspronk hebben, of uit verrotte lichamen van eenige Dieren, daar in nog eenige zaad-kragt steekt, of van de zaden zelfs der Dieren, die op de Bergen of in de Weilanden speelen, en dat men tot bewys hier van op de bloemen van deze Satyria vinden zal de gedaante, of van dat beest, uit wiens zaad in de aarde verrot zynde, dat Satyrium gesprooten is, of van dat insectum, 't welk ordinaris uit een dood aas van eenig Beest groeit.*

Niet zonder reden zoude men dit mogen gevoelen van ons Angrek, *'t welk met het* Satyrium *groote maagschap heeft, dat het zyn oorsprong hebbe, van 't zaad der wilde Duiven, dewelke zig met meenigte op houden op de* Mangi mangi, *en* Kanari-bomen. *Men zoude ook mogen gissen, dat het* Coagulum Plinii, *en de* Orobanche Gesneri *vermaagschapte kruiden te zyn met ons* Angrec.

By Joh. Bauhinus Lib. 7. Cap. 3. *werd een* Viscum Indicum *beschreeven, 't welk ik mede gisse een zoorte van* Angrec *te zyn.*

Tabula Quadragesima secunda

Angræcum exhibet *scriptum*, caudici *Calappi* incretum, ubi Litt. A. *florem inapertum*. B. *Florem* ad *latus conspiciendum*. C. *Florem planum* naturali magnitudine offert. D. *Fructus* est. E. Hujus plantæ radix est firmiter *Calappo* increta.

De twee en Veertigste Plaat

Vertoont de *beschreeve* ofte *bonte Angrec*, gegroeit op de struik van een *Calappus-boom*, alwaar lett. A. de knop van een *ongeopende bloem*. B de *bloem open*, en van ter zyde aan te zien, C. de *bloem open van vooren* in haar *natuurlyke grootte* vertoont. D. is de *Vrugt*. E. de *Wortel* van dit *gewas*, aan de *Calappus-boom* vastgegroeit.

OBSERVATIO.

Angræcum hoc convenit cum Ansjeli Maravara *H. Malab. part.* 12. *Tab* 1. quod Orchis abortiva, aizoides, Malabariensis, flore odoratissimo variegato, intus aviculam repræsentante a *Commel.* in notis & *Fl. Malab. pag.* 49. vocatur.

Huc & spectat Viscum, Delphinii flore albo, guttato minus, radice fibrosa. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 120. & *Hist. vol.* I. *Tab.* 148. *fig.* 2.

AANMERKING.

Dit Angrec komt overeen met het Ansjeli Maravara van de *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 1. het geen de ontaarde, sappige, Malabaarsche Orchis, met een zeer riekende en bonte bloem, van binnen een vogeltje verbeeldende, genaamt wert van *Commel.* in de noote, als mede in de *Fl. Malab. pag.* 49.

Hier toe behoort mede het Viscum, met een witte gevlakte bloem, als van de Riddersspooren, met een vezelige wortel van *Sloan. Cat. pl. Jam. pag.* 120. en de *Histor. vol.* I. *Tab.* 148. *fig.* 2.

E
D
A
C
B

CAPUT SECUNDUM.

Angræcum album duplex. Angrec poeti.

Secunda & tertia Angræci species est alba major & minor, utræque a præcedenti quoad flores maxime differentes.

Primo. *Angræcum album majus*, convolvulacea fere planta est, primo enim multis & longis radicibus sese circumvolvit circa arborum truncos, tanquam chordulæ essent, quæ exterius sordide albent, interne virent & lento nervo gaudent, sub planta intricatam formantes congeriem, quæ aliquando laxe dependet, & tam incompta est quam in ulla planta, folia fasciculata tria quatuorve simul proveniunt sine bursis, excepto quod inferior caulis parum ventricosus sit & striatus.

Exterius seu maximum folium duodecim ac sexdecim pollices longum est, tres quatuorve digitos latum, crassum, ac firmum, ac fere nervis destitutum, excepto quod in medio sulcatum sit, superius rotunde desinens, sique adcurate adtendatur, superior apex semper bifidus est, cujus unus angulus longior est, qui character est cunctorum Angræcorum, sed in prima specie non adeo notabilis quam in cunctis subsequentibus, ubi clarior est. Ex intricata radicum congerie juxta folia peculiaris excrescit caulis, obscure fuscis lineis notatus, crassitie pennæ, rotundus, lignosus, ac foliis destitutus, superius in quosdam laterales ramulos sese dividens, qui in amplos articulos distincti sunt, & in quorum summa parte flores progerminant, multo rariores numero, & majores quam in prima specie, peculiarem quoque habent formam, quæ difficilis descriptu & difficilior delineatu est, ac vicissim supra sese invicem locantur, quivis peculiari alba basi.

Compositus autem hic flos est ex quinque exterioribus petalis, flaccidis, & penitus albis, quorum bina lateralia maxima sunt, intra hæc altera conspicitur congeries trium minorum petalorum itidem alborum, formam habentes cochleæ seu calceoli, bina enim inferiora convoluta sunt in circulo.

Supremum petalum paulo magis sese elevat, & ad oras binas longas gerit barbas instar mystacum inflexas. In centro hujus circuli alterum crassum adparet petalum, quod pistillum est bifidum, ex luteo & purpureo colore distinctum, sic quoque circulus iste non directe in centro locatur floris, sed ad unam inclinat partem, in ipso autem floris centro album locatur germen, ex quo circulus oritur, in illo bina flava inveniuntur grana semen mentientia.

Lutea ista granula per album istud germen transparent & binos referunt oculos, ac caput repræsentant, Cicadæ, flos porro inodorus est.

Fructus est ex rotundo striata siliqua, ultra tres pollices longa, ac digitum crassa, sex protuberantibus costis donata, in quibusdam vero plantis hi fructus magis trigoni sunt quam hexagoni, & in tres quoque dehiscunt partes, quarum quævis pollicem lata est, prope apicem connexa. Interna farina pallide flava est, & decidit, sed filamentis lateralibus adhærent granula quædam alba, quæ si comprimantur, lympham emittunt. Octobri ac subsequentibus conspiciuntur mensibus.

Hæc species varietatem quandam habet, cujus flos eandem quidem habet formam, interne albus, sed externe ex læte purpureo colore splendens. Altera etiam ejus est varietas, cujus flos quinque extensa gerit petala, quorum bina lateralia latissima sunt, alba penitus, excepto quod internum germen sit luteum.

Nomen. Latine *Angræcum album majus*. Malaice *Angrec poeti besaar*, & *Bombo terbang*; Belgice *Vliegende Duive*; Baleyice *Angrec colan*, h. e. *Mas*, quum præcedens femina habetur, Amboinensibus nullum huc usque obtinuit nomen, sed in Lœhœa vocatur *Wanlecu*.

Locus. In crassis itidem sed curtis crescit arboribus, quæ musco obductæ sunt, uti in Kinar & Mangis, quas tanquam funis adscendit, & e quibus intricate dependit. Nullus ejus huc usque innotuit usus.

Secundo. *Angræcum album minus* caules quoque gerit quatuor & quinque pedes longos, quorum multi ex una oriuntur radice, quæ muscosa est, & tanquam emplastrum vetustis incumbit arboribus, multisque fibrillis circa eas nectitur. Cau-

TWEEDE HOOFDSTUK.

Het dubbelvoudige witte Angrek.

De tweede en derde zoorte van Angrec zyn de witte, bestaande in groot en klein, beide van 't voorgaande in bloemen merkelyk verschillende.

I. Angræcum album majus *is schier het zelfde gewas, want het slingert vooreerst met veele en lange wortelen, als chordelen rondom de stammen der bomen, buiten vuil-wit, binnen groen, met een taaje zenuwe, onder de planten een verwerden klomp makende, die zomtyds los hangt, en zoo wild als ik aan geen andere plante gezien heb, de bladeren komen ook drie en vier in bosjes by malkander, zonder beurzen, behalven den onderſten steel, die wat buikagtig, en gestreept is.*

Het buitenste of grootste blad is twaalf en festien duimen lang, drie en vier vingeren breed, mede dik, en styf, schier zonder zenuwen, behalven in de midden gegeut, van vooren lopen ze rond toe, en als men 'er nauw op let, zoo is de voorste spits altyd in tweën gekloven, waar van de eene hoek langer is, een kenteeken van alles Angreks. Aan de eerste zoorte zoo kennelyk niet, maar aan alle de volgende klaar te zien, uit den verwerden klomp der wortelen bezyden de bladeren komt ook een byzonderen steel op, met donkerbruine linien gespikkelt, in de dikte van een schaft, rond, houtagtig, en mede ongeblad, die zig boven in eenige zydetakken verdeelt, alle met wyde leden, aan wiens uiterste de bloemen voortkomen, veel weiniger in 't getal, en grooter dan aan de eerste zoorte, zy hebben ook een vreemd fatzoen, dat moeilyk te beschryven, en nog moeielyker af te teekenen is, zy staan egter met beurten boven malkander, ieder op een byzondere witte voet.

De bloem is gemaakt van vyf uitwendige bladeren, slap, en spier-wit, waar van de twee ter zyden de grootste zyn, binnen deze ziet men een andere vergadering van drie mede witte blaadjes, de gedaante van een Zeeboorn, of van een Schoenke eenigzints uitmakende, want de twee onderste zyn t'zamen gebogen in een cirkel.

Het bovenste blaadje verheft zig wat meer, en heeft aan zyn einden twee lange baarden, die gekruld staan als knevels. In de midden van deze cirkel ziet men een ander dik blaadje, als een pilaartje zig in twee hoofdekens verdelende, met geel en purper geschildert, zoo staat ook den cirkel niet regt in de midden van de bloem, maar helt na de eene zyde, regt in de midden van de bloem staat een wit heuvelke, waar uit den cirkel ontspringt, in 't zelve vindt men twee geele korrels, als of het zaad wilde zyn.

Deze geele korrels schynen door dat witte heuveltje als twee oogen, en verbeelden het hoofd van een Sprinkhaan, voorts is ze zonder reuk.

De vrugt is een uit den ronden gestreepte houwen, ruim drie duimen lang, en een vinger dik, met ses uitsteekende ribben, dog aan zommige werden deze vrugten meer driekantig, dan seskantig, en splyten ook in drie deelen open, ieder een duim breed, by de spits aan malkanderen hangende. Het binnenste meel is bleek-geel, en valt daar uit, maar aan de zydedraden blyven eenige witte korrels hangen, en als men ze drukt, komt 'er water uit. Men vindt ze in October en de volgende maanden.

Deze zoorte heeft nog een verandering, daar de bloem wel van dezelve fatzoen is, binnen wit, maar buiten met een ligten purper schynende. Item nog een ander verandering, waar aan de bloem uit vyf uitgespreide blaadjes bestaat, waar van de twee aan de zyde zeer breed zyn, allegaar wit, behalven dat het binnenste heuveltje geel is.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum album majus; *in 't Maleits* Angrec Poeti besaar; *en* Bombo terbang; *in 't Duits* vliegende Duive; *in 't Baleits* Angrec colan; *dat is het* manneken; *om dat ze het voor 't wyfken houden, by de Amboinesen heeft het nog geen naam, maar op Loeboe hiet het* Wanlecu.

Plaats. *Het wast mede op dikke dog korte bomen, en die mosagtig zyn, gelyk aan Kinar en Mangas-bomen, daar het als een zeel op loopt, en zeer verwert, geen gebruik hier van is tot nog toe bekent.*

II. Angræcum album minus *heeft ook steelen, vier en vyf voeten lang, waar van veele uit eene wortel staan, dewelke mosagtig is, en als een pleister tegens de oude bomen aanzit, en met veele vazelingen daarom slingert.*

Den

Caulis subtus multifidus est, primo enim est frustulum binos pollices longum, pennam crassum, dein venter subsequitur, tres, quatuorve pollices longus, ac digitum crassus; octo dorsis longitudinalibus striatus, & transversaliter binis tribusve articulis, ubi hic venter semper tenuior est, externe fuscus. Caulis denuo gracilescit ac rotundus est, ac tot pollices longus, folia dein subsequuntur alternata, seu vicissim ordine sibi obposita, sine alis, crassissima & firma, quatuor pollices longa, sesqui lata, superne parum bifidia, in medio obscurum gerentia sulcum, superiora autem dimidio minora sunt, saporis aciduli.

Reliqua caulis pars ad binorum pedum longitudinem nuda est, & in obscuros articulos distincta, atque in vertice binos tresve alios gerit cauliculos, quorum quivis binos tresve profert flores, multo minores quam in præcedenti, primo penitus albos, sed qui dein flavescunt, ex quinque constantes petalis, quorum quatuor ad dimidium extensa sunt, quintum ad obpositam locatur partem, ac cassidem format, quæ binas gerit lamellas introrsum flexas instar calicis, superiores oræ fimbriatæ sunt, & extrorsum flexæ, externe flos albet, interne paucis purpureis lineis distinctus, ac loco germinis dorsum medium protuberat, quod luteum & mucosum est. Cuncta quinque petala inferius concurrunt, & acutum formant sacculum instar florum Delphinii, ita ut petiolus ad latus immittatur. Odor debilis est.

Fructus digiti articulum longus est, & pennam crassus, trigonus, ac quodvis latus tres gerit costas, interne repletus medulla lutea instar prioris. Ex radice variæ excrescunt bursulæ striatæ uti in præcedente, tempore caules emittentes. In vetustis & putridis crescit arboribus, quæ in ventosis collibus locatæ sunt, & deciduæ circa silvas *Caju poeti.*

Non directe arborum ramis insidet, sed ad latera adglutinata quasi est hæc planta, & caulibus quinque vel sex pollices longis, transversaliter ex arbore ad dimidium dependit, radix aliam parasytam profert plantam, quæ quosdam præcedentis villos investit, formam gerens corniculati vermis vel erucæ, herbacea, fragilis, & fatui saporis instar Polypodii. Primo progerminantes caules aliquando convoluti sunt, & quasi duplicati, apices deorsum flexos gerentes.

Nomen. Latine *Angræcum album minus*; Malaice *Angrec poeti kitsjil*, & *Angrec Cassian*, h. e. *Angrec pauperum*, ob vilem ejus formam, quod nomen majori etiam datur. Belgice *Beursjens angrec*, h. e. *Angrec bursale* vocari posset ob floris formam.

Locus. In arboribus silvestribus quoque crescit instar majoris, sed non tam copiosum est, in vetustis putridis & deciduis itidem reperitur arboribus, sed utræque species haud facile transplantari possunt, quum radices nimis duræ, ac nimis ample dispersæ sint.

Hæc minor species aliam porro habet varietatem, cum *Daun sœbat* mixtam habens formam. Tenuem enim gerit procumbentem caulem, deorsum ex nodis quædam fila demittentem, quibus sese figit, ac sursum alios quosdam emittit caules non ventricosos, & ad aliquam partem nudos, dein ex iis proveniunt quatuor, quinque, vel sex crassa firmaque foliola, paulo minora supra descriptis, caulis ad pedis longitudinem porro procedit culmi crassitie ad verticem, quum unum alterumve profert florem, præcedenti similem, ac quodammodo odoratum.

Tabula Quadragesima tertia

Angræcum exhibet *album majus.*

Tabula Quadragesima quarta

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *album minus*, quod est Pennangu Maravara *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 3.

Figura secunda *Angræcum* denotat *rubrum* sequenti Capite descriptum.

De steel is van onderen op verscheide maal gedeelt, eerstelyk een stukje van twee duimen lang, een schaft dik, daar na volgt een buik, drie en vier duimen lang, een vinger dik, met agt ruggen in de lengte gestreept, en over dwers met drie of twee leden, daar dezen buik t'elkens wat dunder is, van buiten bruinagtig. Dan werd den steel weder dun, en rond, ook zoo veel duimen lang, daar op volgen de bladeren, verwisselt in ryën tegen malkanderen, en zonder steelen, zeer dik en styf, en vier duimen lang, anderhalve breed, aan het bovenste spitsje een weinig gekloven, en een donkere geut in de midden, dog de bovenste zyn de helft kleinder, van smaak zuuragtig.

De resterende steel van twee voet lang, is kaal, en in donkere leden verdeeld, en op zyn top in twee of drie andere steeltjes, waar van ieder maar twee of drie bloemen draagt, die veel kleinder zyn dan aan 't voorgaande, in 't eerste gants wit, daar na werden ze geelagtig, gemaakt van vyf blaadjes, waar van de vier aan de eene helft uitgebreid staan, het vyfde staat aan de andere zyde, en formeert het helmken, hebbende twee lappen, die inwaarts gebogen zyn als een kelkje, zyn bovenste kanten zyn gefronst, en uitwaarts gebogen. Van buiten is het ook wit, binnen met weinige purpere linien, en in plaats van 't pilaartje built de middelrugge uit, die geel en smeerig is. Alle vyf loopen ze beneden te zamen, en maken een spits zaksken gelyk riddersporen, zoo dat den steel ter zyden werd ingelaten, De reuk is slap.

De vrugt is een lid van een vinger lang, en een schaft dik, driezydig, en ieder zyde heeft drie ribben, van binnen uitgevuld met een geel merg, gelyk de voorgaande. Uit de wortel komen nog verscheide kleine beursjes, gestreept als vooren, en met 'er tyd hunne steelen voortbrengende. Het wast op oude en verrotte bomen, die op lugtige heuvelen staan, en omgevallen zyn, omtrent de bossen van Caju poeti.

Het zit niet regt op de takken van de bomen, maar als ter zyden aangeplakt, en met zyn steelen, die vyf en ses duimen lang zyn, dwers uit den boom, en half afhangende, de wortel heeft nog een vreemd bygewas, 't welk zommige lokken van dezelven bekleet, in de gedaante van een gehoornde Worm, of Ruspe, kruidagtig, bros, laf van smaak als Polypodium. De eerste uitkomende steelen zyn zomtyds zamen gevouwen als dubbelt, met de spits neerwaarts gebogen.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum album minus; *in 't Maleits* Angrec poeti kitsjil; *en* Angrec cassian; *dat is*, Arm angrek, *wegens zyne slegte gedaante, welke naam de groote zoorte ook gegeven wert. Men zoude het in 't Duits* Beursjes angrec *mogen noemen, na de gedaante van de bloem.*

Plaats. *Het wast mede op wilde bomen, gelyk het groote, dog werd zoo veel niet gevonden, men vindt het ook op oude verrotte en omgevallene bomen, maar geen van beiden laat zig wel verplanten, om dat de wortelen te hard, en te verre uit gespreid zyn.*

Deze kleine zoorte heeft nog een verandering, makende met Daun soebat *een gemengde fatzoen. Want het heeft een dunne liggende steel neerwaarts, uit de leden eenige draaden zendende, daar mede het zig vast maakt, en opwaarts verscheide andere steelen zonder buiken, een stukweegs bloot, daar na vier vyf of ses dikke styve blaadjes, wat kleinder dan boven beschreven, den steel loopt nog een voet lang, in de dikte van een stroohalm, op zyn top voort, brengende een of twee bloemen, de voorgaande gelyk, en eenigzints welriekende.*

De drie en Veertigste Plaat

Vertoont het *groote witte Angrek.*

De vier en Veertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *kleine witte Angrek*, het welk is de Pennangu Maravara van de *H. Malab.* 12. *deel Tab.* 3.

De tweede Figuur wyst aan het *roode Angrek*, in het volgende Hoofdstuk beschreeven.

Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT TERTIUM.

Angræcum rubrum. Angrec mera.

Quarta Angræci ſpecies eſt rubra, quæ unica eſt, magisque funiculoſa priore, eſt enim funis longus, ac longis ramis in minoribus ſilvis inter fruticulos decurrit, ejus vero radix non terræ infixa eſt, ſed hic & illic in vetuſta ac putrida arbore ſeſe figit, ejus rami minorem digitum craſſi ſunt, rotundi, duri, & firmi, ſed facile ac minutim franguntur, quibus folia inſident, non faſciculatim uti in prioribus, ſed in florifero caule viciſſim ſupra ſeſe invicem locantur, quatuor & quinque pollices longa, binos lata, craſſiſſima & firma, prope pedunculum parum excavata, in obtuſum apicem excurrentia, ac bifida, coſtisque deſtituta, excepto quod inferius nervus medius parum protuberet.

Caulis florifer binas cum dimidia ſpithamas longus eſt, rotundus, ac firmus, in varios laterales ramulos diſtinctus, quibus floſculi inſident, magnitudine vulgaris Hyacinthi, compreſſi, & transverſaliter ex pedunculis dependentes, ex quinque parvis petalis compoſiti, quorum bina latiora deorſum, ac tria anguſtiora ſurſum inflexa ſunt, coloris intenſe lutei cum rubris lineis & maculis eleganter variegati, ita ut totus racemus igneus quaſi appareat, in centro burſula ſeu craterculus ejusdem locatur coloris, ipſorum vero ſitus inregularis eſt, nunc enim latiora petala ſurſum, nunc deorſum locantur.

Caulis florifer rubris lineis quoque diſtinctus eſt, foliorum ſapor acidulus eſt cum levi ſalſedine.

Fructus ultra digiti articulum longi ſunt, ſemi digitum craſſi, utrimque acuminati, coloris ſordide lutei, quodammodo trigoni, ſed ſex protuberantibus coſtis diſtincti, per longitudinem ſtriati, intus locatur medulla lutea ac fibroſa, uti in aliis Angræcis, ſuperius reſiduum floris ſupereſt, qui ſtellula eſt hexapetala.

Nomen. Latine *Angræcum rubrum*; Malaice *Angrec mera;* Amboinenſibus nullo innotuit nomine.

Locus. In litore potiſſimum creſcit, multis flagellis per fruticulos decurrens, licet ejus origo ſemper ſit in putrido ligno vel vetuſta radice. In vallibus & juxta fluminum ripas arbores quoque adſcendit, ubi igneo ac ſplendente ſuo colore inter virides herbas elegans præbet ſpectaculum.

Uſus ejus fere nullus eſt, excepto quod tenera ejus folia aceto vel muria condi poſſunt, vel ſola vel cum alio Atsjar, Capparidis ſaporem tum præbentia, non multum tamen exſugi poſſunt, quum admodum fibroſa ſunt, ac fere nil niſi Capparidis ſaporem exhibent, hunc in finem eligenda ſunt craſſiſſima & pinguiſſima, in litore inter fruticulos provenientia, quæ grate ſalſa ſunt, ac proinde meliora ſunt ſilveſtribus.

Hæc varietatem quoque habet ſeu mixtam formam rubri nempe Agræci & ſubſequentis octavi ſive furvi. Cujus folia majora ſunt, quinque & ſex pollices longa, binos lata, cum apice duplici. Flores rubri ſunt, lutei, vel aurantii, inſtar macis ſiccæ nucum Moſchatarum, ſine punctulis, ac pentapetali quoque ſunt, quorum bina latiora petala deorſum pendent, ac tria alia ſurſum eriguntur, ac racemus florifer in quosdam laterales ramulos diſtinctus eſt. Hæc ſpecies non in arboribus creſcit uti alia Angræca, ſed in litore inter fruticulos inſtar prioris, longis lignoſisque flagellis funiformibus prorepens, quæ interne fungoſam aquoſamque gerunt medullam.

Non tamen dicere poſſum ambas has ſpecies ex terra ortum ducere, tam longe enim per fruticulos prorepunt, ut radicem detegere non potuerim, iſtæ vero paucæ plantæ, quas inveni, ſeſe fixerant in vetuſtis putridis lignis, & carioſis flagellis.

DERDE HOOFDSTUK.

Het roode Angrek.

De vierde zoorte van Angrec is het roode, beſtaande maar in een geſlagte, nog zeeliger dan het voorige, want het is een lang touw, en loopt met lange takken in 't kreupel bos tuſſen de ruigte, dog zyn wortel vindt men niet in de aarde vaſt, maer hier en daar op een ouden verrotten boom, de takken zyn een kleinen vinger dik, rond, hard, en ſtyf, dog knappen kort af in 't breeken, daar aan ſtaan de bladeren, en niet in byzondere bosjes gelyk de eerſte, maar aan dezen bloemdragende ſteel met beurten boven malkanderen, vier en vyf duimen lang, twee breed, zeer dik en ſtyf, by den ſteel een weinig hol, met een ſtompe ſpits, in tweën gedeelt, voorts zonder ribben, als dat men van onderen de middelzenuwe een weinig ziet uitbuilen.*

De ſteel, die de bloemen draagt, is derdehalve ſpan lang, rond, en ſtyf, in verſcheide zydetakken verdeelt, daar aan de bloempjes ſtaan, dezelve zyn in de grootte van gemeene Hyacinthen, digt op malkander, en dwers uit den ſteel ſtaande, gemaakt van vyf kleine blaadjes, waar van de twee breedſte neerwaarts, en de drie ſmalſte opwaarts gebogen ſtaan, boog-geel van grond, met roode linien, en plekjes digt geſpikkelt, zoo dat den geheelen tros vuur-rood ſchynt, in de midden ſtaat een beursje of bekertje van dezelfde couleur. Hunnen ſtand is ongelyk, hebbende de breedſte bladeren nu boven dan onder.

Den bloemdragenden ſteel ziet men ook met roode linien geſpikkelt, den ſmaak der bladeren is zuuragtig met een kleine brakkigheid.

De vrugten zyn ruim een lid van een vinger lang, een halve vinger dik, agter en vooren ſpits, vuil-geel van couleur, eenigzints driehoekig, dog met ſes uitſteekende ribben, in de lengte geſtreept, binnen ziet men het geeldradig merg gelyk in andere Angreks, boven op ziet men 't reſtant van de bloem, zynde een ſesbladig ſterretje.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum rubrum; *in 't Maleits* Angrec mera; *by de Amboineſen heeft het geen byzondere naam.*

Plaats. *Het waſt meeſt op ſtrand, met veele ranken door de ruigte lopende, hoewel 't zyn oorſpronk altyd op een verrot blok of oude wortel neemt. In de valeyen, en langs de rivierkanten vindt men 't ook de bomen oploopen, daar 't met zyn vuur-roode couleur tuſſen de groente een fraai ſpectakel geeft.*

Gebruik. *Het is ook meeſt zonder gebruik, behalven dat men zyne jonge bladeren in Azyn en Zout kan leggen, of alleen of met ander Atsjaar gemengt, wanneer ze ſmaaken als Cappars, dog men kan weinig daar van zuigen, om dat ze zeer draadig zyn, en men heeft 'er ſchier niets van dan de Capper-ſmaak. Hier toe moet men verkiezen de dikſte en vetſte bladeren, die op ſtrand en in lugtige ruigte waſſen, want dezelven hebben een aangename brakkigheid, en zyn dierhalven beter, dan die uit het bos.*

Dit heeft een verandering of gemengde fatzoen, van dit Angrecum rubrum, en 't volgende Octavum ſive furvum. De bladeren zyn wat grooter, vyf en ſes duimen lang, twee breed, met een dubbelde ſpits, de bloemen zyn rood, geel of orangie, gelyk de drooge Foely van de Nootemoſchaten, zonder puntjes, en hebben insgelyks vyf blaadjes, waar van de twee breedſte neerwaarts hangen, en de drie andere opwaarts ſtaan, en de bloem-tros is in eenige zydetakjes verdeeld. Dit geſlagt ziet men niet op de bomen gelyk de andere Angreks, maar op ſtrand in de ruigte waſſen, gelyk het voorgaande met lange houtagtige ryskens als touwen, die van binnen een voos en wateragtig merg hebben.

Egter kan ik niet zeggen, dat deze beide zoorten uit de aarde haaren oorſpronk hebben, want ze lopen zoo verre door de dikſte ruigtens, dat men by de wortel niet kan komen, en die weinige, die ik aangetroffen heb, hadden haar geveſt op oude verrotte blokken, en vermolzemde ryzen.

CAPUT QUARTUM.

Angræcum quintum. Angrec kringsing kitsjil.

Quinta species est minor subdivisio majoris seu primæ, sed ob ejus varietatem peculiare ipsi tribui caput. Primo autem magnum gerit foliorum fasciculum, qui peculiari etiam crescit modo, cuncta enim folia sese invicem amplectuntur, quatuordecim & quindecim pollices longa, binos lata, & apex quam maxime bifidus est, cujus unus angulus longior est. Ad latera hujus fasciculi ex ipsa radice caulis oritur florifer, rotundus, firmus, quatuor pedes longus, cui flores insident vagi, ac vicissim supra sese invicem incurvis in pedunculis.

Flores sunt uti primæ speciei, sed minores, magisque aperti, ex quinque petalis constantes, externe purpurei, seu læte purpurascentes, interne lutei, sanguineis maculis notati, seu crassis caracteribus distincti, quorum quidam rotundi instar guttarum, alii oblongi sunt, quidam etiam in medio luteam gerunt maculam. In centro colliculum cassidem referens locatur, utrimque angulosum, seu bina cornicula gerens, album, & ad basin purpureum, ante hoc aliud incurvum conspicitur corniculum, interne sulcatum, superius purpurascens, inferius luteum. Oræ crassorum petalorum plerumque inflexæ sunt, ac floris inflexi capitulum purpurascit. Flos ipse in Amboina inodorus est, sed in Baleya odorem fundit, si media cassis aperiatur. Characteres hujus floris ad ortum foliorum adparent oblongi & striati, superius lati, angulosi, ac quidam luteum formant circulum.

Fructus sunt oblongæ siliquæ, hexagonæ, tres quatuorve digitos longæ, unum crassæ, intus repletæ farina lutea instar prioris.

Nomen. Latine *Angræcum quintum*, sive *Angræcum scriptum minus*; Malaice & Baleyice *Angrec kringsing kitsjil.*

Locus. In litore crescit in *Mangio caseolari*, seu *Waccat*, ubi aliquando tam longe suis dependit flagellis, ut aquam tangant, hæ enim arbores maris fluxu in aqua locantur, & refluxu in terra sicca, hinc puto Malayenses hunc florem vocare *Renda casiam*, h. e. devotus & pauper, quum tam humiliter dependunt, abscissus etiam diu in domo servari potest, Baleyenses hanc cum prima specie in arboribus *Sajor poeti* plantant, ubi luxuriose crescunt, quod sequenti peragunt modo. Totum abscindunt caudicem a matrice trunci cum parte ipsius corticis, quem dein colligant funibus Gomuto in crassis ramis istarum arborum, & externe obliniunt cœno, quum ipsis increscit.

VIERDE HOOFDSTUK.

Het vyfde Angrek.

De vyfste zoorte is een kleine onderzoorte, van de groote of eerste, dog wegens haare verandering heb ik haar een byzonder hoofdstuk gegeven. Het heeft voor eerst een groote bos bladeren, die ook byzonder groeit, alle in malkanderen staande, en malkanderen ombelzende, veertien en vyftien duimen lang, twee breed, vooren is de spits merkelyk in tweën gekloven, en daar van de eene hoek langer. Ter zyden van deze vergadering uit de wortel zelfs komt een bloemdragenden steel voort, rond, styf, vier voeten lang, daar aan de bloemen wat ydel staan, en met beurten boven malkanderen, op kromme steelen.

De bloemen zyn gelyk die van de eerste zoorte, dog kleinder, en meer geopent, van vyf blaadjes gemaakt, aan de buitenzyde peers of ligt-purper, binnen geel, met bloed-roode droppen, of dikke caracteren, waar van sommige rond, als droppen, zommige langwerpig zyn, zommige hebben ook in de midden een geel plekje. In de midden staat een helmken, ter wederzyde twee hoekjes, als hoorntjes hebbende, wit met purpere linien, voor 't zelve staat een ander krom hoorntje, binnen gegeut, boven purper-verwig, beneden geel. De randen van de dikke blaadjes zyn gemeenlyk omgebogen, en den knop van de omgebogene bloeme is purper-verwig. De bloem heeft in Amboina geen reuk, maar wel op Baly, als men het middelste helmken opent. De caracteren van deze bloem zyn by den oorsprong der bladeren lankwerpig, als streepen, na vooren toe breed, hoekig, en zommige een geel cirkeltje besluitende.

De vrugten zyn langwerpige houwen, seskantig, drie en vier vingeren lang, een dik, met geel meel van binnen als aan 't voorige.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum quintum, sive Angræcum scriptum minus; *in 't Maleits en Baleits* Angrek kringsing kitsjil.

Plaats. *Het wast op strand op 't* Mangium caseolare, *of* Waccat, *daar 't zomtyds met zyn steelen zoo lang afhangt, dat ze aan 't water raken, want deze bomen staan met de vloet, in zee-water, en met de ebbe droog, ik gisse, dat de Malyers daarom deze bloem* Renda casian *noemen, dat is demoedig, en arm, om dat ze zoo nederig afhangen. De afgesneedene kan men ook lang in huis bewaren. De Balyers planten deze en de eerste zoorte veel op de bomen van* Sajor poeti, *daar ze weelderig op komen, het welk ze aldus verrigten. Zy snyden den geheelen stok van den moederstam af, met een gedeelte van deszelfs schorsse, dan binden ze den zelve met touwen van Gomuto op de dikke takken van voornoemde bomen, en bestryken 't van buiten met slik, zoo groeit hy daar aan vast.*

CAPUT QUINTUM.

Angræcum flavum. Angrec casturi. Angrec hemon.

Sextum, septimum, octavum, nonum, & decimum Angræcum luteos gerunt flores, nullis vel paucis admodum characteribus notatos, a prioribus in eo differunt hæ species, quod folia nullos peculiares formant fasciculos, sed ipsi florifero insident cauli vel ad ejus latus, qui in ramulos etiam distinguitur. Harum plurimæ sunt species, quarum binas hoc in capite describam.

Primo. *Angræcum sextum moschatum sive odoratum*, sese figit arborum corticibus per multas crassas & albas fibrillas, ex quarum congerie unus alterve sese erigit caulis, tres pedes altus, cujus inferior tertia pars foliis vestita est, vicissim & dense supra sese invicem locatis in binis fere ordinibus, unum in alterius sinu locatur, suntque crassa & firma, fere instar illorum Sedi majoris, quatuor pollices longa, binos lata digitos, sine nervis & venis, excepto quod inferior ipsorum pars sit sulcata.

Apex

VYFDE HOOFDSTUK.

Het geele Angrek

De sesde, zevende, agtste, negende, en tiende zoorte van Angrek zyn die geene, die geel van bloemen zyn, en geene of weinige caracteren hebben, van de voorgaande daar in verschillende, dat de bladeren geen byzondere bossen maken, maar aan of ter zyden van de bloemdragende steel staan, die zig ook in takken verdeelt, hier van heeft men veelderlei zoorten, waar van wy twee in dit hoofdstuk beschryven zullen.

I. Angræcum sextum Moschatum sive odoratum, *hegt zig mede aan de schorsse der bomen vast, met veele dikke, en witte vaselingen, uit welkers klomp een of twee steelen opschieten, drie voeten hoog, wiens onderste derdepart bekleed is van bladeren, met beurten digt boven malkanderen staande, schier in twee ryen, het eene in 's anderen schoot, dik en styf, schier als die van Donderbaart, vier duimen lang, twee vingeren breed, zonder nerven en aderen, behalven dat men aan de binnenste zyde een geute ziet.*

De

Apex etiam ipsorum bifidus est, ac superior dimidia pars semper paulo longior est, supra hæc caulis crascescit, ventricosus ac striatus est, digitum crassus, & quatuor pollices longus, reliquum pennam crassum est, non vere rotundum, & in articulos inæquales distinctum, atque in tres quatuorve ramulos laterales divisum.

Flores peculiarem itidem habent formam, primo enim gerunt bina oblonga petala, spadulis Chirurgorum similia, superius retroflexa, & parum circinnata, minorem digitum longa, dein tria latiora petala in triangulo locata & extensa conspiciuntur, primo pallida, seu ex viridi colore flava, uti flos *Cananga*, dein penitus lutea, ac parum striata, sine ullis characteribus, sed ad unum latus aliquando purpureis lineis notata, in centro aliud conspicitur petalum, ad latus in quatuor angulos seu articulos distinctum, ac complicatum instar caliculi, albens cum purpureis lineis, eleganter variegatum, & ad ejus superiorem partem medium crassum erigitur pistillum cum germine luteo. Matutino tempore, ac cum flos modo apertus est, satis gratum fundit odorem fere instar Narcissorum, seu in hisce terris instar florum Tanjong, qui debilis quidem est, sed tamen penetrantior, quam in aliis Angræci speciebus.

In Baleya gratiorem spirat odorem, unde & fabulantur Dewa, qui ipsorum Deus est, & aliis Indicis gentilibus Dewata, Lewata, Rewata, & Rewa dicitur, nocte hunc visitare florem, ac pauxillo Musci vel Zibetum oblinire, unde & suum obtinuit nomen. Caulis florifer non recte excrescit ex foliorum fasciculis, sed sæpe inter ad ipsorum latus, acsi ipsis inpositus esset.

Fructus priorum more ex floris inferiore parte formatur, brevior quam in prioribus speciebus, sesqui pollicem longus, unum crassus, trigonus, sed quodvis latus aliud minus gerit dorsum, coloris viridis, intus repletus farina lutea villosa, siccum diu superius sustinens florem emarcidum.

Nomen. Latine *Angræcum sextum moschatum*, sive *odoratum*; Malaice & Bengalice *Angrec casturi*, quum muscum spirat. Apud Ternatenses omnes fere species idem obtinuere nomen cum præcedenti *Saja boki* & *Saja ngawa ngawan*. Hæc vero species maxime convenit cum *Helleborine recentiorum*, quum folia ad caulem gerat, quæ pusilla sunt.

Locus ejus naturalis est in arboribus *Waccat*, seu *Mangio caseolari*, & Limonis, quæ in Amboinensium hortis silvestribus crescunt.

Secundo. *Angræcum septimum* eadem fere gerit folia, sed paulo majora, quinque & sex pollices longa, tres lata, vicissim & arcte supra sese invicem posita, tribus obscuris nervis longitudinalibus striata, quorum medius sulcum format. Plerumque ad latus fasciculorum foliosorum caulis erigitur florifer, ulnam seu binos pedes longus, inferius quoque ventricosus, superius vix pennam crassus, lignosus, rotundus, fuscis lineis striatus, cui flores insident vagi, sed multi supra sese invicem longiusculis in petiolis.

Flos volantem æmulatur crabronem, ex quinque constans petalis, quorum supremum antrorsum incurvatum est, & dorsum repræsentat, bina alia alas æmulantur, ac bina alia lateralia breviora sunt, ac medium tegunt, quod binas gerit lamellas laterales, quæ medium complectuntur pistillum, exteriora petala parum striata sunt, instar floris Canangæ, externe lutea, interne crocea instar floris Tsjampaccæ, cassis vero oram gerit linguæformem extrorsum flexam, ac purpureis lineis striatam. Inferior floris pars in cornu terminatur instar Delphinii, caput crabronis formans, fere absque odore.

Fructus tenuior & longior est præcedenti, vix digitum crassus, ac sex costis striatus, interne repletus ordinaria lutea medulla.

Flos diu viget, donec inferior pars crascescit, tum sese claudunt exteriora petala, ac cassidem tegunt, quæ jam rubet. Floret mensibus pluviosis. Sapor foliorum est acidulus, ac quodammodo salsus, dentes hebetans.

Nomen. Latine *Angræcum septimum*; Malaice *Angrec tsjampacca*.

Locus. In litore crescit in dictis Mangiis, aliisque, quæ in aqua salsa proveniunt.

Tabula

De spitze is in twee gekloven, en de voorste helft altyd wat langer, boven dezen begint den steel buikig, en gestreept te werden, een vinger dik, en vier duimen lang, de rest is een schaft dik, niet regt rond, en in ongelyke leden, boven in drie of vier zydetakken verdeelt.

De bloemen hebben nu weder haar byzonder fatzoen, want voor eerst heeft ze twee lange smalle blaadjes, de spadulen der Chirurgyns gelyk, aan 't bovenste eind agterwaarts gebogen, en wat gekruld, een kleine vinger lang, daar na staan drie breedere blaadjes in een drieangel uitgebreid, eerst bleek of groen-geel, gelyk de bloem Cananga, daar na regt geel, en een weinig van onderen op gestreept, en zonder caracteren, of zomtyds aan de eene zyde met purpere linien, in de midden ziet men een ander blaadje, ter zyden in vier hoeken of leden verdeelt, en t'zamen gebogen als een kelkje, wit-agtig met purpere linien schoon geschildert, en aan deszelfs bovenzyde staat het middelste dikke pilaartje met een geel hoofdeke. In de morgenstond, en als de bloeme eerst open gaat, heeft ze eenen redelyken zoeten reuk, schier als Narcissen, of hier te land de bloemen Tanjong, wel slap, dog sterker dan aan andere Angreks-zoorten.

Op Baly is ze nog lieflyker van reuk, weshalven ze fabuleeren dat Dewa, 't welk hunnen God is, by andere Indise Heidenen Dewata, Lewata, Rewata, en Rewa genoemt, s'nagts deze bloeme bezoeke, en met een weinig Muscus of Civet bestryke, waar van ze haaren naam heeft. De bloemdragende steel schiet niet regt uit de vergadering der bladeren, maar dikwils tussen dezelve ter zyden uit, als of hy daar in gesteeken was.

De vrugt werd na de voorige manier uit den voet der bloem geformeerd, korter dan aan de voorgaande zoorte, anderhalve duimen lang, een dik, driezydig, dog ieder zyde heeft nog een mindere rugge, gras-groen, binnen met een geel vlokkig meel, behoudende de drooge bloeme lange boven op.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum sextum Moschatum, *sive* odoratum; *in 't Maleits en Baleits* Angrec casturi; *om dat het na Muscus ruikt. By de Ternatanen hebben ze meest alle eenen naam met de voorgaande* Saja boki, *en* Saja ngawa ngawan. *Deze zoorte komt meest met de* Helleborine recentiorum *over een, om dat ze haar bladeren aan den steel draagt, en klein zyn.*

Plaats. *Zyn zitplaats is op de bomen* Waccat, *of* Mangium caseolare, *en Lemoen-bomen, die in der Amboinesen bos-tuinen staan.*

II. Angræcum septimum *heeft schier diergelyke bladeren, of wat grooter, vyf en ses duimen lang, drie breed, met beurten digt boven malkanderen geschikt, met drie donkere zenuwen, in de lengte gestreept, waar van de middelste een geute maakt. Ordinaris ter zyden uit van deze vergadering, spruit een bloemdragende steel, een elle, of twee voeten lang, beneden mede wat buikagtig, boven schaars een schaft dik, houtagtig, rond, met bruine linien gesprikkeld, daar aan de bloemen staan, wat ydel, dog veele boven malkander, op langagtige steelen.*

De bloeme gelykt een vliegende horsel, gemaakt van vyf blaadjes, waar van het bovenste wat voorwaarts gekromt staat, en den rugge verbeeld, de twee andere willen de vleugels zyn, twee andere ter zyden zyn korter, en bedekken een middelblaadje, 't welk twee lappen heeft aan de zyde, die het middelste pilaartje besluiten, de buitenste bladeren zyn wat gestreept gelyk de bloeme Kananga, buiten geel, binnen hoog-geel, gelyk de bloeme Tsjampacca, het helmke heeft een rand als een tonge, uitwaarts gebogen, en met purpere linien gestreept. Het onderste van de bloem eindigt in een hoorn, gelyk Ridderspooren, uitmakende het hoofd van een horsel, schier zonder reuk.

De vrugt is dunder, en langwerpiger dan aan de voorgaande, schaars een vinger dik, en met ses ribben gestreept, binnen met het gewoonlyke geele meel gevult.

De bloem blyft lang in haar vigeur, tot dat de voet begint dik te werden, dan sluiten haar de buitenste blaadjes, en verbergen het helmken, 't welk nu al rood geworden is. Het bloeit in de regenmaanden. De smaak der bladeren is zuuragtig, met brakheid gemengt, en maakt de tanden stomp.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum septimum; *in 't Maleits* Angrec tsjampacca.

Plaats. *Het wast mede op strand op de voornoemde Mangi Mangi-bomen, en andere, die in 't zout water of zoute kreeken staan.*

De

Tabula Quadragesima quinta

Angræcum exhibet *flavum*, seu *septimum*, quod hoc in capite pro secunda specie describitur.

De vyf en Veertigste Plaat

Vertoont het *sevende*, ofte het *geele Angrek*, het geen voor de tweede zoort in dit Hoofdstuk beschreeven wert.

CAPUT SEXTUM.

Angræci flavi reliquæ species.

Angræcum *octavum* sive *furfum* magis extensas gerit radices priore, & laxe ex arboribus dependet, folia eodem modo in binis locantur ordinibus, octo & novem pollices longa, vix unum lata, & bifida, sine nervis excepto medio sulco, saporis præcedentis. Caulis florifer tam in summo quam ad latera excrescit, ac ultimus fibrillas radicales emittit deorsum, quæ arborum corticibus sese infigunt.

Medius seu summus caulis ventricosus quoque est, ita ut inter ortum & ventrem semper tenuior sit, quod de omnibus Angræcis intelligendum est, quorum caules ventricosi sunt.

Flores in extenso excrescunt corymbo, in longiusculis & sordide albis petiolis, ex quinque constantes petalis, ample aperti, & instar semi lunæ inflexi, quidam etiam circinnati sunt, magnitudine florum *Angræci tertii* seu *rubri*, externe flavi, interne obscure ruffi, seu ruffescentes, ad oras lutei, saporis dulcis, sed fatui, atque etiam canini instar Satyriorum. In floris centro petalum erigitur dentem æmulans, pallide luteum, inferius binas gerens albas lamellas, in brevem desinens bursulam ab inferiore parte, ante illas pistillum locatur flavum, cum binis albis foliolis. Abscissi caules ac flores diu in domo servari possunt.

Fructus *Angræci furvi* sunt siliquæ hexagonæ, palmam latæ & longæ, digito crassiores, in sex dorsa distinctæ, intus repletæ medulla simili flava & pilosa, cui tenuis ac flava adhæret arena. Ubique inter & post folia longas & sinuosas emittit radices chordatas, rotundas, binos pedes longas, ac pennam crassas, lentas, & infragiles, superius bifidas ac trifidas.

Nomen. Latine *Angræcum octavum* & *furvum*; Malaice *Angrec kitsjil glap.*

Locus. In dictis crescit *Wackat arboribus*, tam in viridibus ipsarum truncis, quam in deciduis & semi putridis ramis, non facile transplantari potest ob diffusas radices, uti neque *Angræcum album.*

Angræcum nonum minima gerit folia, vulgari nostrati *Semperviva* similia, digitum circiter longa, ac vix binos lata, sine nervis, excepto obscuro sulco, ad apices non multum fissa, crassa, & firma, ingrati acidi saporis. Caulis folia producens sub iis aliquando ventricosus est, non angulosus vel striatus per longitudinem, sed transversaliter in obscuros articulos distinctus est. Caules floriferi tam superius, quam ad latera excrescunt, ac flos potissimum cum illo sextæ speciei convenit, sed plerumque minor est, ita ut minor ejus videatur esse species. Petala enim quinque exteriora pallide lutea sunt, cum læte purpureis lineis. Cassis ejus albicat cum purpureis lineolis, & inferius terminatur in cornu uti in Delphiniis, ante meridiem gratum hi flores spargunt odorem, sed debilem, convenientem cum illo floris *Orchidis*, seu in hisce terris cum flore *Bonga tanjong.*

Caules hujus plantæ primarii non ultra tres pedes alti sunt, aliique caules crescunt more *Daun sæbat*, ad articulos parum fusci, in silvestribus crescit arboribus circa Capaham, floret Novembri ac Decembri. Hæc species peculiariter *Angrec Lemon kitsjil* vocatur, quum æque ac major in Limonis amat crescere.

Angræcum decimum & *angustifolium*, angustissima gerit folia, in Canariis crescens, quæ sunt crassa, & angusta instar siliquarum *Catjang tsjina*, sex septemque pollices longa, non rotunda, sed plana, pennam lata, quæ undique circa rectum locantur caulem. Flos minimus est, ac bini tresve simul ex foliorum alis excrescunt, flavi, ex quinque petalis constantes, quorum bina superiora & angustiora prominent, cum casside purpurea interna.

Fructus

SESDE HOOFDSTUK.

De overige zoorten van het geele Angrek.

Angræcum octavum *sive* Furvum, *beeft uitgespreider wortelen dan het voorige, en hangt lossely̆k aan de bomen; de bladeren staan op dezelfde manier in twee rygen; dog zyn agt en negen duimen lang, schaars een breed, ook aan de spitzen in twee gekloven, zonder nerven, behalven de middelste geut, van de voorige smaak. De bloemdragende steel schiet zoo wel boven op als ter zyden uit, en de laatste schieten eenige wortelen of vaselingen uit na beneden, die zig mede in de schorsse des booms begten.*

De middelste of hoofdsteel is mede buikagtig, zoodanig dat by tussen den oorspronk, en den buik altyd dunder is, 't welk men van al de Angreks verstaan moet, wiens steelen een buik hebben.

De bloemen komen aan een uitgebreiden tros, op langagtige vuil-witte steelen, uit vyf blaadjes gemaakt, wyd geopend, en halvemaans gewys gebogen, zommige ook gekruld, in de grootte van Angræcum tertium *of* Rubrum, *buiten geelagtig, binnen donker, ros of rookverwig, aan de kanten geel, van een zoeten dog slappen reuk, en daar by wat bondsagtig, de Satyria gelyk. In de midden staat een blandje als een tant, bleek geel, en beneden met twee witte lapjes, van onderen eindigende in een korte beurze, voor ben staat een pilaartje of ambeeldje, mede geel, en tussen beide twee witte blaadjes. De afgesneedene steelen en bloemen kan men ook lange in huis bewaren.*

De vrugten van Angræcum furvum *zyn sesboekige houwen, een hand breed, en lang, ruim een vinger dik, in ses ruggen verdeelt, binnen met diergelyken geel en hairig merg, daar aan geel en fyn zand hangt. Het schiet over al tussen, en agter de bladeren zyn lange en bogtige wortelen, als enkele snaren, rond, twee voeten lang, zoo dik als een schaft, taai en onverbreekelyk, van vooren in twee of drie zig verdeelende.*

Naam. *In 't Latyn* Angræcum octavum *en* Furvum; *in 't Maleits* Angreck kitsjil glap.

Plaats. *Het wast op voornoemde Wakkat-bomen, zoo wel op groeiende stammen als afgevalle, en half verrotte takken. Het laat zig niet wel verplanten wegens zyn verspreide wortelen, gelyk ook het* Angræcum album.

Angræcum nonum *heeft de kleinste bladeren, ons gemeen* Sempervivum *gelyk, omtrent een vinger lang, en schaars twee breed, zonder zenuwe, behalven een donkere geute, aan de spitzen niet veel gekloven, dik, en styf, onliefelyk zuur van smaak. De bladdragende steel heeft zomtyds onder de bladeren een langwerpigen buik, niet geboekt of gestreept in de lengte, dog over dwers in donkere leden verdeelt. De bloemdragende steelen komen zoo wel boven als ter zyden uit, en de bloeme gelykt meest na de zesde zoorte, dog doorgaans kleinder, zoo dat het maar een kleine zoorte daar van schynt te zyn. Want de vyf buitenste blaadjes zyn bleek-geel met ligt-peerse linien. Het helmke is witagtig met purpere linien, en eindigt beneden in een hoorntje gelyk Riddersporen, voor de middag geven ze een lieflyken reuk van haar, dog swak, die over een komt met de bloem van* Orchis, *of hier te land* Bonga tanjong.

De hoofdsteelen van 't kruid zyn maar drie voeten hoog, en de andere steelen wassen op de manier van Daun soebat, *by de leden een weinig bruin, het wast op wilde bomen omtrent Capaha, bloeid in November en December, dit werd in 't byzonder* Angrek lemon kitsjil *genaamt, om dat het zoo wel als het groote geerne op de Limoen-bomen wast.*

Angræcum decimum *en* Angustifolium *is de aldersmalste zoorte, meest op de Kanary-bomen wassende, met dikke smalle bladeren, als houwen van* Catjang tsjina, *ses en zeven duimen lang, niet rond, maar plat, een schaft breed, de welke rondom den regten steel staan. De bloem is zeer klein, twee of drie by malkanderen uit den schoot der bladeren, bleek geel, van vyf blaadjes, waar van de twee bovenste en smalste over hangen, met een purper helmke van binnen.*

De

Fig. 1.
Fig. 2.

Fig. 2.
Fig. 1.

Fructus pennam crassus est, trigonus, sed in interstitiis striatus, semi digitum longus, cum residuo & emarcido flore in summo. Non ultra pedis altitudinem adtingit, sub Filicibus crescens in Mangi Mangi, vel silvestribus arboribus. Radix non ita copiosa est & longa.

Bontius Libr. 6. Cap. 36. similem describit plantam, quam *Sedum arborescens* vocat, radicem gerens miram nodosamque, quam comparat cum manubrio hastæ Turcarum, cum crassis Sedi foliis, & parvo albo Anagallidis flore, gratum spirante odorem corticum Citri, foliaque acidi sunt saporis instar Acetosæ, ipsi multas tribuit excellentes virtutes, quæ a Javanis comprobatæ erant, ex foliis enim ac floribus conserva præparatur, utilis cunctis Cerebri & Nervorum morbis, ut spasmo & Choleræ, flores sunt cordiales, ac folia Dysenteriam curant, quum sunt frigida, acida, & adstringentia, quæque etiam in vulneribus conducunt, a venenatis telis & hastis inflictis.

Fructus medium digitum longus est, interne mucosus & insipidus, ac transversaliter scissus arcem exhibet cum quatuor vallis.

Tabula Quadragesima sexta

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *furvum* seu *octavum*. Figura secunda *Angræcum nonum* denotat.

De vrugt is een schaft dik, driekantig, dog tussen beide gestreept, anderhalve vinger lang, met de restante bloem boven op, 't werd niet boven een voet hoog, groeiende onder Vaaren geslagte op Mangi Mangi, of wilde bomen, de wortel is weiniger en lang.

Bontius Lib. 6. Cap. 36. *beschryft een diergelyke plante, die by* Sedum arborescens *noemt, met een wonderlyke knobbelagtige wortel, die by vergelykt met het bandvatzel van een Turkse Speer, met dikke bladeren als Huislook, en kleine witte bloemen als Anagallis, zeer welriekende als Citroen-schellen, en de bladeren zyn zuur van smaak als Zuuring. Hy schryft hem veele voortreflyke kragten toe, die door de Javanen geprobeerd zullen zyn, want uit de bladeren en bloemen werd een Conzerva gemaakt, dewelke nut is tot alle gebreeken der hersenen, en zenuwen, als Spasmum en Choleram, de bloemen zyn hertsterkende, met de bladeren genezen ze den roden loop, als zynde koud, zuuragtig, en adstringerende van aart. De bladeren zullen ook zeer goed zyn in de wonden, door vergifte krissen en pieken gemaakt.*

De vrugt is een middelste vinger lang, van binnen slymerig, en onsmakelyk, en de vrugt dwers doorgesneeden vertoont een Fortres, met vier Bolwerken.

De ses en Veertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het donkere *Angrek* ofte het *agtste*. De twede Figuur verbeelt de *negende zoort* van *Angrek*.

CAPUT SEPTIMUM.

Angrecum caninum. Angrek andjing.

Undecima species multas, longas, & intricatas quoque gerit radices, quæ sese circa arbores volvunt, nullam solidam formantes glebam seu congeriem. Ex centro autem ipsarum bini tresve adsurgunt caules, inferius striati, & ad octodecim vel viginti pollices folia gerentes. Quæ in binis ordinibus alternata sunt, transversaliter ex caule ortum ducentia, firma, & costis donata, quatuor & quinque pollices longa, sesqui lata.

Reliqua caulis pars nuda est, inferius parum ventricosa, porro rotunda, ac binos tresve pedes longa, in summo paucos proferens flores, binos tresve simul. Hi cum illis albæ speciei maximi sunt inter Angræci species, ex quinque petalis constantes, purpurei, ac sine ullis characteribus, illorum vero quatuor exteriora extensa sunt, quintum supra calicem extenditur instar digitabuli, vere purpureum, & ad internam partem lanuginosum instar Iridis, in medio condens pistillum sine ullo cornu ab inferiore parte. Floris odor gravis est, ac penetrans, caput gravans, & caninus quasi, instar florum quorundam Satyriorum.

Sapor est salsus & acidulus, sed ingratus, atque ex radice nullas profert bursas, neque ventricosos caules, uti alia Angræca, Octobri & Novembri observatur. Fructus est angulosus uti in aliis Angræcis.

Nomen. Latine *Angræcum caninum*, sive *Undecimum*; Malaice *Angrec andjing* a canino odore.

Locus. In arboribus crescit, quæ brevem crassumque gerunt truncum, ac muscosæ sunt, præsertim in *Kinar*, tam in litore, quam in vallibus, ac porro nullus ejus notus est usus.

Tabula Quadragesima septima

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *Caninum*. Figura secunda *Angræcum* denotat *crumenatum* in *Auctuarii Cap.* 57. descriptum.

SEVENDE HOOFDSTUK.

Het Honds-Angrek.

De elfde zoorte heeft ook veele lange wortelen door malkanderen verwert, en haar om den boom slingerende zonder een massyven klomp te maken. Egter uit het middel ontspringen twee of drie steelen, die beneden gestreept, en agtien of twintig duimen hoog beblad zyn. Deze bladeren staan in twee rygen tegens malkander met beurten, regt dwers uit den steel, styf, en geribt, vier en vyf duimen lang, anderhalve breed.

De resterende steel is kaal, beneden weinig buikagtig, voorts rond, en twee of drie voeten lang, aan 't uiterste maar weinige bloemen dragende, twee en drie by malkanderen. Deze zyn met de witte de grootste onder alle Angreks-zoorten, uit vyf bladeren gemaakt, alle peers, zonder karacteren, waar van de vier buitenste uitgebreid staan. Het sesde staat wat over 't kelkje als een vingerhoed, regt purper, en aan de binnenzyde wolagtig gelyk een Iris, in het midden het pilaartje verbergende, zonder hoorntje beneden. De reuk van de bloeme is sterk, geil, het hoofd wat beswarende, en merkelyk bontsagtig, gelyk de bloemen van zommige Satyria.

De smaak is ziltig, zuuragtig, dog niet aangenaam, en brengt uit zyn wortel geen beurzen voort, nog buikagtige steelen gelyk andere Angreks, men ziet ze in October en November bevrugt, is hoekig als aan andere Angreks.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum caninum, *sive* Undecimum; *in 't Maleits* Angreck andjing *van zyn bontsagtigen reuk.*

Plaats. *Het wast op bomen, die een korte dikke stam hebben, en mosagtig zyn, inzonderheid op de Kinar-bomen, zoo wel op strand als in de valeyen, voorts is geen gebruik daar van bekent.*

De seven en Veertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Honds-Angrek*.
De tweede Figuur wyst aan het *beursige Angrek*, in het 57. *Hoofdstuk* van het *Auctuarium* beschreeven.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM

Auctuarii

Novas quasdam Angræci habet subsequentes species.

Non putandum est, Amboinenses luxuriosas solitudines, non plures Angræci proferre species illis, quas in initio *libri undecimi* proposuimus, tum enim desperabam omnes posse indagari, quum vero dein plures quasdam repererim novas species, quas puto ob singularem formam dignas esse, quæ describantur, hinc quasdam hic successive proferam.

Primo. *Angræcum nervosum*, quod increscit arboribus Kinar & Sydroxylo, multas gerit quadratas bursas, tres quatuorve pollices longas, binos digitos latas, ac crassas, coadunatim cohærentes, coloris pallide virentis, ac duriusculas, uti & cunctæ aliæ sunt, quævis vero bursa ingens profert folium, duodecim ac quindecem pollices longum, quatuor & quinque latum, per longitudinem quinque nervis distinctum, qui inferius acuta formant dorsa, ac cum illis *Hellebori albi* conveniunt, cuivis autem folio acutum opponitur foliolum, atque ex centro caulis excrescit, pedem circiter longus, rotundus, & culmum crassus, cui tres quatuorve insident flores, qui primo sunt oblonga & acuminata capitula.

Flos formam habet aliorum Angræcorum, mediocris magnitudinis, ex quinque compositus petalis, quorum tria exteriora & maxima colorem habent ex albo flavescentem, & quorum unum elevatum est, bina alia deorsum flexa. Binaque præterea alia angustiora sunt, quasi priorum segmenta, quæ retrorsum locantur, interne vero cellula vulgaris sita est, ex binis minoribus petalis formata, externe alba, seu quodammodo flavescens, interne ex fusco variegata.

Hic flos volitantem repræsentat Crabronem, si angulosum petiolum pro ejus capite sumatur, & inferius latum petalum pro ejus cauda, ac bina angusta petala pro alis.

Fructus huc usque ignoti sunt, quin provenirent ex angulosо petioli floris centro. Foliorum sapor amarus est & ingratus. Angræcum vero hoc id peculiare habet, quod strigosa gerat folia, & floris petiolus ex ipsa proveniat bursa.

Tabula Quadragesima octava

Angræcum exhibet *nervosum*, quod forte est Erythro bulbus Helleborі albi plicatis foliis, Red Bulb, h. e. Bulbus rubens nostratibus dictus *Plukn. Mantiss. pag.* 70. & Chichultic Tepetlauhxochite *Hernand.* apud *Recch. pag.* 368.

Secundo. *Angræcum pungens*, repertum in arbore *Caju matta buta*, nullas gerit bursas, sed crasso repit flagello juxta ramos, ac plurimum ex iis dependet, hic & illic caulem emittens foliosum, & inter hunc alii iterum excrescunt.

Folia ejus solitaria locantur, duodecim & quatuordecim pollices longa, vix minimum digitum lata, sursum apicem gerentia digiti articulum circiter longum, qui ipsis videtur quasi inpositus, suntque porro crassa, firma, ac sine notabilibus nervis, qui inferius parum protuberant, ac superius folium quasi concavum formant instar canalis plani, coloris obscure virentis, ac vetusta russa sunt, pungentes vero apices in his decidunt, atque inter hæc ex primario caule alii excrescunt tenues, firmi, & lignosi cauliculi, quatuor & quinque pollices longi, quorum quidam sese dividunt in unum alterumve lateralem cauliculum, quorum superior dimidia pars flosculos profert vulgaris Angræci forma, sed qui brevia gerunt petala, & ex albo flavescunt.

Ex horum petiolo fructus excrescit, vix pollicem longus, striatus, & trigonus, formam gerens germinantis Anthophylli, diu florem superius sustinens, interne obpletus farina crassa & albicante.

Ter-

HET SEVEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK

Van het Auctuarium

Heeft de volgende nieuwe zoorten van Angrek.

Men moet niet meenen, dat de Amboinsche weelderige wildernisse niet meer zoorten van Angreks voortbrengt, dan die geene, die wy in 't begin van 't elfde boek gestelt hebben, alwaar ik den moed verlooren gaf om alles op te zoeken, dog dewyl ik naderhand nog eenige nieuwe zoorten gevonden heb, dewelke ik oordeelde, wegens hare rare gedaante waardig te zyn, om beschreeven te werden, zoo zal ik hier eenige na malkander voorbrengen.

I. Angræcum nervosum *groejende op de bomen Kinar, en Yzerhout, komt voort met veele vierkantige beurzen, drie of vier duimen lang, twee vingeren dik, troeps-gewys by malkander geboopt, bleek-groen van couleur, en hardagtig gelyk alle andere. Ieder beurs brengt voort een groot blad, twaalf of vyftien duimen lang, vier of vyf breed, in de lengte met vyf zenuwen gestreept, dewelke beneden scherpe ruggens maken, en gelyken die van* Helleborus albus, *tegen over ieder blad staat een spits blaadje, en uit de midden komt een steel voort, omtrent een voet lang, rond, en een halm dik, daar op groejen drie of vier bloempjes, zynde eerst lange spitze knoppen.*

De bloem gelykt andere Angreks van middelbare grootte, bestaande uit vyf blaadjes, waar van de drie buitenste, en grootste van couleur wit-geel zyn, waar van het eene opwaarts staat, en twee neerwaarts hangen, dan zyn 'er twee smalle als riempjes, dewelke agterwaarts staan, binnen is het gewoonlyke huisken van twee blaadjes gemaakt, van buiten wit, en eenigzints na het geele trekkende, van binnen bruin gespikkelt.

Deze bloem verbeeld een vliegende Horsel, zoo men het geboekt steeltje voor het hoofd neemt, het onderste breed blaadje voor den steert, en de twee smalle blaadjes voor vlerken.

De vrugten zyn nog onbekent, of ze moesten uit het geboekte voetje van de bloem voortkomen, de smaak der bladeren is bitter, en onaangenaam. Zoo heeft dit Angrek byzonder, dat het gestreepte bladeren heeft, en de bloemsteel uit de beurs zelfs voortkomt.

De agt en Veertigste Plaat

Vertoont het *zenuwagtig Angrek*, het geen mogelyk is de Erythro-bulbus, met gevouwe bladeren van de witte Helleborus, Red bulb, dat is roode bol by de onze genaamt van *Plukn. Mantiss. pag.* 70. en de Chichultic Tepetlauhxochite van *Hernand.* by *Recch. pag.* 368.

II. Angræcum pungens, *of steekend Angrek, gevonden op een boom van Caju matta buta, gewint geen beurze, maar kruipt met eene dikke rank langs de takken, en hangt meest af, hier en daar een steel opschietende, daar aan de bladeren staan, en tussen dezelve komen al weder anderen voort.*

De bladeren staan enkeld, twaalf of veertien duimen lang, schaars een pink breed, van vooren met een spits, omtrent een lid van een vinger lang, dewelke schynt daar op gezet te zyn, voorts dik, styf, en zonder kennelyke zenuwen, dewelke beneden een weinig uitbuilen, en boven het blad wat hol maken, als een vlakke geut, van couleur donker-groen, en de oudere werden rosagtig, de steekende spitzen vallen aan de oude bladeren af, tussen dezelve uit den hoofdsteel komen andere dunne styve, en houtagtige steeltjes, voorts vier of vyf duimen lang, sommige in een of twee zydesteeltjes zig verdeelende, de voorste helft daar van is met bloempjes bezet, van gemeene Angreks fatzoen, dog kort van bladeren, en geel-wit.

Uit haaren steel werd de vrugt, schaars een duim lang, gestreept, en driekantig, in gedaante van een beginnende Moer-nagel, dragende de bloemen nog lang boven op, van binnen gevult met een witagtig grof meel.

III.


Fig. 1.
Fig. 2.

Tertio. *Angræcum saxatile* fere similis est sarmentosa herba, supra rupes repens, foliaque ejus fasciculata sunt, octo & decem pollices longa, unum lata, superius excavata, inferius acutum gerentia dorsum, ad extremum bifida, & bis acuminata, unus vero apex non modo multo longior est altero, sed etiam pungens instar mollis spinæ.

Inter inferiora folia rotundi quiddam, longi, & parum sinuosi excrescunt caules, Chordulas referentes, qui lenti sunt, & diffringi nequeunt, externe albi, & ad extremum sese dividentes in binos tresve ramulos, qui arborum corticibus fibrillas inmittunt.

Inter folia caules floriferi excrescunt, binas spithamas longi, quorum suprema pars flosculos gerit flavescentes, ex quinque petalis constantes, quæ interne rubra, & ad oras flava sunt, quem colorem cassis etiam gerit. Ex ipsorum centro fructus excrescunt, ultra digitum longi, ac transversalem digitum crassi, quidam digiti articulum modo longi sunt, & pennam crassi, in sex acutas costas divisi, atque inter has profundi locantur sulci, planam superius gerentes stellulam, quæ componitur ex quinque apicibus cum obtuso nodulo in centro.

III. Angræcum saxatile *of Klip-Angrek, is schier diergelyke zeelend gewas, over de klippen kruipende, de bladeren staan met bosjes by malkander, agt en tien duimen lang, een breed, boven gegeut, beneden met een scherpe rugge, aan 't voorste in tweën gekloven, met twee spitzen, waar van de een niet alleen merkelyk langer is dan de andere, maar ook steekende als een weeken doorn.*

Tussen de agterste bladeren komen wede lange ronde, en wat bogtige steelen uit als Chordelen, taai, en onverbreekelig, van buiten wit, en aan haar einde zig in twee of drie takken verdeelende, dewelke al wederom in de schorsse der bomen wortelen.

Tussen de bladeren komen de bloemsteelen voort, twee spannen lang, aan haar opperste dragende kleine geele bloempjes, van vyf blaadjes gemaakt, dewelke van binnen rood, en aan de kanten geel zyn, van welke couleur het helmke ook is, uit haare voeten werden de vrugten, ruim een vinger lang, en een dwersvinger dik, zommige een lid van een vinger lang, en een schaft dik, in ses scherpe ribben afgedeelt, en tussen beide diepe voorens, met een vlak sterretje boven op, gemaakt van vyf spitzen met een stomp knopje in de midden.

Tabula Quadragesima nona

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *Saxatile*, quod est Tsjerou mau maravara *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 5. cui a *Plukn.* in *Almag. pag.* 87. jungitur Caryophyllus Monomotapensis, nervosis Bupleuri foliis intus cavis, flore cœruleo, cauliculis secundum longitudinem alatis *Phyt. Tab.* 275. *fig.* 1.

Huc pertinet Orchidi affinis, planta parasytica, folio crasso sulcato, *Herm. Prud. Bat. pag.* 187. Licet flos parum differat: quod est Viscum arboreum, flore albo specioso, Americanum, foliis forma siliquarum Nerii *Plukn. Phyt. Tab.* 117. *fig.* 6.

Figura secunda *Angræcum* exhibet *purpureum*, *Cap.* 8. descriptum, *primam* nempe *speciem*.

De negen en Veertigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Klip-Angrek*, het welk is de Tsjerou mau maravara van de *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 5. aan welk van *Plukn.* in het *Almag. pag.* 87. toegevoegt wert de Monomotapense Caryophyllus met zenuwagtige bladeren van het Bupleurum, van binnen hol, met een blaauwe bloem, en met steeltjes na de lengte gevleugelt in de *Phyt. Tab.* 275. *fig.* 1.

Hier toe behoort ook de Parasytise plant, aan de Orchis naastkomende, met een dik gevormt blad van *Herm. Parud. Bat. pag.* 187. Schoon de bloem wat verschilt: het geen is de Americaansche Viscum op bomen groejende, met een schoone witte bloem, en bladeren in de gedaante van de Peulen van het Nerium van *Plukn. Phyt. Tab.* 117. *fig.* 6.

De tweede Figuur vertoont het *purpere Angrek*, in het *agtste Hoofdstuk* beschreeven, de *eerste zoort* namentlyk.

Quarto. *Angræcum angustis crumenis*, multas & subrotundas format bursas, in binos tresve obscuros articulos distinctas, quinque & sex pollices longas, unum latas, externe multis siccis pelliculis obductas, harum plurimæ nudæ ac foliolis destitutæ locantur, aliæ in vertice tria quatuorve longa & angusta gerunt folia, duodecim & quindecim pollices longa, binos digitos lata, in simplicem terminantia apicem, excepto quod nervus medius inferius parum protuberet, quasdam etiam gerunt strias longitudinales, subtiles referentes nervos.

Ad latus hujus fasciculi bini foliosi eriguntur caules, quindecim pollices longi, in quorum superiore dimidia parte flores locantur, huc usque ignoti. Hos insequuntur fructus, vix pollicem longi, & culmum crassi. Radix congeries est tenuium longarum, & lentissimarum fibrillarum.

Quinto. *Angræcum sediforme*, sic dictum, quum folia cum illis Sedi conveniant, quædam unicum, quædam tres pollices longa sunt, binos lata digitos, sine ullis costis cum firmo apice, crassa, glabra, & succosa, sed non lactescentia, alioquin enim pro illis *Nummulariæ lacteæ* quis ea haberet. Flos nondum apparuit. Tenuibus & intricatis crescit chordulis inter & per radices aliorum Angræcorum.

Sexto. *Angræcum uniflorum*, folia gerit forma & magnitudine linguam referentia, superius nempe subrotunda, ac parum bifida, crassa, firma, ac sine ullis costis, excepto quod planus canalis per folii superiorem partem decurrat. Quodvis folium brevi incumbit bursulæ, ex quatuor quinqueve acutis dorsis compositæ, quædam vero glabræ sunt, & bigonæ tantum.

Caulis florifer ad latus bursæ excrescit, rotundus, & spithamam altus, quorum quivis unicum modo sustinet florem, quodammodo convenientem cum illo *Angreci angin*, qui ex tribus constat petalis, quorum maximum & anterius linguæforme est, inferius latum, & superius angustum, cum acuto dorso in medio, retroflexum supra totum florem, ad latera bina alia locantur petala, inferius lata & crassa, superius angusta & flaccida, conniventia instar falcis.

IV. Angræcum angustis crumenis, *gewint veele, en rondagtige beurzen in twee of drie donkere leden verdeelt, vyf en ses duimen lang, ruim een breed, van buiten met veele drooge velletjes bebangen, de meeste staan blood, en zonder bladeren, de andere dragen op haar top drie of vier lange smalle bladeren, twaalf en vyftien duimen lang, twee vingeren breed, in een enkelde spits toeloopende, behalven de middelzenuwe, beneden een weinig uitbuilende, hebben ze nog eenige streepen als zubtiele zenuwen in de lengte.*

Bezyden van dezen bos hebben ze twee bladdragende steelen, mede vyftien duimen lang, aan welkers voorste helft de bloempjes staan, nog onbekend. Daar op volgen de vrugten, schaars een duim lang, en een stroobalm dik, de wortel is een klomp van dunne, lange, en zeer taaije vaselingen gemaakt.

V. Angræcum sediforme, *alzoo eigentlyk genaamt, dewyl de bladeren na een Sedum of Huislook gelyken, zommige zyn een, zommige drie duimen lang, twee vingeren breed, zonder eenige ribben, met een styve spits, dik, glad, en sappig, dog zonder melk, anders zoude men ze voor een* Nummularia lactea *aanzien. De bloem is nog niet gezien. Het groeit met dunne en verwerde kordulen onder, en door de wortelen van ander Angreks.*

VI. Angræcum uniflorum *heeft bladeren, in gedaante en grootte een tong verbeeldende, te weten vooren rond, en een weinig in tweën gekloven, dik, styf, en zonder eenige ribben, behalven een vlakke geut aan de bovenzyde. Ieder blad rust op een kort beursje, gemaakt van vier of vyf scherpe ruggens, zommige ook glad met twee kanten.*

De bloemsteel komt bezyden de beurze voort, rond, een span hoog, ieder dragende maar een bloem, eenigzints het Angrec angin *gelyk, gemaakt van drie bladeren, waar van het grootste en voorste tongeformig is, agter breed, en vooren smal, met een scherpe rugge in de midden, naar agteren gekromt over de geheele bloem, ter zyden staan twee andere bladeren, mede agter breed, en dik, vooren smal, en slap, na malkanderen gekrompt als zikkels.*

In centro capitulum locatur. Color fuscus est, intermixtis plurimis ex albo flaventibus maculis, oculos referentibus, quarum quædam rotundæ sunt, aliæ quadratæ, ac porro sine ullo odore.

Vili radice ramis arborum silvestrium increscit, & aliquando planum format angulum ex Musco quasi constructum, ex quo hic & illic bursulæ ac simplicia excrescunt folia.

Septimo. *Angræcum gajang*, quod repertum est in arbore Gajang, multos formans fruticulos coadunatos forma *Lilii Javani* seu *Casi selan*, inferius oblongum gerens instar Cepæ bulbum. Hoc bina profert folia, vix duodecim pollices longa, & unum lata, inferius firmum gerentia nervum medium, nec ad apices bifida sunt instar aliorum Angræcorum, sed acute terminantur.

Ex centro horum binorum foliorum longus ac simplex excrescit caulis, cujus suprema & maxima dimidia pars ultra pedis longitudinem flosculos sustinet, qui Angræci formam repræsentant, suntque compositi ex quinque sordide albicantibus & angustis petalis, quorum tria dependent, ac bina extensa sunt, inque superiore floris parte cassis locatur. Ipsorum petiolus prope ortum acutum porro gerit petalum, quod petiolum obtegit, tam dense autem locantur, ut totus caulis caudam felis referat longam, post ipsorum lapsum pauci excrescunt fructus, qui minimi sunt cunctarum Angræci specierum, paulo nempe majores grano Tritici, hexagoni quoque, per maturitatem dehiscentes ad latus, superior vero ipsorum pars nexa manet & firma. Ipsorum pars interior primo flavescit, ac succosa est, quæ per maturitatem degenerat in farinam flavam & arenosam.

Floret mensibus pluviosis, & in Gajanis reperitur silvestribus, quæ crescunt in valle Ayer Cotta Lamma. Hæc species in aliis quoque reperitur arboribus, uti & in Celebes ora Orientali, ubi ejus folia adhibentur contra abdomina tumentia & indurata, supra ignem calefacta, ita ut flaccescant, dein abdomen iis fricatur, medullaque angustorum bulborum ore masticatur, ac succus deglutitur.

Octavo. *Angræcum jamboe*, angusta & firma gerit folia, quinque pollices longa, binos lata digitos, superius in acutum terminantia apicem, saporis primo ingrati, dein dulcis instar succi Liqueritiæ.

Flosculi bini sibi oppositi excrescunt tenuibus in petiolis ex flagello, qui compositi sunt ex quinque crassis petalis Citrini coloris, quæ omnia introrsum flexa sunt instar Ornithopodii, atque in centro locatur ex purpureo cœrulea lingula. Fructus huc usque ignoti sunt, & increscit silvestribus Jambis, longis dependens sarmentis.

Nono. *Angræcum tæniosum* simplici ac lignoso crescit caule, cui folia insident solitaria & inordinata, crassa segmenta referentia, utrimque bifida, acsi ex binis segmentis composita essent, quatuor & quinque pollices longa, ultra culmum crassa. Ad latus superiorum foliorum brevis excrescit racemus florifer, cujus flores mihi ignoti sunt.

Hos insequuntur tres sexve fructus, qui sunt siliculæ oblongæ & sulcatæ, pollicis articulum longæ, uti in aliis Angræcis, qui externe distincti sunt in tria majora, & tria minora dorsa, cum coronula superius posita, quæ residuum est floris, intusque repletæ sunt arenosa substantia. Radix longa est, vaga, & transversaliter repens, lignosaque, nec ullas profert bursas.

Decimo. *Angræcum lanuginosum* a vulgari Angræcorum forma parum recedit, simplicem enim generat caudicem, tres quatuorve pedes longum sine bursa vel ventre, cujus inferior pars nuda est, & in obscuros articulos distincta. Superior pars foliis densis obsita est, rotunda, & lanuginosa.

Folia formam habent minoris Angræci, irregulariter admodum cauli adcreta, tres quatuorve pollices longa, binos lata digitos, crassa, firma, sine distinctis nervis, in brevem & firmum terminantia apicem, qui parum incurvatus est.

Superior foliorum pars parum rugosa instar panni serici obsoleti, triaque quatuorve superiora & tenerrima folia utrimque lanuginosa sunt.

Ex alis superiorum foliorum racemus florifer excrescit, ultra digitum longus, cui flores insident brevibus in petiolis, qui lanuginosi quoque sunt magnitudine Fabæ.

In de midden staat een klein hoofdeken. De couleur is bruin, waar op men veele wit-geele stipjes of oogjes ziet, zommige rond, zommige vierkant, voorts zonder reuk.

Het groeit met een slegte wortel op de takken der wilde bomen, en maakt zomtyds een platten hoek als van eenig Mos gemaakt, waar uit hier en daar de beursjes, en enkelde bladeren voortkomen.

VII. Angrec gajang *gevonden op een Gajang-boom, met veele kleine struiken by malkander, van gedaante als* de Javaansche Lelie, *of* Casi selan, *onder met een langwerpige bol als Ajuin. Deze brengt twee bladeren voort, schaars twaalf duimen lang, en een breed, van onderen met een styve middelzenuwe, en hebben aan de spits geen kiove, gelyk andere Angreks, maar loopen spits toe.*

Uit de midden van deze twee bladeren komt een langen enkelden steel, waar van de opperste en grootste helft, ruim een voet lang, bezet is met kleine bloempjes, die even de gedaante van Angreks verbeelden, bestaande uit vyf vuil-witte smalle blaadjes, waar van drie af hangen, en twee uitgebreid staan, en aan de bovenzyde staat een helmke. Haaren steel by zyn oorspronk heeft nog een spits blaadje, 't welk den steel bedekt. Zy staan zoo digt, dat den geheelen steel een langen kattensteert verbeeld, naar haar afvallen komen weinige vrugten tot perfectie, dewelke de kleinste zyn van alle Angreks zoorten, te weten wat grooter dan een tarwe-korrel, mede seskantig, in de rypheid open berstende, terzyde dat het voorste aan malkander blyft hangen. Haar binnenste is eerst geelagtig, en sappig, 't welk in de rype verandert in een geel zandig meel.

Het bloeit in de regemaanden, en men vindt het op Gajang-bomen, die in 't wild staan in de vallei van Ayer Cotta Lamma. Deze zoorte vindt men ook op andere bomen, als mede op Celebes Oostkust, aldaar werden de bladeren gebruikt tegens gezwolle en verharde buiken, over 't vuur geslenst, zoo dat ze slap werden, daar na den buik daar mede gewreeven, en het merg van de smalle bollen in de mond gekaauwt, en den sap ingezwolgen.

VIII. Angrec jamboe *heeft smalle styve bladeren, vyf duimen lang, twee vingeren breed, vooren in een styve spits eindigende, van smaak eerst onaangenaam, daar na zoet als sap van Zoethout.*

De bloempjes komen twee en twee tegens malkander, op korte voetjes uit den rank, gemaakt van vyf dikke Citroen-geele blaadjes, alle inwaarts gekromt als vogelklaauwen, en in de midden ziet men een peers-blaauw tonksken. De vrugten zyn nog onbekent, en het groeit op de wilde Jamboes-bomen met lange rancken afhangende.

IX. Angræcum tæniosum *of riempjes Angrec, groeit met een enkelde houtagtige steel, daar aan de bladeren enkeld, en zonder ordre staan, dikke riempjes gelykende, ter weerzyde met een kloof in de lengte, als of ze van twee deelen gemaakt waren, vier en vyf duimen lang, en ruim een stroohalm dik. Terzyden de voorste bladeren komt een korte bloem-tros voort, waar van de bloemen nog onbekent zyn.*

Hier op volgen drie of ses vrugten, zynde langwerpige geribde houwen, een lid van een duim lang, gelyk aan andere Angreks, van buiten verdeelt in drie grootere, en drie kleindere scherpe ruggen, met een kroontje boven op, zynde het restant van de bloem, binnen vervuld met een zandig plukzel. De wortel is lang, ydel, en dwerskruipende, houtagtig, en brengt geene beurze voort.

X. Angræcum lanuginosum, *wykt van de gemeene Angreks gedaante wat af, want zy gewint een enkelde steel, drie en vier voeten lang, zonder buik of beurs, waar van de agterste helft bloot is, en in donkere leden verdeelt. De voorste helft is digt beblad, rond, en wolagtig.*

De bladeren zyn van kleine Angreks gedaante, zeer irregulier om den steel staande, drie en vier duimen lang, twee vingeren breed, dik, styf, zonder merkelyke zenuwe, in een korte styve spits eindigende, die wat krom staat.

De bovenzyde is wat ruig als versleeten fulp, en de drie of vier bovenste, de jongste zyn ter wederzyden wolagtig.

Uit den schoot van de voorste bladeren komt den bloemsteel voort, ruim een vinger lang, daar aan staan de bloempjes op korte voetjes, die al mede wolagtig zyn, in de grootte van een Boon.

Hi inferius concavum gerunt petalum instar Cymbæ, in qua concavus reconditur flosculus, sese aperiens in tria crassiuscula & flavescentia petala, e quibus purpurea eminet lingua, quæ simul repræsentant os seu rictum Leonis cum lingua extensa.

Radicem gerit vilem, ex paucis constantem fibrillis, & inter alia Angræca crescit in silvestribus arboribus in Toleeuwo, qui pagus est oræ Orientalis Amboinæ.

CAPUT OCTAVUM.

Angræcum purpureum. Angrec jambu.

Duodecima species tam raro folia exhibet conspicienda, ut a multis habeatur aphylla. Hoc observavi discrimen, quod quæ in litoreis crescit scopulis & arboribus, foliis plerumque sit destituta, sed quæ in ipsa terra in arboribus provenit, folia profert, ita ut binæ hujus speciei formari possint, quod tamen non opus est, quum varietas nimis parva est.

Litorea species primo gerit caulem angulosum & striatum, in multos inæquales articulos distinctum, qui semper in medio magis protuberant quam in extremitatibus, uti & totus caulis prope radicem tenuissimus est & rotundissimus, qui folia producit uti præcedens minus Angræcum, alternatim posita, quinque pollices longa, ultra unum lata, & superius fissa uti reliqua.

Caulis pedis circiter altitudinem adtingit, ac foliis ornatus est, quæ vetusta decidunt, ac nudum relinquunt caulem, atque hinc fit, ut putetur foliis destitui; nam prope hunc alter excrescit peculiaris caulis ex radice, binos tresve pedes altus, inferius prope radicem tenuior quam in reliqua parte, in similes ventricosos articulos distinctus. In articulorum connexu, qui semper humiliores sunt ipso ventre, flosculi excrescunt fasciculati seu verticillati quasi, instar florum Jambi, circa articulos ad unam partem nudi.

Hi flosculi peculiarem habent formam, a prioribus diversam, quinque enim gerunt petala non aperta, sed compressa instar tubi, ab inferiore parte aperta, atque ibi Sacculum seu corniculum gerunt instar Orchidum, pollicem longi, vel paulo minores, ac vix pennam crassi. Superiores oræ in apices distinctæ sunt, atque interne bina posteriora petala cassidem tegunt purpuream seu roseam instar coloris Cassombæ, inodori penitus. Hi florum fasciculi circa medium caulis dependent, qui prope apicem nudus est. Fructus ignoti huc usque sunt, radix rara est, ex paucis constans fibrillis brevibus.

Hæc species in litore reperitur, tam in curtis crassisque arboribus, quam in præruptis rupibus, in quibus cariosa ligna & flagella projecta sunt.

Nomen. Peculiariter dicitur *Angræcum purpureum* & *nudum.* Malaice *Angrec jambu*, & *Angrec cassumba*; Javanice *Rangrec*, quo nomine reliqua etiam indigitant Angræca.

Secundo. Silvestris species a priore haud differt, nisi quod copiosiora exhibeat folia, ex muscosa enim & tenui fibrosa radice octo decemque excrescunt caules, octo novemque pedes longi, quorum crassiores folia, ac tenuiores flores proferunt, in multos articulos distincti, qui non multum ventricosi sunt uti prioris, sed profunde sulcati & striati.

Folia in caulibus ad quatuor pedum distantiam a radice oriuntur, simplicia & alternata supra sese invicem, tenuiora quam in aliis Angræcis, quinque & sex pollices longa, binos lata digitos, acuminata, cum nervo medio inferius protuberante, saporis fatui & muscosi. Caulis pars foliosa crassior est inferiore.

Caulis florifer in medio circiter flores profert copiosos & globosos quasi, nunc ab hac, nunc ab alia caulis parte, quivis flosculus unguem digiti circiter longus est, angustum caliculum referens, vix pennam crassus, inferius sacculo acuminato & striato auctus, seu in angusta petala distinctus, quæ sese superius in quinque apices aperiunt, & interne alium albicantem caliculum exhibent, flores hi coloris sunt purpurei, rubentes, & inodori, qui in conspectum veniunt Octobri & Novembri.

Deze hebben van onderen een hol blaadje als een schuitje, daar in legt een hol bloempje in drie geelagtige dikke blaadjes zig openende, daar tussen een peers tonkskin uitkykt, te zamen verbeeldende een Leeuwen-mond met een uitgesteeke tong.

Het heeft een zobere wortel, uit weinige vazelingen bestaande, en groeit onder andere Angreks op wilde bomen op Toleeuw, een Dorp van Amboins Oosthoek.

AGTSTE HOOFDSTUK.

Het purpere Angrek.

De twaalfste zoorte werd zoo zelden met bladeren gezien, dat het van veele voor bladeloos gehouden werd. Ik heb dit onderscheid daar van bevonden, dat het geene op strandklippen en bomen wast, meest zonder bladeren gezien, maar 't geene landwaart en op de bomen groeid, heeft zyne bladeren, zoo dat men twee zoorten daar van zoude konnen maken, 't welk egter niet nodig is, vermits het verschil te klein is.

I. *Deze standzoorte heeft vooreerst een geboekten of gestreepten steel, in veele ongelyke leden verdeeld, die altyd in de midden dikker zyn dan aan de enden, gelyk den geheelen steel beneden by de wortel op 't dunste en rondste is, dragende bladeren gelyk de voorgaande kleine Angreks, met beurten boven malkander staande, vyf duimen lang, ruim een breed, en vooren geklooft als andere.*

Deze steel werd omtrent een voet hoog, en draagt niets dan bladeren, dewelke oud geworden zynde afvallen, en den blooten steel nalaten, en hier van komt het, dat men 't voor bladeloos agt; want bezyden de voornoemde komt nog een andere byzondere steel uit de wortel, twee en drie voeten hoog, beneden by de wortel dunder, dan vervolgens, en in diergelyke buikagtige leden verdeeld. In de zamenvoegingen dezer leden, die altyd lager staan dan haren buik, groeijen de bloempjes met bosjes by malkander hangende, als wervels of het bloeizel van Jamboe, rondom de leden of aan de eene zyde blood.

Deze bloempjes hebben een byzonder fatzoen, van de voorgaande verschillende, want ze hebben wel vyf blaadjes, die niet geopent staan, maar t'zamen geslooten als een pypje, aan de onderste zyde geopent, en daar by een klein zaksken of hoorntje, gelyk de Orchides, een duim lang of minder, en schaars een schaft dik. Boven zyn de kanten in spitzen verdeeld, en binnen bedekken de twee agterste blaadjes een helmken van verwe, purper of roozerood, gelyk de couleur Cassomba, gants zonder reuk. Deze bosjes hangen omtrent het midden dezes steels, en by de spitzen is het byna kaal, de vrugten zyn nog onbekent, de wortel is weinig, en uit korte vazelingen gemaakt.

Deze zoorte vindt men op strand, zoo wel op korte en dikke bomen, als op steile klippen, daar op vermolzemde ryskens en houtjes leggen.

Naam. *Men noemt het in 't byzonder* Angrecum Purpureum *en* nudum; *in 't Maleits* Angrek Jambu, *en* Angrek Cassumba; *op 't Javaans* Rangrec, *gelyk zy ook alle andere Angreks noemen.*

II. *De landzoorte verschilt niet van de voorgaande, dan dat ze meer bladeren vertoont, want uit een mosagtige en dunne vazelige wortel, komen agt en tien steelen voort, agt en negen voeten lang, waar van de dikkere bladeren, en de dundere bloemen dragen, in veele leden verdeeld, die geen zonderlyke bulten hebben als het voorige, maar diep gevoorent en gestreept zyn.*

De bladeren aan haare steelen staan wel vier voeten van de wortel af beginnende, en dan met beurten enkelt, en veele boven malkander, dunder dan andere Angrek, vyf en ses duimen lang, twee vingeren breed, spits toeloopende, met een middelzenuwe beneden uitbuilende, smets en smeerig van smaak. Het deel des steels, daar de bladeren aan staan, is dikker dan beneden.

De bloemdragende steel heeft zyne bloemen omtrent de midden, deze hangen in ronde bolletjes veele by malkander, dan aan de eene dan aan de ander zyde van den steel, ieder bloempje is omtrent een nagel van een vinger lang, en als een smal kelkje, schaars een schaft dik, beneden met een spits sakske langs heenen gestreept, of in smalle blaadjes deelbaar, die zig boven in vyf spitzen openen, en van binnen een witagtig styf kelkje vertoonen, zy zelfs zyn van couleur purper-rood, en zonder reuk, men ziet ze in October en November.

Nomen. Latine *Angræcum purpureum silvestre*; Malaice *Angrec cassomba* seu *Jambu*; Javanice *Rangrec* uti præcedens.

Locus. In silvestribus crescit arboribus, uti in Varingis, Samâria, & Caryophyllis.

Usus. Ejus caules contusi, calefacti, & illiniti curant *Matta ican*, seu Paronychiam manuum & digitorum, si nempe non erumpat, ut tumor dissolvatur & dissipetur, vel si nimis increverit, ut rumpatur.

In altis silvestribus arboribus hi caules septem & octo pedum altitudinem adtingunt, inferius plerumque nudi, in medio floriferi, & superius foliosi, lentum continent mucum, qui copiose effluit, si scindantur vel rumpantur, sed ob nimiam tenacitatem haud facile abrumpi possunt. Prope radicem rotundi sunt, dein profunde striati vel sulcati, ac superius inter folia ex rotundo plani, binis oris lateralibus.

Aliæ quædam Angræci species, quæ dein ad notitiam meam pervenere, obcurrunt in *Auctuar. Cap.* 57. supra jam memoratæ.

Tabula Quinquagesima

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *purpureum*, quod est *secunda species hoc Capite* 8. descripta.

Figura secunda *Herbam* sistit *supplicem*, ac quidem ejus *primam speciem*, quæ adfinis est Thalia Maravara *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 4.

Figura tertia *Angræcum* denotat *terrestre alterum Cap. undecimo* descriptum cum ejus *fructu* A.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum purpureum silvestre; *in 't Maleits* Angrec cassomba, *of* Jambu; *op 't Javaans* Rangrec; *als 't bovenstaande.*

Plaats. *Het wast op wilde bomen, als op de Waringe, Samaria, en Nagel-bomen.*

Gebruik. *Zyne steelen gestooten, warm gemaakt, en opgesmeert, geneezen de* Matta ican, *of de vyfer aan de banden en vingeren, te weten als hy niet uitbreeken wil, om het gezwel te verdeelen en te vernietigen, of anderzints al groot geworden zynde, te doen opbreeken.*

Op hooge wout-bomen werden deze steelen zeven en agt voeten lang, van onderen op meest bloot, in de midden met bloemen, en boven aan het eind wederom met eenige bladeren, zy steeken vol taajen slym, dewelke overvloedig daar uit komt, als men ze snyd of breekt, dog wegens haare groote taajigheid zyn ze niet af te breeken. By de wortel zyn zy rond, daar na diep gestreept of geribt, en vooren tusschen de bladeren uit den platten rond, met twee-kanten aan de zyden.

Nog eenige andere zoorten van Angrek, dewelke later tot myn kennisse zyn gekomen, ziet in Auctuar. Cap. 57. *welke even boven zyn verhandelt.*

De Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *purpere Angrek*, en wel deszelfs *tweede zoort*, in dit *agtste Hoofdstuk* beschreeven.

De tweede Figuur wyst aan het *ootmoedige Kruid*, en wel deszelfs *eerste zoort*, welke naby komt aan de Thalia Maravara van de *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 4.

De derde Figuur verbeelt het andere *wilde* ofte *boere Angrek*, in het *elfde Hoofdstuk* beschreeven, met deszelfs *vrugt* A.

CAPUT NONUM.

Herba supplex. Daun subat.

Adfinis hæc herba videtur Angræco, atque ipsius nobilitatis parasitus est, qui plerumque aulam sequitur, quinque ejus sunt notæ species, primo minor seu vulgaris, ac quatuor majores.

Primo. *Herba supplex minor*, herbula est semi pedem alta, & fere acaulis ex radice proveniens, nam inferius ex radice mox folia prodeunt in binis ordinibus sibi alternata, ac vicissim sese complectentia, plana penitus, acsi compressa essent.

Quodvis foliolum pollicis articulum longum est, vix semi digitum latum, firmum, & crassiusculum, ex ortu oblique positum, inferius rectum, seu parum inflexum, superius ventricosum, unde folium in medio latius est, quam inferius, forma acinacis seu crescentis lunæ. Inferius combinata videntur esse, acsi folium per medium complicatum esset, superius autem sunt integra, intense glauca, externe glabra, interne fibrosa, & salsi saporis cum levi aciditate, diu vegeta, si abrupta in ædibus suspendantur.

Horum foliolorum octo vel decem in uno locantur ordine, ac media maxima sunt. Tales vero foliosæ collectiones quatuor, sex, & septem tenuibus in cauliculis simul ex radice excrescunt, quæ vilis est, & ex muscosis componitur fibrillis, quibus tamen sese tam firmiter arborum corticibus infigit, ut foliola sine radice plerumque abstrahantur. Plerumque nil nisi hæc foliola in hac observantur plantula, sed si sit senior, flores ac semina profert.

Flosculi pusilli sunt, vix magnitudinem florum Oxyacanthæ habentes, ac simplices ex foliolis erumpentes, sunt enim quasi caliculi breves, curti, intense fusci, superius oras gerentes acutas, in pusillo viridi ac barbato caliculo positi, post flores viridia sequuntur granula, Oryzæ grana referentia, diu sustinentia emarcidos flores, interne repleta flava & pilosa farina uti in Angræco.

Crescit in *Mangio caseolari*, seu *Waccat* in litoribus, uti & in *Varingis*, aliisque litoreis arboribus, quæ obliquum gerunt truncum.

Nomen. Latine *Herba supplex minor*; Malaice *Daun subat*, quæ distinguenda est ab alia *Daun subat*, quam supra in initio decimi libri sub speciebus Graminis descripsimus, unde & Ternatenses aliud ipsi tribuunt nomen.

Secundo.

NEGENDE HOOFDSTUK.

Het ootmoedig Kruid.

Onder de maagschap van Angrek wil zig dit kruid mede rekenen, en het mag onder deszelven Adel voor Parasitus of flatteerder dienen, die dog gemeenlyk het hof volgen, men heeft 'er vyf zoorten van, een kleine of gemeene, en vier groote.

I. Herba supplex minor, *is een klein kruideken, niet boven een halve voet hoog, schier zonder steelen uit den wortel spruitende, want van onderen af beginnen ze straks boven de wortel op een zeer kort steeltje, twee rygen bladeren tegens malkander geschikt, met beurten 't eene 't ander omvattende, gants plat, als of ze gedrukt waren.*

Ieder blaadje is een lid van een duim lang, schaars een halve vinger breed, styf en dikagtig, uit haare vergaderinge schuyns staande, aan de onderste kanten regt of weinig gebogen, maar de bovenste kant is buikig, waar door het blad in de midden breeder word dan agter, in de gedaante van een Zabel of wassende Maan. Aan 't agterste eind schynen ze dubbelt te zyn, regt als of 'er een blad in de lengte gevouwen was, dog aan de voorste kanten zyn ze geel, hoog zee-groen, buiten glad, binnen dradig, en ziltig van smaak, met een kleine zuurte, lange in haar wezen blyvende, als men ze afgebroken in de huizen ophangt.

Van zulke blaadjes staan agt of tien in eene ryge, en de middelste zyn de grootste. Maar zulke vergaderingen staan vier, ses, en zeven, met haare dunne steeltjes by malkander uit eene wortel, dewelke geringe is, uit Mosagtige vazelingen bestaande, met dewelke het zig egter zoo vast aan de schorze der bomen hegt, dat men de blaadjes meest zonder wortelen aftrekken kan. Den meesten tyd ziet men anders niet daar aan dan deze bladeren, dog regt oud geworden, brengt het zyne bloemen en zaden voort.

De bloempjes zyn klein, schaars zoo groot als Maibloempjes, enkel tussen de blaadjes uitkykende, want het zyn korte nauwe kelkjes, hoog-bruin, boven met spitze tanden, in een klein groen gebaart kelkje staande, na dezelve volgen de groene knopjes als rystkorrels, hebbende de drooge bloemen nog lange boven op, binnen met een bleekgeel, en hairig meel gevult, gelyk in het Angrek.

Het wast op de bomen Mangium caseolare, *of* Waccat *aan strand, als mede op de* Waringe-bomen, *en andere strand-bomen, die met den stam wat schuins leggen.*

Naam. *In 't Latyn* Herba supplex minor; *in 't Maleits* Daun subat; *men moet het onderscheiden van een ander* Daun subat, *'t welk wy boven in 't begin des tiende boeks onder de zoorten van gras beschreeven hebben, daarom het ook de Ternatanen een anderen naam geven.*

II. Herba


A
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.

Secundo. *Herba supplex major prima*, varios quoque emittit caules ex radice, inferius ad aliquam partem nudos, dein ad binorum pedum altitudinem foliosos, quæ folia ejusdem cum priore sunt formæ, sed majora, ac tum caulis ad sesqui pedis altitudinem excrescit, superius vagos gerens flosculos, qui lutei sunt coloris, & cassidem referunt, sed facile decidunt, & nudum relinquunt caulem, pauci in fructus excrescunt, qui sunt baccæ trigonæ, simili lutea farina repletæ.

Lœhœnenses hanc peculiariter vocant *Sibane*, alii *Daun subat parampuan*, h. e. *Herba supplex femina*, uti prior *mas* habetur.

Usus. Hæ binæ species nomen suum sortitæ sunt, quum foliola complicata videantur, & digitos referant binarum manuum, quæ supplicari volunt, si nempe foliosi fasciculi invertantur, quæ ratio in dicto gramine *Daun subat* etiam data est.

Hanc ob formam Malaienses & Hitoenses hanc in Amboina adhibent, uti Ternatenses dictum gramen, amatores scilicet utrumque alicui mittunt, si supplicari & condonari volunt, atque in hoc illud præcise observant, viros mittere debere folium primæ speciei, quæ foliola gerit firmissima, ac proinde majorem denotat cupidinem.

Secundam vero, & subsequentes species mittunt mulieres, quo volunt testari in supplicatione multo languidiores & tectiores esse viris.

Lector has nugas ne nimis derideat, quum in India sæpe prodest hanc novisse Hieroglyphicam Grammaticam, ne quis fallatur.

Alphorenses porro Ceramam inhabitantes hosce foliosos caules cum floribus inter armillas ponunt, quum in prædam vel pugnam exeunt, ut ex ipsorum fide audaces sint, vel uti puto, ut fortunati sint, videtur enim hasce herbas ob continuam foliaturam putare esse fortunatas.

Tertio. *Herba supplex major secunda*, etiam femina censetur esse, ac magis convenit cum isto gramine supplice, foliola enim gerit multo angustiora binis prioribus, ac proinde cum gramine melius quadrant. Foliola hæc sibi etiam injuncta sunt, ac quodvis quinque pollices longum est vel minus, atque in medio geniculatum est, sed superius plerumque emarcida vel exesa sunt, ad latera horum foliosorum fasciculorum tenuissimi & firmi excrescunt cauliculi, protuberantia formantes genicula, quæ prorepunt, & fibrillas emittunt, ac novos formant foliorum fasciculos, hique cauliculi non recte, sed ad latera prorepunt, semper minores formantes fasciculos usque ad extremitatem. In litore crescit in vetustis arboribus antrorsum inflexis, item in rupibus solo pauco tectis, & soli rite expositis.

Quarto. *Herba supplex major tertia*, prope radicem caules gerit angulosos, parumque protuberantes, in acutos angulos distinctos, uti in Angræco. Folia ejus conveniunt cum secunda specie Herbæ supplicis, ac fasciculata sunt, plana, compressa, sed ita ut superius in binos tresve alios fasciculos distincta sint, atque tum superior caulis adhuc excrescit ad aliquam partem foliosus usque ad summum, ubi flosculos profert vagos & luteos, uti in secunda specie, post flores caules nodosi nudi sunt, hic & illic fructum proferentes ex petiolis tenuibus, qui trigoni sunt, sed ipsorum interstitia in costas distincta sunt, atque unguem digiti fructus hi longi sunt, intus repleti farina lutea.

Quinto. *Herba supplex major quarta* folia ac caules gerit uti secunda species, sed plerumque majores, caules ulnam longi sunt, immo altiores, ex quibus pauca excrescunt folia, superius profert hæc planta binos tresve quoque flores in semi lunæ formam inflexos, quivis autem ex pedunculo tenui dependet apertus instar cymbæ vel calceoli. Inferius petalum in quinque apices distinctum est, sursum elevatos, qui posteriorem calceoli partem repræsentant, superius aliud locatur petalum retroflexum, calceoli extremam referens partem, album penitus, interne parum flavum, quod in superiori conspicitur petalo, ac porro inodorum.

Herba supplex quinta latius descripta, instar funis ex arboribus dependet, ac quatuordecim & sexdecim caules

II. Herba supplex major prima, *heeft ook verscheide steelen uit eene wortel, die beneden een stuk weegs bloot zyn, daar na tot de boogten van twee voeten met bladeren bekleet, van het zelve fatzoen als de vorige, dog grooter, dan wast den steel nog wel een voet of anderhalf uit, aan 't bovenste met ydele bloempjes behangen, dewelke geel zyn, en een helmken gelyken, ligt afvallen, en den blooten steel laten, weinige werden tot vrugten, 't welk drieboekige besien zyn, met diergelyk geel meel gevult.*

De Loehoenesen *noemen dit in 't byzonder* Sibane, *andere* Daun subat parampuan, *dat is* Herba supplex femina, *gelyk ze het voorgaande voor het* mannetje *houden.*

Gebruik. *Deze twee zoorten hebben hare namen gekregen, om dat de blaadjes in malkander gevoegt staan als de vingers aan twee handen, die bidden willen, te weten als men de bladige bosjes het onderste boven keert, welke reden in 't voornoemde gras* Daun subat *ook aangehaalt is.*

Om deze gedaante wille gebruiken ze de Malyers en Hitoesen in Amboina, gelyk de Ternatanen met het voornoemde gras doen, te weten om onder de minnaars malkander toe te zenden, als zy malkander smeeken, en om vergiffenis bidden willen, en daar in willen ze nog deze precisetyd gebruiken, dat de mannen moeten zenden het blad van de eerste zoorte, 't welk zyn blaadjes op het styfsten heeft, en dierhalven meerder yver betoont.

Maar de tweede, en volgende zoorten zenden de vrouwen, willende bekennen, dat ze in haar smeken en bidden veel slapper, en geveinsder zyn dan de mannen.

Den Lezer gelieve deze beuzelingen niet al te zeer uit te laggen, dewyl het in Indien dikwils zeer te pas komt, dat men deze Hieroglyphysche Letterkonst verstaat, om niet bedroogen te werden.

Voorts de Alphoeresen van Ceram steken deze gebladde steelen met de bloemen in haare armringen, die ze aan de armen dragen, als zy willen uitgaan om te roven, of koppen te haalen, om na haar geloof stout te werden, of zoo ik gisse goed geluk te hebben, want het schynt, dat ze deze kruiden, wegens haare bestandige groente voor gelukkig houden.

III. Herba supplex major secunda, *werd ook voor een wyfken gehouden, en komt meer over een met dat Gramen supplex, want het heeft veel dunder en smalder bladeren dan de beide voorgaande, dierhalven met gras beter over een komende. Zy staan ook in malkander geschikt, ieder blaadje is vyf duimen lang, en minder, en heeft in de midden een knietje, dog zy staan meest dor, en doorvreeten na vooren toe, ter zyden van deze bladige bossen wassen zeer dunne en styve steeltjes, die voortkruipende knietjes formeeren, worteltjes schieten, en nieuwe bossen-bladeren voortbrengen, lopende de steeltjes niet regt uit, maar ter zyden, altyd kleinder bosje formeerende tot heel aan 't einde toe. Het wast aan strand op oude bomen, die wat voorwaarts gebogen leggen, item op klippen, daar wat grond op is, en die wel ter zonne staan.*

IV. Herba supplex major tertia, *gewint onder by de wortel hoekige en wat uitbuilende steelen, in scherpe ribben verdeelt, gelyk de Angrek. De bladeren gelyken de tweede zoorte van Herba supplex, en staan in bosjes by malkanderen, plat gedrukt, dog zoodanig, dat hy zig boven in twee of drie andere bosjes verdeelen, en dan schiet den bovenste steel altyd nog een stuks weegs met eenige bladeren voort, tot het uiterste steeltje, 't welk ydele geele bloempjes draagt gelyk de tweede zoorte, na de bloemen staan de knoppige steelen blood, hier en daar een vrugt aan dunne steelen hangende, driekantig, dog de tussenspatien werden in ribben verdeelt, een nagel van een vinger lang, binne met een geel meel.*

V. Herba supplex major quarta, *heeft bladeren en steelen als de tweede, dog doorgaans grooter, de steelen zyn een elle hoog, en meer, en daar aan weinige bladeren, boven draagt het insgelyks twee of drie bloemen, halve-maans gewys gebogen, ieder aan een dun steeltje geopent, gelyk een schuitje of schoentje. Het onderste blaadje is in vyf spitzen verdeelt opwaarts staande, die de hielen van een schoen vertoonen, boven staat nog een blaadje agterwaarts gebogen als de neus van een schoen, geheel wit, met een weinig geel binnen aan 't bovenste blaadje, zonder reuk.*

Herba supplex quinta nader beschreeven, hangt als een touw de bomen af, groeit met veertien en festien steelen uit

caules ex radice emittit, prope ortum tenues, planos, ac lentissimos, hinc alii tres excrescunt ad orchiæ longitudinem, immo longiores, qui superius breves laterales emittunt ramulos transversaliter positos. Folia digitum longa sunt, ac vix unum lata, firma, & in longum apicem desinentia, formam habentia lanceolæ. Flos magnitudinem habet minoris Angreci, formam gerens præcedentis. Fructus ignotus est. Hujus plantæ Figura est composita.

Tabula Quinquagesima prima

Ad Figuram primam *Herbam supplicem* exhibet *feminam*, seu *secundam* ejus *speciem*.
Figura secunda *Herbam supplicem* sistit, ac quidem *quintam* ejus *speciem* ex ligno, cui increta est, dependentem, cum ejus *flore* naturali magnitudine & forma expresso.

uit eene wortel, by haaren oorsprонk dun, plat, en zeer taai, hier van groejen drie andere tot de lengte van een vadem, en meer, die aan 't opperste korte zydetakjes uitgeven, dog dwers staande. De bladeren zyn een vinger lang, en schaars een breed, styf met een lange spits gefatsioneert als een Lancet, de bloem is zoo groot als een klein Angrek, van fatzoen als boven. De vrugt is nog onbekent. Hier van is een figuur gemaakt.

De een en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *ootmoedige Kruid*, en wel het *wyfje*, of de *tweede zoort*.
De tweede Figuur vertoont de *vyfde zoort* van het *ootmoedige Kruid*, uit het hout, daar het op gegroeit is, afhangende, met deszelfs *bloem*, in de natuurlyke grootte en gedaante uitgedrukt.

CAPUT DECIMUM.

Angræcum terrestre primum. Daun corra corra.

Jam sequitur agreste seu rusticum Angræci genus, quod non in arboribus uti duodecim præcedentes species, sed in terra crescit, ac proin in varias distinguitur species, quarum quædam ad Helleborum, aliæ ad Orchidem accedunt. Prima classis quatuor continet species, quibus singulis peculiare tribuimus Caput. Uti primo *Angrecum terrestre primum*. Secundo *Angrecum terrestre alterum*. Tertio *Involucrum*. Quarto *Helleborus Amboinicus*.

Primo. *Angræcum terrestre primum*, seu *Daun corra corra* e terra progerminat, dein sese figit multis crassis fibris, quæ plerumque nudæ per terram instar vermium prorepunt, cum innumeris minoribus intermediis, ex hisce primo provenit foliorum fasciculus, quæ sese invicem complectuntur, atque inferius crassum & striatum formant caulem, foliis Curcumæ silvestris similia, sed multo majora, nec tam glabra, sed ex nigro virentia, per medium profunde striata & sinuosa, sed ita ut quædam costæ in medio circiter incipiant, inferius acute protuberent, atque alias minores in interstitiis gerant, quatuor pedes longa, immo longiora, sesqui & binas palmas lata, atque exteriora peculiari insident petiolo, suntque tenuia, utrimque acuminata, & inflecti ac complicari possunt, ut lubet. Tenera in medio concava sunt instar cymbæ, sed vetusta extensa sunt.

Post folia quatuor quinqueve adparent acuta tubera prope radices, sed supra terram instar minorum sunt Condiliorum, in obscuros articulos distincta, instar bursarum aliorum Angrecorum, multis fibrillis terræ infixa. Ad latera horum tuberculorum floriferi excrescunt caules, quatuor & quinque pedes alti, rotundi, & magna ex parte nudi, sed parum articulati. In summo multos gerunt purpureos flores supra sese invicem positos forma Acquilegiæ.

Quisque ex longiusculo dependet pedunculo, atque ex quinque constat petalis, quorum tria angustiora extensa sunt, læte purpurei coloris uti in Colchico. In medio bina alia latiora locantur petala, parum complicata, & ab una parte simul aliud tegunt petalum superius bifidum, & luteo incumbens pistillo lineis purpureis ornato. Ad latera bina alia angustiora locantur petala, & ante hæc tertium quoddam sursum inflexum supra istud pistillum, cuncta ex purpureo colore rubentia; & tecta binis prioribus petalis sine pedunculo, formam habentia sacculi in collo Anseris, ex purpureo & flavo colore mixta, quam primum flos sese aperit, caulis ventricosus & striatus incipit esse, sensim fructum formans.

Qui est hexagonus, uti in aliis Angrecis, sed tria modo latera protuberant, ac quodvis sulco longitudinali striatum est, sesqui & binos pollices longus, digitum crassus, viridis, ac diu emarcida floris petala servans.

Maturi

TIENDE HOOFDSTUK.

Het eerste Land-Angrek.

Nu volgt het Boere geslagte van de Angreks, dewelke niet meer op bomen gelyk de twaalf voorgaande, maar op den grond wast, en werd wederom in verscheide zoorten gedeelt, waar van zommige de Helleborus, zommige de Orchis of Standel-kruid na by komen. Het eerste slag heeft vier zoorten, waar van wy aan ieder een hoofdstuk geven. Als ten eersten Angrecum terrestre primum, ten tweede Angrecum terrestre alterum, ten derden Involucrum, en ten vierden Helleborus Amboinicus.

I. Angræcum terrestre primum, of Daun corra corra *spruit uit den grond, daar na begt het zig met vele dikke vazelingen, die meest op de grond bloot kruipen als wormen, en heeft nog ontelbare kleindere daar tussen. Hier uit komt eerst een bos bladeren voort, die malkander omvatten, en beneden een dikken gestreepten steel maken, de bladeren van Curcuma Silvestris gelyk, dog veel grooter, en niet zoo glad, maar zwart-groen, in de lengte diep gestreept, en vol plooijen, dog zoodanig, dat zommige ribben omtrent de midden beginnen, beneden scherp uitsteken, en andere mindere tussen beiden hebben, by de vier voeten lang en meer, anderhalve en twee handen breed, en de buitenste hebben ieder een byzonderen steel, zy zyn dun, agter en vooren toegespist, en laten zig vouwen en buigen, zoo men wil. De jonge staan met haar midden nog wat hol gelyk een schuitje, maar de oude staan uitgebreid.*

Na de bladeren ziet men vier of vyf spitze knobbelen by de wortelen, dog boven de aarde als kleine Combilis, in donkere leden verdeelt, gelyk de beurzen van ander Angrek, met veel vazelingen in de aarde vast. Ter zyden van deze knobbelen komen de bloemdragende steelen, vier en vyf voeten hoog, rond, en meest blood, dog een weinig geleed. Aan 't bovenste dragen ze veele purpere bloemen boven malkander in forme van Acquelyen.

Ieder hangt aan een langagtig steeltje, en is gemaakt van vyf bladeren, waar van de drie smalste uitgebreid staan, licht-purper gelyk aan Colchicum of tydeloze. In de midden staan twee andere breedere blaadjes, wat zamen gevouwen, aan de eene zyde, met de andere bedekken ze een ander blaadje boven in twee gespleeten, en rustende op een geel steeltje met purpere linien verciert. Ter zyden staan nog twee andere smaldere blaadjes, en voor dezelve nog een derde wat opwaarts gekromt boven het voornoemde steeltje, alle purper-rood, en bedekt met de eerste twee blaadjes zonder hoofdsteel, gefatsioneert als het zaksken aan den hals van een kropgans, van purper en bleek-geel gemengt, zoo dra haar de bloeme opent, begint den steel buikagtig, en gestreept te werden, zig allenskens tot de vrugt schikkende.

Dezelve is seshoekig, gelyk aan andere Angreks, dog daar van zyn maar drie ruggen uitbuilende, en ieder met een voore langs henen gestreept, anderhalve en twee duimen lang, een vinger dik, groen, en langen tyd de verwelkte blaadjes van de bloemen behoudende.

De

Fig. 2.
Fig. 1.

Cacopit
B
A
Fig. 2.
Fig. 1.

Maturi fructus dehiscunt in tria latiora, & tria angustiora segmenta, utrimque connexa instar coronæ Cæsareæ, intus flava locatur farina, quæ cinereum adquirit tandem colorem, & decidit, diu residuis surculis, quibus pedunculi infixi erant in caule, quæ & peculiarem formant corymbum.

Hujus & *altera* reperitur *species*, quæ prioris femina censetur, ipsi quam maxime similis, excepto quod folia breviora, ac dimidio angustiora sint, immo quædam tres modo digitos lata, eodem modo per longitudinem costis donata, multis plicis rugosa, ac rariora munero. Flos eandem gerit formam, sed minor est, albus penitus, vel aliquando inferius parum purpureus, & inodorus. Bursæ prope radices angustiores & acutiores sunt. In prima specie, si in solo crescat pingui & argilloso bursæ aliquando crassitiem habent, ut tubera Condiliorum referant, atque in tota planta aliquando nil nisi hæc tubera conspiciuntur, quatuor & quinque simul locata sine foliis ac caulibus, interne herbacea & fibrosa, primo mucosa, dein in siccam ac spongiosam degenerantia substantiam, uti supra de *Angræco scripto* fuit dictum. In hortis transplantata hæc planta nulla gerit crassa tubera.

Nomen. Latine *Angræcum terrestre primum purpureum & album*; Malaice *Daun corra corra*, juxta folii formam, quasi dicas cavum Korrakar exhibens, quidam communi nomine id vocant *Angrec tana*. Amboinenses hoc vocant *Abaan*, quod nomen commune est cum subsequenti *Involucro*, quum ambas herbas ad unum referunt genus.

Locus. Hæ species submissæ sunt, ita ut de arboribus descendant, & in solo crescant, non tamen in ipsa veniunt planitie, sed semper in præruptis inveniuntur locis, plerumque in vallibus, ubi terra decidit, ac superius nil nisi longum crescit gramen, quod *Hulong* dicitur. Alba species rara est, utræque copiose proveniunt ad ostium fluminis *Alf*, ubi difficile comparari potest, in hortis etiam transplantari potest, ubi per annum stat, antequam flores proferat.

Usus. Flores ornamento inserviunt, ac foliis Sagueri lagenæ conligantur, omnesque elegantiæ iis involvuntur, quæ in forum venales adferuntur, uti de subsequenti Involucro amplius indicabitur. In foliis ac radicibus acrimonia quædam inest, ad Helleborum quodammodo adcedens.

In Figura avicula adparet picta prope florem, longo incurvoque rostro, quæ *Reguli* species est, quæque tam pusilla ac levis est, ut quibusvis insideat floribus, ac succum vel rorem ex iis exsugat.

Tabula Quinquagesima secunda

Ad Figuram primam *Angræcum* exhibet *terrestre primum*, cum ejus *flore* A separato, & avicula *Cacopit* dicta.
Angræcum terrestre alterum præcedenti Tabula 50 est expressum.
Figura secunda *florem* exhibet *triplicatum* Cap. 13. descriptum cum *ejus fructu* B separato.

De rype beesten open in drie breder, en drie smaldere riempjes, agter en vooren aan malkander hangende gelyk een Keizer-kroon, binnen is een geelagtig meel, 't welk grauw werd, en uitvalt, blyvende de schuitjes, daar de steelen in stonden, nog langen tyd aan den hoofdsteel staan, en maken een byzonderen tros.

Men vindt nog een tweede zoorte *bier van, die men voor 't wyfken houd van de voorgaande, het zelve meest gelyk, behalven dat de bladeren korter, en maar half zoo breed zyn, zommige ook maar drie vingeren breed, op dezelve manier in de lengte geribt, vol vouwen, en weiniger in 't getal. De bloem is van het zelfde fatzoen, dog kleinder, gants wit, of zomtyds beneden wat peers hebbende, ook zonder reuk. De beurzen by de wortelen zyn ook wat smalder en spitzer. Aan de eerste zoorte, als het op een vette kleigrond staat, worden de beurzen zommige zoo dik, dat ze de knollen van Combilis gelyken, en aan de geheele plante ziet men zomtyds anders niet dan deze knobbelen, vier en vyf by malkander, zonder bladeren en steelen, binnen kruidagtig en dradig, eerst slymerig, daar na in een drooge spongieuze zubstantie veranderende, gelyk boven van 't* Angræcum scriptum *gezegt is. Maar in de tuinen geplant gewint het geene dikke knollen.*

Naam. *In 't Latyn* Angræcum terrestre primum purpureum *en* album; *in 't Maleits* Daun Corra corra; *na de gedaante des blads, als gezegt, het hol van een Karrakar vertoonende, zommige noemen 't niet een gemeene naam* Angrec tana. *De Amboineezen noemen 't* Ahaan, *een naam gemeen met het volgende* Involucrum, *terwyl ze beide kruiden voor een geslagt bouden.*

Plaats. *Deze zoorten vernederen hun alrede, zoo dat ze van de bomen afdalen, en op de grond wassen, egter komen ze niet tot de vlakte, maar men vindt ze altyd aan steile plaatzen, meest in de valeijen, daar 't land afgevallen is, en boven op niet dan lang gras wast, van 't gene men* Hulong *noemt. De witte zoorte werd zelden gevonden, beide ziet men veel aan de steilte van de rivier den* Alf, *daar 't zomtyds moejelyk te bekomen is, en men kan ze ook in de tuinen verplanten, daar ze wel een jaar staan, eer ze bloemen dragen.*

Gebruik. *De bloemen werden maar tot cieraat gebruikt, met de bladeren bind men ze de Sagueers-potten toe, en men wind alderhande fruiten daar in, die men op de markt te koop brengt, gelyk van 't volgende Involucrum zal gezegt werden. In de bladeren en wortelen steekt een merkelyke scherpigheid, die zoo wat na de Helleborus wil aarden.*

In de Figuur ziet men een vogeltje by de bloem getekent, met een lang krom bekje, zynde een zoorte van de Regulus of het Koninksken, 't welk zoo klein en ligt is, dat het op alderhande bloemen zit, en den sap of dauw daar uit zuigt.

De twee en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *eerste Aard-Angrek*, met deszelfs bloem A afzonderlyk, en het vogeltje *Cacopit* genaamt. Het *andere Aard-Angrek* is in de *voorgaande* 50. *Plaat* verbeeld. De tweede Figuur vertoont de *driegevoude bloem*, in het 13. Hoofdstuk beschreeven, met *deszelfs vrugt* B afzonderlyk.

CAPUT UNDECIMUM.

Angræcum terrestre alterum. Angrec tana.

Altera *Angræci terrestris* species crassiusculam ac repentem gerit radicem, fere instar Curcumæ, quæ caules quosdam emittit crassos, per longitudinem striatos & alatos, ac transversaliter articulatos. Folia sese invicem quoque complectuntur, referuntque illa teneræ Pinangæ, vel Hellebori albi, binas ac binas cum dimidia spithamas longa, sesqui palmam lata, quinque costis longitudinalibus distincta, glabra, & læte virentia.

Ex primario caule unus alterve rectus & rotundus excrescit caulis, sequi spithamam longus, quibus flores increscunt supra sese invicem, magnitudine *Angræci primi.*

ELFDE HOOFDSTUK.

Het tweede Land-Angrek.

De tweede zoorte van aard Angrek, *heeft een dikagtige kruipende wortel, schier als Curcuma, dewelke uitgeeft eenige dikke steelen, in de lengte gestreept met scherpe ruggen, en over dwers geleed. De bladeren staan ook om malkander, en gelyken die van een jong Pinang-spruitje, of na Helleborus albus, twee en derdehalve spannen lang, anderhalve hand breed, met vyf ribben in de lengte verdeelt, glad, en blyde-groen.*

Uit den hoofdsteel schieten een of twee andere regte, en rondere steelen, anderhalve spannen lang, daar aan wassen bloemen boven malkander, in de groote van 't Angrek primum.

Flos externe quinque alba gerit petala, & interne amplam & flavam Caſſidem, quæ alis ſuis medium trigonum piſtillum ambit, utræque vero directe ſub ſuperiore locantur petalo, quod unum eſt ex mox quinque deſcriptis, quodque inſtar cymbæ ſupra florem convexum eſt, poſt florem ex baſi ejus fructus excreſcit, qui eſt ſiliqua oblonga hexagona, externe viridis, interne farina flava repleta, uti in Angræco primo.

Primaria ejus radix fruſtum refert Curcumæ, & ſupra terram prominet, quum folia & vetuſtus caulis deciderint, ad latera emittit radix alias craſſas longasque fibrillas, juxta terram inſtar vermium prorepentes.

Nomen. Latine *Angræcum terreſtre alterum*; Malaice *Angrec tana*.

Locus. Hæc ſpecies in plano prorepit ſolo, tam in nudis montibus, ubi parvulæ creſcunt plantulæ & fruticuli, quam in planis vallibus juxta fluminum ripas ſub gramine, in hortis etiam transplantari facile poteſt.

Uſus ejus ignotus eſt, excepto quod ejus ſapor non tam acris ſit quam prioris, magis adcedens ad illum veri Angræci.

N. B. *Angræcum* hoc *terreſtre* ſupra *Tab.* 50. *fig.* 3. eſt delineatum, atque convenit cum Bela pola *H. Malab. part.* 11. *Tab* 35. quod Gladiolus Indicus, paluſtris, latifolius, flore albicante, in notis vocatur, & *Fl. Malab. pag.* 33. & *Plukn. Amaltb. pag.* 106.

De bloeme heeft van buiten vyf witte bladeren, en van binnen een wyd geelagtig helmke, 't welk met zyn vleugelen het middelſte drieboekige pylaartje omvat, en beide ſtaan regt onder het bovenſte blaadje, zynde een van de voorſchreve vyve, 't welk mede als een ſchuitje over de bloeme gebogen ſtaat, agter de bloeme uit den voet groeit de vrugt, zynde een langwerpige zesboekige houwe, buiten groen, binnen met een geelagtig meel, gelyk aan 't eerſte Angrek.

De hoofdwortel gelykt wel een ſtuk Curcuma, en buit boven de aarden uit, als de bladeren en oude ſteel afgevallen zyn, en heeft ter zyden andere dikke lange vazelingen, langs de aarde kruipende als wormen.

Naam. *In 't Latyn* Angræcum terreſtre alterum; *in 't Maleits* Angrec tana.

Plaats. *Dit kruipt nu op de vlakke grond, zoo op kale bergen, daar een kleine delle, en wat ruigte is, als in vlakke valeijen, langs de rivierkanten onder 't gras, laat zig ook ligt in de tuine verplanten.*

Zyn gebruik is nog onbekent, behalven dat het aan ſmaak zoo ſcherp niet is als het voorgaande, en het regte Angrek nader komende.

N. B. Dit Land Angrek is boven *Tab.* 50. *fig.* 3. afgebeeld, en komt overeen met de Bela pola van de *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 35. het geen de Indiſche, in moeraſſen groeiende, breedbladige Gladiolus, met een witagtige bloem genaamt wert in de *Note* van *Commelin*, als mede in de *Fl. Malab. pag.* 33. en by *Plukn. Amaltb. pag.* 106.

CAPUT DUODECIMUM.

Involucrum. Daun bonkus.

Tertia *Angræci terreſtris* ſpecies eſt *Involucrum*, foliis cum prima conveniens ſpecie, plurimis enim gaudent coſtis ac plicis, quæ per longitudinem in poſtica protuberant parte, & acuta formant dorſa, ſed ſubtiliora quam in prima ſpecie, ſuntque folia hæc tenuia, glabra, & ex viridi nigricantia, quorum quodvis ſtriato inſidet petiolo, ac ſeſe invicem ambiunt uti in Curcuma, ſimul cum petiolo tres quatuorve pedes longa, binas lata palmas.

Flores fructusque peculiari progerminant modo, non cum Angræco, ſed cum Globba convenientes. Inter folia enim ex radicibus breve excreſcit tuberculum, ex ſquallide virentibus foliolis ſeu ſquamulis compoſitum inſtar Hippophyti Globbæ Dœrion, vel Curcumæ, ſed multo minus. Inter iſta foliola parvi eminent concavi floſculi, ſuperius in ſex apices diſtincti & lutei, qui cito marceſcunt. Dein tuberculum iſtud ornatum eſt longis & obſcure cinereis foliolis, inter quæ fructus excreſcunt, qui ſunt baccæ oblongo rotundæ, ac virides, inſtar teſticulorum gallinaceorum, cum reſiduis ſiccis floris petalis in ſummo, intus repletæ ſunt hæ baccæ nigris granis, quæ muco argenteo ſeu pulpa obducta ſunt, qualis in Globba reperitur, ſed ſine ſapore & odore.

Radix transverſalis eſt, pollicem craſſa, & inſtar Suberis fungoſa, interne nigricantibus maculis & punctulis notata, externe innumeris puſillis fibrillis obducta. Ejus Hypophytum raro conſpicitur inter foliola latens, potiſſimum Januario.

Nomen. Latine *Involucrum*, juxta vulgare Malaienſe nomen *Daun bonkus*, h. e. folium involutionis, veri autem Malaienſes id vocant *Cattari*, alii etiam *Daun corra corra*, uti primam ſpeciem; Amboinice *Abaain*.

Locus. In montibus creſcit ſilvoſis, in arenoſis lolis, apricis, & ubi arbores vagæ ſunt, uti circa vias mediæ regionis, ubi ſolum eſt acutum & ſaxoſum, argillo rubro mixtum, cui per radices ſuas firmiſſime infixum eſt. Nunquam ſolitarium creſcit, ac ſemper cohortatim, ſed ſeparatim, & ob ſilveſtrem ejus naturam haud facile transplantari poteſt.

Uſus ejus frequens eſt apud incolas in re domeſtica, petunt enim ex ſilvis folia, quibus involvunt Canarios, Lemones, ac quosvis alios fructus & piſces, quos venales gerunt, vel aliis transmittere volunt, huic enim operi apta ſunt, quum cymbæ formam habeant, ac lenta ſint, utrimque acuminata, unde quod ipſis involutum eſt, optime tegunt, in re Medica nullus ejus innotuit uſus.

Altera

TWAALFDE HOOFDSTUK.

Het Inwindzel.

De derde zoorte van Angræcum terreſtre *is het* Involucrum, *aan bladeren met de eerſte zoorte over een komende, want zy zyn vol ribben en ploojen, in de lengte aan de agterſte zyde met ſcherpe ruggen uitſtekende, dog fynder dan aan de eerſte, dun, effen, en zwartagtig-groen, ieder op een geribden ſteel ſtaande, en malkander omvattende gelyk in de Curcuma, t'zamen met den ſteel drie en vier voeten lang, twee handen breed.*

De bloemen en vrugten komen op een byzonder manier voort, met geen Angrek, maar met de Globba overeenkomende. Want tuſſen de bladeren uit de wortelen ontſpringt een kort kolfke, van vuilgroene bladeren of ſchubbekens gemaakt, gelyk het Hypophyton van Globba doerion of Curcuma, dog veel kleinder. Tuſſen de blaadjes kyken kleine holle bloempjes uit, boven in ſes ſpitzen verdeelt, en geel, die haaſt verſlenzen. Daar na ziet men den kolf bezet, met lange donker-grauwe blaadjes, tuſſen dezelven groejen de vrugten, dewelke zyn ronde, langwerpige, groene bezien gelyk haane-klootjes, met eenige droge blaadjes van de bloeme boven op. Binnen zyn ze uitgevult met zwarte korrels, en dezelve met een zilververwige ſlym of merg omgeven, gelyk men in de Globba ziet, dog zonder ſmaak en reuk.

De wortel is dwers, een duim dik, voos als Kork, binnen met zwartagtige plekken, en puntjes, buiten met ontelbare kleine vazelingen omgeven. Het Hypothyton ziet men zelden, tuſſen de bladeren ſchuilende, meeſt in January.

Naam. *In 't Latyn* Involucrum; *na 't gemeen Maleits* Daun bonkus, *dat is* Folium involutionis; *dog de regte Malyers noemen 't* Cattari; *andere ook* Daun corra corra; *gelyk de eerſte zoorte, in 't Amboins* Ahaain.

Plaats. *Het waſt op de bergen in de boſſen, dog op zoodanige plaatzen, daar 't lugtig is, en de bomen ydel ſtaan, gelyk omtrent de landwegen, daar het ſcherp en ſteenig is, op een roode kleigront, daar het dan met de wortelen zeer vaſt houd. Het waſt ook nooit enkeld, maar met troppen by malkander, dog niet aan malkander vaſt, en laat zig wegens zyn wilden aart niet ligt verplanten.*

Gebruik. *Het heeft een groot gebruik by de Inlanders in haare huishoudinge, welke deze bladeren uit het bos halen, om daar in Canary, Lemoenen, en alderhande vrugten en viſſen te winden, die ze te koop dragen, of aan aderen verzenden willen, want zy zyn daar toe bekwaam om dat ze ſchuite-formig, en taai zyn, agter en vooren toegeſpitſt, en daarom 't ingewondene goet digt bedekken. In de Medicyne is geen gebruik bekent.*

Een

Altera herba a priore maxime diversa est, quæ ejus mas habetur, & Amboinenses eam *Abaain malona* vocant. Cujus folia multo minora sunt, & angustiora, tam acute costata, acsi plicata essent, undique circa caulem humilem locata, tristia, seu ex nigro virentia, & prope ortum pungente lanugine, seu minimis pilis hirta, qualis & iste caulis medius est, qui ex centro progerminat ad trium pedum altitudinem, rotundus, firmus, ac pennæ anserinæ crassitiem habens, interne siccus, & junceus, in summo vaga locatur pluma, tenuibus ex cauliculis seu pedunculis composita, quæ undique plumaceo ac viscoso semine obducta est, quod facillime manibus ac vestibus adhæret, & in cute pruritum excitat, uti & grisei isti caulis pili.

Amat crescere ad fluminum ripas in plano campo. Nullus ejus peculiaris est usus, quum difficulter tractari possit ob istos pilos. Rotundi caules adhibentur, per quos flant in oculos & aures, si quid in iis deciderit, vel quædam sordes iis adhæreant, & pro auribus valent tali modo, quum doleant per rheumata frigida.

Si primo descripta planta in umbrosis crescat locis, major excrescit, ita ut pro alia haberetur specie, altitudinem enim sex pedum adquirit, cujus folium ultra tres & tres cum quadrante pedes longum est, ac septem pollices latum, reliqua ejus pars inferior, est caulis profunde sulcatus, & octo vel decem folia ex unica progerminant radice, quæ brevis est & obtusa, multis obducta crassis & lentis fibrillis.

Prope radicem binos tresve profert fasciculos instar Cardamomi, sed minores, quique luteos gerunt flosculos, & post hos fructus Allii minoris squamas referentes, in quibus latet semen parvum, rotundum, nigrum, & sonorum, instar Sinapios, interne inane, & insipidum.

Tabula Quinquagesima tertia

Involucrum exhibet cum ejus *Hypophyto* & *flore* ac *fructu* separatis.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Flos triplicatus. Bonga tiga lapis.

Quarta classis cum *Helleboro albo* vel *Gentiana* optime convenit, ac tantopere ab Angræco differt, ut potius pro peculiari eam habeam plantam, incolæ vero hanc habent pro specie præcedentis Involucri. Tria quatuorve gerit magna folia, simul componentia crassum & angulosum caulem, octodecim & viginti pollices longa, sex lata, per longitudinem quinque costis striata, quæ inferius acutum formant dorsum, uti in Plantagine, suntque porro glabra, tenuia, & intense viridia.

Inferius hæc terminantur in crassum caulem, externe striatum, & interne sulcatum. Quumque incipiant illa marcescere, costæ nudæ dependent, ex centro istius foliosæ collectionis simplex exsurgit caulis, pennam crassus, rotundus, in paucos obscuros articulos distinctus, ultra pedes binos altus, in vertice paucos sustinens flores.

Qui peculiarem habent formam, a cunctis Angræcis diversam, repræsentant enim quasi triplices flores supra sese positos, sed cuncti sunt albi & inodori, quorum inferior pars composita est ex quinque petalis minoribus & angustioribus, quam in Jasmini flore, quorum tria majora in triangulo locantur, medium cassidem quodammodo refert, in cujus apertura aliquid flavum & muscosum conspicitur, instar tenuium filamentorum cum cauda seu calcare, uti in Delphiniis. Tertia & suprema pars cassidi opposita, quatuor gerit petala, quorum bina media distincta & incurvata sunt uti in Ariete Astronomorum.

Quivis flos oblongum gerit tubum seu collum, & prope ortum viride foliolum, postquam flos emarcidus est, tubus crassescit, & oblongam format striatamque seu angulosam siliquam, pollicem longam, uti in aliis Angræcis, in qua semen latet pusillum & arenosum, quum siliqua inmatura aperitur, ejusque semen inter digitos conteritur, plumbeum adquirit colorem.

Radix

Een ander kruid van 't voorgaande merkelyk verschillende, is het geen men voor 't manneken houd, en de Amboinesen ook Ahaain malona *noemen. De bladeren zyn veel kleinder en smalder, zoo scherp geribt, als of ze geplooit waren, rondom een lagen stam staande, droevig zwartgroen, en by haare oorspronk met een stekeligen dons of hairtjes bezet, gelyk ook den stam of middelsten steel, dezelve komt uit de midden voort, drie voeten hoog, rond, styf, en zoo dik als een ganse-schaft, binnen droog en biesagtig, aan 't opperste staat een ydele pluim, uit dunne steeltjes bestaande, en rondom bezet met een pluimagtig en schier kleverig zaad, het welk zeer ligt aan de handen en klederen blyft hangen, en op de huid een jeuken veroorzaakt, als ook de gryze hairtjes aan voornoemde steele.*

Het wast gaarn aan de rivierkanten in 't vlakke veld. Het heeft geen zonderlyk gebruik, als zynde moejelyk om te handelen wegens de voornoemde hairtjes, de ronde steelen gebruikt men om in de ooren en oogen te blazen, wanneer iemant iets in de oogen gevallen is, en eenige vuiligheid daar in hangt, dat is in de ooren, wanneer ze dezelve zeer doen door eenige koude zinkingen.

Wanneer het eerst beschrevene aan schaduwagtie plaatzen staat, zoo wert het zoo hoog, dat men 't voor een byzondere of groote zoorte zoude houden, want het gewint de hoogte van ruim ses voeten, waar van het blad ruim drie en vierdehalve voeten lang is, en zeven duimen breed, zynde de rest van onderen een diep gevoorende steel; en staan agt of tien van deze bladeren uit eene wortel, dezelve is kort als een stompje, behangen met veele dikke en taaje vazelingen.

By de wortel draagt het twee of drie bosjes als Cardamom, dog kleinder, waar aan men geele bloempjes ziet, en na dezelve de vrugten als kleine teenen van Look, daar in leid klein, rond, zwart, en krakent zaad, als Mostaard, van binnen ydel, en zonder smaak.

De drie en Vyftigste Plaat

Vertoont de plant het *Omwindsel* genaamt, met deszelfs *Ondergewas*, en de *bloem* en *vrugt* afzonderlyk.

DERTIENDE HOOFDSTUK.

De drievoudige Bloem.

De vierde zoorte heeft met den Helleborus albus, *of* Gentiana *de beste gelykenisse, en verschilt zoo veel van de Angreks zoorte, dat ik 't liever voor een byzonder kruid wil houden, dog den Inlander maakt het tot een mede zoorte van 't voorgaande Involucrum. Het heeft drie of vier groote bladeren, t'zamen een dikke hoekigen steel uit maakende, agtien en twintig duimen lang, ses breed, in de lengte met vyf ribben gestreept, die beneden een scherpe rugge maken, gelyk aan de Plantago, voorts effen, dun, en hoog-groen.*

Beneden eindigen ze in een dikke steel, buiten gestreept, en binnen gegeut. Als deze beginnen te verwelken, zoo hangen de ribben bloot, uit het midden dezer vergaderinge komt een enkele steel voort, een schaft dik, rond, in weinige donkere leden verdeelt, ruim twee voeten hoog, dragende op zyn top weinige bloemen.

Deze hebben weder een byzonder fatzoen, van alle Angreks verschillende, want zy zyn als of 'er driederlei bloemen boven malkander stonden, dog alle wit, en zonder reuk, waar van het onderste deel gemaakt is van vyf blaadjes, kleinder, en smalder dan een Jasmyn-bloeme, waar van de drie grootere in een driehoek staan, het middelste gelykt eenigzints een helmken, in wiens mond men iets geelagtig en mosagtigs ziet, als fyne draden met een staartje, gelyk aan de Riddersporen. Het derde en bovenste deel tegens over het helmken, heeft nog vier blaadjes, waar van de twee middelste van malkander gebogen staan, gelyk het Astronomise teeken van Aries.

Ieder bloem heeft een langagtige hals, en by haren oorspronk een groen blaadje. Na 't verwelken van de bloem begint de hals of steel dik te werden, en formeert een langagtige, gestreepte of geboekte houwe, een duim lang, gelyk aan andere Angreks, daar in klein zandig zaad schuilt, als men de onrype houwe opent, en het zaad tussen de vingeren vryft, zoo wert het lootverwig.

De

Radix ex multis constat crassis fibris, instar vermium supra terram nudis, & prorepentibus, inferius fumeis, superius viridibus, & interne lento constantibus nervo, saporis primo fatui, dein acerrimi, uti in Gentiana, & os urentis, ita ut labia intumescant, & fauces raucæ sint, quæ acrimonia quodammodo etiam in foliis percipitur, quo differt ab omnibus Angræcis. Floret Octobri.

Nomen. Latine *Flos triplicatus*, seu *Helleborus Amboinicus*; vulgo Malaice dicitur *Bonga tiga lapis*; Amboinenses volunt esse speciem præcedentis *Involucri*, ac vocant *Ahaan albal*, & *Abaan malona*, h. e. *silvestre Abaan* & ejus *mas*.

Locus. In montanis crescit silvis, præsertim ubi herbæ ac sicca folia sibi inposita putrescunt, in levibus eum inveni *Caju poeti* silvis, sub repente *Filice calamaria*, ubi solum erat nigrum & parum humidum, putridis foliis obductum, ubi vermiformibus radicibus supra terram tam laxe prorepebat, ut facile avelli posset, sed raro obcurrit.

In hortis transplantata hæc herba in dubio est, an crescat, sed naturali terra & lapillis circumpositis, folia ac flores profert, quæ quotannis iterum pereunt usque ad ipsas radices.

Hujus etiam varietas est foliis & modo crescendi priori similis, cujus flores etiam albi sunt, sed non ita distincti, & in tres partes divisi, fructus ejus sunt siliquæ angulosæ, paulo longiores quam in priore, interne arenosa farina repletæ.

Usus. Quum tota hæc herba sit acerrima, prudenter adhibere eam oportet, licet non multum obvia vel nota sit, sed contra tumidas manus, quod vitium *Hismi*, h. e. benedictum vel incantatum vocatur, ejus radices sumuntur, cum pauxillo Nucis Myristicæ, Bangle, Tsjouker, & Zingiberis, quæ simul conteruntur & inponuntur.

Incolæ tam duro constant ore, ut acrem ejus radicem interne adsumere audeant, quam masticant cum Pinanga, Nucibus moschatis, & Zingibere contra diuturnos alvi fluxus, qui ex frigore vel crudis oriuntur humoribus.

N. B. Hujus plantæ Figura supra *Tab.* 52. *fig.* 2. delineata est.

De wortel bestaat uit veele dikke vazelingen, meest als wormen, boven de aarde bloot, van ondere rook-verwig, boven groen, en binnen met een taaje zenuwe; van smaak eerst laf, daar na zeer scherp als eenige Gentiana, in de mond brandende, zoo dat 'er de lippen van zwellen, en de keele heesch wert, welke scherpigheid men eenigzints ook gevoelt in de bladeren, waar in het verschilt van alle Angreks. Het bloeit in October.

Naam. *In het Latyn* Flos triplicatus, *of* Helleborus Amboinicus; *in 't gemeen Maleits* Bonga tiga lapis; *de Amboinesen maken 't tot een mede-zoorte van 't voorgaande* Involucrum, *en noemen 't* Ahaan albal, *en* Ahaän Malona; *dat is* wilt *en* mannekens Ahaän.

Plaats. *Het wast in de bergagtige bossen, inzonderheid daar vele ruigte en droge bladeren boven malkander leggen en rotten. Ik heb het gevonden in de ligte bossen van* Cajoe poeti, *onder de kruipende vaaren van* Filix calamaria, *daar een zwarte en wat vogtige gront was, met verrotte bladeren bedekt, met zyn slangeformige wortelen boven de aarde zoo los hangende, dat men 't gemakkelyk konde aftrekken, dog wert weinig gevonden.*

In de tuinen verplant, bedenkt het zig lang, eer 't groejen wil, dog met zyn natuurlyke berg-aarde en steenen omlegt, brengt het zyne bladeren en bloemen voort, en die jaarlyks wederom vergaan tot de wortelen toe.

Het heeft nog een veranderinge aan bladeren, en wasdom het voorige gelyk, de bloemen zyn ook wit, maar zoo duidelyk niet, in drie delen verdeelt. De vrugten zyn hoekige houwen, wat langer als aan 't voorige, binnen met zandig meel gevult.

Gebruik. *Dewyl dit gantsche kruid zeer scherp is, zoo moet men 't voorzigtig gebruiken, 't welk nog weinig bekent is, tegens gezwollen handen, 't welke* Hismi, *dat is gezegende of betoverde genoemt werd, neemt men deze wortelen met een weinig Notemuschaten, Bangle, Tsjonker, en Gember, vryft het onder malkander, en bind het op 't gezwel.*

De Inlanders zyn zoo hart van mond, dat ze de scherpe wortel binnens lyfs durven gebruiken, kaauwende dezelve met Pinang, Notemuschaten, en Gember, tegens langduurige buikloop, die van kouwe of ruwe vogtigheid komt.

N. B. Dezes plants Figuur is boven *Tab.* 52 *fig.* 2. aangewezen.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Orchis Amboinica major.

Quatuor Angræci terrestris speciebus enarratis, quæ Helleborinæ & Helleboro adfines sunt, quatuor aliæ subsequuntur, quæ cum Orchide conveniunt, ac proinde Orchides Amboinicæ habendæ sunt. Prima & elegantissima species supra libro 8. descripta est sub hortensibus, nomine *Floris Susannæ*, quum maxime adfinis erat *Amicæ nocturnæ*.

Binas alias in binis capitibus describemus, nomine *Orchidis Amboinicæ majoris* & *minoris*.

Orchis major binas habet species hoc in capite comprehensas, quarum prima ramosam gerit radicem, altera Raphanaceam.

Primo. *Orchis Amboinica major radice digitata*, unum alterumve gerit folium, quæ cum illis *Daun corra corra* conveniunt, sed multo angustiora, binos cum dimidio, & tres pedes longa, binos pollices lata, utrimque acuminata, & acinaciformia, per longitudinem quinque nervis & plicis distincta. Januario potissimum ejus folia conspiciuntur, dein nudus ejus simplex caulis, binos cum dimidio pedes altus, in vertice raros gerit flores, forma vulgaris Angræci, ex quinque petalis cum brevi sacculo compositos, albicantes & purpureis lineis distinctos, cassis vero purpureas gerit maculas.

Fructus est oblonga siliqua, digiti formam & crassitiem habens, obscure virens, per longitudinem dorsis distincta & striata, flavescente farina repleta.

Radix cum illa *Lampoejang* seu *Zingiberis* convenit, oblique enim in terra locatur, instar glebæ ex multis digitis composita, quorum bini ac tres sibi mutuo adhærent angustis collis instar Calbahaar poeti.

Externe

VEERTIENDE HOOFDSTUK.

De groote Amboinsche Orchis.

Vier zoorten van Angrekum terrestre verhaalt zynde, die na de Helleborine en Helleborus gelyken, zoo volgen nu vier andere, die met de Orchis of standelkruid over een komen, en daarom ook voor Amboinse Orchides te houden zyn. De eerste en fraaiste zoorte is hier boven Lib. 8. *beschreven onder de hofkruiden, met de naam van* Flos susannæ, *om dat ze groote maagschap heeft met de* Amica nocturna.

De drie andere zullen wy in twee hoofdstukken beschryven, beide onder den naam van Orchis Amboinica Major *en* minor.

Orchis major *heeft twee zoorten in dit hoofdstuk begrepen, de eerste met een getakte wortel, de andere met een Radysagtige.*

I. Orchis Amboinica major, radice digitata, *heeft maar een of twee bladeren, die het voorgaande* Daun corra corra *wel gelyken, dog zyn veel smalder, derdehalve en drie voeten lang, twee duimen breed, onder en boven toegespist, staande gelyk als sweertjes, mede in de lengte met vyf zenuwen en ploojen geribt. In Januario ziet men de meeste bladeren, daar na den enkelen blooten steel ook derdehalve voeten hoog, op zyn top weinige bloemen dragende, die van de gewoonlyke Angrek fatzoen, van vyf blaadjes met een kort zaksken witagtig met purperen strepen, maar het helmken heeft purpere droppen*

De vrugt is een langagtige houwe als een vinger, en schaars zoo dik, donker-groen, in de lengte met ruggen gestreept, binnen met een geelagtig meel.

De wortel gelykt na de Lampoejang *of* Gember, *want ze staat schuins in de aarde als een klomp van vele vingeren of klauwen gemaakt, waar van twee en drie aan malkander hangen, met smalle halzen als Calbahaar poeti.*

Van

Fig. 1.
Spec. 2.
Fig. 3.
Fig. 2.

Externe albicat hæc radix, sed luci meridianæ vel candelæ obposita, semi pellucida est, lento repleta muco, amaricans & ingrata, odoris canini.

Secundo. *Orchis Amboinica major, radice Raphanoide*, quinque sexve gerit folia, arcte supra radicem collecta, sed angustiora quam in priore, binos pedes longa, vix digitum lata, & subtiliter costata, ita ut pro graminis arundinacei foliis haberentur. Ex foliorum centro flores excrescunt supra radicem in vagina contenti, ac quivis brevi insidet petiolo, unus alterve simul, sordide albicans, cum læte rubro colore intermixto, instar illorum Tommon cantsje. Sub quovis flore oblonga ac striata locatur bursula, in qua angulosum & nigrum reconditur semen.

Radix perpendiculariter in terram penetrat instar Radiculæ, ultra digitum longa & crassa, vel paulo minor, externe nigricans, interne alba & mucosa instar prioris, crassis obducta fibrillis instar Zingiberis, nigra relinquentibus punctula, si decorticetur. Sapor magis ad illum Satyrii adcedit, non amara, sed gravis, & paulo acris.

Nomen. Orchis Amboinica major, prima species *radice digitata*, altera *Radice raphanoide*; Malaiense nullum ejus peculiare novi nomen, nisi commune *Angrec tana*; prima species vocari posset *Angrec tana alea*, a radice ejus Zingiberacea. Altera *Angrec tana itam*, ab ejus nigra radice. Amboinicum nullum ejus novi nomen. Ternatice *Panawa Saffiri-isso* a subsequente ejus usu.

Locus. Utræque crescunt in nudis & ventosis montibus, ut & in planitie alta sub Carice, & gramine Hulong. Frequentes sunt in Leytimora in nudis montibus prope Castellum Victoriam. Neutiquam per totum observantur annum, sed circa Januarium, quum florent, alioquin enim ob angusta folia haud distingui vel dignosci possunt ab alio gramine. Quum itaque tam prope sub Carice crescunt, hinc sæpe fit, ut acuta acumina, quæ hoc gramen e radice sursum emittit, instar subularum per radicem primæ speciei penetrent & percrescant. Quod rarum præbet spectaculum, unam nempe plantam per radicem alterius percrescere, hoc enim gramen apicibus suis adeo penetrat, ut sæpe per multo crassiores radices Ubiis & Combiliis percrescant.

Usus. Primæ speciei radix optime refert Satyrium, quæ condiri etiam potest, sed oportet primum, ut rite aqua emissa sit, tum pellucida est instar Succini, sed lentissima tamen est, & fibrosa, si masticetur, atque ingratum quodammodo retinet odorem, tandem liquescit in ore, & tenerrima semper eligenda est, quæ nempe in gleba albissima est, vel primos flores profert. Altera Raphanoides radix huic operi melior est, quum non tam ingratum istum spiret odorem, ac magis granulosa est in masticatione, in ore fere tota deliquescens, ejusdemque censetur operationis cum nostris Europæis Satyriis.

Ternatenses prima utuntur radice contra Aposthemata *Saffiri-isso* dicta, quæ lata sunt & cœrulescentia, nec magnum caussant dolorem, sed copiosum generant pus. Majores enim, rubros, & calidos tumores, uti anthraces & furunculos, vocant *Saffiri-bara*. Hunc in finem radicem sumunt contritam, quam Folio involvunt *Boero malacco*, h. e. *Oculi astaci*, quod supra ignem calefaciunt, ac sic prioribus inponunt Aposthematibus.

Van buiten is ze witagtig, tegens den dag of een kaar gebouden, half doorschynend, vol taje slym, bitteragtig en onlieffelyk, bondsagtig van reuk.

II. Orchis Amboinica major, radice Raphanoide; *heeft vyf of ses bladeren digt boven de wortel t'zamen slotende, nog smalder dan de voorige, twee voeten lang, schaars een vinger breed, en fyn geribt, zoo dat men ze voor een rietgras zoude aanzien. Uit het midden der bladeren komen de bloemen voort, kort boven de wortel in een scheede, en ieder op een korte steel, een of twee, vuil-wit, met ligt-rood gemengt, gelyk die van Tommon cantsje. Onder ieder bloeme is een langwerpig gestreept beursje, daar een hoekig en zwart zaad in schuilt.*

De wortel gaat regt in de aarde als een klein Radysje, ruim een vinger lang, en dik, of minder, van buiten zwartagtig, binnen wit en slymerig als het voorige, behangen met dikke vazelingen als Gember, zwarte stipjes nalatende, als men ze schilt. De smaak komt nader aan 't Satyrium, niet bitter, maar geil, en wat scherp.

Naam. Orchis Amboinica major; *de eerste zoorte*, Radice digitata; *de andere*, Radice raphanoide; *in 't Maleits weet ik nog geen byzonderen naam, als den gemenen* Angrek tana; *de eerste zoorte mogt men noemen* Angrek tana alea; *van haar Gemberformige wortel. De tweede* Angrek tana itam; *van haar zwarte wortel. In 't Amboins heeft ze geen naam. In 't Ternataans* Panawa Saffiri-isso *van zyn volgende gebruik.*

Plaats. *Beide wassen op kale en lugtige bergen, en verheven vlakten onder 't snygras, en het gras Hulong. Zy staan veel op Leytimor op kale gebergte by 't Kasteel Victoria. Men ziet ze geenzints het geheele jaar door, maar omtrent January. Als zy bloemen draagt, want anders zyn ze met haar smalle bladeren niet wel te onderscheiden van ander gras, dewyl ze nu zoo digt onder 't Snygras wassen, zoo vint men dikwils, dat de scherpe spitsen, die dit gras uit zyn wortel opwaarts schiet, als elsen door de wortel van de eerste zoorte doordringen, en door heenen wassen. Een vreemt spectakel dat de eene plante door de wortel van een ander heen groeit, zynde dit gras met gemelde spitsen zoo doordringent, dat men ze dikwils door veel dikker wortelen, als de Oeby en Combily gewassen vint.*

Gebruik. *De eerste wortel gelykt wel best na 't Satyrium, en men kan ze ook confyten, maar zy moet eerst wel uitgewatert zyn, dan wert ze wel klaar als Bernsteen, dog blyft zeer taai, en hairig in 't kaauwen, en behoud wat van haar viezen reuk. Eindelyk vergaat ze evenwel in de mont, en dan moet men altyd de jongste verkiezen, te weten, die aan den klomp de witste zyn, of eerste bloemen dragen. De twede radysagtige wortel is hier toe veel beter, als hebbende minder van dien viezen reuk, en valt broekelig in 't kaauwen, in de mont schier gants smeltende, zynde gehouden van dezelve werkinge, als onze Europise Satyria.*

De Ternatanen gebruiken de eerste wortel tegens de Apostematie, Saffiri-isso *genaamt, dewelke breed zyn, blaauwagtig, geen groote pyn verwekkende, maar veel materie zettende; want groote, roode, en heete gezwellen, als bloedzweeren en negen-ogen, noemen ze* Saffiri-bara. *Hier toe nemen ze dan de wortel gewreven, winden ze in een blad van* Boero malacco, *dat is* Oculus astaci; *maken ze warm over 't vuur, en slaan 't zoo over de eerstgenoemde Apostemen.*

Tabula Quinquagesima quarta

Ad Figuram primam *Orchidis Amboinicæ majoris speciem* exhibet

Figura secunda *Orchidem* exhibet *Amboinicam minorem*, ac quidem *primam.*

Figura tertia *Alteram Orchidis minoris* sistit *speciem.*

De vier en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *tweede zoort* van de *groote Amboinsche Orchis.*

De tweede Figuur wyst aan de *kleine Amboinsche Orchis*, en wel de *eerste zoort.*

De derde Figuur stelt voor de *tweede zoort* van de *kleine Orchis*

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Orchis Amboinica minor.

Quarta species vera etiam Orchidis species est, sed minor omnibus prioribus.

Primo producit longa sua folia, tria quatuorve numero, graminea, sex septemque pollices longa, semi digitum lata, crassiuscula, & æqualia, parum convoluta, & in medio sulcata, hæc cito marcescunt, atque ex ipsorum centro simplex erigitur caulis, cui folia supra sese invicem insident, inæqualis magnitudinis, inferiora enim pollicis articulum modo longa sunt, ac semi sicca, dein subsequuntur tria quatuorve longiora, quatuor & sex pollices longa ac sulcata instar priorum, in longum firmumque desinentia apicem. Hæcce insequuntur sensim minora, arcte cauli adcumbentia.

Superius vero hic caulis profert crassam, ac brevem spicam, cui insident multi albi flosculi coadunati, formam habentes vulgaris Orchidis, excepto quod inferius nullum gerant sacculum, cæterum superius dehiscunt, & bina sustinent foliola seu petala, alas mentientia, & incurvum corniculum antrorsum, ac deorsum longam barbulam retro flexam, quæ omnia alba sunt, superior vero hujus spicæ pars flosculos gerit utcunque clausos.

Fructus sunt siliculæ angulosæ, interne gerentes mucosam farinam, sed raro perfectæ sunt. Radix pusilla est & rara, ex albis, brevibus, & crassiusculis constans fibris, quibus subtus adhærent plerumque binæ quasi glandulæ, raro una, instar testiculorum, quarum una semper fere minor & contracta est, externe cinerea, interne alba & succosa, mucosa, & dulcis saporis, fere instar coctorum Combiliorum.

Floret sub finem pluviosorum, & in initio siccorum mensium, atque post flores totus marcescit caulis, ita ut non amplius adpareat, quum extrahitur e terra hæc planta, nil nisi superiores conspiciuntur fibrillæ, longæ enim istæ glandulæ firmiter terræ inhærent, unde effodienda est.

Nomen. Latine *Orchis Amboinica minor*; Malaiense & Amboinicum nomen ignotum est, quin vocari posset *Angrek kitsjil.*

Locus. Instar prioris crescit in ventosis collibus, uti & in planis agris sub Carice, unde vix sub eo dignosci potest, quum nullos gerit flores, semper copiose simul crescit, ubi gramen est humile & breve, uti in monte rubro prope Castellum Victoriam, ubi tota cohors simul floret, ac simul perit. Solum amat nigrum & durum, quum transplantare eum velimus, radix effodienda est, postquam flores protulit, quæ a fibrillis purganda, & per aliquot dies sicca servanda est, ac dein in simili transplantanda terra, sed paulo elevata locetur, nec in umbrosis vel humidis locis.

Usus ejus apud incolas ignotus est, sed ego ejus radicem inveni aptiorem & delicatiorem pro condito quam priorem, est enim magis granulosa & crepitans, ac dulcem præbet in ore saporem sine isto ingrato odore. Sed difficiles hæ radices inventu & effossu sunt, quum hæ præstantissimæ sunt, antequam florent, sed tum sub gramine latent, & quum herba periit, eodem in loco jussi fodere, sed nullas invenerunt glandulosas radices, ita ut cito crescat & cito pereat.

Altera hujus species paulo altior est, tres nempe quatuorve spithamas alta, ac simplicem rectumque emittens caulem, qui ad binarum palmarum spatium supra radicem nudus est, dein collectio quinque sexve foliorum provenit, quæ supra sese invicem sessilia sunt, & cauli adposita, illis Angræci similia, quatuor pollices longa, binos lata digitos, quinque costis longitudinalibus pertexta, quarum media inferius protuberat, ac superius sulcum format, quatuor aliæ obscuriores sunt, ac superius magis protuberant, dein caulis iste iterum parum nudus est, ac longam emittit spicam ad spithamæ longitudinem, quæ arcte obsessa est flosculis concavis, similibus illis Herbæ supplicis, in quinque apices distinctis, ex albo flavescentibus, quos insequuntur fructus, digiti unguem longi, potissimum trigoni, & intus repleti medulla viscosa, instar reliquorum Angræcorum, & inodori.

Radix

VYFTIENDE HOOFDSTUK.

De kleine Amboinsche Orchis.

De vierde zoorte is ook een regte Orchis, van gewas kleinder dan alle voorgaande.

Het brengt eerst zyne lange bladeren voort, drie of vier in 't getal, grasformig, ses of zeven duimen lang, een halve vinger breed, dikagtig, en even, wat te zamen gevouwen, en in de midden gegeut, deze verwelken haast, en uit haar midden komt een enkele steel voort, daar aan de bladeren niet tegen, maar boven malkander staan, van ongelyke groote, de onderste zyn maar een lid van een duim lang, en half verdroogt, daar na volgen drie of vier langer, van vier en ses duimen lang, breed, en gegeut als vooren, met een lange styve spits. Hier op volgen allenskens weder kleindere, die digt tegens den steel aanleggen.

Boven op draagt hy een dikke korte aire, en daar aan veele witte bloempjes digt op malkander gedrongen, van fatzoen meest als onze gemeene Orchis, behalven dat ze agter geen zakken hebben, anders gapen ze vooren, en hebben boven twee kleine blaadjes, als twee vleugeltjes, een krom hoorntje na vooren toe, en beneden een lang baardje, agterwaarts gebogen, allegaar wit, het bovenste deel van deze aire heeft zyn bloempjes meest altyd gesloten.

De vrugten zyn kleine geboekte houwen, met een smeerig meel van binnen, dog komen weinig tot perfectie. De wortel is zeer klein, en weinig, te weten witte, korte en dikagtige vazelingen, en onder aan hangen meest twee, zelden een langwerpige klieren, als testikulen, waar van de eene gemeenlyk kleinder en gerimpelt is, buiten grauw, binnen wit en sappig, smeerig, en zoetagtig van smaak, bykans als gekookte Combilis.

Het bloeidt in 't einde van de regen, en in 't begin van de drooge Masson, en na 't bloejen vergaat den geheelen steel, zoo dat men 't niet meer en vindt. Als men 't uittrekt, blyft niets daar aan als de bovenste vazelingen. Want de lange klieren steeken wat vast in de aarde, daarom men ze uitgraven moet.

Naam. *In 't Latyn* Orchis Amboinica minor; *in 't Maleits en Amboins heeft het geen naam, of men moest het noemen* Angrek kitsjil.

Plaats. *Het wast als het voorige op lugtige heuvelen, en ook in vlakke velden onder snygras, waar onder men 't kwalyk bekennen kan, als het geen bloemen en heeft. Men vindt het altyd vele by malkander, daar het gras wat laag en kort is, gelyk op den roden berg by 't Kasteel Victoria, daar den geheele troep te gelyk bloeid, en te gelyk vergaat. Het bemint een swarte en harde kleigront, als men 't verplanten wil, moet men de wortel uitgraven na 't bloejen, dezelve van de vazelingen zuiveren, eenige dagen droog bewaren, en dan in diergelyke aarde verplanten, dog het wil wat verheven staan, aan geen schaduwagtige of vogtige plaatzen.*

Gebruik. *By de Inlanders is het onbekent, maar ik heb het tot confyten bekwamer, en smakelyker gevonden dan de voorgaande, zynde het geconfyte wat brokkelagtig, krakende, dog zoot in de mont zonder dien viezen reuk. Maar het is moejelyk te vinden en te graven, om dat de wortelen op 't best zyn, eer zy bloejen, maar dan zyn ze onder 't gras kwalyk te vinden, en als het kruid vergaan is, heb ik op dezelve plaats laten graven, maar gene klieragtige wortelen konnen vinden, zoo dat het schielyk wast, en weder schielyk vergaat.*

Nog een tweede zoorte hier van werd wat hooger, te weten drie en vier spannen hoog, met een enkelde ronde steel opschietende, dewelke twee hand breed boven de wortel blood is, daar na staat een vergadering van vyf of ses bladjes boven malkanderen, zonder voet tegens den hoofdsteel aanzittende, die van Angrek gelyk, vier duimen lang, twee vingeren breed, met vyf ribben in de lengte gestreept, waar van de middelste beneden uitsteekt, en boven een geut maakt, de vier andere zyn donker, en buiten boven meer uit, daar na loopt den hoofdsteel weder wat blood voort, en maak een lange aire, wel een span lang, en digt bezet met kleine bloempjes, hol, gelyk die van Herba supplex, en in vyf spitzen verdeelt, uit den witten geel, hier op volgen de vrugten, een nagel van een vinger lang, meest drieboekig, en binnen met een slymerig meel gevuld, gelyk andere Angrek, zonder reuk.

De

Radix constat ex binis oblongis testiculi, quorum unus & maximus minimum digitum longus est, & digitum crassus, plerumque ad latus positus, alter multo minor est & tenuior, directè sub planta positus, ac porro ex iis dependent paucæ fibrillæ potissimum sub caule, externe russæ, interne albæ & aquosæ.

Huc usque omnia enarrata sunt, quæ sub nomine Angræci intelliguntur.

OBSERVATIO.

Orchidum varias & elegantissimas species habet *Cl. Breynii Centuria.* Cumque Orchidis minoris specie secunda convenit Orchis elatior, latifolia, Asphodeli radice, spica strigosa. *Sloan. Cat. pl. pag.* 119. & *Hist. Jam. vol.* 1. *Tab.* 147. *fig.* 2. huc spectat Basaala poulou Marabara *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 27.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Nidus germinans. Roema soemot.

Planta quædam est, quæ cum Angræco quodammodo convenit, sed peculiare constituit genus, ac nullibi nisi in arboribus crescit. Mirum est naturæ prodigium, sine patre vel matre enim provenit more omnium Viscorum, immo magis mirando modo, cuncta enim Visca putantur ortum ducere ex fimo quarundam avium, sub quo putatur deglutitum & superfluum quoddam semen latere, sed plantæ hæ proveniunt ex substantia nidorum formicarum, in quibus antea nullum potuit latere semen, ac tamen quivis nidus formicarum peculiarem format plantam. Unde & hæc planta pro Zoophyto inter plantas haberi potest, quæ licet viridis, vivos tamen sustinet suos incolas, duplex est ratione diversarum formicarum, quæ nidos formant. Primo *niger.* Secundo *ruber.*

Primo. *Nidus formicarum niger*, ex silvestribus dependet arboribus instar magni tuberis vel capitis, ex rotundo tuberosus, externe cinereus, verruculis obsitus, in quibus foraminula conspiciuntur uti in digitabulis cum elevatis striis, quæ instar radiorum locantur undique circa locos, e quibus caules progerminant, ubi vero arbori adfixus fuit, apertus est, multis foraminulis seu valvulis distinctus, quæ introitus sunt ad cameras, multis brevibus fibrillis lateralibus, quibus sese arboribus figit, substantia ejus interna est alba & herbacea, ad oras virens, atque in ea multæ viæ intricatæ decurrunt instar Labyrinthi, quas formicæ inhabitaverunt.

Ad latera bini tresve lignosi excrescunt rami, rotundi, & in articulos distincti, pedem vel ulnam longi. Ad superiores articulos bina locantur folia sibi obposita, & quatuor simul aliquando crucem formant, aliquando non. Hæc sunt crassa, firma, glabra, instar illorum Angræci, quatuor & quinque pollices longa, binos lata digitos, superius obtuse acuminata sine costis & nervis, exceptis subtilibus quibusdam striis seu lineolis, quæ oblique antrorsum decurrunt, cum elevata linea intermedia loco nervi medii. In sinu superiorum foliorum simplex ac solitarius locatur flosculus, ex quatuor albis petalis constans, cum totidem albis granulis mediis. Ad latera hujus flosculi eodem in sinu varia locantur capitula verrucosa.

Secundo. *Nidus formicarum ruber* plerumque major est priore, magis bulbosus & rugosus, multis foraminulis & foveolis notatus, uti in Aurantio maximo Pompelmoes dicto, coloris magis virentis. Exterior mollis cortex separatus est ab interna herbacea substantia, atque intermediæ sunt plures valvulæ uti in Apium nido, sed circa germina cortex densior & solidior est. Substantia ejus interna est herbacea & succosa instar immaturi pomi. Germen alio provenit modo quam in priore, est enim cauliculus trigonus, striatus, & muscosus, ultra pollicem crassus, interne herbaceus, sed solidior & viridior altera substantia, cujus vertici foliorum fasciculus insidet, quæ illis Mangiorum similia sunt, sed majora & longiora, mol-

De wortel bestaat uit twee langwerpige balletjes, waar van de eene grootste een pink lang is, en een vinger dik, meest ter zyden uitstaande, de andere is veel kleinder en dunder, regt onder den struik staande, voorts behangen met eenige weinige vazelingen meest onder den stam, van buiten ros, van binnen wit en wateragtig.

Dus verre al 't gene, dat men onder de naam van Angrek verstaat.

AANMERKING.

Verscheide zeer fraaye zoorten van de Orchis heeft de *Centuria* van de Heer *Breyne*, en met de tweede zoort van de kleine Orchis komt overeen de hooger en breedbladige Orchis, met de wortel van Asphodil, en een strakke naauwe aaire van *Sloan. Cat. pl. pag.* 119. en de *Jam. Hist. eerste deel Tab.* 147. *fig.* 2. Hier toe behoort mede de Basaala poulou Marabara, van de *H. Malab.* 12. *deel, Tab.* 27.

SESTIENDE HOOFDSTUK.

Het groeijend Nest.

D*aar is nog een plante, die met het Angrek eenige gelykenisse heeft, dog een byzonder geslagt op zig zelven maakt, en ook nieuwers anders dan aan de bomen wast. Het is een wonderlyk schepzel der natuur, een plante die zonder vader en moeder voort komt, op de manier als alle Mistels, ja wonderlyker, want alle Mistels zustineert men haaren oorspronk te hebben van den afgang zommiger vogelen, waar onder men oordeelt eenig ingeslokt en overgebleven zaad te schuilen. Maar deze planten weet men voor te komen uit de zubstantie van Mierenesten, daar inne te vooren geen zaad kan geweest zyn, en egter ieder Mierenest, formeert een plante op zig zelfs, daar om dit gewas voor een Zoophyton onder de planten kan gehouden werden, zynde een groen gewas, en behoud nogtans zyne levende inwoonders. Het is tweederlei na het onderscheid der Mieren, die de nesten maken.* Ten eersten zwarte, *en ten tweede* roode.

I. *Zwarte Mieren-nest hangt aan de wilde wout-bomen als een groote knoest of kop, uit den ronde bultig, buiten as-graauw, met kleine vratjes bezet, daar in men kleine gaatjes vindt als aan de vingerhoeden, met verheve streepen, die als stralen staan rond om de plaats, daar de steelen uitschieten, daar het aan den boom gezeten heeft, is het open, met veele gaatjes of deure zynde den ingang tot de binnenste kamertjes, met veele korte vazelingen aan de zyde, waar mede het zig aan de bomen vast maakt, van binne is het een witte kruidagtige zubstantie, aan de kanten groenagtig, en daar in ziet men veele gangen verwert door malkanderen loopen gelyk een Labyrinthus, daar de Mieren in gewoont hebben.*

Uit de zyden komen twee of drie houtagtige takken voort, rond, en in leden verdeelt, een voet of een elle lang. Aan de bovenste leden staan twee bladeren tegens malkanderen, en maken met hun vieren zomtyds een kruis, zomtyds niet. Deze zyn dik, styf, glad, gelyk die van Angrek, vier en vyf duimen lang, twee vingeren breed, vooren met een stompe spits, zonder ribben, en zenuwen, behalven zubtiele linien, die schuins na vooren lopen, en een verheven streep in de midden, in plaats van de middelzenuwe. In den schoot van de voorste bladeren ziet men een enkel bloempje, van vier witte spitsjes gemaakt, met zoo veel witte korreltjes in de midde, te weerzyden van dit bloempje zitten aan de zelve schoot verscheide geele knopjes als vratjes.

II. *Het* roode Mieren-nest *is gemeenlyk grooter dan 't voorige, bultiger en rimpeliger, met veele gaatjes of kuiltjes, gelyk aan een Pompelmoes, ook groender van couleur. De buitenste weeke schorsse is afgescheiden van de inwendige kruidagtige zubstantie. En tussen beiden ziet men veele scheidvellekens als aan een Bijenest, doch omtrent het uitspruitzel zit de schorsse digter en vaster. De binnenste zubstantie is kruidagtig, en sappig als een onrype Appel. Het uitspruitzel komt op een ander manier voort als aan 't voorgaande. Want het is een dikhoekig gestreept mosagtig stammetje, ruim een duim dik, van binnen mede kruidagtig, dog harder en groender dan de andere zubstantie, boven op staat een bos bladeren, die van Mangi Mangi gelyk, dog grooter, en langer, week, en*

mollia, paucisque obliquis costis notata, post folia ex fruticulo flosculi progerminant hic & illic brevibus insidentes petiolis, qui parvi sunt & concavi instar caliculorum, in quatuor petala distincti & albi.

Fructus ignoti sunt. Hoc nido inveterato & in terram prolabente, sensim degenerat ejus substantia interna in filum tenue instar arencarum, sique casu pes in ea deponitur, cuti adhæret, & maligna excitat ulcera.

Nomen. Latine *Nidus germinans*; Malaice *Ruma sumot*, h. e. formicarum nidus. Amboinice *Ubuta*; Maccassarice *Bantiala*.

Locus. Ambo dependent ex arborum truncis, qui durum & fissum habent corticem, tam in silvis in silvestribus, quam frugiferis arboribus, quales sunt Cofassi & Duriones. Prima species, uti dictum est, componitur a nigris, & altera a rubris formicarum speciebus, quæ pusillæ sed urentissimæ sunt, unde hi nidi non tractari possunt, quamdiu rubræ formicæ in iis nidulantur, quin ad fluvium trahendus talis sit nidus, & aliquamdiu in eo deponendus, quum vero per aliquod tempus deciderit, formicæ eum reliquerunt.

Videntur vero acrimonia sua corticem arboris irritare, & germinantem naturam in suos adtrahere nidos, qui primo ex terra & cariosо ligno confecti sunt, nihilominus tamen mirandum est, nidum hunc particularem producere plantam cum arbore nullo modo convenientem, qualis nullibi observatur vel conspicitur nisi in his nidis.

Usus ejus nullus mihi notus est, licet incolas viderim illos petere ex silva in usum quendam Medicum. In deciduis & putridis nidis pedes deponere quam maxime cavendum est ob rationem datam, quique sauciatus est, locum adfectum inlinire oportet quadam Oryzæ specie, *Bras pulot itam* dicta, in pultem cocta. In Amboina non multum notum est hos nidos nocere, sed quidem in Maccassara, ubi cuncta venena maligniora sunt.

Interna herbacea medulla contrita, & Emplastri forma applicata magnis & duris tumoribus, eos maturat, sed simul parvum excitat pruritum.

Tabula Quinquagesima quinta

Ad Figuram primam *Nidum* exhibet *germinantem formicarum nigrarum.*

Figura secunda *Nidum* denotat *germinantem formicarum rubrarum.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Tuber regium. Uby radja.

Præcedentes plantæ nobis occasionem præbuerunt, ut plures alias proferam spongiosas radices, quales sunt Tubera & Boleti, quorum quidam sunt edules, alii non. Inter edules excellit *Oeby radja*, non quia adfine est Ubiis, sed ob radicum similitudinem, quæ hujus plantæ primaria pars est.

Formam itaque habet Ubii ingentis, pugni magnitudine, immo aliquando infantis capitis, quædam etiam bulbosæ sunt radices, obliquæ, inregulares, tuberculis & foveolis notatæ sine ullis fibrillis, externe nigræ vel terrei coloris, ita ut pro lapide crudo haberetur, immo a quibusdam reperta, qui eam non noverant, tanquam lapis projecta iterum est tuberosa hæc radix, sed substantia ejus multo lenior est, vix ligni vulgaris gravitatem habens, interne alba & sicca est instar Cretæ, & æqualis substantiæ, sine ullo sapore, non lenta sed granulosa, si masticetur, sed sicca & vetusta satis dura est, ac vix dentibus confringi potest, ita ut secare vel radere eam oporteat, tota itaque hæc radix abscondita est mox sub terræ superficie, aliquando parum denudata, & nil præterea in ea conspicitur, sed pluvia calida & sole splendente vel tonitruoso cœlo ex ipso Boletus excrescit aliquando simplex, aliquando duplex, aliquando plures simul, quorum tamen semper unus maximus est.

Pecu-

met weinige schynze ribben, agter de bladeren uit het stammetje komen de bloempjes voort, hier en daar op korte steeltjes, zyn klein en wat hol als kelkjes, en in vier bladjes verdeelt, en wit.

De vrugten zyn nog onbekend. Dit nest oud geworden zynde, en op den grond gevallen verandert van binnen in dun gaarn als spinnewebbe, en als men by geval met een voet daar in trapt, blyft het aan de huid hangen, en maakt snoode zweeringen.

Naam. *In 't Latyn* Nidus germinans; *in 't Maleits* Ruma sumot; *dat is Mieren-nest, in 't Amboins* Uhuta; *op Maccassaars* Bantiala.

Plaats. *Men vindt ze beide aan de stammen der bomen hangen, dewelke een harde of opene schorsse hebben, zoo wel in 't booge wout aan wilde als aan vrugtbomen, Cofassoe en Durions-bomen, de eerste zoorte wert gemaakt, als gezegt, door swarte, en de tweede door roode zoorte van Mieren, welke klein dog zeer brandig zyn, daarom zyn deze nesten niet te handelen, zoo lang de roode Mieren daar in zyn, of men moet het na een rivier slepen, en een tyd lang daar in dompelen, maar als men ze een langen tyd afgevallen vindt, zoo zynder de Mieren meest uit.*

Het schynt, dat ze met hare scherpigheid de schorsse des booms prickelen, en de groejende natuur daar uit in haar nest brengen, 't welk eerst van aarde en vermolzemt hout is gemaakt, niet te min is het nog al te verwonderen, dat dit nest een byzondere plante voortbrengt, met den boom geen gemeenschap hebbende, en diergelyke nergens gezien werd dan op deze nesten.

Gebruik. *Daar van is my nog niets bekent, hoewel ik de Inlanders die uit het bos heb zien halen, om tot eenig Medicyn te gebruiken. In de afgevalle en verrotte nesten te trappen moet men zig wagten, om reden als vooren, en die zig daar inne bezeert heeft, zal den plaats bestryken met een zekere slag Ryst*, Bras pulot itam *genaamt, gekookt en een papje daar van gemaakt. In Amboina hoort men niet veel, dat deze neste schaden doen, maar wel op 't lant Maccassar, daar dog alle fenynen kwaadaardiger zyn.*

Het binnenste kruidagtig merg gewreven, en pleisters-gewys opgelegt, rypt de groote en harde geswellen, dog maakt een klein jeuken daar by.

De vyf en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *groeyende nest* der *zwarte Mieren.*

De tweede Figuur wyst aan het *groeyende nest* der *roode Mieren.*

SEVENTIENDE HOOFDSTUK.

De Koninklyke Bol.

Het voorgaande gewas heeft ons occasie gegeven, om van meer andere spongieuse wortelen te spreeken, als aardbollen en Cambernoelien, waar van zommige eetbaar, zommige niet zyn. Onder de eetbare munt uit het geene men Oeby radja *noemt, niet om dat het uit de maegschap van de Oebis zy, maar na de gelykenisse van de wortel, dewelke in dit gewas het principaalste deel is.*

Zy heeft dan de gedaante van een groote Ubie, zommige zoo groot als een vuist, zommige als een kind een hoofd, ook zyn zommige bolagtig, scheef, met bulten en kuilen, zonder eenige vazelingen, van buiten zwart of aardeverwig, zoo dat men 't voor een ruwe steen zoude aanzien, ook van veelen gevonden zynde, die het niet kenden, als een steen weg geworpen, dog het is veel ligter van zubstantie, kwaalyk zoo zwaar als gemeen hout, binnen is het zoo wit en droog als kryt, en van een eenparige zubstantie, gants zonder smaak, niet taai, maar brokkelagtig in 't kaauwen, dog het gedroogde en oude valt redelyk hart, en kwalyk om te byten, zoo dat men 't snyden of raspen moet, deze gehele wortel nu legt verborgen in de aarde, even onder 't risch, zomtyds een weinig blood, en anders ziet men niets daar aan, maar by warme regen met zonneschyn, en donderweer komt uit dezelve een Kampernoelje voort, zomtyds enkel, zomtyds dubbelt, zomtyds veele by malkander, dog waar van maar altyd eene de grootste is.

Zy


Fig. 1.
Fig. 2.

Peculiarem habet formam, superne enim tuberculosus est instar aliorum Boletorum, sed concavus instar infundibuli, inferius pediculo gaudet, estque tres quatuorve pollices altus, ac sese extendit instar umbellæ, cujus superior pars, uti dictum est, concava ac glabra est, sordide albicans seu cinerea, tenuibus & reflexis constans oris, quæ integræ sunt, quam diu tener est hic bulbus, sed in vetustis finduntur in lacinias, inferius subtiliter striatus est, uti in aliis Boletis, sed petiolus glaber & æqualis est.

Totum ejus collum, seu infundibulum corium refert tenerum, ac quamdiu tenerum est, molle & coctioni aptum, sed vetustum lentum est & inutile, plerumque tertiam pedis partem latum, sed reliqui Boleti circa majorem petiolum positi multo minores sunt, ac quidam ipsi nexi sunt pedunculo, quidam vero peculiaribus in petiolis locantur. Infundibulum istud diu ita viget, ac tum facile locus dignosci potest, ubi tuber seu Oeby latet, sed quum perierit, haud facile detegi potest, quin tota circumvertenda esset terra.

Dubiis mensibus Aprili nempe & Octobri copiosissime detegitur, ac quum pluviæ sint copiosæ, tum radix fungosa est, mollis, nec durabilis, dein tota granulosa est, atque in terram denuo degenerat.

Hæc tubera sæpe profundas habent fissuras, quas contrahunt, quum effossa subito exsiccentur, sed ideo non minoris sunt notæ, si modo ipsorum substantia sit dura & gravis. Fungosa enim ac levia abjiciuntur.

Nomen. Latine *Tuber regium*; Malaice *Uby radja*, & *Culat batu*; Amboinice *Ulatbatu*, *Utta batu*, & *Utta puti*, quum ejus infundibulum sit edule. In Hitœa *Tabalale*, h. e. sine corde. In Uliasserensibus insulis *Uru pickal*. Ternatice *Cabamaisso*, h. e. terræ receptaculum, seu terræ tubera. Javanice *Djanior bongkang*, h. e. Serpentum fimus, quum Javani credunt ortum ducere ab ingentibus serpentibus *Ular sawa*; Amboinice *Ular petola*; Latine *Coluber* & *Boa* dictis.

Locus. Primo putavi, hoc terræ tuber provenire ex inveteratis quibusdam Ubiis, quæ in desertis hortis silvestribus relicta erant, sed adcuratiore examine comperi, in talibus crescere locis, ubi hominum memoria nulli antea fuerant horti, unde & facile concludere potui, propriam terræ esse sobolem sine ullo semine ex ea vel quarundam arborum pinguedine provenientem.

Putaremus enim, semper ex ipsarum pinguedine progerminare, quum potissimum circa ipsarum radices reperiatur, immo aliquando inter eas supra terram denudatas, & putridis lignorum partibus tectas, hoc de plurimis verum est, uti & recordor me in Europa similia quoque reperisse tubera circa radices vetustarum Quercuum, sed in apertis etiam deteguntur campis, ubi nullæ vel paucæ obcurrunt arbores, & qui Carice obteguntur in solo nigro, semper in summis montibus & in ipsorum declivibus locis planis, quæ etiam optima & durissima censentur, quum illa, quæ in umbrosis crescunt silvis, fungosa & laxa sunt.

Copiosa sunt hæc tubera in insula Oma, tam in altis quam nudis montibus sub gramine Hœlong, uti & ad radices altarum arborum, item in Leytimora in planis montibus Hative Kitsjil in insula Gorama, in Ternata, aliisque Moluccæ insulis, ubique in nigro pinguique solo. Si Ubia solitaria in horto plantentur, & tepida ipsis adfundatur aqua, vel si post solis radios tonitrua subsequantur, tum ipsorum tubi infundibiliformes etiam excrescunt, sed altero anno perit radix.

Usus. Teneri ejus tubi, quam diu molles, edi possunt instar aliorum Boletorum, sed cibus hic durus est, nec operæ pretium est, ut labor instituatur ad eos investigandos. Radix vero ejus in majori usu est Medico præsertim contra Diarrhæam, si minutim rasa cum quovis ingeratur cibo, præcipue in Oryza cocta. Cruda quoque edi potest, insipida enim penitus est, ac parum terrea seu farinacea, si masticetur. Puto vero optimum esse modum, si farinæ Sagus admisceatur, & panis ex illa pasta pinsitur, qui conducit inprimis pueris, qui Medicamenta sæpe recusant ac respuunt. Contra dolentes etiam adhibetur fauces & corporis rimas, si cum Oleo mixta inliniatur, habet enim proprietatem leniter exsiccantem & viscosam.

Cum

Zy heeft een byzondere gedaante, boven niet bultig, gelyk als andere Campernoelien, maar hol als een tregter, van onderen heeft ze een steel, drie en vier duimen hoog, en breid zig uit als een Kippersol, waar van het bovenste, als gezegt, hol is, en glad, vuil wit, of graauwagtig, met dunne en agterwaarts gebogene kanten, dewelke heel zyn, zoo lang het jong is, maar aan de ouden splyten ze in lappen, van onderen zyn ze fyn gestreept, gelyk andere Cambernoelien, dog den steel is even.

De geheelen tregter gelykt dun leer, jong zynde, murf, en tot het kooken dienstig, maar de ouden zyn taai, en daar toe onnut, doorgaans een derde voet breed, maar de andere om de hoofdsteel staande zyn veel kleinder, sommige aan den hoofdsteel vast, zommige op byzondere korte steeltjes. Deze tregter blyft lange in zyn wezen zoo staan, en als dan kan men de plaats ligt bekennen, daar deze Oeby schuilt, maar vergaan zynde kan men ze niet wel vinden, of men moet het land ombakken.

In de twyffelmaanden April en October vindt men ze wel meest, en als 'er veel regen voorvalt, zoo is de wortel voos, week, en niet durabel, ten laatsten word ze geheel brokkelig, en verandert weder in aarde.

Deze bollen hebben dikwils diepe kloven of scheuren, de welke zy krygen, als men de uitgegrave schielyk droogt, dog daarom zyn ze niet te slimmer, als maar haare substantie hardagtig, en swaar is. Want de vooze en ligte werden verworpen.

Naam. *In 't Latyn* Tuber regium; *in 't Maleits* Ubi radja, *en* Culat batu; *in 't Amboins* Ulathatu, Utta hatu *en* Utta puti; *als het een eetbaaren tregter draagt. Op Hitoe* Tahalale; *dat is zonder hert, in de Uliassers* Uru pickal; *in 't Ternataans* Cahamaisso, *dat is vuldzel van de aarde of aardbollen; op 't Javaans* Djamor bongkang; *dat is Slangendrek, om dat de Javanen gelooven, dat het zynen oorspronk heeft van de groote Slangen* Ular sawa, *op Amboina* Ular petola, *in 't Latyn* Coluber *en* Boa *genaamt.*

Plaats. *Ik heb in 't eerst gemeent, dat dezen aardbol voort kwam uit eenige verouderde Obissen, die in de verlatene bostuinen waren over gebleeven, maar by nader onderzoek bevonden, dat ze op zoodanige plaatzen groejen, daar by menschen gebeugen geen tuinen geweest zyn, zoo heb ik ligt konnen begrypen, dat het een eigen kind van de aarde is, zonder eenig zaad uit dezelve, of zommige bomen vettigheid voortkomende.*

Men zoude wel meenen, dat ze altyd uit de vettigheid van eenige bomen komen, dewyl men ze meest omtrent derzelver wortel vindt, ja zomtyds tussen de wortelen, die boven de aarde bloot staan, en met verrot ryzig bedekt zyn, dit is wel in de meeste waar, gelyk my heugt, dat in Europa ook zoodanige knollen gevonden werden omtrent de wortelen van oude Eeke bomen, maar men vindt ze ook in opene velden, daar geene of weinige bomen staan, en die met Snygras bedekt zyn, in een zwarte grond altyd boven op de bergen, en aan 't hangen der zelven, daar 't vlak is, die men ook wel voor de besten en barsten agt, daar die in schaduwagtige bossen vallen, voos en los zyn.

Men vindt ze veel op 't Eiland Oma, zoo wel op hooge en kale bergen onder 't gras Hoelong, als mede onder by de wortelen van hooge bomen. Insgelyks op Leytimor in 't vlakke gebergte van Hative Kitsjil, op 't Eiland Goram, op Ternaten, en andere Molukze Eilanden, over al in een zwarten vetten grond. Als men de enkele Oebis in een tuin plant, en met lauw water begiet, of na een zonneschyn een donderweer volgt, zoo komen de tregters ook voor den dag, maar in 't tweede jaar vergaat de wortel.

Gebruik. *De jonge tregters, zoo lange zy mals zyn, kan men ter nood gebruiken, als andere Kampernoelien of Paddestoelen, dog het is een taaje kost, en de moeite en niet weert om te zoeken, maar de wortel is in veel grooter gebruik tot de Medicyne, inzonderheid tegens den buikloop, als men dezelve klein geraspt met allerlei kost inneemt, inzonderheid onder gekookte ryst. Men kan ze ook uit de hand eeten, want is gants zonder smaak, of een weinig aardagtig of meelagtig in 't kauwen, voor de beste manier houd ik, als men ze mengt onder 't Sagu-meel, en brood daar van bakt, en is zonderlyk bekwaam by kinderen, die men geen andere Medicyn kan inbrengen, zy wert ook gebruikt tegens zeere kelen, en gaten aan 't lyf, met Oly gewreeven en opgesmeert, want zy heeft een zagte, verdrogende, en lymagtige eigenschap.*

Gewree-

Cum aqua contrita, & externe inlinita modice refrigerantem præbet pultem pueris febricitantibus, cui pulticulæ Javani alia miſcent aromata, quam in variis inliniunt morbis.

Tales tubuli ſeu infundibula etiam inveniuntur in fruſtulis vetuſtarum ac putridarum radicum, ut & in lignis in terra projectis. An vero ibi excreſcant ad magnitudinem iſtorum bulborum, nondum exploratum eſt, ſaltem incolæ putant, ortum ducere ex arborum radicibus.

Ex Sina quædam defertur radix, vulgo *Hoelen* dicta, cum noſtra *Oeby radja* quam maxime conveniens. Eſt autem bulbus oblongus, fere inſtar decorticatæ Nucis Calappi, externe ſordide flaveſcens, ſeu fumeus, interne flaveſcens inſtar Buxi, mollior *Oeby radja*, & lentus, ſi maſticetur inſtar Ceræ, inſipidus quoque. Quidam duplicis pugni magnitudinem habent, quidam inſtar capitis infantis, externe rugoſi, interne denſam habentes ſubſtantiam, ſed leviores Oeby radja. Sinenſes magni æſtimant hanc radicem in uſu Medico, atque in hiſce regionibus ejus libram vendunt duobus tribusve inperialibus. Ejus parva ſcinduntur fruſta, & cochlear ipſorum coquitur cum aqua in vaſculo, ex quo potum Thee bibunt, bene obturato, & leni igne.

Hunc potum ægro propinant inſtar potus Thee, qui ex diuturno languet morbo, vel ſi emaciatus eſt ad novas recuperandas vires, item iis, qui pulmonis vitio laborant, vel in Phyſim proni ſunt, quum & addunt radiculas Bechum dictas, quas ſimul coquunt, quæ ſpecies eſt Traſi ſeu Dulcis Chinæ, modice refrigerans, & naturam habens paſcentem. Sinenſes uno narrant ore, Hoelen illam ſub terra creſcere, prope radices vetuſtarum Pinorum, quas *Tſjinckpe* vocant, ac plerumque creſcunt in Provincia Suchenſi, ſed in eo non quadrant, quænam nempe gerat folia, vel quomodo ſe ſupra terram detegat. Quidam enim dicunt ex pinguedine Pinorum provenire, quæ ſemper in arenoſo creſcunt ſolo.

Succinum terreſtre, ipſis *Hopeck* dictum, a vulgari noſtro Succino haud multum alienum eſt, excepto quod Sinenſe ſit obſcurum ac magis rubens. Hæc vero transmutatio ſeu metamorphoſis *Pynhers* & *Hopeck* tempus requiret mille annorum, ac dein poſt aliquot centenos annos *Hopeck* in *Hoelen* degenerabit, quod neque plantam neque folia profert, ſed locus ejus dignoſci poteſt ex eo, quod ſolum circa radices iſtarum arborum rimas agat. Alii autem volunt, plantam proferre, cujus flagella & folia juxta terram prorepunt uti in Battattis. Prima vero ſententia mihi non probabilis videtur, cunctum nempe Hœlen ex Hopeck ſeu Succino ortum ducere, ipſorum enim terreſtre Succinum carum eſt, & raro reperitur.

Non mirum eſt, Sinenſes apud nos in India habitantes, & magna ex parte oriundos ex provincia litorea Quantung & Fockien, non veram habere cognitionem ortus Hoelen, quum hoc creſcat in remotis Provinciis Suchuen, quas raro frequentant.

Pater *Martinus* in *Sinenſi Atlante pag.* 65. vel in Belgico textu *pag.* 80. in ſexta provincia Suchuen hanc habet radicem pro vera *radice China*, ubi hanc *Folin* vocat, ac ſequenti deſcribit modo. Vera *radix China* ſolummodo in hac provincia Suchuen reperitur, ſed ſilveſtris vel vulgaris ubique, quæ ambæ a Sinenſibus *Folin* vocantur, ac ſilveſtris modo ad nos defertur, cujus medulla magis rubet, nec tantæ molis eſt quam veræ, licet non omnino ſit deſtituta ejus viribus.

Vera itaque, uti dictum eſt, in hac creſcit provincia ſub terra fere inſtar Phallorum Hollandiæ, vel forte inſtar glandium terræ, vel uti apud alios Indos Battattæ, ac potiſſimum in vetuſtis Pinorum ſilvis, putant enim creſcere ex viſcoſo Pini humore, qui in terra delabens radices agit, ac porro longis flagellis juxta terram prorepit, hic & illic iterum radices emittentibus, ac novos formantibus bulbos, qui ſæpe magnitudinem adquirunt capitis infantis, vel inſtar depuratæ Nucis Calappæ, quæ Cocos nobis dicitur, corticis color etiam haud multum differt, excepto quod multo tenuior & mollior ſit. Intra corticem alba reperitur ſpongioſa medulla, quam Sinenſes in re Medica etiam adhibent. Quum vero genuina deſtituantur, ſilveſtrem neutiquam rejiciunt, licet ejus operatio non tam efficax ſit. Huc usque Pater Martinus.

Sinen-

Gewreeven met water, en van buiten opgeſmeert, geeft een matig verkoelend pap voor de kinderen die koortſig zyn, onder welk papje de Javanen nog andere ſpeceryen mengen, en in veelderlei ziektens opſmeeren.

Men vindt diergelyke tregters ook op ſtukjes van oude, en verrotte wortelen, en op houten, die in de aarde leggen. Of het nu aldaar zomtyds aangroeit tot de grootte van voornoemde bolle, en is nog niet onderzogt, immers de Inlanders meenen, dat het zyn oorſpronk hebbe van wortelen der bomen.

Daar komt uit China een zekere wortel, by de gemeene Chineſen Hoelen *genaamt, met ons* Oeby radja *groote gemeenſchap dragende. Het is een langwerpige knol, ſchier als een geſchilde Calappus-noot, van buiten vuil geel, of rook-verwig, van binnen bleek geel als Buxboom, weker als* Oeby radja, *en taai in 't kauwen als Waſch, mede zonder ſmaak. Zommige zyn als een dubbelde vuiſt, zommige als een kinder-hoofd, van buiten rimpelig, van binnen digt van ſubſtantie, dog ligter als Oeby radja. De Chineſen maken veel werks van deze wortel tot veelderlei Medicyn, en verkoopen hier te Lande het Catty of pond voor twee of drie Ryksdaalders, men ſnyt daar van kleine ſtukjes omtrent een lepel vol, 't welk ze kooken met water in een theepotje, langzaam, en wel toegeſtopt.*

Dit geven ze den Patient te drinken, gelyk theewater, die uit een langduurige ziekte op komt, of anders uitgeteert is, om nieuwe kragten te bekomen. Als mede den genen, die eenig gebrek aan de longe hebben, of tot teeringe genegen zyn, wanneer zy de kleine worteltjes Bechum daar by doen, en t'zamen koken, zynde een ſlag van Traſi of Dulci China, magtig verkoelende, en voedende van aart. De Chineſen verhaalen wel eenparig, dat het voornoemde Hoelen *een gewas zy onder de aarde groejende, by de wortelen van de oude Pyn-bomen, die zy* Tſjinckpe *noemen, en meeſt waſſen in de Provintie Suchuen, dog komen daar in niet over een, wat het voor bladere hebbe, of waar mede het zig boven de aarde openbaare. Want zommige zaggen, dat het uit de vettigheid van de Pyn-bomen, die altyd op een zandige grond ſtaan, eerſt in de aarde groeje.*

Het Succinum terreſtre, *by hun lieden* Hopeck *genaamt, van ons gemeen Barnſteen niet veel verſchillende, behalven dat het Chineſe rooder, en donkerder is. Deze transmutatie van 't* Pynhers *en* Hopeck *zal een tyd van duizend jaren vereiſchen, en dan na verloop van eenige honderd jaren zal het* Hopeck *in* Hoelen *veranderen, 't welk geen planten nog bladeren voortbrengt, maar de plaats zy daar aan te kennen, dat de grond omtrent de wortelen van gemelde bomen met ſcheuren openberſte. Andere willen, dat het een plante voortbrenge met ranken, en bladeren langs de aarde kruipende gelyk Battattas. Dit ſchynt my in 't eerſte gevoelen niet waarſchynelyk te zyn, dat alle het Hoelen uit Hopeck of Barnſteen zynen oorſpronk hebbe, want haren Aard-barnſteen is duur, en werd zelden gevonden, daar het Hoelen in redelyke quantiteit gevonden werd.*

Het is geen groot wonder, dat de Chineſen by ons in Indiën woonende, en meeſt uit de ſtrant Provintie Quantung en Foekien geboortig zyn, geen kenniſſe van Hoelens oorſpronk hebben, dewyl het zelve groeit in de verafgelegen Provintien Suchuen, daar zy lieden weinig henen komen.

Pater Martinus *in zyn* Chineeſen *Atlas* pag. 65. *of na den Duitſchen druk* pag. 80. *In de ſesde Provintie Suchuen houd deze wortel voor de opregte* Radix China, *daar by ze* Folin *noemt, en aldus beſchryft. De opregte* Radix China *werd in deze Provintie Suchuen gevonden, maar de wilde of gemeene over al, beide van de Chineſen* Folin *genoemt, en ſchier alleen de wilde werd tot ons uitgebragt, wiens merg wat rooder, en lange zoo groot niet werd als de opregte, hoewel zy niet t'eenemaal van derzelve kragten ontbloot is.*

De opregte dan, als gezegt, waſt in deze Provintie onder de aarde, ſchier als de Phalli Hollandici, of miſſchien de Hollantze Aardakers, of gelyk by andere Indianen de Battattas, en dat meeſt in oude boſſen van den Pynboom, zy oordeelen dat het groeje uit de lymagtigheid van den Pynboom, 't welk afvallende in de aarde wortels gewinne, en voorts met lange ranken langs de grond kruipen, hier en daar weder inwortelende, en nieuwe knollen makende, die dikwils zoo groot worden als een kinder-hoofd, of gelyk een ſchoongemaakte Calappus-noot, die wy Cocos noemen, ook verſchilt de couleur van de ſchorze daar van niet veel, behalven dat ze veel dunder en weker is. Binnen de ſchorze vindt men een wit ſpongieus merg, 't welk de Chineſen hoog eſtimeeren in hunne Medicamenten te gebruiken. Dog als zy dezen niet hebben, verwerpen ze geenzints de wilde, hoewel ze zoo goed van werking niet is. Dus verre Pater Martinus.

De

Sinenses hic habitantes, istud videntes Amboinense *Tuber regium* pro specie habent Hoelen, atque Amboinense vocant Hoelen. Contra vulgaris Radix China, quam *Boy tsy* vocant, re vera alia omnino est planta, uti *libro* 9. dictum fuit, nullo modo conveniens cum *Hoelen*, ac proinde non confundendæ sunt.

N. B. Hujus plantæ icon reperitur infra *Tab.* 57. *fig.* 4.

De Chinesen alhier woonagtig zynde, het voornoemde Amboinse Tuber regium *ziende, houden 't immers voor een medezoorte van Hoelen, en noemen 't ook Amboins Hoelen. Daar 'en tegen de gemeene Radix China, die ze* Boy tsy *noemen, is in der daad een gants verschillende plante, gelyk* Libr. 9. *gezegt is, gants geen gemeenschap hebbende met het* Hoelen, *en dierhalven ook niet te confunderen.*

N. B. De Figuur van deze plant komt voor op *Tab.* 57. *fig.* 4.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Tuber sampadarium. Culat tsjampadalia.

Aliud etiam Tuber reperitur prope radices quarundam vetustarum arborum, sed non tantæ molis quam priorum. Hi enim bulbi sunt instar raparum, ovorum, vel inversæ bursæ, magnitudine & forma ossiculorum Tsjampadahæ, quæ carne sua adhuc involuta sunt, nunc majores nunc minores, atque fasciculatim quasi, seu plures simul crescunt, inferius angustati, acsi petiolum formare vellent, nexi autem sunt omnes radici spongiosæ, superius rotundi & latiores, qua parte supra terram eminent, si maturi sunt, ac superius etiam plicas habent.

Cortex exterior crassissimus est, & fumeus, interne luteus, siccus, & fragilis substantiæ, sub eo ingens reconditur ossiculum instar illius Tsjampadahæ, nigrum penitus, siccum, & fragile, ad aliquam distantiam gravem fundens odorem, ac fere sulphureum, sed propius admotum, meliorem spirat odorem fere instar Ovorum cocti Echini marini.

Tuber hoc potissimum reperitur ad radices arborum Tsjampadahæ vetustarum, quæ ad montium pedes in rubro crescunt solo argillaceo, quod superius nigra terra obductum est, uti & ad radices aliarum vetustarum arborum, quæ etiam ad pedes talium montium crescunt, sed non frequens est, ac reperitur eo tempore, quo Tsjampadahæ maturos gerunt fructus, tum attendendum est ad fissuras prope radicem, ubi hi bulbi muscoso sese elevant capite, quod fit, quum post longas pluvias calidi subsequantur dies.

Nomen. Latine *Tuber sampadarium*; Malaice *Culat tsjampadaha*; Amboinice *Ulat anahan*, quum prope Tsjampadahas crescunt arbores, vel quum similitudinem istorum ossiculorum habent.

Usus. Amboinenses in deliciis habent hos bulbos, in hortis eos diligenter investigantes, quorum exteriorem luteum abjiciunt corticem, in quo plurimus detegitur iste sulphureus odor, nucleos vero nigros edunt vel crudos cum Bocassan, vel quod melius est, coctos, quum odorem & saporem habent cum coctis ovis Echini marini convenientem.

Huc pertinet simile tuber a Lusitanis *Isca de Jaqua* dictum, crescens prope radices vel ex pinguedine vetustarum Jacquas seu Nancæ arborum, quas supra descripsimus *libr. I.* in capite *Nancæ*, quo lectorem ablegamus.

AGTTIENDE HOOFDSTUK.

De Tsjampadarie Boll.

Nog een ander geslagt van Tuber vindt men by de wortelen van eenige oude bomen, dog verre zoo groot niet als het voorige. Dit zyn knollen als rapen, eiers, of als een omgekeerde beurze, in de grootte en gedaante van Tsjampadaha-korrels, die haar vlees nog aan zig hebben, sommige grooter, sommige kleinder. Zy staan met bosjes by malkander, van onderen smal, als of ze een steel wilden maken, en t'zamen vast aan een spongieuze wortel, boven rond, en breeder, waar mede zy buiten den grond uitkyken, als zy ryp zyn, en aan 't hoofd hebben ze nog eenige lobben.

Van buiten is een zeer dikke weeke schil, buiten rookverwig, binnen geel, droog, en bros van substantie, daar onder leid een groote korrel, regt als een Tsjampadaha-korrel, dog geheel zwart, droog, en bros, van verre is zy wat zwaar van reuk, en schier zwavelig; dog na by gehouden ruikt ze beter, schier als de eiers van een gekookte Zee-appel.

Men vindt ze meest by de wortelen van oude Tsjampadaha-bomen, die in 't hangen der bergen op een rode kleigrond staan, boven op met zwarte aarde bedekt, als mede by de wortelen van andere oude bomen, aan den voet van zoodanige bergen staande, en zyn niet veel te vinden. Men vindt ze in de tyd, als de Tsjampadaba-bomen rype vrugten hebben, als dan moet men letten op eenige scheuren by de wortel, daar deze knollen met een mossig hoofd uitsteeken, 't welk geschiedt, als na een tyd lang regens, eenige warme dagen volgen.

Naam. *In 't Latyn* Tuber sampadarium; *in 't Maleits* Culat tsjampadaha; *in 't Amboins* Ulat anahan; *of om dat zy by de Tsjampadaba-bomen wassen, of om dat ze de gelykenisse van die korrels hebben.*

Gebruik. *De Amboinesen maken een lekkerny van deze knollen, in haare tuinen die neerstig opzoekende, waar van ze de buitenste geele schille wegsmyten, als waar in de meeste swavelgheid steekt, maar eten de zwarte korrels of raauw met Bocassan, of 't welk beter is gekookt, wanneer ze reuk en smaak hebben, met gekookte eiers van Zee-appels over een komende.*

Hier by gehoort een diergelyke Tuber by de Portugesen Isca *de* Jaqua *genaamt, groejende by de wortelen of uit de vettigheid van oude Jacquas, of Nanca-bomen, dewelken wy boven beschreeven hebben, in 't Hoofdstuk van* Nanca Lib. I. *waar na toe wy den Lezer wyzen.*

CAPUT DECIMUM NONUM.

Boletus moſchocaryanus. Culat pala.

Jam ſubſequuntur edules quidam Boleti, quorum bini præ reliquis excellunt, unus in Banda, alter in Amboina.

Primo. Bandenſis, qui dicitur *Boletus moſchocaryanus*, eſt brevis ac craſſus, non ultra tres transverſales digitos altus, ac binos latus, inferius craſſiuſculus, cum rotundo capitulo inſtar campanulæ, ſuperius ex nigro cinereus & glaber, inferius ſolito modo plicatus, craſſus, & cartilagineus, in primo progerminantibus caput clauſum eſt, atque inferius ad mediam partem tectus pellicula inſtar præputii, coloris cinerei, hic ſeſe aperit, & brevi marceſcit, ita ut capitulum cum pedunculo nudum ſuperſit. Creſcit in viridibus putaminibus nucum Myriſticarum, quæ quum nuces depurantur, abſcinduntur, & in ſilva projiciuntur aggregatim, quæ putreſcunt, & calidis pluviis hos proferunt Boletos, quos domini colligunt, & pro menſa domum portare curant.

Nomen. Latine *Boletus moſchocaryanus*; Malaice *Culat pala*: quo nomine in Banda quoque notus eſt. *Culat* enim generaliter omnes vocantur Boleti. Amboinice *Ulat.*

Locus. Nullibi reperiuntur, niſi in Bandenſibus inſulis, ubi nuces Moſchatæ ſolummodo coluntur, licet enim hic in Amboina aliisque inſulis una alterave reperiatur arbuſcula, nullæ tamen putaminum catervæ formantur, in quibus hoc Culat creſcit.

Uſus. Delicatiſſimi & optimi ſunt cunctorum Boletorum, qui in iſtis creſcunt inſulis, atque hinc tantummodo pro menſa colliguntur, in primis apud magnates, pingui enim juri carnium incocti delicatum præbent cibum, ſaporis grati, & inter maſticandum crepitantem, unde in Banda nulli pereunt, muria etiam debili condiri poſſunt, & in alias transmitti regiones, ſique coquere illos velimus, primo hos macerare oportet, ſed multum perdunt grati primique ſaporis.

Secundo. *Boletus ſaguarius*, *Culat ſagu*, eſt Boletus vulgo prioris magnitudinis & formæ, excepto quod paulo pallidior ſit, vel ex cinereo luteſcit. Creſcit in Amboina, Cerama, Moluccis, cunctisque inſulis, in quibus Sagus creſcunt, provenitque in catervis, quæ inſtar furfurum abjiciuntur in ſilvis, quum farina Sagus præparatur, ibique putreſcunt, & *Ela* vocantur, in quibus tum *Cœlat* progerminat, ſed raro reperitur, quum *Ela* ab hominibus maxima ex parte colligitur & abducitur pro pabulo porcorum & Anatum, vel ſi in ſilvis remaneat, ab apris devoratur, non etiam provenit, ſi *Ela* nimis ſit gracilis, pinguedo enim in iſta latet farina, quæ ex ea ſubducitur. Unde & qui hoc deſiderant *Culat*, pinguiſſimam Elam in hortis deponere oportet acervatim, ut ibi putreſcat. Boletus hic in cibo adhibetur inſtar prioris, ac proximum poſt eum meret locum.

Nomen. Latine *Boletus ſaguarius*; Malaice *Calat ſagu*, & *Culat ela*; Amboinice *Ulat ela.*

NEGENTIENDE HOOFDSTUK.

Notemuſcate Paddeſtoel.

Nu volgen eenige eetbaare Kampernolien of Paddeſtoelen, waar onder twee zoorten uitmunten, de eene in Banda, de andere in Amboina.

I. *Bandaſche biet* Boletus moſchocaryanus, *is een korte en dikke Paddeſtoel, niet boven vier dwersvingeren breed, van onderen met een dikagtige ſteel, en daar op een rond hoofdeken, als een kloksken, van boven zwartgraauw, en effen, beneden met de gewoonlyke ploojen, dik, en krakebeenagtig van ſubſtantie, aan den eerſt uitkomende is het hoofd geſlooten, en van onderen op half bedekt, met een velleken of ſloopken gelyk een voorhuid, ook asgraauw van couleur, dewelke zig opent, en in korten verſlenſt, dat het hoofdeken met zyn ſteel blyft ſtaan. Hy waſt op groene Notemoſchate ſchillen of bolſters, die men by 't ſchoonmaken der rype Nooten afſnyd, en in 't bos weg ſmyt op hoopen, die dan liggen rotten, en by warmen regen deze Paddeſtoelen voortbrengen, daar dan de eigenaars of perkeniers op paſſen, en voor hunne tafel te huis laten brengen.*

Naan. *In 't Latyn* Boletus moſchocaryanus; *in 't Maleits* Culat pala; *met welke naam zy in Banda ook bekent is. Want* Culat *in 't generaal, hieten allerlei Paddeſtoelen, in 't Amboins* Ulat.

Plaats. *Men vindt ze nieuwers dan in de Bandaſe Eilanden, daar de Nooten-muſchaten alleene gebavent werden, want hoewel hier in Amboina en andere Eilanden, hier en daar een boompje gevonden werd, zoo werden egter aldaar geene hoopen van bolſters gemaakt, daar op deze Culat groejen kan.*

Gebruik. *Zy zyn de alderſmakelykſte, en beſte onder alle Paddeſtoelen, die in dezelve Eilanden waſſen, en werden daar om alleen voor den tafel gezogt, ook by de grootſte lieden, want in een vet zopje gekookt, geven ze lekkere koſt, aangenaam van ſmaak, en in 't kauwe wat krakent, weshalven in Banda geene verloren gaan, men kan ze ook in ſlappe pekel leggen, en in andere Landen verzenden, als men ze dan kooken wil, moet men ze eerſt wat uitverſchen, dog verliezen veel van de eerſte aangenaamheid.*

II. Boletus ſaguarius, Culat ſagu, *is een Paddeſtoel, meeſt van de voorgaande grootte, en fatzoen, behalven dat hy wat bleeker is, of uit den grauwen na 't geele treckt. Hy waſt in Amboina, Ceram, Moluccos, en alle Eilanden, daar den Zagu-boom waſt, voortkomende op de hoopen, die men als zemelen by 't maken van zagumeel in 't bos wegwerpt, en rotten laat,* Ela *genoemt, waar op dan deze Coelat groeit, dog men kan ze weinig vinden. Om dat de Ela meeſt door de menſchen weggehaalt werd tot voedzel van Verkens en Eenden, of in 't bos blyvende leggen van de Verkens opgeſlokt werd. Zy wil ook niet groejen, als men de* Ela *al te mager maakt, want de vettigheid in dat meel beſtaat, 't welk men daar uit haalt. Daarom die deze Culat willen hebben, moeten de vetſte Ela in hunne tuinen op hoopjes ſchudden, en daar laten rotten. Men gebruikt ze in de koſt als de voorige, en verdient de naaſte plaats na dezelve.*

Naam. *In 't Latyn* Boletus ſaguarius; *in 't Maleits* Calat ſagu, *en* Culat ela; *in 't Amboins* Ulat ela.

CAPUT VIGESIMUM.

Boleti eſculenti varii. Djanior & ſajor caju.

Subſequuntur porro quidem edules Boleti minoris pretii, ſed omnes tamen cibo utiles, quorum quinque deſcribam ſpecies ſubſequentes.

Primo. *Boletus primus infundibuli figura*, quam maxime convenit cum iſto fungo, qui in præcedente *Uby radja* creſcit. Rotundus eſt, magnitudine nummi inperialis, ſuperne compreſſus foveola, inſtar infundibuli, gilvus, ſeu ſordide albus, glaber, ſeu parum ſtriatus, inferne parvis plicis notatus, quæ omnes concurrunt in craſſiuſculum pedunculum, digiti articulum circiter longum. Pellicula ejus tenuiſſima eſt, lenta, nec coctioni bene conveniens, ſed juniores ſunt eligendi, alioquin enim inſtar Corii ſunt lenti hi Boleti.

Hujus ſpeciei ſunt albi, gilvi, rubentes, & cinerei, prout videtur, juxta ætatem mutabiles. Hujus etiam altera varietas eſt, infundibiliformis quoque, ſed magis extenſa & craſſior, nunc integras, nunc fiſſas gerens oras, ſuperne gilva ſeu ſordide alba, ac parum ſtriata, punctulis inferne albis notata, ac multis plicis, curtoque craſſoque inſidens pedunculo. Vetuſti in ſuperiore ſeu concava parte parum rugoſi ſunt, per venulas & pilos hirſuti.

Nomen. Latine *Boletus primus infundibuli forma*; Malaice *Sajor caju*, ac generali nomine *Sajor puti*; Amboinice *Ulat.*

Locus. Utrique creſcunt ad radices vetuſtarum arborum in deciduis vel amputatis ramis, terræ incumbentibus & putreſcentibus. Ex terra etiam aliquando progerminant, ac putaret quis, flores eſſe *Uby radja*, ſi vero terra effodiatur, ſemper fruſtulum putridi ligni ſub iis reperietur, cui nexi ſunt. Optimi cenſentur, qui putrido increſcunt ligno, vel radicibus Samamæ, cuncti vero, qui ex lacteſcentibus progerminant arboribus, excepta Varinga, ſuſpecti habendi ſunt.

Uſus. Teneræ plantæ cibo quodammodo utiles & aptæ ſunt, ac piperatum requirunt carnium jus, quum tamen cuncti non multum valent ob lentorem & tenacitatem, cæteroquin ſapor ſatis gratus eſt, ſemper craſſiſſimi & tenerrimi ſunt eligendi, qui pluvia calida & plenilunio progerminant, ſed attendendum eſt, in quibusnam creſcant lignis.

Secundo. *Boletus ſecundus arboreus* in arboribus creſcit ſemi rotundo circulo, ſeu inſtar collaris, nunc oris rotundis, nunc plicatis inſtar Hepatis, tenerrimi autem rotundi, ac ſeniores diſtincti. Aliquando ad unum angulum craſſum, curtum, ac fragilem habent pedunculum, aliquando plani arbori increſcunt, multique lobi ſeu laciniæ ſupra ſeſe invicem elevantur uti in aliis Fungis arboreis, ſed minores laciniæ ſemper majoribus incumbunt.

Supremum latus ſemper glabrum eſt, ſeu punctulis notatum, in teneris rubens, in vetuſtis album ſeu gilvum, ſubtus profundis plicis notatum, ſubſtantiæ mollis, nec tam lentæ quam prioris, unde & coctioni aptior eſt hic Boletus.

In vetuſtis inveniuntur arboribus, ac hortorum palis ex Kinara & Varinga compoſitis. Qui in Kinara creſcunt, albiſſimi ſunt, multi ſupra ſeſe invicem, & multis lobis diſtincti & circinnati. In Varinga putant nullos noxios poſſe creſcere Boletos, quod verum eſſe poteſt, ſi Varingæ ſolum lignum ſit ac purum, ſed in talibus arboribus, quæ aliis concretæ ſunt paraſitis, puto eſſe ſuſpectos, quum in talibus arboribus plerumque degunt ſerpentes. Melioris notæ ſunt, qui Durionibus increſcunt.

Nomen. Latine *Boletus ſecundus arboreus*; Malaice hic proprie vocatur *Djamor*, quo nomine cunctos intelligunt eſculentos Fungos. Amboinice *Sawaccal*; Ternatice *Uge ginotti*, h. e. *Sajor batang*, quum in truncis progerminant.

Horum optima ſpecies creſcit in virentibus Guajavis forma inverſorum cochlearium, ſuperius tuberculoſa & glabra, inferius concava, ac profundis plicis notata, ſine pedunculis arbori inſidens ſeu incumbens. Hæc

TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

Verſcheide eetbare Paddeſtoelen.

Nu *volgen nog eenige eetbaare Paddeſtoelen, van minder waarde, dog alle tot de koſt bekwaam, waar van ik vyf zoorten beſchryven zal. Zynde als volgt.*

I. Boletus primus infundibuli figura, *heeft groote gelykeniſſe met dien Fungus, die op 't voorgaande* Uby radja *waſt. Rond in de grootte van een ryksaalder, boven ingedrukt met een kuiltje, als een tregtertje, vaal of vuil-wit, even of een weinig geſtreept, van onderen met kleine ploojen, allegaar t'zamen ſlootende in een dikagtig ſteeltje, omtrent een lid van een vinger lang. Hy is de dunſte van vel, taai, en niet zeer bekwaam tot kooken, want men moet ze heel jong nemen, anders zyn zy zoo taai als leer.*

Men vindt 'er van dit ſlag witte, vaale, roodagtige, en graauwe, zoo 't ſchynt, na den ouderdom veranderende. Daar is egter nog een twecde verandering, ook tregterformig, dog meer uitgebreid, en dikker, zomtyds met heele, zomtyds met geſcheurde kanten, boven vaal, of vuil-wit, of een weinig geſtreept, met pokkeltjes, beneden wit, en vol ploojen, op een korten dikken ſteel. De oude werden aan de bovenſte of holle zyde een weinig ruig, met aderen en hairtjes.

Naam. *In 't Latyn* Boletus primus infundibili forma; *in 't Maleits* Sajor caju, *en met een generalen naam* Sajor puti; *op 't Amboins* Ulat.

Plaats. *Beide waſſen aan de wortelen van de oude bomen, op afgevallene en afgebouwene takken, die op de aarde leggen, en rotten, men vindt ze ook wel uit de aarde waſſen, en men zoude ze voor bloemen van* Ubi radja *aanzien, maar als men graaft, zal men altyd een ſtukje verrot hout daar onder vinden, daar aan zy vaſt zyn. Voor de beſten agt men, die op 't verrotte hout of wortelen van Samama waſſen, maar alle die uit eenige melk-bomen, behalven de Varinga voort komen, moet men ſuſpect houden.*

Gebruik. *De jonge planten zyn eenigzints tot de koſt bekwaam, en willen een gepeperde ſop hebben, wanneer ze nog al niet veel deugen wegens haare taajigheid, zynde anders de ſmaak redelyk, men moet altyd de dikſte verkiezen, en de jongſte, die by warme regen in de volle Maan voortkomen, en dan nog letten, op wat voor houten zy waſſen.*

II. Boletus ſecundus arboreus, *waſt aan de bomen met een half ronden cirkel, of gelyk een krage, zomtyds met ronde kanten, zomtys in lobben verdeelt, gelyk een lever, zynde de jonge meeſt rond, maar de oude verdeelt. Zomtyds hebben ze by den eenen hoek een korte, dikke, en broſſe ſteel, zomtyds zitten ze met eene kante plat tegens den boom aan, en waſſen altyd veele lappen boven malkander, in manier als andere* Fungi arborei, *de kleindere lappen altyd boven de grootere.*

De bovenſte zyde is altyd even, of met kleine pukkeltjes bezet, aan de jonge roodagtig, aan de oude wit en vaal, van onderen met diepe ploojen, week van ſubſtantie, en geenzints zoo taai als de voorgaande, daar om ze tot het kooken bekwamer zyn.

Men vindt ze aan oude bomen, en verſcheide tuinſtaken van Kinar en Waringehout. Die van Kinar zyn zeer wit, veele boven malkander, en met veele lobbetjes gekrult. Aan den Waringa-boom meent men, dat geen ſchadelyke Paddeſtoel kan groejen, 't welk waar kan zyn, als het Waringehout alleen, en zuiver ſtaat, maar aan zoodanige bomen, die met ruigte bewaſſen zyn, houd ik ze ſuſpect, dewyl op zoodanige bomen zig gemeenlyk ſlangen op houden. Beter zyn, die aan de Doerioen-boom waſſen.

Naam. *In 't Latyn* Boletus ſecundus arboreus; *in 't Maleits hiet dit eigentlyk* Djamor, *waar mede zy allerhande eetbaare Fungos beduiden, in 't Amboins* Sawaccal; *op Ternate* Uge ginotti, *dat is* Sajor batang, *om dat ze aan de ſtammen waſſen.*

De beſte ſlag hier van waſt aan de groejende Goeſavos bomen, in gedaante van omgekeerde lepels, boven bultig, en even, beneden hol met diepe ploojen, ook zonder ſteelen tegens de bomen aanzittende.

Deze

Hæc rotunda est, oris glabris, aliquando etiam in lacinias distincta, seu ad latus ac superius parvis ac separatis lobis aucta uti Hepar, suntque hi Boleti penitus albi, quum teneri, sed vetusti gilvi sunt, circa novilunium progerminant, vel cœlo crasso & obscuro cum pauca pluvia. Boni etiam reperiuntur in Gomira, in qua etiam putatur nullum noxium posse crescere Fungum. Omnes cibo apti sunt, si cocti sunt cum carnium jure piperato, atque optimi & tutissimi censentur.

Tertio. *Boletus tertius umbraculi forma* Palmæ latitudine est, in rotundam formam seu circulum expansus instar Umbraculi, superius punctulis notatus, sordide albus, instar panni inliniti seu sordidi, inferius albus ac profundis lobis notatus. Oræ ejus potissimum fissæ sunt, & in vetustis sursum elevatæ, pileolum gerens in plana foveola. Pedunculus digitum longus & crassus est, interne concavus, fragilis, ac facile per longitudinem findi potest. In solo crescit putrido & carioso ligno mixto, copiose circa Sagueros & Kinaras.

Nomen. Latine *Boletus tertius umbraculi figura.* Malaice *Pajong*, & *Culat pajong* ob formam umbellæ; Amboinice in Hœtœa *Mothe*.

Hæc species aliquando excrescit in magnitudinem vulgaris patinæ, non vere extensa, sed campanulæformis, alba, ac cujus substantia binos pollices crassa est, pedunculo insidens pedem alto, albo quoque, sed fragili & concavo. Hoc *cælat* in talibus crescit locis, ubi carbonarii carbones exurunt, in cineribus relictis tempore sicco pluvia aspersis, unde & raro reperitur. Boletus hic coctus delicatum habet saporem fere instar medullæ Calappi, ac strepitum inter edendum præbet.

Quarto. *Boletus terrestris* ex pura crescit terra, diversæ formæ, vulgaris superne rotundus est, & gibbosus instar petasi, glaber, & æqualis, albus, ac parum splendens, oris introrsum flexis, quamdiu tener est, sed vetusti sese aperiunt magis, & fissas gerunt oras. Plicæ inferius vagæ sunt, atque intermedias gerunt solitarias vel geminas minores plicaturas, quæ omnes prope pedunculum sursum concurrunt & clauduntur.

Pedunculus minorem digitum longus & crassus est, albus & solidus, brevibus quibusdam fibrillis sese figit terræ, substantiæ cartilagineæ, & crepitantis instar præcedentis, nec fortiter coquendus est, alioquin enim mucosus est, cæterum satis gratus est hic Boletus in cibo, excepto quod parum cænosum spiret odorem.

Hi Fungi magna proveniunt copia in planis campis & collibus, ubi antea Carex fuit deflagratus, ac quum pluvia subsequitur, præsertim novilunio. Qui umbrosis & humidis crescunt locis, non tam bonæ sunt notæ, quum soli odorem spirant.

Altera hujus speciei priori similis est, pileolum gerens crassiorem, ac coloris obscure cinerei seu terrestris, quidam etiam nigricant albis insidentes pedunculis, sed intra aliquot dies sese extendunt instar petasorum, multi simul crescentes. Alii etiam obcurrunt, quatuor & quinque pollices lati, magis extensi ad unum latus quam ad alterum, ibique fissura lata est, cor fere referens, superius fumei coloris, inferius læte purpurei coloris ex cinereo refulgentis. Bini tresve simul horum Boletorum excrescunt, ipsorumque pedunculi in medio ventricosi sunt, pluviosis progerminant mensibus Junio & Julio, postquam pluvia per aliquot finiverit dies.

Nomen. Latine *Boletus terrestris;* Malaice *Culat tana*, & *Sajor tana.* In Hitœa *Mothe*, & *Sawaccal*, aliis *Oelat kitrib kitrib*, h. e. *Oelat crepitans.* Post secundam speciem hæc optima censetur, sed ante tres dies colligendi sunt hi Boleti, ac tales eligendi, qui in planis ac prius deflagratis crescunt locis. Distinguendi etiam rite sunt a subsequente *Fungo igneo*, qui fere eandem gerit formam, sed magis tetrum semper fundit odorem, ac præterea lethalis est.

Sic quoque cuncti alii edules fungi noxii sunt, & venenosi, si a serpentibus vel aliis venenatis animalculis tangantur. Hinc etiam fit, quod in Amboina tam sæpe homines enecentur esu alicujus Culat, quod cæteroquin constat innoxium esse.

Quinto. *Boletus quintus, auris murina dictus*, maxime differt a secunda specie, multo enim tenuior est nec fimbriatus, hi instar cochlearium vel aurium concava parte eriguntur, quidam glabris & rotundis, alii fimbriatis oris instar collarium, multis laciniis supra sese invicem positis.

Supe-

Deze is rond met evene kanten, zomtyds ook in lappen verdeelt, of ter zyden, en boven op met kleine byzondere lappen gelyk een lever, geheel wit, als zy jong zyn, maar de oude werden vaal, zy komen voort omtrent de nieuwe Maan, of by donker weer, daar weinig regen by is, men vindt 'er ook goede aan den Gomira-boom, waar aan men ook sustineert geen schadelyke Fungus kan wassen. Zy zyn alle tot de kost bekwaam, gekookt met een Pepersop, en werden voor de besten en zekerste gebouden.

III. Boletus tertius, Umbraculi figura, *is in de breedte van een band in de rondte uitgebreid als een Kippersol, boven met pukkeltjes bezet, vuil-wit als een besmeerde doek, van onderen wit met diepe ploojen. De kanten zyn meest gescheurt, en aan de ouden ook opwaarts gebogen, bebbende boven op bet boedje een vlak kuiltje. De steel is een vinger lang en dik, binnen bol, bros, en laat zig ligt in de lengte splyten. Hy wast op den grond, daar oud en vermolsemt bout onder loopt, veel omtrent de Sagueers- en Kinar-bomen.*

Naam. *In 't Latyn* Boletus tertius umbraculi figura; *in 't Maleits* Pajong, *en* Culat pajong, *na de gedaante van een Kippersol, in 't Amboins op Hitoe* Mothe.

Van dit geslagte komt zomtyds eene voor den dag, zoo groot als een gemeene schaftschootel, niet ter degen uitgebreid, maar klokkeformig, wit, een paar duimen dik van substantie, op een steel van ruim een voet hoog, mede wit, bros, en binnen bol. Deze Coelat groeit op zoodanige plaatzen, daar de Koolbranders bunne koolen gebrant bebben, op de nagelaate asse in de drooge Moesson met regen besproeit zynde, en werd daarom zelden gevonden. Hy is van een excellente smaak, gekookt zynde schier als Calappus-palmyt smakende, en knappende.

IV. Boletus terrestris, *komt uit de puure aarde voort, met verscheiden gedaanten, de gemeene is boven rond, en bultig als een boetje, glad, en even, wit, een weinig glimmende, met inwaarts gebogene kanten, zoo lange hy jong is, maar de oude openen baar meer, en bebben gescheurde kanten. De ploojen van onderen staan wat ydel, en bebben tussen beiden nog een of twee mindere ploojen, die zig alle by den steel opwaarts sluiten.*

De steel is een kleine vinger lang, en dik, wit, en masief, met eenige korte vazelingen maakt bet zig in de aarde vast, van substantie krakebeenig, krakent als de voorgaande, en wil niet bart gekookt werden, want daar door werd bet slymerig, zynde anders aangenaam in 't eeten, behalven dat ze wat grondig rieken.

Deze Fungi komen in menigte voort op vlakke velden en heuvels, daar men te vooren bet Snygras afgebrand beeft, en dan een regen op volgt, inzonderbeid by de nieuwe Maan. Die aanschaduwagtige en vogtige plaatzen voortkomen, zyn verre zoo goet niet, om dat ze na den grond rieken.

Een andere zoorte bier van is de voorige gelyk, dikker van boedje, en donker-graauw of aardverwig, zommige ook zwartagtig op witte steelen, maar na eenige dagen breiden ze bun uit als boeden, veele by malkander groejende. Wederom vindt men andere vier of vyf duimen breed, meer uitgebreid na de eene zyde dan na de andere, en aldaar een wyde klove, schier een bert gelykende, boven rookverwig, beneden met een ligten purper uit den graauwen weerschynende. Daar staan ook twee of drie by malkander, en baare steelen zyn in de midden buikagtig, zy komen voort in de regenmaanden Juny en July, als de regen eenige dagen opboudt.

Naam. *In 't Latyn* Boletus terrestris; *in 't Maleits* Culat tana, *en* Sajor tana; *op Hitoe* Mothe, *en* Sawaccal; *by anderen* Oelat kitrib kitrib; *dat is* knappende Oelat. *Zy werden naast de tweede zoorte voor de besten gebouden, dog men moet ze niet over de drie dagen laten oud werden, ook verkiezen zoodanige, die op vlakke en te vooren gebrande plaatzen groejen. Men moet ze ook wel leeren onderscheiden van de volgende* Fungus igneus, *dewelke schier dezelfde gedaante beeft, maar altyd vuilder van reuk is, en daar by doodelyk.*

Zoo werden ook alle eetbare Fungi schadelyk en fenynig, als zy van Slangen en andere vergifte beesjes aangeraakt werden. Hier van daan komt bet, dat 'er in Amboina zoo dikwils menschen om den bals komen door eeten van eenige Culat, die men weet anders onschadelyk te zyn.

V. Boletus quintus, auris murina dictus, *verschilt merkelyk van de tweede zoorte, want by is veel dunder, en niet geplooit, zy staan als lepels of ooren met bet bolle deel opwaarts, zommige met effene en ronde, zommige met gekrulde kanten als kragen, met veele lappen boven malkander.*

De

Tab. LVI.

Superior seu concava pars multis punctulis notata est, utrimque non plicata, primo læte rubens, dein fusca, intermixto rubro colore, crassitie alutæ, crepitans & humida, sine pedunculis palis insident vetustis ac putridis lignis, præsertim si aliquamdiu per mare fluctuaverint, magna copia etiam mortuis increscunt Ricinis, sed hi non edules habentur. Potissimum progerminant pluviosis mensibus, vel etiam sicco tempore post pluvias.

Nomen. Latine *Boletus quintus*, *auris murina dictus*; juxta Malaiense *Telinga ticos*; Amboinice *Tiri macke*, h. e. Koeskoes auris. Ad cibum adhibentur hi Boleti, sed non diu coquendi sunt, quum nimis mucosi fiunt, inter edendum strepitum edentes. Virtute autem atque incolumitate cedunt secundæ & quartæ speciei.

De bovenste of bolle zyde is met veele pukkels bezet, terweerzyden zonder ploojen, eerst ligt-rood, daar na bruin met rood gemengt, in de dikte van Seemleder, krakende, en vogtig, zy zitten zonder steelen aan de oude palen, en verrotte houten, inzonderheid die een tyd lang in zee gedreven hebben, met menigten ook aan verstorve Ricinus-bomen, dog die agt men niet eetbaar. Zy komen meest voort in de regenmaanden, of ook in de drooge Masson na eenigen regen.

Naam. *In 't Latyn* Boletus quintus, auris murina dictus; *in 't Maleits* Telinga ticos; *in 't Amboins* Tiri macke; *dat is Koeskoes-oren. Zy werden tot de kost genomen, dog moeten niet lange gekookt werden, waar door zy te slymerig vallen, knappende in 't kauwen, aan goedheid en gezontheid, de tweede en vierde zoorte veel wykende.*

Tabula Quinquagesima sexta

Ad Figuram primam *Boletum* exhibet *primum infundibuli forma* ligno incretum.

Figura secunda *Boletum* exhibet *secundum arboreum.*

Figura tertia ejus *varietatem* denotat *pedunculo* insidentem.

Figura quarta *Boletum* exhibet *quintum*, qui *Auris murina* dicitur.

Figura quinta *Fungum* exhibet *igneum Caput* 23. descriptum.

Figura sexta *Fungum* exhibet *arboreum tuberosum Caput* 24. descriptum.

Figura septima *Phallum* exhibet *Dæmonum Caput* 25. descriptum, qui convenit cum Fungo, qui dicitur Fungus Phalloides parvus, seu Penis Caninus Virginianus, *Banister* in *Plukn. Phyt. Tab.* 184. *fig.* 6. ubi & alias raras habet species, plurimasque Fungorum describit & delineat *J. Baubin. tom.* 3. *libr.* 40. quem vide, uti & *Hadriani Junii* Medici *tractatum*, cui titulus est Phalli, ex fungorum genere in Hollandiæ sabuletis passim crescentis descriptio, & ad vivum expressa pictura, Delphis anno 1569. qui *Phallus* cum illo *Rumphii* penitus convenit.

De ses en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *eerste Paddestoel*, de gedaante van een *tregter* hebbende, op een stuk hout gegroeit.

De tweede Figuur wyst aan de *tweede op de Bomen groejende Paddestoel*

De derde Figuur vertoont een *verandering* van de *voorgaande*, op een *steeltje* voortkomende.

De vierde Figuur vertoont de *vyfde zoort* van *Paddestoel*, welke de *Muize-oor* genaamt wert.

De vyfde Figuur vertoont de *vuurige Campernoelje*, in het 23. *Hoofdstuk* beschreeven.

De sesde Figuur vertoont de *knobbelige boom-Campernoelje*, in het 24. *Hoofdstuk* beschreeven.

De zevende Figuur vertoont de *Duivels-schaft*, in het 25. *Hoofdstuk* beschreeven, welke overeenkomt met de Fungus, welke genaamt wert Fungus als een Phallus, klein, of als een hondeschaft, uit Virginie van *Banister* in *Plukn. Phyt. Tab.* 184. *fig.* 6. alwaar meer rare zoorten zyn, en zeer veel Fungi of Champernoeljes beschryft, en tekent af *J. Baub. tom.* 3. *libr.* 40. welke ziet, als mede het tractaat van Dr. *Hadrianus Junius*, waar van de titel is beschryving, en na het leven afgetekende Figuur van een *Phallus*, uit het geslagt der Champignions, overal groejende in de zantgronden van Holland, te Delft 1569. welke *Phallus* met die van *Rumphius* t'eenemaal overeenkomt.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Fungi arborei reliqui. Culat caju.

Reliquæ *Fungi arborei* species in Amboina multiplices sunt, quarum tres hic proferam, prima species instar Agarici transversaliter ex arboribus excrescit in semi circulum, plana, digitum crassa, alba, & durissima, superior ejus pars inæqualis est, punctulis & foveolis notata, ad oras circulis delineata, acsi offæ sibi mutuo essent inpositæ, primo alba, dein fusca, ad oras nigra, subtus glabra, & gilva instar corii, quædam sessiles arbori adcrescunt, aliæ amplum habent pedunculum, & ad oras sinuosæ sunt, tanquam in varios lobos distinctæ, quædam tres quatuorve gerunt lacinias supra sese invicem, varias flabellorum formantes figuras, ut & manuum ac cochlearium.

Hæ ultimæ petiolo donatæ non uniformem habent substantiam, nam quum crescunt ad vetustas arbores, in quarum truncis putridus quidam & obtusus hæret ramulus, tum fungus hunc obducit ramulum, & pedunculum format talibus angulis & laciniis donatum, qualibus gaudet ramulus, ita tamen ut externe nil nisi Fungus adpareat.

Ad hujus vero extremum Fungus sese explicat sua substantia, primo circulo parvo, dein huic alii majores circuli adcrescunt ad magnitudinem patinæ vel flabelli.

In media substantia, si superior tenuis tollatur pellicula, lamellæ quædam amplæ lignosæ inveniuntur, ita ut quis diceret, cunctos hosce ac similes Fungos ab insectis quibusdam stimulari eodem modo, quo *Gummi lacca* a quadam formicarum specie circa teneros quarundam arborum ramulos formatur. Hæc vero animalcula, quantum scio, in hoc Fungo nunquam ab aliquo detecta sunt.

Secunda

EEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De overige Boom-Campernoeljes.

D*E andere zoorten van* Fungus arboreus *zyn in Amboina ook veelderbande, waar van ik alhier drie zetten zal, de eerste zoorte wast als een Agaricus dwers uit de bomen, half cirkel-rond, plat, een vinger dik, wit, en zeer hard, de bovenste zyde is oneffen met pukkeltjes en kuiltjes, langs de kanten met cirkelen, als of 'er eenige pannekoeken op malkander waren gelegt, eerst wit, daar na bruin-agtig, aan de kanten zwart, van onderen glad, en muis-vaal als leer, zommige zitten zonder steelen tegens den boom, zommige hebben een breeden steel, en zyn langs de kanten bogtig, als in verscheide lobben verdeelt, zommige hebben ook twee of drie lappen boven malkander, verscheide figuuren uitmakende van Waijers, banden, en lepels.*

Deze laatste, die een steel hebben, zyn niet van eenparige substantie, want vermits zy groejen aan de oude bomen, aan welkers stammen eenig verrot en stomp takje zit, zoo bekleet de Fungus dit takje, en maakt een steel daar van met zoodanige hoeken en lappen, als het takje mede brengt, zoo nogtans, dat men van buiten niets dan Fungus ziet.

Aan 't einde nu van dit takje breid zig de Fungus uit, met zyne eigene substantie, eerst met een kleine cirkel, daar vervolgens alle andere, en grootere van onderen tegens aangroejen tot de grootte van een schooteltje of waijer.

In de middelste substantie, als men 't bovenste dunne vel afligt, vindt men nog eenige breede schilferen van hout, zoo dat men zeggen zoude, alle deze en diergelyke Fungi werden van eenige kleine diertjes aldus aangezet, op de manier als de Gummi lacca *van eenig slag mieren, om de teere takjes van zekere bomen gegenereert werd. Dog diergelyke diertjes zyn aan deze Fungus myns weetens nog van niemand gezien.*

II. *De*

Secunda species est instar secundæ esculentæ speciei, sed sine plicis, nam instar auricularum arborum truncis adsidet, inferior enim pars loco plicarum multa habet foraminula externe alba, interne gilva, duræ itidem substantiæ, ad oras non rotunda est, sed sinuosa, vel in lacinias distincta. Huc pertinet rubra species, quæ secundæ varietas est, sed paulo tenuior, ac subtus æqualis magis, & utrimque rubra.

Tertia primæ similis est, superne tuberculosa & punctulosa, sordide alba, & dura, subtus autem in varias cellulas & tessaras distincta est instar favorum Apium.

Nomen. Nullum aliud gerunt, nisi generale *Fungi arborei*, Malaice *Culat batu* ob saxosam substantiam, omnes crescunt in vetustis arboribus, vel ipsarum radicibus. Optima & rarissima in Canariis reperitur. Ternatice *Kebu*, Amboinice *Ulat*, quod generale nomen est.

Usus. Cibo inepti sunt, & in Medicina ignoti. Quidam eos adcusant esse noxios. Saltem anno 1665. in Hitœs ora in pago Waccal accidit, quinque homines, qui harum specierum quasdam avulserant, quas putabant esse secundam & quintam esculentam speciem supra descriptas, has ergo coquebant & edebant, unde unus mox mortuus est, non ita quidem venenata quadam malignitate, sed convulsiva quadam contractione, quam in ventriculi orificio superiore caussabant cum magna cordis anxietate, anhelitu, & cordis lancinatione.

Quatuor alii vix evadebant, hoc in casu primo contractio ista convulsiva seu spasmus prohibendus est, quod fit, si ægro magnam syrupi vel aquæ saccharatæ quantitatem exhibeamus, unde partes apertæ tenentur, dein vomitoria propinanda sunt, quod fit per Aaccarbaar rubrum Amboinense, vel per radices Siri Boppar, ac mox antidota quædam subpeditanda, qualia sunt radices ac fructus arboris, quæ *Rex amaroris* nobis dicitur, seu major ejus species *Lary* dicta, vel radices *Toxicariæ terrestris*, *Accarbaar nigrum* &c. qui modus etiam observandus est in præcedentibus esculentis speciebus, quum hæ infectæ sunt tactu venenatorum quorundam animalium.

II. De tweede zoorte is gelyk de tweede eetbaare, dog zonder ploojen, want zy zitten als ooren tegens de stammen der bomen aan, en de onderste zyde heeft in plaats van ploojen veele gaatjes, buiten wit, binnen vaal, mede hart van substantie, aan de kanten is ze niet rond, maar bogtig, of in lappen verdeelt. Hier toe behoort de roode zoorte, zynde een verandering van de tweede, wat dunder, en van onderen even, aan weerzyden rood.

III. De derde is de eerste gelyk, aan de bovenzyde vol bulten, en pukkelig, vuil-wit, en hart, maar van ondere is ze in verscheide lelletjes of ruitjes verdeeld, gelyk de huisjes van de Byen.

Naam. *Zy hebben geen ander naam dan den generalen van* Fungus arboreus, *in 't Maleits* Culat batu; *wegens haar steenagtige substantie, en wassen alle te zamen aan oude bomen, of haare wortelen. De schoonste en raarste vindt men aan de Kanary-bomen, op Ternaten* Kehu; *in 't Amboins* Ulat, *met een gemeene naam.*

Gebruik. *Zy zyn tot de kost onbekwaam, en in de Medicyne onbekent. Zommige willen ze beschuldigen, dat ze schadelyk zyn. Immers Anno 1665. is het op de Kust van Hitoe in 't Dorp Waccal gebeurt, dat 'er vyf Perzoonen, dewelke eenige van deze zoorten geplukt hadden, die ze aanzagen voor de tweede en vyfde eetbare zoorte, dezelve gekookt en gegeten, waar van 'er eene straks gestorven is, niet zoo zeer door een venynige hoedanigheid, maar door een sterk worgen, 't welk ze in de krop van de maage veroorzaken met een grooten benauwtheid des aazems, en steektens onder 't hert.*

De andere viere wierden ter nauwer nood gesalveert, men moet in dit geval voor eerst het worgen beletten, 't welk geschiedt, als men den Patient veel zyroop of zuikerwater ingeeft, 't welk de passagien open houd, daar na moet men braakmiddelen aanwenden, 't welk geschiedt met het ingeven van 't roode Amboinse Accarbaar, of wortelen van Siri Boppar, en straks daar op eenige Antidota, gelyk zyn wortelen en vrugten van Rex amaroris, *of zyn groote zoorte* Lany, *wortelen van* Toxicaria terrestris, zwart Accarbaar *&c. welke proces men ook houden moet in de voorgaande eetbaare zoorte, als dezelve door 't aanraken van eenig venynig gedierte geinfecteert zyn.*

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Fungi rari alii.

IN Amboina obcurrunt aliæ porro Fungi raræ species, quas in binas divido classes, primus nempe *Fungus elatus* est, secundus *Fungus digitatus*. *Fungi elati* tres raras observavi species, quarum prima *litt. A.* notata est, quæ pedis circiter altitudinem obtinet, pedunculum habens digiti crassitie, ex fusco nigricans, externe glabra, interne spongiosa, ad latera tres emittens excrescentias, acsi novi essent rami, ejus petasus oblongus est, octo pollices longus, sex latus, ejusdem cum pedunculo coloris, valde contractus, ad oras fimbriatus, superne in medio fovea donatus, subtus non est plicatus instar cæterorum Fungorum, sed porosus est & ruffus, excreverat ex putrido ramo decidui Canarii, ac tribus quatuorve longis filamentis sese fixerat proximæ terræ, sed facile extrahi poterat, inferiorque convexa pars per fragilitatem tandem frangebatur.

Secunda species sub *litt. B.* pedunculum gerebat quindecim pollices altum, crassitie pennæ, ac sine excrescentiis, sed parum sinuosa & quoque nigricans, ita ut tenerum referret Calbahaar, inferius parvum exhibebat sinum, ex quo paucæ conspiciebantur fibrillæ, quibus sese terræ figebat, sed an putrido cuidam ligno fixus fuerit hic fungus, me latet, quum qui ad me hunc deferebat, sine observatione extraxerat circa fruticulos prope fluvium Hative Kitsjil.

Caput ejus magnitudine erat nummi inperialis, ac ejusdem formæ, & instar prioris corrugosum, quæ rugæ in utrisque observabantur, quum in silvis adhuc fixæ essent. Ambæ species tam raro obcurrunt, ut animadverterim, a nullo incola esse notas, licet eas anno 1679 simul acceperim.

Nomen.

TWEE EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De andere raare Campernoeljes.

Daar werden in Amboina nog eenige rare zoorten van Fungus gevonden, dewelke ik in twee geslagten verdeel, te weten ten eersten Fungus elatus, *en ten tweede* Fungus digitatus. *Van* Fungus elatus *heb ik drie rare zoorten aangemerkt, de eerste geteekent met* letter A, *wast omtrent een voet hoog, met een steel in de dikte van een vinger, uit den bruinen zwartagtig, van buiten glad, van binnen spongieus, dog ter zyden met drie uitwassingen, als of het nieuwe takken wilden werden, het hoedeke werd langwerpig, agt duimen lang, ses breed, van de zelve couleur als den steel, zeer gerimpelt, aan de kanten gekrinkelt, boven in de midden met een kuil, van onderen had het geen ploojen gelyk andere Fungi, maar was poreus, en ros van couleur, het stont op een verrotte tak van een omgevalle Canary-boom, en had zig met drie of vier lange draden in de naaste aarde vastgemaakt, dog liet zig ligt daar van aftrekken, en het onderste kromme deel brak eindelyk door brosheid daar van af.*

De tweede zoorte letter B, *hadde een steel by de vyftien duimen hoog, in de dikte van een schaft, en zonder uitwassingen, maar wel wat bogtig, mede zwartagtig, zoo dat hy na jonk Calbahaar geleek, van onderen had het een klein bogtje, en daar aan eenige weinige vaselingen, waar mede het in de aarde vast hing, dog of het op eenig verrot hout gestaan heeft, en weet ik niet, want den brenger het zelve zonder agterdogt uitgetrokken heeft, omtrent de leege ruigte by de Rivier van Hative Kitsjil.*

Het hoofd was omtrent een ryksdaalder groot, voorts van het zelve fatzoen, en gekrinkelt als het voorgaande, welke krinkelen aan beide geweest zyn, doen ze nog in 't bos stonden. Beide werden zoo zelden gevonden, dat ik bemerkt hebbe nog by geen Inlander bekent te zyn, hoewel ik ze beide in 't jaar 1679. bekomen hebbe.

Naam.

C
B
D
E
A
Fig. 1.
Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 4.

Nomen. Ambæ hæ species mihi Latine dicuntur *Fungi elati petasoides*. Malaice *Culat pajong* ob similitudinem umbraculi baculo inpositi.

Tertia species *Fungus elatus cochlearis*, Malaice *Culat sondoc*, crescit etiam ex petiolo longo & tenui, spithamam vel pedem circiter longo, fere eodem modo, quo in præcedenti capite dictum fuit de *Fungo arboreo*, si enim radices vel trunci deciduarum Canariorum ramulos habeant tenues, hisce sese circumvolvit hic Fungus, quos totos investit cortice tenui, externe glaber est, sed tuberculis quibusdam inæqualis, nunc obscure cinereus, nunc niger instar Kalbahari.

In extremo Fungus hic naturalem suam habet formam & substantiam, instar cochlearis rotundi & plani, magnitudine denarii. Hoc non in summo locatur, uti in binis prioribus speciebus, sed ad latera vel deorsum. Superior pars tuberculosa est instar semi circuli plani, primo cinerea, sensim nigra, rugosa vel striata. Inferior pars plana est, glabra, & albicans. Si ramulus, cui circumcrescit, simplex fit, tum ejus pedunculus simplex & æqualis est, paucis tuberculis constans, si vero iste sit ramosus, fungus ejus sequitur formam.

Quum ex silvis deportantur, plerumque ex sordide luteo cinereum habent colorem, sed aliquamdiu in domo conservati, tum nigricant, tenuis pedunculi cortex frangitur, & in frustulis decidit, ita ut lignosus pedunculus sub eo detegi possit uti & cochlear ipsum decidit.

In Figura A radicem denotat, ubi ramulus & pedunculus hujus Fungi Canariis fuit nexus. B locus est, ubi corticis pars decidit, & lignum ramum exhibet. C cochlear est, in cujus tuberculoso dorso pedunculus inclusus est.

Secundo. *Fungus digitatus* rara est species, raro obvia, multis adsurgens ramulis semi pedem circiter altis, qui varios referunt digitos & palmas, omnes vero vix minimum digitum crassi sunt, tuberculosi, & nodosi, cæterum glabri, ex fusco rubri, sed extremitates albæ sunt, acsi ungues essent. In vetustis & putridis crescit lignis, terræ incumbentibus, ac casu gerentibus obtusam rami partem cum quibusdam viminibus, quibus hic Fungus sese circumvolvit. Fragilis est substantiæ, unde & aliquamdiu in domo servatus si fuerit, tum albi isti decidunt ungues, ita ut lignosa ista vimina conspici possint, sed non in omnibus digitis. Cum frusto putridi ligni abscindendus est, uti & præcedentes, si eos velimus conservare, nulli alii enim inserviunt usui nisi curiositatis gratia.

Nomen. Latine *Fungus digitatus*; Malaice *Culat tangan*, ob formam manuum & digitorum.

In deciduis semi putridis Calappi truncis æque *Fungus cochlearis* & *digitatus* crescit, quam tertia ejus forma ex utrisque mixta, in qua tam digiti quam cochlearia observantur, quales binæ species denotatæ sunt littera D & E.

Tabula Quinquagesima septima

Ad Figuram primam *Fungum elatum cochlearem* exhibet, ubi litt. A radicem seu ortum ejus denotat. B denudatam corticis partem indicat, ut lignum ipsum conspiciatur. C cochlear est.

Figura secunda *Fungum digitatum* exhibet.

Figura tertia ad litt. D digitati varietas est, & E tam cochlearis, quam digitati species est ex utrisque mixta.

Figura quarta *Tuber regium* est jam supra Capite 17. descriptum.

Naam. *Deze beiden zoorten noem ik in 't Latyn* Fungi elati petasoides; *in 't Maleits* Culat pajong, *na de gelykenisse van een uitgebreide zonnescherm op zyn stok staande.*

De derde zoorte Fungus elatus cochlearis, *in 't Maleits* Culat sondoc, *groeit mede aan een dunne boogen steel, omtrent een span of een voet lang, schier op dezelve manier, als in 't voorgaande Hoofdstuk van* Fungus arboreus *gezegt is; want als de wortelen of stammen van omgevallen Canary-bomen eenige dunne takjes hebben, dan zet zig dezen Fungus om dezelve, geheel en al die bekleedende met een dunne schorse, van buiten glad, dog met eenige bultjes, oneffen, zommige donker-graauw, zommige zwart als Kalbabaar.*

Aan 't uiterste groeit eerst de Fungus in zyn eigen gedaante en substantie, als een rond vlak lepeltje, in de grootte van een schelling. Dit staat niet boven op gelyk aan de twee voorgaande zoorten, maar ter zyden of neerwaarts gekeert. De bovenste zyde is bultig, als een vlak half-rond, eerst graauw, met 'er tyd zwart, rimpelig, of gestreept. De onderste is vlak, glad, en witagtig. Als het takje, daar by om groeit enkel is, zoo werd dezen steel effen, met weinige bulten of bobbelen; is hy getakt, zoo volgt de Fungus deszelfs leidingen.

Als men ze eerst uit het bos brengt, zoo zyn ze gemenelyk uit den vuil-geele graauw, maar een tyd lang in huis bewaart, zoo werden ze zwart, de dunne schorsse aan de steel breekt, en valt met stukken af, zoo dat men den houten steel daar onder bekennen kan, gelyk ook 't lepeltje zelfs afvalt.

In de Figuur beduid A de wortel, daar het takje en den steel van deze Fungus aan den Canary-boom vast gezeten heeft. B is de plaats daar een deel van de schorsse afgevallen is, en het hout den tak vertoont. C is het lepeltje, in wiens bultige rugge de steel ingelaten is.

II. Fungus digitatus *is een rare zoorte, die zelden gevonden werd, opschietende met veele takjes, omtrent een half voet boog, dewelke verscheide handen en vingeren verbeelden, alle schaars een pink dik, hier en daar knobbelig en knoestig, anders effen, bruin-rood, dog de einden zyn wit, als of het nagels waren. Het wast op oude en verrotte houten, die op de aarde leggen, en by geval een stomp van een tak met eenige ryskens hebben, daar zig dan deze Fungus omzet. Het is bros van substantie, daarom een tyd lang in huis bewaart zynde, vallen de witte Nagels boven in, zoo dat men de houte ryskens bekennen kan, dog niet alle vingeren. Men moet het met een stuk van verrot hout affnyden, gelyk ook de voorgaande, als men ze bewaren wil, want zy dienen tot anders niet dan rariteit.*

Naam. *In 't Latyn* Fungus digitatus; *in 't Maleits* Culat tangan, *na de gedaante van handen en vingeren.*

Aan omgevalle en half verrotte Calappus-stammen groeit zoo wel de Fungus cochlearis *en* digitatus, *als een derde fatzoen uit beide gemengt, daar aan men zoo wel vingeren als leepels ziet, diergelyke twee afgeteekent staan met letter* D *en* E.

De zeven en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *verheve lepelvormige Fungus*, alwaar letter A de wortel ofte oorspronk van dezelve aanwyst. B het ontbloote deel des schorsse, op dat het hout zelve gezien wert. C is de lepel zelve.

De tweede Figuur vertoont den *gevingerde Fungus*.

De derde Figuur by de letter D is een verandering van de gevingerde Fungus. E is een zoort zoo wel van de gevingerde als de lepelvormige, uit beide als t'zamen gestelt.

De vierde Figuur is de *Koninklyke bol*, boven al in het zeventiende Hoofdstuk beschreeven.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Fungus igneus. Tsjendawan.

Hic noxius est Fungus, cum quarta esculenta Boleti specie adeo conveniens forma, ut inprudentes collectores illum sæpe pro hoc decerpant. Sunt vero pusilli Fungi magnitudine biobuli, instar petasi semi clausi, superius tuberculosi, glabri, & viscosi, brevissimo insidentes pedunculo, qui sese dein ad altitudinem trium pollicum elevat, albicans, & interne concavus.

Pileolus sese explicat ad magnitudinem denarii, superne pallide cinereus, inferne plicis refertus, ex cinereo nigricans, mollis & fragilis substantiæ, odoris ingrati. Nocte lucent instar stellæ igne cœrulescente, vel instar millepedis commoliti. Sed hoc non diutius fit, nisi dum humidam continent viscositatem, ita ut nocte facile distingui possent a quarta specie *Cœlat tana*, sed die vix nisi per tetrum odorem, in densa & obscura crescunt silva, ubi putridi locantur ramuli, sed semper ex solo, item in areis circa plaustra, ubi ligna subposita putrida sunt, tam ex solo quam ex carioso ligno.

Nomen. Latine *Fungus igneus*; Malaice *Tsjendawan* & *Cœlat api*; licet quidam quartam esculentam speciem *Tsjendawan* vocent, uti & ab Hitoensibus *Mote* vocantur.

Usus. Est noxius & venenatus Fungus, qui rite dignoscendus est, ne inprudenter in cibo adhibeatur, caussat enim non solum pectoris anxietatem & constrictionem, sed ingentem quoque circa cor lancinationem, ac capitis vertiginem, cum tam vehementi ardore, ut corpus infectum ex rubro & purpureo tinctum sit colore.

Ejus curatio jam Capite 21. data est, excepto quod antidota mox vomitoriis sint miscenda, quum hic Fungus lethale sit toxicum, cæterum incolæ eum adhibent nocte, manu eum tenentes, ut subsequentes detegant antecedentes per hunc fulgorem, ne aberrent, sed hoc non peragent nisi coacti, quum non cupidi sunt tales sequendi ignes, quum referant Magos seu Swangis, qui nocte ex eorum opinione capite eunt fulgente, quo sequentes seducunt.

DRIE EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De vuurige Campernoelje.

Dit is een schadelyk Cambernoelje, met de vierde eetbare zoorte van Boletus, zoo een gelykenisse hebbende, dat ze de onvoorsigtige plukkers dikwils daar voor nemen. Het zyn kleine Padde-stoelen, in de groote van een dubbeltje, als een half gesloote boedje, boven bultig, glad, en slymerig, op een zeer kort steeltje, welk zig daar na tot de hoogte van drie duimen verheft, witagtig, en van binnen hol.

Het boedje breid zig uit tot de grootte van een schelling, boven ligt-graauw, beneden vol ploojen, uit den graauwen-zwartagtig, week, en brosagtig van substantie, en vuil van reuk. By nagt ligten ze als een sterre, met een blaauw vuur, als een verpletterden duizent-been, dog dit doen ze niet langer dan de vogtige slymerigheid daarinne steekt, zoo dat ze by nagt te onder scheiden zyn van de vierde zoorte Coelat tana, *maar by dag kwalyk anders dan aan den vuilen reuk, zy wassen in 't donker bos, daar verrot ryzig leid, dog altyd uit den grond. Item in de Erven omtrent de Paggers, daar de onderleggers verrot zyn, zoo uit den grond als uit het vermolzemde hout.*

Naam. *In 't Latyn* Fungus igneus; *in 't Maleits* Tsjendawan, *en* Coelat api, *hoewel zommige de vierde eetbare zoorte* Tsjendawan *noemen, gelyk ze by de Hitoeësen ook* Mote *genoemt werden.*

Gebruik. *Het is een schadelyken ja vergiftigen Fungus, die men wel moet leeren kennen om niet omvoorsigtig in de kost te gebruiken, by verwekt niet alleen worgen op de borst, maar ook groote steeken omtrent het hert, draaijnge des hoofds, met zulken brand, dat het ligbaam rood en peers uitslaat.*

Zyne geneezing bestaat als in 't voorgaande een en twintigste Hoofdstuk gezegt is, behalven dat men de Antidota straks onder de brakende middelen moet mengen, om dat by dezen Fungus een doodelyk venyn is, anders gebruiken hem de Inlanders in de hand te dragen, om by nagt de naarvolgende aan te wyzen door dit vuurtje, waar dat de voorste beenen gaan om niet van malkanderen af te dwalen, dog zy zullen dit niet doen dan by nood, om dat ze niet gaarn diergelyke vuurtjes volgen, als verbeeldende hunne Tovenaars of Swangis, die by nagt na hun zeggen ook met een gloejend hoofd gaan, en de navolgers verleiden.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Fungus arborum tuberosus. Bio bio.

Ex genere istius *Fungi tuberosi*, qui *Crepitus lupi* dicitur, in Pharmacopæis *Bovis* & *Bovistum* corrupto vocabulo Germanici *Boekewist*, sunt hi bulbi, quos jam describimus.

Sunt autem rotundi & oblongi bulbuli, magnitudine ovorum Columbinorum & Gallinaceorum, una parte sessiles arborum corticibus, non perfecte sphærici, sed angulosi, & parum compressi, externe glabri, æquales, & purpurei, si vero ruditer fricentur, nigricant, qualis & plerumque interna substantia est, quæ primo solida, sicca, & fragilis est, sed sordida & mucida, sique deponantur, mucorem contrahunt luteum, ac pereunt, in talibus reperiuntur arboribus, quæ tenuem, glabrum, & durum gerunt Corticem, quales sunt Limones, Lingoæ, & Caryophylli silvestres.

Nomen. Latine *Fungus arborum tuberosus*; Malaiense ignotum est. Ternatice *Bio bio.* Bovistum Amboinense hoc haberi potest.

Usus ejus internus nullus est, sed externa ejus vis est exsiccans, si cum forti conteratur aceto in pulticulam tenuem, quæ Herpeti seu Curab inlinitur, quam consumit & dein exsiccat. Contra tumorem *Banca babi* dictum conteruntur cum nidis Vesparum, quæ inliniuntur, unde flavescit iste ac perit tumor.

Verus

VIER EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Bolagtige Boom-Campernoelje.

Uit het geslagte van dien Fungus tuberosus, *die men* Crepitus lupi *noemt, in de Apotheeken* Bovis *en* Bovistum, *met een bedorven woord van 't Hoogduitse* Boekewist, *zyn deze bollen, die wy nu beschryven.*

Het zyn ronde en langwerpige bollekens, in de grootte van Duiven en Hennen-eijers, met de eene zyde zonder steelen, digt tegens de schorsse der bomen zittende, niet regt bol-rond, maar hoekig, en wat gedrukt, buiten effen, glad, purperagtig van couleur, maar als men ze wat hard strykt, zoo werden ze zwart, gelyk ook doorgaans de binnenste substantie is, dewelke in 't eerst masief, droog, en bros is, wat vuil of vermuft, en als men ze henen legt, verschimmelen zy geheel en al. Men vindt ze aan zoodanige bomen, die een dunne, effene, en harde schorsse hebben, gelyk Lemoen-bomen, Lingoa, en wilde Nagelen.

Naam. *In 't Latyn* Fungus arborum tuberosus; *in 't Maleits is 't onbekent, Op Ternaten* Bio bio. *Men mag het voor een Ambons Bovist houden.*

Gebruik. *Zy hebben geen gebruik binnens lyfs, maar buiten hebben ze een verdrogende kragt, met scherpen azyn gewreeven tot een dun papje, werden ze op den Herpes of Kurab gesmeert, de welke zy dood byten, en daar na opdroogen. Tegens het geswel* Banca babi *genoemt, werden ze met Wespe-nesten gewreeven en opgesmeert, dewelke zy doen slenzen.*

De

Verus *Crepitus lupi* seu *Boviſtum* reperitur in circumjacentibus insulis, uti & in Xulasensibus, & magna Cerama, tam in quam inter ramos arborum, sed non iis fixus, nisi solo nudorum montium, vel quod brevi concretum est gramine. Sunt autem tubera inregularia, quædam pugni, quædam capitis infantis magnitudinem habentia, alia instar lobi hepatis, externe & interne fusca, seu hepatici coloris, sicca penitus, mollia, & spongiosa.

Sulanenses id vocant *Fatta goma*, h. e. pruinæ globos, quum putant ortum ducere ex densa pruina, quæ montibus incumbit.

Si comprimantur, subtilis fumus seu pulvis ex iis avolat, sed inodorus. Raro reperiuntur, & Sulanenses magni ea faciunt, sed maxime ex superstitione. Aceto contrita tumentibus inliniuntur partibus & œdematosis, quum fortiter exsiccant. Si pluvia in iis decidat, vaporem etiam exhibent.

Sed juxta patriæ nostræ experientiam iste fumus, vel pulvis ne tangat oculos, quum eos vellicet & dolore afficiat.

De regte Crepitus lupi *of* Bovis, *vindt men in de omleggende Eilanden, als ook in de Xulase Eilanden, en op groot Ceram, zoo wel op en tussen de takken der bomen, dog niet daar aan vast, als op de grond van kale bergen, of met een kort gras bewassen; het zyn ongeschikte klompen, zommige als een vuist, zommige als een kinder-hoofd, andere als een lap van een lever, buiten en binnen bruin, of leververwig, gants droog, week, en spongieus.*

De Sulaneesen noemen het Fatta goma, *dat is, Mistbaccen; dewyl ze meenen, dat ze gegenereerd werden van de dikke misten, die op de Bergen liggen.*

Als men daar op drukt, zoo komt een subtiele rook of stof daar uit, dog zonder reuk. Men vindt ze zelden, en eenige Sulaneesen maken 'er veel werk van, dog meest uit superstitie, met azyn gewreeven werden ze op gezwolle leden gesmeerd, en op die zugtig zyn, dewyl ze sterk droogen, als 'er den regen op valt, zoo rooken ze ook.

Dog volgens onze Vaderlandze experientie, moet men dien rook of stof niet in de oogen laten komen, daar in byt, en pynlyk valt.

CAPUT VIGEGESIMUM QUINTUM.

Phallus dæmonum. Buto seytan.

Restat adhuc Fungus horridus, perfecte formam membri virilis habens, sex septemve transversales digitos altus, & pollicem crassus, albus, rugosus, foraminibus refertus, levis ac fungosus, ejus capitulum paulo crassius est, & cancellatum, acsi reticulo obductum esset, sed cancelli obliqui & intricati sunt, muco frigido obductum, ac superne foraminulo penetrante ornatum, gilvi coloris.

Membrum hoc vaginæ seu bursæ inponitur, quæ scrotum refert, coloris itidem sordide cinerei, paucis vero fibrillis terræ figitur, sed quidam hac destituuntur bursa, quin interierit. Circa capituli marginem pellicula hæret flaccida instar reticuli, quæ matutino tempore dependet ad dimidiam membri partem, sed si sol sese elevet, vel si totum abrumpatur membrum, pellicula ista sese mox ac subito contrahit sursum, dimidiam capituli obtegens partem, ac dein iterum decidit, & flaccescit.

Membrum hoc compositum est ex cortice molli & fragili, culmi circiter crasso, reliquum concavum est, & excurrit in istud foraminulum. Tota hæc planta tetrum ac foetentem fundit odorem, caput gravantem, sed qui maxime percipitur, quum tractatur. Pluviosis provenit mensibus tam in silvis quam in hortis circa claustra & septa, ubi solum est humidum, umbrosum, & arenosum, cito oriens ac cito periens.

Nomen. Latine *Phallus dæmonum*; Malaice *Buto seytan*, quum incolæ credunt oriri eo loci, quo diaboli urinam emiserunt.

Usus. Hæc fœtens licet planta magnum tamen habet usum in calidis & duris Aposthematibus vel Anthracibus, quum recusant aperiri, primo ipsis inponendum est rete, quod circa Phallum hæret, quod non modo refrigerat & emollit, sed etiam ulcera facile aperit, dein inferior hujus Phalli pars sumenda est cum flore Bongæ radjæ mera, & Pœti, quæ omnia simul conterantur, & ipsis inponantur, unde pus extrahitur, & curatio promovetur.

Carolus Clusius in tractatu de Fungis, qui libris rariorum plantarum subnectitur, in vigesima tertia classe Fungum describit vigesimum quintum, cum nostro penitus convenientem Phallo Indico, dicitque a sese observatum fuisse in Hungaria, similem quoque olim observavit *Adrianus Junius* in sabuletis Hollandiæ, qui in Belgicis libris Ayers-eijeren, h. e. Dæmonum ova vocantur, quum hic *Phallus* marcescit, in tenuem fere avolat pulverem, qui decidit & dispergitur, si tangatur.

N. B. Hic *Phallus* jam supra *Tab.* 56. *fig.* 7. delineatus est, quem puto eundem esse, qui delineatur in *Hadriani Junii* tractaturarissimo, & *Phallus* ex *Fungorum* genere dicitur, uti supra id innuimus.

VYF EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Duivels Campernoelje.

Daar resteert nog een afgryslyke Fungus, anders niet dan de gedaante van een manlyk lid verbeeldende, ses en zeven dwersvingeren hoog, en een duim dik, wit, rimpelig, vol gaten, ydel, en ligt; het hoofdeken is wat dikker, vol ruitjes, als of het met een netje omgeven was, dog de ruitjes staan scheef en verwert, met een kouden slym behangen, en boven op met een doorgaand gaatje, muys-graauw.

De schaft staat in een beurze, die een klootzak verbeelt, mede vuil-graauw van couleur, en met geringe worteltjes aan de aarde vast, dog zommige hebben deze beurzen niet, of die is alrede vergaan. Rontom den rant van 't hoofdeken hangt een slap velleken als een netje, 't welk in den morgenstont afhangt tot de helft van de schaft, maar als de zonne wat hooger komt, of als men het geheele gewas afbreekt, zoo trekt het zig schielyk opwaarts, bedekkende de helfte van 't hoofdeken, en daar na valt het wederom af, en verslent.

De schaft is gemaakt van een weeke en brosse schorsse, omtrent een stroobalm dik, de rest is hol, en heeft zyn uitgang door 't voornoemde gaatje. Het geheele gewas heeft een vuilen stinkenden reuk, die het hoofd bezwaart, dog meest gevoelt werd, als men 't handelt. Het komt voort in de regenmaanden, zoo in 't wild als in de tuinen, omtrent de Paggers en de heggens, daar het vogtig, schaduwagtig, en zandig is, schielyk voortkomende, en schielyk vergaande.

Naam. *In 't Latyn* Phallus dæmonum; *in 't Maleits* Buto seytan; *om dat de Inlanders gelooven, dat het voortkome, daar de duyvels gepist hebben.*

Gebruik. *Dit stinkende gewas heeft evenwel nog grooten gebruik, by hete en harde Apostematien of bloedzweeren, die niet willen opbreeken, men moet eerst daar op leggen 't netje, dat om de Phallus hangt, 't welk niet alleen verkoelt en verzagt, maar ook de zweeren gemakkelyk opbreekt, daar na moet men de onderste beurze van dezen Phallus nemen, met de bloeme van Bonga radja mera en poeti, t'zamen wryven, en daar opleggen, dit zal den etter uittrekken, en tot geneezinge schikken.*

Carolus Clusius *in zyn Tractaatje de* Fungis, *by de* libros Rarior. plantarum *gevoegt, beschryft in de drieentwintigste Classe, de vyftiende Fungus, ten eenemale met dezen Oostindischen Phallus overeen komende, en zegt van hem gezien te zyn in Hongaryen, diergelyken heeft ook eertyts* Adrianus Junius *aangemerkt de Zant-duinen van Holland, dewelke in de Duitse Kruid-boeken Aierseijeren, dat is* Dæmonum ova *genoemt werden, als deze Phallus verdroogt, zoo werd hy schier enkel stof, 't welk van malkander valt, als men 't aanraakt.*

N. B. Deze *Phallus* of *Paddestoel* is al boven *Tab.* 56. *fig.* 7. afgebeeld, welke ik meen dezelve te zyn, welke afgebeeld wert in het zeer rare tractaat van *Hadrianus Junius*, en genaamt wert *Phallus*, uit het geslagt der Campernoeljes, zoo als wy zulks boven vermelt hebben.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

Macuerus fœmina. Daun lour.

Jam ſenſim ex montibus deſcendimus, & in valles devenimus, quæ omnes fruticulis intricatæ, ac vix perviæ ſunt, quum in iis potiſſimum obcurrunt circumvolventes Frutices & herbæ, ſupra *libro ſeptimo* & *nono* deſcriptæ, reſtant nunc porro binæ treſve veræ herbæ, quas hic proponemus, primo nobis hic obcurrit obſcuritatis amica ac ſocia, *Macuerus* dicta, cujus binæ ſunt ſpecies, *mas* & *femina*, ſed tam diverſa, ut cuique ſingulare tribuam Caput.

Macuerus fœmina, ſeu vera *Macuerus* mari præponitur, quum magis uſitata ac nota ſit, eſt autem herba, craſſos gerens caules, ſpithamam vel pedem altos. Caulis ejus pennam craſſius eſt, rotundus, ſeu parum quadragonus, ſuccoſus, ſimplex, & in amplos articulos diſtinctus, quibus bina obpoſita adſtant folia, ac quatuor ſimul crucem formant, cum illis Valerianæ conveniunt, inferius anguſtata usque ad caulem, ac ſuperius lata, ſeptem & octo pollices longa, ultra tres digitos lata, ad oras ſerrata, flaccida, & magno nervo medio, ut & obliquis coſtis inferius protuberantibus donata, hæ fuſcæ ſunt, & folium rugoſum formant, quod ex nigro viret.

Sapor ejus eſt oleraceus, ſed ſilveſtris, & ad Filices adcedens. Iidem articulo transverſaliter bina alia minora adſtant foliola, & undique circa caulem coronula, ex fuſco virentibus cellulis ſeu caliculis compoſita, quæ ſuperius ſeſe in quinque apices aperiunt & dehiſcunt, ex iis provenit primo flos ſordide albus, concavus inſtar digitabuli, ciliis quibusdam firmis armatus, hic vero flos modo unus alterve ſimul apertus in tali conſpicitur coronula.

Poſt florem ex ejus centro intra iſtas barbas oblongus excreſcit fructus inſtar Siriboæ, vix digiti articulum longus, pallide virens, punctulis ſordide albis notatus, nec tam rugoſus, quam Siriboa, qui erectus tanquam in coronula undique circa caulem locatur, atque hæ coronulæ verticilli more ſupra ſeſe invicem ſunt ſitæ.

Radices breves ſunt, ex multis compoſitæ fibrillis, atque laxe terræ inhærent, unde & facile eradicari poteſt hæc planta.

Nomen. Latine *Macuerus fœmina*; Malaice *Daun laur*, & *Daun wawo*; Amboinice *Macueru*.

Locus. Nullibi creſcit, niſi in obſcuris umbroſisque vallibus, vel opacis ſilvis, per quas flumina decurrunt, ut & ad montium pedes arboribus refertos.

Uſus. Apud incolas vile eſt olus, qui hoc æque crudum edunt inſtar alius Oelang oelang, quam Catjang adcoctum, crudum ſatis gratum eſt, in fruſta conſciſſum, & ſucco Limonum intinctum, ſi edatur cum iſta vermium marinorum eſculentorum ſpecie, quæ *Wawo* vocatur, unde & cognomen gerit.

Tabula Quinquageſima octava

Ad Figuram primam *Macuerum fœminam* exhibet.
Figura ſecunda *Macuerum marem* repræſentat.

SES EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Macueer-plant het wyfje.

Wy ſcheiden nu allenskens van de Bergen, en komen in de valleien, daar alles met ruigtens verwert, door malkander loopt, en te nauwer nood te paſſeeren is, als zynde daar in te zien meeſt alle ſlingerende Heeſteren en Kruiden, boven in 't zevende en negende Boek beſchreeven. Nu reſteeren nog twee of drie eigentlyke Kruiden, die wy nu hier ſtellen zullen, voor eerſt komt ons voor den gezelle der donkerheid Macuerus, *waar van men twee zoorten maakt, wyfken en manneken, dog zoo veele verſchillende, dat ik ieder een Hoofdſtuk moet geven.*

Macuerus fæmina, *of eigentlyke* Macuerus *laten wy voor 't manneken gaan, om dat ze gebruikelyker en bekender is, het is een dikſtelig kruid, een ſpan of een voet hoog, de ſteel is een ſchaft dik, rond, of weinig vierkantig, ſappig, enkel, in wyde leden verdeelt, daar aan twee bladeren tegens malkanderen ſtaan, met hun vieren in 't kruis, zy gelyken wat na de Valeriana, agter ſmal tot den ſteel toe, en vooren breed, zeven en agt duimen lang, ruim drie vingeren breed, aan de kanten gezaagt, ſlap, met een groote middelzenuwe, en zeer ſchuinze ribben, die van onderen zeer uitbuilen, bruinagtig zyn, en het blad wat rimpelig maken, zwart-groen van couleur.*

De ſmaak is moeskruidagtig, dog wilt, en na de Varen trekkende. Aan het zelve lid ſtaan over dwers twee andere kleindere blaadjes, en rontom den ſteel een kroontje, van bruin-groene buiskens of kelkskens, boven in vyf ſpitzen geopent, daar uit komt eerſt een vuil-witte bloeme voort, hol als een vingerhoedje, met eenige ſtyve hairtjes daar in, dog dezer bloemen ziet men maar een of twee aan een kroontje teſſens geopent.

Na de bloeme waſt uit het midden tuſſen de baarden, een langwerpige vrugt als een Ziriboa, kwalyk een lid van een vinger lang, ligt-groen, met vuil-witte puntjes bezet, zoo ruig niet als de Siriboa, dewelke opgeregt in een kroontje rontom den ſteel ſtaat, en deze kroontjes ſtaan wervels gewyze boven malkander.

De wortelen zyn kort, uit veele vazelingen gemaakt, hangen los aan de aarde, en zyn ligt uit te trekken.

Naam. *In 't Latyn* Macuerus fæmina; *in 't Maleits* Daun laur, *en* Daun wawo; *in 't Amboins* Macueru.

Plaats. *Het waſt nergens dan in donkere ſchaduwagtige valleien, of donkere boſſen, daar rivieren doorlopen, en aan 't hangen der bergen, daar 't vol geboomte is.*

Gebruik. *Het is by de Inlanders een ſlegt moeskruid, die het zoo wel raauw eten, gelyk ander* Oelang oelang, *als onder* Katjang *gekookt, het ſmaakt ook wel raauw in ſtuksjes geſneeden in Limoenſap gedoopt, en met die eetbare Zeewormen gegeten, die men* Wawo *noemt, waar van het den toenaam heeft.*

De agt en Vyftigſte Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur de *Macueer-plant het wyfje.*
De tweede Figuur verbeeld de *Macuer-plant het mannetje.*

Fig. 1.
Fig. 2.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Macuerus mas. Asseut.

Præcedentis plantæ mari peculiare, uti diximus, caput dedimus, quum nimium ab ea differt, nec edulis est instar prioris.

Caules gerit crassos, altos, tres nempe quatuorve pedes, ultra digitum crassos, solidos, herbaceos, per longitudinem leviter striatos, instar columnarum in templis majoribus striatarum, in amplos articulos distinctos, sed qui non admodum notabiles sunt, cuivis articulo folium adstat, & in subsequenti articulo ipsi aliud oppositum, ac sic porro alternatim usque ad summum. Tales crassi caules copiosi ex una progerminant radice, quæ est congeries, ex multis constans fibrillis uti in Filice.

Folia palmam longa sunt, tres quatuorve digitos lata, illis Sombong similia, inferius angustata usque ad ortum, unaque folii dimidia pars multo latior est altera, ad oras sunt profunde dentata, in obtusum & flaccidum excurrentia apicem, crassis & obliquis venis donata, quarum maximæ prope nervum medium concurrunt, & oblique antrorsum terminantur, saporis Filicini. Cuivis articulo verticillus inponitur, seu coronula ex multis compactis cellulis vel thecis composita, quæ foliola gerunt acuta & pallide virentia, uti in Sajor bajang, sed multo majora, & in tres quatuorve cohortes distincta. In his cellulis conspiciuntur albi flosculi stellati, ex quinque petalis compositi minimis, atque in infima harum cellularum parte latet pusillum, paucum, & arenosum quasi semen, quod durum est, & ex fusco nigrum.

Nomen. Latine *Macuerus mas*; Malaice *Macueru lacki lacki*; Amboinice *Asseut*; Ternatice *Goheka mafalla*, h. e. Malaice *Roema codoc*, seu Ranarum domicilium.

Locus. In frigidis & humidis crescit vallibus juxta flumina, & sub arboribus, ubi aliquando quam maxime luxuriose crescit ad quinque sexve pedum altitudinem, caulem gerens gramineum, binos digitos crassum.

Usus. In cibo non adhibetur, sed ad capitis lavationem, quum hoc fit æstu agitatum, refrigerat enim quam maxime, & capillos excrescere facit.

SEVEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Macueer-plant het mannetje.

Het mannetje van 't voorgaande, hebben wy, als gezegt, een byzonder Hoofdstuk toegevoegt, om dat het te veel daar van verschilt, en ook niet eetbaar is, gelyk het voorige.

Het heeft dikke hoge steelen, drie en vier voeten hoog, ruim een vinger dik, massief, kruidagtig, en slap, in de lengte gevorent, als de gestreepte Columnen in de groote Kerken, ook in wyde leden verdeelt, dog niet zeer kennelyk: aan ieder lid staat een blad, en aan het volgende lid tegen over wederom een, zoo voorts verwisselt tot boven toe, zulker dikke steelen komen veele uit eene wortel, dewelke is een klomp van veele vazelingen, gelyk aan het Varen-kruid.

De bladeren zyn een hand lang, drie en vier vingeren breed, die van 't Sombong wat gelyk, agter toesmallende tot aan den oorsprong, en de eene helft van 't blad is veel breeder dan de andere, aan de kanten grof getant, met een smal en slap spitsje, grove en schuinse aderen, waar van de grootste agter by de middelzenuwe t'zamen stooten, en schuins na vooren lopen, Varenagtig van smaak. Aan ieder lid staat ook een wervel of kroontje van veele in malkander gedrongene huiskens of cellekens, van ligtgroene spitse blaadjes gemaakt, gelyk aan de Sajor bajang, dog veel grooter, dewelke in drie of vier troepen verdeelt zyn. In deze huiskens ziet men kleine witte bloemkens gesternt en van vyf kleine blaadjes gemaakt, in 't onderste van deze huiskens schuilt klein, weinig, en zandig zaad, hart, en zwart-bruin.

Naam. *In 't Latyn* Macuerus mas; *in 't Maleits* Macueru lacki lacki; *in 't Amboins* Asseut; *op Ternaten* Goheka mafalla, *dat is in 't Maleits* Roema codoc, *of vorsche woninge.*

Plaats. *Het wast in koude en vogtige valleien, langs de rivieren, en naaste bomen, daar 't zomtyds zoo weelderig opschiet tot vyf en ses voeten boog, met een grasagtigen steel, van twee vingeren dik.*

Gebruik. *Het wert in de kost niet gebruikt, maar wel tot het hoofdwassen, als 't zelve verhit is, want het verkoelt kragtig, en maakt met eenen, dat het hair wast.*

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Lomba. Aupalulang pœti.

Lomba numeratur sub genere *Aupalulang*, ac cognominatur alba, seu femina. Pusillus frutex est, quinque sexve pedes altus, uno alterove caule adsurgens, qui tam graciles & flaccidi sunt, ut aliis sæpe adcumbant, non vere lignosi, intusque aquosa medulla repleti, in articulos distincti instar arundinum, sed nodi magis protuberant, stipes raros gerit laterales ramos, & internodia trigona sunt, quorum tertium latus sulcatum est.

Ex quovis superiorum articulorum simplex excrescit folium, rotundum, cordiforme quodammodo, non dentatum, superius in parvum desinens apicem, ad folii inferiorem sulcatamque partem petiolus penetrat, qui spithamam longus est, & superius sulcatus.

Folium novem pollices longum est, duodecim ac tredecim latum, inferius quindecim nervis prope petiolum concurrentibus, ipsius sapor est oleraceus, & odorem quodammodo habet Aupalulang seu Petasitidis, quam maxime flaccida sunt hæc folia, ac mox emarcida sunt, quum decerpantur. Ex quavis foliorum ala bini tresve breves excrescunt petioli, quorum quivis sustinet sex septemve longos fructus, virides, ac Siriboæ similes, vix pollicem crassos, quatuor pollices longos, alii articulum digiti longi sunt, ac culmum crassi, semper erecti.

Maturi fructus flavi sunt ac molles, granulosi, acsi arena vel Nicotianæ semine adspersi essent, saporis fatui, atque hos fructus pueri in ore deglubunt ac comedunt. Radix multiplex est, & deorsum vergens.

Nomen.

AGT EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Lomba-plant.

Lomba *wert gerekent onder de geslagten van* Aupalulang, *en bygenaamt het witte of het wyfken. Het is een kleine heester, van vyf en ses voeten hoog, met een of twee steelen opschietende, zoo rank, dat ze dikwils tegens andere moeten aanleunen, niet regt houtagtig, en binnen met een wateragtig merg vervult, in leden verdeelt als Bamboesen, dog de leden builen wat meer uit. Den stam heeft weinige zydetakken, en de tussenleden zyn driezydig, waar van de derde zyde gevorent is.*

Uit ieder van de bovenste leden komt een enkelt blad, rond, eenigzints hertformig, ongetant, vooren met een klein spitsje, agter in de keep wert den steel ingelaten, die een span lang, en boven gevorent is.

Het blad is negen duimen lang, twaalf en dertien duimen breed, beneden met vyftien zenuwen, by den steel t'zamen stootende, haar smaak is moeskruidagtig, dog rieken een weinig na Aupalulang of Petasites, zy zyn zeer slap, en hangen straks verslenst, als men ze afbreekt. Uit ieder schoot der bladeren komen twee of drie korte steelen, waar van ieder draagt zes of zeven lange vrugten, groen, en de Siriboa gelyk, schaars een duim dik, vier duimen lang, andere een lid lang, een stroohalm dik, en staan altyd overeind.

De rype vrugten zyn geelagtig, en werden week, met veele kleine korreltjes als zand of Tabakszaad bezet, laf van smaak, die de kinderen in de mond afstropen en eten. De wortel is veelvoudig, en neerwaarts gaande.

Nomen. Latine *Lomba*; Malaice & Baleyice *Sajor lomba*, forte a flacciditate; Amboinice *Aylaun tabur*; in Hitœa *Aupalulang pœti*; quum referunt hanc ad *Petasitidem* supra libro sexto descriptam.

Locus. Sponte crescit in levibus minoribus silvis ad montium pedes, in desertis hortis, & ad fluminum ripas, ubi terra silvestris vera est, sed in Amboina non multum nota vel obvia est hæc planta, copiose reperitur post Hœconalo ad montium adscensum, in præruptis locis vel desertis hortis. In Baleya magis luxuriat & major est, multis extensis gaudens ramis, instar *Trong* seu *Solani esculenti*. Fructus ibi magnitudinem adquirunt vulgaris Siribo æ.

Usus ejus in Amboina rarus est, quidam ejus foliis obvolvunt Majang recenter vulneratum, e quo succum elicere student, atque hinc denominant eam *Oebat saguweer*, seu *Emplastrum saguеri*, in Baleya & Java folia instar oleris eduntur tam cruda, quam in aqua tepida parum macerata, hæc folia fricta & epotata, vel cum Aniso contrita eos curant, qui contusionibus vel lapsu interne vulnerati sunt.

Fructus luteos maturos pueri edunt, isti quoque cum Pinanga, vel soli masticantur contra tussim. Leytimorenses eam adnumerant *Oebat swangi*, ejus enim radicem masticant cum pauxillo Pinangæ & Zingiberis, & irrorant hoc succo eos, ac præsertim pueros, qui infecti sunt incantamento quovis vel veneno, quod ipsis dicitur *Matta pannas*.

Amboinense nomen inde obtinuit, quum folia ejus adhibeantur ad tumentes testes, si illa involvantur tenero Musæ folio, supra ignem torreantur, & ipsis inponantur. Tota herba aquæ & aceto incocta, addito Zingibere & Amboinensi sale q. s. propinatur contra ventres tumidos & Hydropicos, tota quoque folia abdomini involvuntur, præstans etiam est herba vulneraria contusa, & externe inposita.

Tabula Quinquagesima nona

Ad Figuram primam *Lombam* exhibet cum ejus *fructu* A *separato*.
Figura secunda *Globbam* sistit *uviformem*, Cap. 31. descriptam.

OBSERVATIO.

Lomba hæc *Saururi* sine dubio species est, ac proxime convenit cum illo, qui *Saururus* arborescens foliis amplis rotundis & umbilicatis a *Plum.* dicitur in *descr. pl. Americ.* & *Tab.* 74. delineatur. Hujus autem aliæ species domesticæ supra libro nono descriptæ sunt.

Naam. *In 't Latyn* Lomba; *in 't Maleits en Baleits* Sajor lomba, *misschien van zyne slappigheid*; *in 't Amboins* Ay laun tahur; *op Hitoe* Aupalulang pœti, *om dat ze 't rekenen onder de* Petasites, *boven in 't sesde boek beschreeven.*

Plaats. *Het wast van zelfs in de ligte kreupelbosschen aan 't hangen der bergen, verlate tuinen, en aan de kanten van de rivieren, daar het regte boschaarde heeft, dog het is in Amboina niet veel bekent. Men vindt het veel agter Hoeconalo, aan 't opgaan der Bergen of afgevalle Landen, en verlate tuinen. Op Baly wast het weeldriger en grooter, met veele uitgespreide takken, gelyk de planten van* Trong, *of* Solanum esculentum. *De vrugten werden aldaar zoo groot als een gemeene Siriboa.*

Gebruik. *Hier in Amboina heeft het weinig gebruik, zommige verbinden met zyne bladeren den vers gesneeden Majang, dien ze teifferen willen, en hieten het daarom* Oebat saguweer, *of* Saguweers-pleister, *op Baly en Java werden de bladeren gelyk ander Sajor gegeten, zoo raauw als een weinig in warm water gedompelt, dezelve bladeren gezoden, en ingedronken, of met Anys gewreeven, genezen die geene, die door slooten of vallen gekneust, en van binnen verzeerd zyn.*

De vrugten, als ze geel en ryp zyn, eten het jonge volkje zoo raauw uit de hand, dezelfde vrugten te degen ryp zynde, werden of met Pinang of alleen gegeten tegens den hoest. De Leytimoresen tellen 't onder Oebat swangi, *want zy kaauwen zyn wortel met een weinig Pinang en Gember, besproejen daar mede die geene, inzonderheid de kinderen, die beledigt zyn door eenig tovergezigt, of gelyk zy zeggen* Matta pannas.

Den Amboinesen naam heeft het daar van, dewyl de bladeren gebruikt werden tot geswolle klooten, als men dezelve in een jong Pissang blad windt, over 't vuur braadt, en dan daar over bindt. Het geheele kruid in water en azyn gezoden, daar by gedaan, Gember, Amboins zout q. s. werd gedronken tegens geswolle en waterzugtige buiken, de geheele bladeren bindt men ook op den buik, het is ook een goed wondkruid gestooten, en van buiten opgelegt.

De negen en Vyftigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Lomba-plant*, met deszelfs *vrugt* A *afzonderlyk*.
De tweede Figuur wyst aan de *Druifvormige Globba-plant*, in het 31. Hoofdstuk beschreeven.

AANMERKING.

Deze *Lomba* is zonder twyfel een zoort van de *Saururus*, en komt het naast overeen met die geene, welke de boomagtige *Saururus* met breede, ronde, en navelagtige bladeren van *Plumier* genaamt wert in de *beschryving* der *Americaansche gewassen*, en op de 74 *Plaat* verbeelt wert. Hier van zyn boven in het begin van het negende boek meer tamme zoorten beschreeven.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Globba longa. Globba.

Galanga major in hisce Orientalibus insulis silvestrem habet speciem, quæ mixtam gerit formam hujus *Galangæ* & *Cardamomi* majoris, sed sine ulla notabili vi aromatica, quam itaque in octavo libro sub Galangæ speciebus non reduximus, sed hic ad silvestres plantas retulimus, vulgo *Globba* vocatur, & in quatuor primarias distinguitur species, quarum ultima hisce in terris exotica est, & quinta penitus silvestris, sunt autem subsequentes, primo *Globba longa*; secundo *Globba crispa*; tertio *Globba uviformis*; quarto *Globba Maccassarensis* seu *acris*; quinto *Globba silvestris*.

Primo. *Globba longa* seu *vulgaris*, est altus herbaceus frutex, forma & modo crescendi *Galangæ* simillimus, excepto quod caudex multo altior, & folia majora sint. Radix cum illa Galangæ omnino convenit, sed multo longior & crassior, transversaliter in terra prorepens, in articulos distincta, robusta & dura, albicans ac sine fuscis pelliculis, interne lentis fibris distincta, non aromatica, sed parvum Galangæ modo spirans odorem.

Sæpe

NEGEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De lange Globba.

De Galanga major *heeft in deze Oosterze Eilanden een wilt geslagte, een gemengt fatzoen dragende, van dezelve* Galanga *en groot* Cardamom, *dog zonder naamwaardige specceryagtigheid, die wy daarom in 't agtste Boek onder de Galanga zoorten niet gezet, maar hier onder de wilde kruiden gespaart hebben, men noemt ze in 't gemeen* Globba, *en werden gedeelt in vier principale zoorten, waar van de laaste hier te Lande vreemd is, en de vyfde hebben wy voor gants wild gestelt, zynde als volgt, ten eersten* Globba longa, *ten tweeden* Globba crispa, *ten derden* Globba uviformis, *ten vierden* Globba Maccassarensis *of* acris; *en ten vyfden* de wilde.

I. Globba longa *of de gemeene* Globba, *is een hooge kruidagtige Heester, in gedaante en maniere van wassen, de Galanga zeer gelyk, behalven dat den stam veel hooger, en de bladeren veel grooter zyn. De wortel is ten eene maale de Galanga gelyk, dog veel langer en grover, dwers in de aarde kruipende, in leden verdeelt, robust en hart, witagtig, zonder bruine vellen, van binnen met taaje draaden, niet specceryagtig, maar slegts een weinig na Galanga ruikende.*

Zy

Fig. 1.
A
Fig. 2.

Sæpe parum supra terram eminet, ac subtus multas gerit crassas & lentas fibrillas, quibus tam firmiter terræ infixa hæret, ut neutiquam evelli possit, ac difficulter effodiatur. Ex hac transversali radice altissimi & recti eriguntur caules, inferne nodosi, ac tuberosi, uti in cunctis Galangæ speciebus, atque hoc tuber magnitudinem habet vulgaris Cepæ.

Caulis trium pedum altitudinem habet, antequam in folia sese explicat, atque in apicem acutissimum instar subulæ terminatur, estque firmus, rotundus, viridis, & rectissimus instar pistilli sclopeti, interne ex multis pelliculis seu involucris compositus, dein caulis hic altitudinem duodecim & quindecim pedum obtinet, æqualiter crassus pollicem seu medium digitum, inferius ad quatuor pedum altitudinem nudus, reliqua pars binos gerit foliorum ordines alternatos, quæ omnino cum illis Galangæ conveniunt, excepto quod majora & crassiora sint, binos & binos cum dimidio pedes longa, binas palmas lata, tenuia & glabra, instar chartæ membranaceæ, oris æqualibus, quæ tamen semper quodammodo sinuosæ sunt, in medio crassum gerunt nervum, qui inferius protuberat, & superius concavus est, ex hoc innumeræ, tenues, & densæ oblique ad oras decurrunt venulæ, juxta quas folium etiam finditur, sique adcurate examinentur, non tam oblique decurrunt, nec tot formant sinus quam in Galanga, maximæ & longissimæ in medio ad palmæ circiter latitudinem distant, sed superiores minores sunt, angustiores, & compactiores, hæc quoque folia nullo modo acria sunt instar illorum Galangæ.

Hi caules ac folia nil videntur efficere, quum nil proferant, fructus enim verus ex peculiari provenit caule e radice, quales excrescentias supra in octavo libro *Hypophyta* nominavimus.

Hypophyton itaque *Globbæ* pedis circiter altitudinem obtinet, atque optime illud Banglæ vel Zingiberis refert, est nempe clava utrimque acuminata, tres quatuorve pollices longa, binos crassa digitos, atque ad semipedis altitudinem supra terram elevatur. Clava hæc obvoluta & arcte clausa est pelliculis ex fusco rubentibus parum maculatis & crassiusculis, squamas referentibus, atque inter superiores hic & illic flosculus eminet, longo gaudens tubo, sed superius in tria petala distinctus, sique progerminat, roseum gerit colorem, atque interne corniculum gerit album, sed cito pallescit & marcescit.

Clava maturescente hæ pelliculæ flavæ sunt, ac parum dehiscunt, intus repletæ muco lento instar albuminis Ovi, atque in eo latitant fructus ab octo ad octodecim oblongi, in tribus quatuorve stratis succescive decumbentes, paulo minores & planiores minore digito, angulosi quoque, & externe pelliculis flavis obducti, parum incurvati, inferius obtusi, & semi aperti, in superiore & angusta parte longis venis vel fibris aucti, quibus sibi nectuntur & adjacent in clava. Horum fructuum inferiorem seu latissimam partem, quæ semi aperta est, si denudemus, tum oblongam conquirimus glebam compositam ex nigris granis circa nervum medium sibi adhærentibus, & argenteo quasi muco obductis.

Hæc congeries magnam habet similitudinem cum magno Javanico Cardamomo, ita ut pro una eademque haberentur re, sed sapor maxime differt, Globba enim gratum & acidulum habet saporem, ad illum Ribesiorum accedentem, si nempe bene matura sint, quod cognoscitur, si clava sit semi putrida & aperta, interna grana nigra, & mucus argenteus rite humidus, alioquin enim minus acida sunt, & dentes hebetantia, nulla porro adest aromatica vel acris vis, quæ in Cardamomo percipitur.

Matura gratum spirant odorem, ac tam fortem, ut mox percipiatur, quum in domum deferantur, hæc enim granula unica plantæ pars est, quæ edi & usui esse possunt.

Nomen. Latine *Globba longa*; Malaice & Ternatice *Globba*; verum autem Malaiense nomen ignotum est, & ad distinctionem subsequentium specierum vocatur *Globba cussi* ob similitudinem germinorum tenerorum Pinangæ, quæ in corde seu Djantong locantur, & nunquam maturescunt.

Belgæ

Zy kykt dikwils een weinig boven de aarde uit, en van onderen heeft ze veele dikke en taaje vazelingen, waar mede zy zoo vast aan de aarde hangt, dat ze geenzints uit te trekken is, en moejelyk uit te graven. Uit deze dwerswortel schieten zeer hooge en regte steelen op, die beneden een knop hebben, gelyk alle Galanga zoorten, zoo groot als een middelbare Ajuin.

De steel schiet tot drie voeten hoog op, eer hy zig in bladeren verdeelt, boven spits als een els, styf, rond, grasgroen, en zoo regt als een stamper van een roer, binnen uit veele vellekens of omwintzels gemaakt, daar na schiet dezen steel op tot de hoogte van twaalf en vyftien voeten, in een eenparige dikte, van een duim of middelvinger, van onderen ruim vier voeten blood, de rest is bezet met twee rygen bladeren, verwisselt tegens malkanderen staande, t'eenemaal met die van Galanga overeenkomende, behalven dat ze grooter en grover zyn, twee en twee en een halve voeten lang, twee handen breed, dun en glad, als parkement, met effene kanten, dewelke egter altyd wat bogtig staan, zy hebben in de midden een dikke zenuwe, dewelke beneden uitbuilt, en boven hol is. Van deze lopen ontelbare fyne en digte adertjes, schuins na de kanten, langs dewelke het blad ook scheurt, en als men die naauw beziet, lopen ze zoo schuins niet, nog maken zoo veele plooijen als in de Galanga. De grootste en langste staan in de midden, omtrent een hand breed van malkander, maar de voorste zyn kleinder, smalder, en digter op malkander, deze bladeren zyn ook gants niet scherp, zoo als die van de Galanga.

Deze takken en bladeren zyn vooren niet met al, want daar wast niets anders aan, maar de regte vrugt komt uit een byzonderen steel uit de wortel, diergelyke uitwassen wy boven in 't agtste boek Hypophyta *genoemt hebben.*

Het Hypophyton *dan van* Globba *is omtrent een voet hoog, en gelykt best na dat van Bangle of Gember, te weten een kolve onder en boven toegespitst, drie en vier duimen lang, twee vingeren dik, staande omtrent halve voets hoogte boven de aarde. De klove is bekleed en digt gesloten, van bruin-roode wat gesprikkelde en aikagtige vellekens als schubben, en tussen de bovenste kykt hier en daar een bloempje uit, lankhalzig, dog vooren in drie blaadjes verdeelt, als zy uitkomt roose-verwig, binnen in met een wit hoorntje, dog verbleekt, en slenst haastig.*

De kolve nu rypende werden deze vellekens vaal, en gaan wat van malkander, zynde binnen vol taajen slym, als het wit van een ey, en daar in schuilen van agt tot agttien langwerpige vrugten, drie of vier lagen agter malkander staande, wat korter, en platter dan een kleine vinger, ook wat hoekig, van buiten mede met vale vellekens bekleed, en een weinig krom, beneden stomp, en half geopent, aan 't bovenste en smalste eind met lange aderen of riempjes, waar mede zy in de kolve tegens malkander leggen. In deze vrugten of tonen, als men ze van onderen of het breedste hoofd, 't welk half geopent is, schilt, zoo bekomt men een langwerpig klompje, van zwarte korrels, rondom een middelzenuwe aan malkander hangende, en met een zilver-verwigen slym bedekt.

Deze klomp heeft groote gelykenisse met het groote Javaansche Cardamom, zoo dat men ze voor eenderlei dingen zoude aanzien, maar de smaak verschilt veel. Want de Globba *heeft een aangenaame rinze smaak, na Aalbezien trekkende, te weten als zy ter degen ryp zyn, 't welk men bekent, als de kolve half verrot, en geopent hangt, de binnenste korrels zwart, en de zilverslym te degen vogtig is, want anders zyn ze vry wat zuur, en de tanden stomp makende, voorts zonder eenige specery agtigheid of scherpigheid, gelyk men in Cardamom gewaar werd.*

De rypen hebben ook een aangename geur, en zoo sterken reuk, dat men ze straks gewaar werd, als men ze in een huis brengt. Zynde deze korrels het eenigste, dat men van deze planten eten en genieten kan.

Naam. *In 't Latyn* Globba longa; *In 't Maleits en Ternataans* Globba, *want by de regte Malyers is het onbekent, en tot onderscheid van de volgende zoorte* Globba cussi *genaamt, na de gelykenisse van de jonge scheuzelen der Pissangs, die aan het hert of Djantong staan, en nooit ryp werden.*

De

Belgæ inpudico nomine vocant *Sergiants Klooten*, seu testes militis veterani, quos nullo modo referunt, sed multo melius, uti diximus, minores æmulantur digitos, ac proinde hoc incomptum nomen delendum est, vel relinquendum est Javano fructui *Wani* libro primo in Capite de *Manga fœtida* descripto; Amboinice *Ampan*, & *Unipa*; in Lœhœa *Una nepa*.

Locus. Semper silvestris est, potissimum in vallibus crescens, & ad pedes montium, ubi solum est durum & argillosum, humidum, frigidum, & lapillis mixtum, ubi totæ areæ hac planta refertæ inveniuntur, atque omnes hæ plantæ radicibus nexæ sunt & sibi adhærent, adeoque densæ, ipsarumque caules & folia tam intricata sunt, ut quis vix possit permeare, ac præterea solum tot putridis foliis & caulibus adeo tectum est, ut clavæ cum fructibus vix detegi possint, sique sol circa hunc locum maxime æstuat, multum tribuit virtuti hujus plantæ & fructus, qui calore & putrida hac crusta melius maturescit, quum fructus isti, qui in frigidis & umbrosis crescunt locis, diu acidi sunt. Ipsorum patria sunt omnes Orientales Provinciæ, Amboina, Moluccæ, Cerama, & insulæ ad Eurum sitæ Gorama, Cussuwuy, Kaya, &c.

In Java quoque minor hujus reperitur species, sed virtute multum cedit Amboinensi, unde vera ibi ex Amboina deferenda est per radices recentes, quæ terræ committendæ sunt, transplantari enim potest instar Galangæ. In Amboina regio Leytimora præcipue hac referta est, unde per totum siccum anni tempus venalis est in foro pro vili pretio, sed longe in montibus rite matura grana petenda sunt, quum proximæ valles continuo a pueris perlustrantur & spoliantur.

Usus. Fructus potissimum crudi eduntur, quum grati sunt stomacho per acidulum saporem, præsertim calidis diebus, sitim etiam sedant, nec super bibendum est, quum plerumque flatus & alvi tormina caussant. Possunt etiam sacchаro & pauxillo vini frigere, toti nempe isti digiti, si pelliculæ desquamatæ sint, quum gratum præbent cibum, qui salubris est debili, & vino defatigato stomacho, sique alvi constipatio requiratur, digiti quidam non desquamati & conscissi aceto etiam condiuntur, quod inde acrius est & magis acescit, sed insuper peculiarem hinc conquirit saporem, multis ingratum, adduntur quoque Towak recenti, Europæisque cerevisiis, quum incipiant acescere, sique per aliquot dies ferventi hæ exponantur soli, in acetum degenerant.

Nullum animal nigra Globbæ grana digerere potest, quæ non conmolita per dentes deglutit, sed tota iterum deponit, quæ plerumque in novos excrescunt frutices, uti libro primo de Guajavi granis dictum fuit.

Radicum discrimen inter vulgarem & sequentem *Globbam crispam* hoc est. Vulgaris Globba maximas gerit radices, ultra pollicem crassas, transversaliter in laterales distinctas ramificationes, & articulatas instar Galangæ. Inferius caulis tuber rubet, sed non ita quam in Languas.

Globba durion fere digiti crassitiem habet, in laterales quoque distincta ramificationes, pluresque ac tenuiores gerit fibrillas, tuber ejus ac caules virides sunt. *Globba papua mera* tenuissimas profert radices, minimum digitum crassas, & in longiores distinctas ramificationes cum tenuioribus fibrillis.

De Nederlanders met een ombeschaamt woord noemen ze Sergiants-klooten, *daar ze nog niet met al na gelyken, maar veel beter, als gezegt, na kleine vingeren, en dierhalven dezen mallen naam billyk uit te roejen is, of kan gelaten worden aan de Javaanse vrugt* Wani Lib. 10. *in 't Hoofdstuk van* Manga fœtida *beschreeven, in 't Amboins* Anipan *en* Unipa; *op Loeboe* Una nepa.

Plaats. *Het wast altyd in 't wild, meest in valleijen, en aan 't hangen der bergen, daar een harde kleigrond is, vogtig, koud, en met steenen gemengt. Men vindt 'er geheele plaatzen mede beslagen, met de wortelen meest aan malkander hangende, en zoo digt van takken of steelen, dat het kwalyk te passeeren is. Daar en boven is de grond met zoo veel verrot ruig en bladeren bedekt, dat men de kolven met haare vrugten kwalyk vinden kan, en als de zonne dapper op deze plaatze brand, zoo helpt het veel tot de deugd van deze vrugt, die door de warmte en dat verrotte ryzig te beter ryp word, daar die geene, die in koude en schaduwagtige plaatzen voortkomen, lange zuur blyven. Haar Vaderland zyn alleen de Oosterse Provintien, Amboina, de Moluccos, Ceram, en de Suidooster Eilanden Goram, Cussuwuy, Key, &c.*

Op Java valt ook een kleine zoorte daar van, maar in deugd veel van 't Amboinse verschillende, daarom men de regte uit Amboina derwaarts brengen moet, met de versche wortelen in de aarde gesteeken, want zy laten zig verplanten gelyk de Galanga. In Amboina is inzonderheid het Landje Leytimor vol daar van, dus men de geheele drooge Moesson over op de markt te koop vindt voor geringe prys, dog men moet wat ver in 't Gebergte gaan, als men ter dege rypen wil hebben, om dat de naaste valeijen gedurig van de jongens door gezogt werden.

Gebruik. *Deze vrugten werden meest raauw gegeten, zynde wegens haare rinsheid den magen aangenaam, inzonderheid by hete dagen, zy verslaan ook eenigzints den dorst, en men moet daar ook niet op drinken, dewyl zulks gemeenlyk winden en buikpyn veroorzaakt. Men kan ze ook met zuiker en een weinig wyn stoven, namentlyk de geheele vingeren, daar van de schellen afgenomen zyn, wanneer ze een aangenaame kost geven, gezond voor een slappe en verhuisde mage, en als 'er wat stoppinge vereist werd, men smyt ook eenige vingeren ongeschilt in den azyn, dewelke daar van wel sterk en zuur werd, maar bekomt daar van een byzonderen smaak, die by veele niet aangenaam is, men smyt ze in den verschen Towak, en ook Europisen bieren, die beginnen zuur te werden, stelt het eenige dagen in de hete zonne, zoo werd daar azyn van.*

Geen dier kan de zwarte korrels van Globba verteeren, die ongebroken de tanden passeeren, maar geven ze geheel weer af, die dan gemeenelyk tot nieuwe struiken werden, gelyk in het eerste Boek van de Gujavos-korrels gezegt is.

Het onderscheid van de wortelen, aan de gemeene en de volgende Globba crispa *is aldus. De gemeene Globba heeft de grootste wortelen, ruim een duim dik, dwers in zydetakken verdeelt, en geleed als Galanga. De ondersten bol van den steel is roodagtig, dog minder dan aan Lanquas.*

Globba durion *is ten naasten by een vinger dik, mede in zydetakken verdeelt, heeft meer en dundere vazelingen, de bollen en steelen zyn gras-groen.* Globba papua mera *heeft de dunste wortelen, een pink dik, en in langer takken verdeelt, met nog fynder vazelingen.*

Tabula Sexagesima

Globbam exhibet *longam* cum ejus *Hippophytis* AAAA, quæ *flores* ac *fructus* proferunt.

Litt. B *flores* sistit *Globbæ rubræ crispæ*, *Capite* trigesimo *descriptæ*.

Litt. C ejus *fructus* denotat *conlectos*, cum *uno* D *separato*, ut justa ejus forma conspiciatur.

De Sestigste Plaat

Vertoont de *lange Globba-plant*, met deszelfs *uitwassen* AAAA, die de *bloemen* en *vrugten* voortbrengen.

Lett. B wyst aan de *bloemen* van de *gekrulde roode Globba*, in het dertigste *Hoofdstuk* beschreeven.

Lett. C verbeeld deszelfs *vrugten*, met een D *afzonderlyk*, op dat deszelfs regte gedaante gezien mag werden.

OBSERVATIO.

Hæ Globbæ adfines sunt, uti recte monuit auctor, Galangis, Lampuis, & Cardamomis, quæ omnes plantæ supra *libro octavo* delineatæ & descriptæ sunt, quæ cum hisce itaque conferri possunt.

AANMERKING.

Deze Globbaas zyn vermaagschapt, gelyk onze Schryver te regt vermaant heeft, aan de Galangaas, Lampoejes, & Cardamoms, alle welke planten boven in het *agtste boek* beschreeven en afgebeeld zyn, welke met deze derhalven moeten vergeleeken werden.

A
A
A
B
C
D
Fig. 1.

CAPUT TRIGESIMUM.

Globba crispa. Globba papua durion.

Secunda *Globbæ* classis rotundam exhibet & spinulosam, quæ ambæ foliatura & modo crescendi a præcedenti haud multum differunt, sed quædam in fructibus varietas est, atque in binas distinguuntur species, in viridem & rubram.

Primo. *Globba crispa viridis*, Malaice *Globba durioen idju*, fruticulum gerit instar prioris, sed breviores ramos, modo decem vel duodecim pedes altos, foliaque minora sunt, & magis compacta, ut & viridiora, viginti pollices longa, quatuor & quinque transversales digitos lata.

Radix transversaliter prorepit, pollicem circiter crassa, solidissima, dura, & in articulos quodammodo distincta, sed pelliculis destituta, huic adhærent copiosæ, crassæ, ac fortes fibrillæ, illis Galangæ similes, sed sine acri sapore. Caules inferius crassum gerunt tuber instar Cepæ, quo transversalibus incumbunt radicibus.

Hypophytum e peculiari humili provenit caule, transversalem palmam altum, tuber autem ejus ultra pugni magnitudinem habet, superius parum acuminatum, & compositum ex multis globis sibi adunatis, forma tubarum tenerarum Globbarum, sed quæ multo breviores sunt, & pellicula obductæ instar sacci, cujus superior pars oblongum emittit florem instar excipuli formatum, sed compactum, & sordide albicantem. Internæ glebæ similibus tenuibus pelliculis distinctæ sunt, quarum decem vel duodecim justam adquirunt magnitudinem, isti enim sacculi sensim putrescunt, atque ex ipsorum glebis rotundi excrescunt fructus, magnitudine rotundorum Prunorum, qui superius siccam venulam seu pelliculam gerunt instar emarcidi floris.

Putamen exterius crassum est, duriusculum instar semi maturarum Nucum avellanarum, intense viride, & curtis spinulis obsessum instar fructuum Dutræ seu Stramoniæ, interne tria locantur segmenta in tot cellulas distincta, composita ex similibus nigris granis, & muco sicco argenteo obducta instar vulgaris, sed hæc grana magis similia sunt Cardamomo, quod in similibus fruticulis, & eodem crescit modo uti Globbæ. Sapor non tam acidus est, quam in vulgari, sed magis dulcis & fatuus, paucus etiam odor est, unde ex multorum judicio vilior quam vulgaris.

Secundo. *Globba crispa rubra*, seu *Globba durion mera*, similes gerit caules quatuordecim & sexdecim pedes altos, ac similia folia, sed binis pollicibus breviora, angustiora, magisque pallide virentia, quales & caules sunt.

Hypophytum simili provenit modo, fructusque primo sacculis inclusi sunt, sed hi non tam magni sunt, magnitudinem enim globuli lusorii puerorum habent, ex rotundo trigoni, superius plani, cum emarcida vena seu pellicula floris residuo, brevioribus & rarioribus spinulis armati, externe rubentes, maturi sordide rubent seu gilvi sunt. Putamen tenuius est, sed lignosum quoque, ac maturum facile in tria confringi potest segmenta, atque interne tria similia locantur grana, sed minora, & delicatioris saporis quam præcedens.

Flores baccis insidentes, quum ipsorum vaginæ primo dehiscunt, flores referunt Curcumæ, qui pallidi sunt, ex luteo & pauco rubro variegati colore, atque in medio incurvum parvumque gerunt petalum loco pistilli. Ambo horum Hypophyta tam breves gerunt caules e radice, ut terræ incumbere videantur, atque hac in re cum Cardamomo etiam quadrant.

In quibusdam regionibus pelliculæ rubræ speciei acrem quodammodo habent saporem, ac fructus majores sunt Amboinensibus, quales sunt in Java & Banda, sed ideo non peculiares habendæ sunt species.

Nomen. Latine *Globba crispa viridis* & *rubra*; Malaice *Globba durioen* & *Globba papua*; prima species cognominata *Idjoe*, h. e. *viridis*, altera *Mera*, h. e. *rubra*, nomen gerentes ex fructuum colore & forma cum fructu *Durionis* supra libro primo descripti, ut & ex crispis capillis populi *Papuas* dicti; Ternatice *Globba boppolulo*, h. e. *rotunda Globba*; Amboinice *Anipan dureyn*.

DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De gekrulde Globba-plant.

Het *tweede geslagte van* Globba *zyn de ronde, en steekelige, beide in bladeren en wasdom, niet veel van de voorgaande verschillende, maar wel in de vrugten, en onderdeelt in twee zoorten, groene en roode.*

I. Globba crispa viridis; *in 't Maleits* Globba durioen jdju, *heeft een struikje als het voorgaande, dog kortere takken, te weten maar tien of twaalf voeten hoog, wat kleinder bladeren digt by malkander staande, en hooger-groen, twintig duimen lang, vier en vyf dwersvingers breed.*

De wortel kruipt dwers, omtrent een duim dik, zeer vast, hard, en eenigzints in leden verdeelt, dog mede zonder vellekens, daar aan hangen veele sterke en dikke vazelingen, de Galanga gelyk, dog zonder scherpen smaak. De steelen by haar onderstên hebben een harden bol, als een Ajuin, waar mede zy op de dwerswortelen staan.

Het Hypophyton *komt op een byzonderen lagen steel voort, een dwershand hoog, zynde de bol ruim een vuist groot, na boven wat toegespitst, en gemaakt van veele klonteren, digt tegens malkander staande, in de gedaante van jonge Globben-kolfjes, dog veel korter, en bekleedt met een buideken als een zaksken, wiens bovenste maakt een langwerpige bloeme, als een booze geformeert, dog tegen malkander gedrukt, en vuil-wit. De binnenste klonteren zyn met diergelyken buidekens onderscheiden, waar van maar tien of twaalf tot perfectie komen, want de voorschreeven zakjes verrotten met ter tyd, en werden deszelfs klontertjes ronde vrugten, in de grootte van ronde Pruimen, boven op een droog adertje of velleken dragende, als een verwelkte bloeme.*

De buitenste schaal is dik, hartagtig, als half rype Hasenoten, hoog-groen met korte doornen bezet, gelyk de vrugten van Dutter, *Dutra, of Stramonia, binnen in leggen drie struikjes, in zoo veel cellekens onderscheiden, gemaakt van diergelyke zwarte korrels, en met een zilveroverwige drooge slym overtrokken, gelyk de gemeene, dog deze gelyken nog al meer na Cardamom, 't welk aan diergelyke struiken, en op de zelve manier wast als deze Globbas. De smaak is zoo rins niet als aan de gemeene, maar zoeter en laffer, van weinig reuk, en dierhalven na veeler oordeelen slegter dan de gemeene.*

II. Globba crispa rubra, *of* Globba durion mera, *heeft diergelyke steelen, veertien en sestien voeten hoog, met diergelyke bladeren, dog wel een paar duimen korter, wat smalder, en ligter-groen, gelyk ook de steelen.*

Het Hypophyton *komt op dezelve manier voort, zynde de vrugten eerst mede in zakjes beslooten, dog deze werden zoo groot niet, te weten als een knikker, uit den ronden, drieboekig, boven plat, met een verwelkte ader of buideken, als een bloeme, met kortere en ydeler doorntjes, buiten roodagtig, de rype vuil-rood of vaal. De schil is dunder, dog mede houtagtig, de rype laat haar ligt in drièn duuwen; en binnen leggen drie diergelyke korrels, dog kleinder, en lieffelyker van smaak, dan de naast voorgaande.*

Het bloeizel boven op de besjes staande, als haare scheden eerst open gaan, gelykt wel na de bloeme van Curcuma, bleek of met geel, en een weinig rood gemengt, hebbende in de midden een krom blaadje, in plaats van 't pylaartje, beide deze Hypophyta hebben zoo korte steelen uit de wortel, dat ze op de aarde schynen te rusten, en daar inne ook met het Cardamom over een te komen.

In zommige Landen zyn de schillen van de roode zoorten wat scherp van smaak, en de vrugten zelfs wat grooter dan de Amboinse, gelyk zyn die men op Java en in Banda vindt, dog daarom voor geen byzondere zoorte behooren gereekent te werden.

Naam. *In 't Latyn* Globba crispa viridis & rubra; *in 't Maleits* Globba durioen, *en* Globba papua, *de eerste zoorte bygenaamt* Idjoe, *dat is* groene, *de tweede* Mera, *dat is* roode, *dragende haaren naam na de gelykenisse van de vrugt* Durioen, *boven in 't tiende Boek zoo beschreeven, en na de gekrulde haairen der volkeren* Papuas; *op Ternaten* Globba boppolulo; *dat is* ronde Globba; *in 't Amboins* Anipan dureyn.

Locus. Hæ species vulgatissimæ sunt in aliis regionibus, crescunt enim non modo in Amboina, Ceramа, & Moluccis, sed etiam in Java ac Celebe, & adjacentibus insulis, præsertim rubra species, viridis enim ibi ignota est.

Contra in Amboina rariores sunt, excepta prima longa, copiosiores sunt in Leytimora circa locum Lateri prope Passo Baguala. Rubra, quæ in Amboina obcurrit, Java vel aliunde videtur esse transportata, ibi enim parum differt ab Amboinensi tam magnitudine, quam acrimonia, nullumque ibi gerit indigenum nomen, excepto Belgico isto incompto nomine *Sergiants-klooten.*

Usus. Ambo hi fructus crudi eduntur maxime ad oblectamentum, sed rubra ubique prævalet, ipsorum putamina confringenda vel contundenda sunt, licet in rubra specie etiam manu conteri possint. Huc quoque pertinet rubra magna species, quæ in Ceramæ ora Boreali reperitur, sed maxime in sinu Hatives circa pagos Hatuwe, Saway, & Bessy, quæ Latine *Globba batuana* dici potest.

Ejus folium cum illo vulgaris Globbæ convenit, fructusque etiam ex brevi excrescunt Hypophyto e radice, sed ejus tuber magnitudinem habet capitis infantis, ejusque glebæ seu fructus formam gerunt proximæ rubræ speciei, sed duplo vel triplo majores sunt Amboinensibus, in obliquis ordinibus circa medium caulem locati, a dextra parte sinistrorsum vergentes, fere sine spinulis seu punctulis, superius plani, & in centro longa emarcida venâ, seu flaccido flore distincti, coloris sordide rubri seu gilvi.

Interne grana locantur nigricantia, majora quam in vulgari, aquoso muco obducta, saporis acidi, ac proinde non tam apte cruda edi possunt, in tria quoque segmenta distincta. Si adductores me non fefellerunt, hæc quoque species florifera erat, ex superioribus enim ramis, longus excrescebat caulis, ex quo supra sese invicem copiosi oblongi dependebant flores ejusdem formæ, quam in subsequenti capite de *Globba utan* describemus, coloris ex albo lutei & rubri.

Radix ejus erat uti in vulgari Globba, transversaliter per terram prorepens, sed crassior. Incolæ ibi ejus fructibus utuntur loci Limonum ad condimenta piscium acida reddenda.

Flores *Globbæ crispæ rubræ* ulterius descripti, ex clava proveniunt magnitudine ovi anserini, quæ constat ex oblongis & acutis squamis, simillima primo germini Cardamomi, inter quamvis squamam oblongus excrescit flos, superius sese aperiens in dependens labium coloris rosei, hic florifer corymbus uti & fructus naturali sua magnitudine in peculiari delineatur charta ac figura.

Tabula Sexagesima prima

Ad Figuram primam *Globbam* exhibet *crispam viridem.*
Figura secunda *Globbam* exhibet *crispam rubram.*

Plaats. *Deze zoorten zyn de gemeenste in andere Eilanden, want zy wassen niet alleen in Amboina, Ceram, en de Moluccos, maar ook op Java, en Celebs, en daarom leggende Eilanden, inzonderheid de roode zoorte, want de groene is daar onbekent.*

Daar en tegen in Amboina vallen ze weiniger dan de eerste lange, de meeste vindt men op Leytimor, omtrent de plaats van Lateri, by de Passo Baguala. De rooden, die men in Banda heeft, schynen van Java of elders daar in gebragt te zyn, want men vindt ze daar weinig verschillende van de Amboinsche, in grootte en scherpigheid, hebbende geen Inlandse naam, behalven den mallen Duitsen naam Sergiants-klooten.

Gebruik. *Beide deze vrugten werden raauw uit de hand gegeten, meest tot pleisier, zynde de roode over al voor-getrokken, de schalen moet men in stukken byten of kloppen, hoewel men ze aan de roode ook in stukken duwen kan. Hier toe behoort de groote roode zoorte, die men op Cerams Noordkuste meest in de bogt van Hative, omtrent de Dorpen Hatuwe, Saway, en Bessy groejende vindt, die men in 't Latyn* Globba hatuana *konde noemen.*

Het blad is de gemeene Globba gelyk, en de vrugten komen ook aan een kort Hypophyton voort, uit de wortel, dog deze klomp is zoo groot als een kinder-hoofd, en zyne klonteren of vrugten hebben de gedaante van de naaste roode zoorte, dog wel twee of driemaal grooter dan de Amboinsche, in schuinze rygen om de middelsteel staande, van de regter na de slinker hand gaande, schier zonder doornen of pukkeltjes, boven plat, en in de midden met een lange verwelkte ader of bloem, van verre vuilrood of vaal.

Binnen leggen zwartagtige korrels, grooter dan aan de gemeene, met een wateragtig slym bekleed, zuur van smaak, en daarom niet zoo bekwaam om raauw te eeten, mede in drie klontertjes verdeeld. Zoo my de brengers niet geabuzeert en hebben, zoo was deze zoorte mede bloemdragende, want uit de bovenste takken kwam een lange steel voort, daar aan hingen boven malkanderen vele langagtige bloemen van het zelve fatzoen, gelyk wy in 't volgende Hoofdstuk van Globba utan *zeggen zullen, wit-geel, en rood van couleur.*

De wortel wast als aan onze gemeene Globba, *dwers in de aarde kruipende, dog dikker. De Inlanders aldaar gebruiken de vrugten in plaats van Lemoenen, om haare vissoppen zuur te maken.*

Het bloeizel van Globba crispa rubra *nader beschreeven, is een kop in de grootte van een Gansen ei, gemaakt van langagtige en spitze schubben, zeer gelyk het eerste uitspruitzel van Cardamom, tussen ieder schubbe komt een langhalzige bloeme voort, boven zig openende in een afhangende lip, van couleur rozeverwig, de bloejende tros als mede de vrugt in haar natuurlyke grootte, werd op een byzonder papier vertoont.*

De een en Sestigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *groene gekrulde Globba.*
De tweede Figuur wyst aan de *roode gekrulde Globba.*

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Globba uviformis. Makui.

Tertia classis nomen gerit *Globbæ silvestris*, sed pro peculiari planta, seu specie *Banglæ Malaccæ* habetur, supra libro octavo descriptæ, ac proprie *Makui* vocatur, saltem mixtam utriusque gerit formam, crescendi modo minor est vulgari *Globba.* Caules ejus sunt duodecim ac quatuordecim pedes alti, sed in Amboinensi septem vel octo tantum pedum altitudinem habent, digitum crassi, ex transversali ortum ducentes radice, cum illis *Lanquas kitsjil* convenientes, inferius bulbum Cepaceum seu tuber gerentes.

Folia ejus melius quadrant cum illis *Bangle Malaccæ* quam cum *Globba*, inferius enim lanuginosa sunt, sed non russa, at pallide virentia, uti & superior caulis pars, quatuordecim ac sexdecim pollices longa, quatuor, quinque, ac sex digitos lata, superne glabra, & intense virentia, inferne pallide virentia & lanuginosa, ipsorumque venulæ multo magis oblique decurrunt quam in *Globba*, nec facile finduntur, mediusque nervus inferius multum protuberat, ac superius sulcum seu canalem format. Hæc

EEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Druifvormige Globba.

Het derde geslagt draagt den naam van wilde Globba, *dog werd voor een byzondere plante, of voor een medezoorte van 't* Bangle Malacca *boven in 't agtste Boek beschreeven gehouden, en eigentlyk* Makui *genaamt. Immers het heeft een gemengt fatzoen van beide, aan wasdom is 't kleinder dan de gemeene* Globba, *de steelen twaalf en veertien voeten hoog, dog aan de Amboinsche maar zeven en agt voeten hoog, een vinger dik, uit een dwerze wortel voortkomende, en na die van* Lanquas kitsjil *gelykende, onder aan met een ajuinagtigen bol of knobbel.*

De bladeren gelyken beter na Bangle Malacca *dan na* Globba, *want zy zyn van onderen wolagtig, dog niet ros, maar bleek-groen, gelyk ook het bovenste des steels, veertien en sestien duimen lang, vier, vyf, en ses vingeren breed, boven glad, en hoog-groen, beneden bleek-groen en wolagtig, haare adertjes loopen veel schuynzer dan aan de* Globba, *en scheuren niet ligt, maar de middel-zenuwe built van onderen verre uit, en maakt boven een geute.*

Deze

Fig. 2.
Fig. 1.

Hæc planta aliquid peculiare quoad fructus profert, qui neque in ſuperiore parte, neque in Hypophyto creſcunt, ſed alieno prorſus modo progerminant, ad ulnæ enim ſeu binorum pedum ſpatium ſupra radicem nudus dehiſcit caulis, ex quo eminet primo longa & acuta ſpatha, quæ ſeſe aperiens racemum exhibet palmam longum, qui multos profert albicantes flores, cum illis *Galangæ majoris* maxime convenientes, ſed majores, magisque apertos, quivis autem viridi inſidet capitulo, quod in fructum excreſcit magnitudine, forma, & colore convenientem cum Uvis, qui aliquando ſimplici inſidet petiolo, aliquando diſtinctis in lateralibus racemis, ad tactum lanuginoſus, hæ baccæ paulo majores ſunt Uvis, ſed maturæ non rubent, ut illæ *Bangle Malaccæ*, ſed albent, ac ſiccæ nigreſcunt, ſeu fumei ſunt coloris, ex rotundo parum anguloſæ ſunt, quædam etiam protuberante dorſo & ſulco notatæ, externe pellicula craſſa & lenta obductæ, ſuperne reſiduam floris partem gerentes, interne in tribus cellulis locantur tres granulorum glebulæ, uti in *Globba durion*, obductæ viſcoſa medulla, in inmaturis acida, in maturis vinoſi ſaporis, quæ etiam ob gratum ſaporem exſugi poteſt, ſed acini quodammodo acres ſunt, ſapore cum Cardamomo convenientes, ſed ingrato, ſique medulla putreſcat, ſaporem fundit Sinapios contriti.

Radix, uti dictum eſt, obliqua eſt, & in denſos articulos diſtincta, dura, & tenuis, inſtar minoris Lanquas, craſſis & curtis fibrillis ornata, nullum aromaticum habens odorem vel ſaporem, qui neque in caulibus neque in foliis obſervatur.

Nomen. Latine *Globba uviformis*; Malaice *Makui verum*, ſeu *minus*, ad diſtinctionem *Makui majoris* ſeu, *Bangle Malaccæ* ſupra libro octavo ad Caput vigeſimum primum deſcriptæ. Maccaſſarice *Cattimban* minus, & *Ladja lobbe*, h. e. *Lancquas globba* a mixta ejus forma.

Quidam Amboinenſes hoc etiam vocant *Makui* & *Makoy*, in Lœhœa *Maroy*. Sed alii, præſertim in Leytimora, id erronee vocant *Annipa wackan*, h. e. *Globbam Bandenſem*, quod nomen proprie dictæ competit *Bangle Malaccæ*.

Locus. Sponte creſcit in humidis campis, raro in Amboina poſt caſtellum Victoriam ad montium pedes, prope Batoe medje, & poſt pagum Hoecanalo, majori copia reperitur in Celebe, & regione Boegenſium in Provincia Loeboe.

Uſus ejus in cibo rarus eſt, ſed maturi fructus a pueris eduntur delectationis cauſſa, in ſilva etiam exſuguntur ad ſitim ſedandam, ſed granula, quæ majora ſunt quam in aliis Globbis, acui & filo adnectuntur, & Tsjoukor & Bangle adponuntur, quorum odorem adſciſcunt, ac ſic ſimul Pharmaceuticum adquirunt odorem incolis gratum, quique amuleta hæc capiti adligant. Hi Mackui fructus ſimul cum Canariis matureſcunt Decembri, ſed quam maxime comeduntur ab avibus viridibus Cacatouwis dictis.

In Boegenſibus regionibus, ubi Atap ſeu Zagus deficit, ædes hiſce obteguntur foliis, quæ conſuuntur in aſſerculis, ex quibus tecta formantur. Si hæc componere velint, primo connectunt bina ternave folia ſupra ſeſe invicem, ac dein juxta ſeſe invicem adligant aſſerculis uti Amboinenſium Atap, ſed hæc tecta hoc laborant vitio, uti & illa ex Lalan compoſita, quod pluvioſis menſibus multos generent nigros millepedes ipſis *Patty wolo* dictos, ſed qui innoxii ſunt.

Tenera folia in Sajor ſeu olus coquuntur. Quidam fructus edunt contra abdominis tormina. In Amboina nullius eſt uſus. Sed Celebis populi radicis decocto utuntur contra Diarrhæam albam & rubram.

Altera hujus ſpecies eſt, incolis quoque *Lawaſſi Malacca* dicta, folia gerens Lancquas Malaccæ libro octavo deſcriptæ, ſed anguſtiora, ac penitus ſilveſtris eſt. Fructus ejus progerminant in ſumma majoris caulis parte, racemum formantes ſpithamam longum, gracileſque referunt Olivas, ſuperius latiores quam inferius, tribus obſcuris ſulcis longitudinalibus ſtriati, juxta quos dehiſcunt in tria ſegmenta, externe rubri & glabri. Interne tria locantur ſepta pauca rubra carne obducta, quæ compoſita ſunt ex multis nigris granulis, majoribus quam in Globba, ſaporis fatui & ad Car-

Deze plant heeft nu weder wat byzonders in zyn vrugten, dewelke nog aan de bovenſtaande takken, nog aan 't Hypophyton voort komen, maar op een gants byzonderen manier, want een elle of twee voeten boven den wortel, berſt den kalen ſteel open, waar uit voort komt, eerſt een lange ſpitze hooze, dewelke haar openende, vertoont een tros wel een hand lang, daar aan ſtaan veele witagtige bloemen, die aan Galanga major *meeſt gelykende, dog grooter, en wyder geopent, ieder op een groen knopje ſtaande, uit deze knop werden de vrugten, in grootte, gedaante, en couleur als Druiven, zomtyds rondom een enkelde ſteel, zomtyds aan verdeelde zydetakjes ſtaande, in 't aantaſten wolagtig, de beſſen zyn wat grooter dan druiven, in haar rypheid niet rood, gelyk die van* Bangle Malacca, *maar blyven witagtig, dog de drooge werden zwartagtig of rookverwig, zy zyn uit den ronden wat hoekig, zommige ook met een uitſteekende rugge of naad, buiten met een dikke en taaie ſchorze, en boven op 't reſtant van 't bloeizel, binnen leggen in drie kamertjes, drie klontjes korrels, gelyk in* Globba durion, *omgeven met een ſlymerig merg, in de groene vry wat zuur, in de rype wynagtig, en goed om af te zuigen, maar de korrels zyn wat ſcherp, in ſmaak na Cardamom, dog niet aangenaam, en als 't vlees begint te rotten, zoo ruikt het als gemalen Mostaart.*

De wortel, als gezegt, is dwers, in digte leden verdeelt, hard, en dun als kleine Lanquas, *met dikke en korte vazelingen behangen, zonder ſpeceryagtigen reuk of ſmaak, gelyk ook niet in de ſteelen nog bladeren is.*

Naam. *In 't Latyn* Globba uviformis; *in 't Maleits* Makuy *het regte*, of kleine, *tot onderſcheid van 't* groote Makuy, *of* Bangle Malacca *boven in 't agtſte Boek, en eenentwintigſte Hoofdſtuk beſchreeven. Macaſſariſch* Cattimban *het kleine, en* Ladja lobbe, *dat is* Lancquas globba *van zyn gemengd fatzoen.*

Zommige Amboinezen noemen 't ook Makui *en* Makoy, *op Loeboe* Maroy. *Maar anderen inzonderheid op Leytimor noemen 't abuſivelyk* Annipa wackan, *dat is* Bandaſe Globba, *welke naam eigentlyk het voornoemde* Bangle Malacca *toekomt.*

Plaats. *Het waſt in 't wild in vogtige velden, weinig in Amboina, agter het Kaſteel Victoria, aan de voet der bergen, by Batoe medje, en agter het Dorp Hoecanalo, meerder vindt men het op Celebes, en het Land der Boegiſſen, en in de Provintie Loeboe.*

Gebruik. *Tot de koſt heeft het geen groot gebruik, werdende de rype korrels ſlegts van de kinderen gegeten uit pleizier, men zuigtze ook uit in 't bos om den dorſt te verſlaan, maar de ſteenen, dewelke grooter zyn dan aan andere Globbas, werden met een naalde en draad aan malkander geregen, en by Tsjoukor en Bangle gelegt, wiens reuk zy aannemen, en zoo 't zamen een Apoteekers reuk maken, by de Inlanders aangenaam, die de ſnoeren daarom om het hoofd dragen. De Makoeis vrugten werden ryp, t'zamen met de Canarys in December, dog meeſt van de groene Cacatouwas afgegeten.*

In de Boegiſſe Landen, daar men geen Atap of Zagu heeft, dekt men de huizen met deze bladeren, dezelve aan kleine latjes t'zamen naiende, en daar uit ſchindulen makende. Als zy deze ſchindulen maken willen, zoo binden ze eerſt twee of drie bladeren te zamen boven malkanderen, en rygen ze daar na neffens malkanderen aan latjes, gelyk onze Amboinze Atap, maar deze daken hebben dat gebrek, gelyk mede die van Lalan gemaakt, dat ze in de regenmaanden veele zwarte duizentbeenen genereeren, by hun lieden Patty wolo *genoemt, dog die zyn onſchadelyk.*

De jonge bladeren kooken ze ook tot Zayor. Zommige eten de vrugten tegens het krimpzel des buiks. In Amboina heeft het geen gebruik, maar de volkeren van Celebes gebruiken het Decoctum van de wortel, tegens den witten en roden buikloop.

Een andere zoorte hier van by de Inlanders mede Lawaſſi Malacca *genaamt, heeft bladeren als Languas Malacca in het agtſte Boek beſchreeven, dog ſmalder, en is regt wild. De vrugten komen voort boven aan den hoofdſteel, makende een tros een ſpan lang, en zyn als magere Olyven, vooren breeder dan agter, met drie donkere voorens in de lengte geſtreept, langs dewelke zy open berſten in drie deelen, van buiten rood, en glad. Binnen ziet men drie ſteenen, met een weinig rood vlees omgeven, gemaakt van veele ſwarte korrels, grooter dan aan Globba, laf van ſmaak, na Cardamom trekkende, en de teenen*

Cardamomum adcedentis, hæc autem maſſa luteum medium piſtillum ambit. Fructus hi eduntur ad claram formandam vocem, quum per totam cantare noctem oportet.

N. B. Hujus plantæ Figura ſupra Tab. 59. fig. 2. reperitur delineata.

nen ſtaan rondom een geel middelpilaartje. Zy werden gegeten om een heldere ſtem te maken, als ze geheele nagten moeten zingen.

N. B. De Figuur van deze plant wert boven op de 59. Plaat fig. 2. afgetekent gevonden.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Globba acris. Pannas.

Quarta Globbæ ſpecies hic exotica eſt, unde ejus deſcriptionem ex aliorum relatu proponam, ex qua tamen patet, maxime convenire cum *rubra Globba durioen*. Planta ipſa quoad caules ac folia cum iſta *Globba durioene* convenit, ac fructus in ſimili creſcunt brevi Hypophyto, paulo majores quam in Globba durioene, non rubri, ſed pallide albi, ſeu flaveſcentes, cæterum trigoni quoque, & curtis ſpinulis obſeſſi. Interna ipſorum medulla acrem & fervidum gerit ſaporem fere inſtar Zingiberis, qui etiam percipitur in fructus pelliculis, & cauſis parte interna, unde nulla hujus plantæ pars cruda edi poteſt, ſed condimento inſervit, reliquum commune eſt cum iſta *Globba*.

Nomen. Latine *Globba acris*, ab acri ejus ſapore, in Maccaſſara & Malaice *Pannas*, forte eandem ob rationem, denotat enim acre.

Locus. In Amboina ignota eſt hæc planta, ſed copioſe creſcit in Celebe poſt Maccaſſaram in vicinis montibus, unde ruſtici eam in urbem deferunt, & vendunt. In Boetona etiam obcurrit, ubi binæ ejus ſunt ſpecies, una *Romba*, altera *Coutupi* dicta, quæ ambæ cum radicibus transplantari poſſunt, contra in utriſque iſtis regionibus *vera* non reperitur *Globba*.

Uſus. Baccæ totæ in fruſta ſcinduntur, & aceto condiuntur, quod gratum eſt *Atsjar*. Simili quoque modo conditur interna caulium pars, ex qua folia excreſcunt, quæque etiam acris eſt.

TWEE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De ſcherpe Globba.

Het vierde geſlagt van Globba *is hier te Lande vreemd, dierhalven ik zyne beſchryving maar uit het verbaal van anderen zetten moet, waar uit blykt, dat ze meeſt met de* roode Globba durioen *over een komt. Het gewas van ſteelen en bladeren is de voornoemde Globba durioen gelyk, en de vrugten waſſen ook aan diergelyk kort Hypophyton, wat grooter dan de voornoemde Globba durioen, niet rood, maar bleek-wit, of geelagtig, anderzints mede drieboekig, en met korte ſtekeltjes bezet. Het binnenſte pit heeft een ſcherpen en heten ſmaak, bykans als Gember, den welken men ook gevoelt in de ſchalen van de vrugt, en het herte van de ſteelen, daarom men niets daar van raauw eeten kan, maar werd tot het inleggen gebruikt, de reſt heeft het met de voornoemde* Globba *gemeen.*

Naam. *In 't Latyn* Globba acris; *van zyn ſcherpe ſmaak, op Macaſſaar en Maleits* Pannas; *miſſchien om de zelve reden, want het beduit heet.*

Plaats. *In Amboina is het onbekent, maar veel waſt het op Celebes agter Maccaſſer in 't naaſte gebergte, van waar het de Boeren in de ſtad te koop brengen. Men vindt het ook op Boeton, alwaar ze twee zoorten hebben, de eene* Romba, *en de andere* Coutupi *genaamt, die zig beide met de wortelen verplanten laten, daar en tegen op beide die landen heeft men de* regte Globba *niet.*

Gebruik. *De beziën met ſchel en al ſnydt men klein, en legt ze in azyn, 't welk een aangename* Atsjar *geeft. Op gelyke wyze werd ook ingelegt het pit uit de groote ſteelen, daar de bladeren aan ſtaan, 't welk mede ſcherp van ſmaak is.*

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Globba ſilveſtris. Globba utan.

Præter quatuor dictas uſuales ſpecies, quædam ſilveſtres etiam reperiuntur *Globbæ* ſpecies, parvi licet uſus, has tamen hic commemorare volui, potiſſimum ob elegantem ipſarum formam, ac dividuntur in majorem & minorem.

Primo. *Globba ſilveſtris major* eſt planta, quæ proprie *Globba utan*, ac vulgo *Lancquas lacki lacki* dicitur, h. e. *Galanga mas*. Eſtque maxima & altiſſima omnium Lancquarum, & Globbarum ſpecierum, mixtam gerens formam *Folii menſarii*, *Galangæ*, & *Globbæ*.

Ejus radix major & craſſior eſt quam in ulla Galanga, transverſaliter per terram repens, ſed potiſſimum componitur ex magnis tuberibus, quæ inferius curtis & craſſis ſegmentis ſibi adhærent, interne ſuccoſiora, minus fibroſa, ac molliora quam in Galanga, ac fatua, nec ullo modo aromatica, ex iis multæ dependent craſſæ fibrillæ, minimum digitum craſſæ, profunde in terram penetrantes, multis minoribus obductæ fibrillis. Magnum in terra format ſtolonem, & ubique tot emittit craſſos caules, ut ingentem & denſum quaſi formet fruticem. Majores caules ac ſtolones inferius Cepaceum gerunt bulbum, pugni magnitudine, qui transverſali incumbit radici, atque ex eo ſiccum excreſcit folium inſtar vaginæ, uti in teneris arundinibus, caules ad unam partem involvens.

Caudex ipſe rectiſſimus eſt & firmus, a quatuordecim ad octodecim pedes altus, viridis, inferius binos pollices, ſeu infantis brachium craſſus, ex rotundo planus, binis obtuſis dorſis auctus; a radice ſex pedes nudus, dein folia progerminant alternata, ex iſtis dorſis ortum ducentia, & inclinantia.

Hæc

DRIE EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De wilde Globba.

Behalven de vier voornoemde gebruikelyke geſlagten heeft men nog eenige wilde zoorten van Globba, *die wel klein van gebruik zyn, evenwel heb ik ze alhier willen aanroeren, meeſt om haar fraaje gedaante wille, men verdeelt ze in groote en kleine.*

I. Globba ſilveſtris major, *is de plante, dewelke men eigentlyk* Globba utan, *in 't gemeen* Lancquas lacki lacki *noemt, dat is* Galanga mas, *de grootſte en hoogſte onder alle Lancquas en Globbas-geſlagte, dragende een gemengde fatzoen van* Folium menſarium, Galanga, *en* Globba.

Dit is ook een bergkruitje, met een enkelde, dunne ſteel opſchietende, ruim twee voeten hoog, houtagtig, en hreekzaam, verdeelt in weinig zydetakken, en aan de zelven over dwers korte wieken. Deze zyn bekleed met zeer kleine blaadjes, in twee rygen tegens malkander, gelyk aan de Herba ſentiens *dog veel kleinder, en zoo digt aan malkander geſchikt, dat ze een blad ſchynen, ieder blaadje is een halve ſtroomhalm breed, en een nagel van een pink lang, vooren ſpitzer, en hoog-groen. By avond, en als men het plantje uittrekt, ſluiten ze haar na vooren digt toe, zoo dat men geen blaadjes bekennen kan, en gelyken een dor rysken.*

De bloempjes zyn ook zeer klein, hier en daar enkel ſtaande, die van Geniſta *gelyk, dog veel kleinder, geel, en uit vyf ſlappe blaadjes gemaakt, waar van het bovenſte en grootſte agterwaarts geboogen ſtaat. Daar op volgen zeer dunne platte houwen, twee leden lang, twee ſtroohalmen breed, uit den bruinen zwartagtig, over dwers met paralelle voorens afgedeelt, daar in leid dun, langwerpig zaad, doods-geel, hart, en blinkende. De wortel is gering, en verſpreid, dog vaſt in de aarde houdende.*

Naam. *In 't Latyn* Amæna mæſta; *in 't Maleits* Suca duca, *beduidende een kruid, dat blydſchap, en droefheid te gelyk aanwyſt, want over dag ſtaat het met zyn blaadjes weelderig uitgebreid, zoo dra men 't uittrekt, of by avond is het een dor rysken.*

Plaats. *Het waſt gelyk de voorgaande, op kale bergen tuſſen het ſnygras, en onder de Cajoe poeti-bomen, daar een drooge harde grond is. Het meeſte heb ik gevonden in de bogt Cajeeli, by de voornoemde Kruiden, daar na ook op Hitoe en Leytimor, onder 't Snygras, en met zaad ook in myn tuin voort-gekweekt.*

Gebruik. *Daar is nog geen Medicinaal gebruik van bekent, alleenlyk onder de minnebrieven heeft het plaats, want van een minnaar aan zyn beminde gezonden beduid, dat hy lief en leed met haar wilde uitſtaan, of ook alreets draagt.*

Hier mede ſchynt over een te komen een kruidje in Weſt-Indien groejende, en dat by Jacobus Breyne Cent. I. Cap. 23. *genaamt werd* Chama criſta pavoniana Braſiliana, *en zoo hy ſuſtineerd by* Marcgraven *genaamt* Pajomirioba, *inzonderheid met de tweede of kleine zoorte, dewelke hy zegt te groejen op het Eiland Curaoſau.*

De zeven en Sestigſte Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur de *vermakelyke en droevige plant.*
De tweede Figuur wyſt aan den *Terpentyn* ofte *Balſem-plant*, onder in het 41. Hoofdſtuk beſchreeven.

OBSERVATIO.

Amænam mæſtam Rumphius putat convenire cum *Chamæ-criſta pavonis* ſiliqua multiplici, *Breynii*, cujus quidem ſpecies eſt, ſed non eadem planta, quum noſtra ſiliquam modo refert ſolitariam, unde melius quadrat cum illa *Alb. Sebæ Figura*, quæ *Tab.* 9. *fig.* 9. exprimitur, & male ibi habetur pro *Chamæ criſta pavonis* Braſiliana ſiliqua ſingulari *Breynii*, quum Figuræ omnino diverſæ ſunt. Vide & *H. Cliff. pag.* 158. ad Caſſiam.

AANMERKING.

Rumphius meent dat deze vermakelyke en droevige plant overeen komt met de *Chamæ criſta pavonis* van *Breyne*, met veele peulen, waar van het wel een zoort, dog niet dezelfde plant is, om dat onze maar een enkele peul draagt, waarom ze beter overeenkomt met die geene, welke *Alb. Seba* op de 9 *Plaat fig.* 9. vertoont, dog kwalyk aldaar ter neergeſtelt wert voor de Braſiliaanſe *Chamæ criſta pavonis*, met een enkelde peul van *Breyne*, wyl die Figuren geheel verſchillen. Zie verders de *H. Cliff. pag.* 158. op de Caſſia.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Pilosella Amboinica.

Hæc plantula aliquot rectos emittit caules una ex radice, spithamam vel pedem altos, sine lateralibus ramulis, illis folia adstant solitaria, plerumque erecta, pusilla, vix pollicem longa, ac sextam partem lata, densis canisque pilis hirta, quales & caules sunt, ita ut tota plantula pilosa sit, sed in caulibus longiores sunt pili, uti in *Pilosella Europæa.*

Ex alis superiorum foliolorum tenuis excrescit pedunculus, solitarium sustinens flosculum, qui videtur esse formatus ex unico petalo, quique extensus est & cœruleus. Radix tenuis est, intorta, & fibrillosa.

Altera ejus species est alba, a priore non diversa, nisi quod altior excrescat, ac foliola majora gerat, densis quoque pilis hirta, sed ejus flosculi albi sunt, ejusdemque formæ.

Nomen. Latine *Pilosella Amboinica*, cujus mentionem hic modo feci, quum incolis ignota sit, ob pulchram vero ejus formam præterire eam nolui.

Locus. In nudis crescit collibus, undique circa Castellum Victoriam, ubi solum est durum, gracile, & saxosum, ventoque, ac soli rite expositum, & ubi raræ sunt aliæ plantæ, in hortis facile transplantari potest, sed semen ibi producere recusat.

Usus ejus nullus huc usque mihi notus est.

N. B. Hujus plantulæ nullam inveni apud nostrum Auctorem Figuram.

AGT EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Muize-oor.

Dit Kruideken wast met ettelyke regte steelen op, uit eene wortel, een span of een voet hoog, zonder zyde-takken, daar aan staan de blaadjes enkeld, meest opwaarts gekeert, klein, schaars eén duim lang, een sesdepart breed, met digte gryze hairtjes bekleedt, gelyk ook de steelen, zoo dat het geheele gewas hairagtig is, dog aan de steelen zyn ze langer, gelyk in Europa *de* Pilosella, *of Muizen-oor.*

Uit den schoot der bovenste blaadjes komt een dun steeltje voort, dragende eén enkeld klein bloempje, schynende van een blad gemaakt te zyn, uitgebreid en ligt-blaauw. De wortel is dun gedraait, en vol vazelingen.

De tweede zoorte hier van is de witte, van de voorgaande niets verschillende dan dat ze hooger opschiet, en de blaadjes wat grooter heeft, ook met digte hairtjes bezet, maar de bloempjes zyn wit, en van het zelve fatzoen.

Naam. *In het Latyn* Pilosella Ambonica, *alzoo tot memorie genoemt, om dat het by de Inlanders onbekent is, en ik het wegens zyne mooje gedaante niet hebbe willen voor by gaan.*

Plaats. *Het wast op kale heuvelen rondom het Casteel Victoria, daar een harde, magere, en steenige grond is, winderig en wel ter zonne staat, ook weinig andere ruigten groeit, het laat zig wel in de hoven verplanten, maar wil geen zaad voort-brengen.*

Gebruik. *Daar van is nog niet bekent.*

N. B. Van dit plantje heb ik geen Figuur by onzen Autheur gevonden.

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Adnotatio in Rhabarbarum.

Lector non exspectet hic descriptionem plantæ, quæ Rhabarbarum profert, quum illa in Amboina, ac forte in tota India sit ignota, solummodo hic puto ea addere, quæ ex Sinensium relatu edoctus fuerim de Rhabarbaro, de illo nempe, quod in Sina crescit, postea enim indicabitur, in multis obcurrere Borealis Asiæ locis.

Sinense Rheum itaque ipsis dicitur *Tay-hông*, apud Patrem *Martinum* in *Sinensi Atlante pag.* 44. *Tay-hoang*, ac duplex est, primo verum Rhabarbarum montanum, quod servant in Sina, nec defertur, secundo vulgare, quod in planis crescit locis, quodque in hortis colunt, ac peregrinis vendunt.

Primum sequenti comparatur modo. Provincia *Suchnen*, vulgo *Tschuan* dicta, est provincia montana, ac ferox, non tantum per terribiles inviosque montes & ingentes solitudines, sed præterea referta est Serpentibus, Tigridibus, & cunctis noxiis animalibus, ita ut homines istos frequentare montes nequeant, in quibus verum crescit Rheum, ut id vero conquirant, Sinenses magnas pascunt Simias, ac præterea verum Rheum in suis habent hortis, & in vallibus prope urbes, forma omnino conveniens cum illo, quod in montibus crescit, atque unde primo deductum fuit, hoc docent mansuetas Simias effodere, ac quomodo id depurare debent, ac fissa Rottanga perforare, & corporibus suis adpendere, dein hasce Simias ad feroces istos montes mittunt, talibus Rottangis ipsarum corporibus adpensis, quæ ob velocitatem insidias & insultus ferarum facile possunt evitare.

Illæ, quum verum ibi inveniunt Rheum, quod antea bene edoctæ sunt, mox solitum peragunt opus effodiendi, depurandi, Rottangis istis perforandi, quodque instar Rosariorum corporibus adpendent, quodque tamdiu peragunt, donec cunctæ Rottangæ sunt completæ, tumque præda onustæ ad suos redeunt magistros, qui hoc indigenis vendunt Sinensibus, alterumque in hortis cultum & excretum peregrinis, quodque simili modo perforant, ac formant, ita ut vix a vero

NEGEN EN DERTIGSTE HOOFDSTUK.

Aantekening op de Rhabarber.

Den Leezer zal alhier geen beschryying van de plante, die het Rhabarbar geeft, verwagten, terwyl de zelve in Amboina, en misschien in gants Oostindiën onbekent is, alleenlyk vind ik goed hier by te zetten, het geene ik uit het relaas der Chinesen van de Rhabarbar geleert hebbe, te weten van die in China wast, want hier zal gezegt werden, dat ze op veele plaatzen van 't Noorder Asia gevonden werd.

De Chinesen Rhabarbar dan werd by hun liedengenaamt Tay-hông, *by Pater* Martinus, *in zyn* Chinesen Atlas pag. 44. Tay-hoang, *en is tweederlei, ten eersten de opregte Berg-Rhabarbar blyft in China, en werd niet uitgevoert, en ten tweeden de gemeene, die in de laagte wast, en die ze in hunne hooven aankweeken, en aan de vreemdelingen verkoopen.*

De eerste werd op de volgende manier verkreegen. De Provintie Suchuen, *in 't gemeen* Tschuan *genaamt, is is een bergagtige Provintie, niet alleen van akelige en ontoegankelyke bergen en vreezelyke wildernissen, maar ook daar en boven bezet met Serpenten, Tygers, en alle schadelyke Dieren, zoo dat de menschen op die bergen niet konnen komen, op dewelke de regte Rhabarbar wast, om dezelve nu te krygen, voeden de Chinesen groote Aapen op, en hebben daar en boven het regte Rhabarbar ook in hunne tuinen, en in de leegten by de Steden van gedaante gants gelyk, 't geene op de bergen wast, en waar van daan het eerst gebragt is, dit leeren ze de tam gemaakte Apen uitgraven, en hoe ze dezelve zullen schoon maken, met een gespleete Rottang doorbooren, en om het lyf hangen, daar na laten ze de Apen na dat woeste gebergte lopen, met zulke Rottangen om 't lyf behangen, dewelke wegens hunne raddigheid de lagen en het bespringen van de wilde dieren ligt konnen ontgaan.*

Deze dan vindende het regte Rhabarber in 't gebergte, dat ze van te vooren wel kennen, vallen straks aan hun gewoonlyk werk van uitgraven, schoon maken, met Rottangs te doorbooren, en als Paternosters om het lyf te hangen, zoo lange vroetende tot alle hunne Rottangs vol zyn, als dan komen ze met hunne buit beladen weder by hunne meesters, dewelke dit aan de naturele Chinesen verkoopen, en het ander, dat in de tuinen gebouwt en geplant werd aan de vreemdelingen, het zelve op gelyke manier

vero distingui & dignosci possit Rheo. Sinenses vero Medici tam experti sunt, ut ex foraminibus cognoscere possint, an ab hominibus an vero a Simiis fuerint parata.

Hocque ultimum illud est, quod Sinenses tanta copia peregrinis vendunt, atque antea nostris mercatoribus in Taywana solebant vendere. Hoc etiam effecit, quod *Pater Martinus* crediderit & scripserit, nullum Rhabarbarum spontaneum esse, sed omne in hortis multo labore & cura coli, forma & modo, quo Brassica nostra, cunctasque effossas radices de industria ab hominibus perforari, & funiculis alligari, atque in umbra, non autem in Sole siccari, contra a variis intellexi Sinensibus, revera montanum esse Rhabarbarum, quod pro Rege & Magnatibus in ipsorum servatur patria.

Eodem loco nobis conatur persuadere, nullum verum esse Rhabarbarum, nisi quod in ista Provincia Suchuen crescat, illudque inde & ex regione Xenghi quotannis educi, per legationes Mogollorum & Persarum ad ipsorum patriam, uti & per Tartaros Occidentales per regiones Tibet & Cascar ad ingentem Metropolim Samarkant, & inde per mare Caspicum ad Astracam, unde per Wolgam & Russiam ad nos transfertur, quod in caussa fuit, veteres credidisse, omne Rabarbarum crescere ad fluvium Rha seu Wolgam.

Ex Sinensibus vero istis intellexi, illos a Tartaris Occidentalibus audivisse, Rhabarbarum in ipsorum quoque patria crescere, quod sine dubio idem est, quod ad Samarkant defertur. Sic quoque ex quibusdam intellexi mercatoribus, qui per Moscoviam iter fecerunt, sese ibi Rheum magna copia vidisse vendi, idemque crescere in regione Siberia, & juxta Wolgam usque ad Astracanam, sed ibi est paulo minus, oblongius, & magis fuscum, mihi porro declarantes, sese verum Rhabarbarum bene posse dignoscere a Rhapontico, quod radix est magis oblonga.

Ita ut verosimile sit, veteres omne Rheum accepisse ex borealibus regionibus fluvii Rheæ, & subsequentes Arabes suum ex Sina, & vicinis regionibus, ac proinde eos vocasse Rhabarbarum *Raved seni*, h. e. *Sinense Raved* seu radicem.

Memoratæ istæ Simiæ plerumque a pauperibus & mendicis mansuetæ redduntur, qui victum inde habent, quique docent eas omne peragere opus domesticum, uti Oryzam tundere, terere, molire, aquam petere &c. credunt enim, sagax hocce animal bene intelligere posse hominum mandatum, sed de industria stupidum se gerere, ne nimios ipsis inponant labores, quod & quidam Africani & Brasilienses de suis quoque credunt Simiis.

In quibusdam frustis reperitur superesse frustulum ligneum, quod residuum est funis silvatici, quo Simiæ radicem perforarunt, ac proinde characterem præbet genuini, quod etiam minus est vulgari, quodque ipsis in pauco usu est.

Usus. Apud Sinenses verum *Taybong* medicis tantummodo confidetur, qui eo in pauca utuntur quantitate ad corpus leniter purgandum. Istius Tayhong pondus sumunt triginta granorum Sagæ, h. e. sesqui drachmæ, atque id coquunt in vulgari Oryzæ patina aqua repleta, donec tertia fere pars sit consumpta, adfunduntque ipsi parum Arecæ, ut ingratum tollant saporem, ac sic propinant ad corpus depurandum.

Infusum Rhei cum Areca mixtum etiam tentavi, sed comperi, hoc nostro palato non convenire, quum simplex infusum gratius sit pro potu, quin in Sina Areca melioris sit gustus. Sic quoque sciendum est, ante vel post adsumptum Rheum nullum saccharum vel aliud quid dulce esse sumendum, quum nauseam parat ingentem, sed melius est, si Siri Pinanga super masticetur. Cæterum Rhabarbarum supra Porphyritim terunt cum aqua, ac talibus propinant, qui ex cibo nimis repleti sunt, ut per quotidianam evacuationem gracilior is fiat. In initio Dysenteriæ illud quoque adhibent, uti nostri Medici.

manier doorborende, en zoo fatzoenerende, dat men 't qualyk van 't Berg-Rhabarber onderscheiden kan, dog de Chineese Doctoren zyn zoo perfect, dat ze aan de gaten konnen zien, of ze van Menschen of Apen gemaakt zyn.

Dit laatste dan is 't geene, dat de Chineesen in zoo grooten menigte aan de vreemdelingen verhandelen, en voor dezen aan onze Kooplieden in Taywan plagten te verkoopen. Dit heeft ook genoemde Pater Martinus *doen geloven, en schryven, dat geen Rabarber in 't wild wast, maar allegaar in de hoven met groote vlyt en zorg opgekweekt word, in gedaante en manier als onze Kool, dat alle de uitgegrave wortelen al willens van menschen doorboort aan touwettjes geregen, in schaduwe, en niet in de zonne gedroogt werden. Daar en tegen heb ik van verscheide Chineesen verstaan, dat 'er in der daad een Berg van Rabarber zy, die voor hunnen Koning en Grooten in 't Land behouden wert.*

Aan dezelve plaats wil hy ons ook doen geloven, dat geen andere opregte Rhabarber zy, dan die in genoemde Provintie Suchuen wast, en dat die van daar, en uit het landschap Xengzi jaarlyks uitgevoert werde, door de gemaakte gezantschappen der Mogollen en Persianen na hunne landen, als mede de Wester-Tartaren door de landen Tibet, en Cascar na de groote Koopstad Samarkant; en van daar over de Caspische Zee naar Astrakan, van waar ze langs de Wolga en door Russien tot ons gebragt werden, 't welk de ouden heeft doen geloven, dat alle Rhabarber wasse aan den Stroom Rha of Wolga.

Maar uit de Chineesen zelfs heb ik verstaan, van de West-Tarters geboort te hebben, dat Rhabarber in hunne landen mede wast, dewelke buiten twyffel is die geene, die na Samarkant gebragt wert. Zoo heb ik ook van zommige Kooplieden verstaan, die in Moscovien gereist hebben, dat ze aldaar de Rhabarber in menigte hebben zien verhandelen, dat dezelve wast in 't landschap Siberia, en langs de Wolga-stroom tot Astrakan toe, dog is dezelve wat kleinder, langwerpiger, en bruinder. My verders verzekerende, dat zy de regte Rhabarber wel konden onderscheiden van de Rhaponticum, 't welk een langwerpige wortel is.

Zoo dat het nog waarschynelyk is, dat de Ouden al hun Rhabarber uit de Noordse landen van de Rivier Rha gekregen hebben; en de navolgende Arabiers de hunne uit China of de aangrensende landen, en daarom dezelve Rhabarber Raved seni, *dat is* Chinese Raved *genoemt hebben.*

De bovengemelde Aapen werden meest van arme lieden en bedelaars tam gemaakt, dewelke hunne kost daar mede verdienen, dezelve leerende alderhande huizelyke werken doen, als ryst stampen, vryven, malen, water halen &c. want zy gelooven, dat dit snode beest der menschen commando wel verstaan kan, maar al willens zig wat slegt houdt, op dat het niet werken moet; gelyk zommige Africanen en Brasilianen van hunne Apen ook geloven.

Men vindt in zommige klompen vast steeken een stukje hout, 't welk het overblyfzel van een Bostouw is, waar mede de Aapen de wortel doorsteeken hebben, en dierhalven een kenteken van de opregte, die ook kleinder valt dan de gemeene, en by hun in klein gebruik is.

Gebruik. *By de Chineesen wert het opregte* Tayhong *alleenlyk de Doctoren toebetrout, die het zelve in kleine quantiteit gebruiken, om het ligbaam zagtjes te purgeeren. Zy nemen ook van Tayhong het gewigt van dertig Sagakorrels zwaar, dat is anderhalve drachma, en koken 't in een gemene rystkom vol water, tot dat het omtrent een derdepart verliest; en gieten een weinig Arak daar by, om den viesen smaak te benemen, en drinken 't alzoo om 't lyf te purgeeren.*

De infusie van de Rhabarber met Arak te vermengen heb ik geprobeert, en bevonden, dat zulks voor onze mond niet en deugt, zynde de enkele infusie aangenamer om in te nemen, of ze moesten in China beter Arak hebben. Zoo moet men ook weeten, dat men voor of na 't innemen van Rhabarber geen zuiker of zoetigheid gebruiken mag, vermits zulks een groote walging veroorzaakt, maar beter is het een Siri Pinang daar op gekaauwt. Anders vryven ze de Rhabarber op een steen met water, en geven ze die geene te drinken, die van vet overladen zyn, om dezelve door een dagelykze afgang wat mager te maken. In 't begin van een roode loop gebruiken ze het ook, gelyk onze Doctoren.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Phaseolus adhærens. Katjang utan.

Hæc herba ex Katjang familia videtur esse, cujus genus satis ample in nono descriptum fuit libro, sed tantopere ab eo differt, ac tam silvestris ac ferox est, ut aliæ species hanc admittere noluerint.

Est enim fruticulus repens, primo parum erectus, dein tenuibus ac brevibus flagellis aliis incumbens fruticulis & herbis.

Folia terna simul juncta sunt, illis minoris Katjang similia, sed paulo minora, tenuia, flaccida, rugosa, & quodammodo vestibus adhærentia, pallide virentia, & subito marcescentia.

Flosculi pusilli sunt, uti in aliis Katjang, seu potius instar illorum Lentis, coloris læte rubentis.

Fructus copiosi simul dependent, qui sunt siliquæ tenuissimæ, vix minimum digitum longæ, & tanquam ex multis segmentis coadunatæ, primo pallide virentes, ac demum nigricantes, externe rugosæ, ac tam firmiter vestibus adhærentes, ut non nisi per segmenta tolli possint. Radix tenuis est, longa, per terram repens, & ipsi firmiter infixa.

Nomen. Latine *Phaseolus adhærens*; Malaice *Katjang utan*, aliis *Ampulat*, h. e. herba adhærens, quod nomen *Lappago* itidem gerit.

Locus. In nudis crescit montibus sub humilibus fruticulis, prope Caricem, & veram Lappaginem.

VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De kleevende Boon.

Dit kruid schynt wel uit de maagschap van Katjang te zyn, wiens geslagten wydloopig in 't negende Boek beschreeven zyn, dog het verschilt zoo veel daar van, en is zoo wild, dat het de andere zoorten onder haar niet hebben willen lyden.

Het is een kruipent heestertje, eerst een weinig over eind staande, daar na met dunne dog korte ranken op de andere ruigte rustende.

De bladeren staan drie en drie by malkanderen, die van de kleine Katjang gelyk, dog wel zoo klein, dun, slap, ruig, en eenigzints aan de kleeren kleevende, doods-groen, en haast verwelkende.

De bloempjes zyn klein, gelyk andere Katjang, of beter gelyk Linsebloeizel, ligt-rood van couleur.

De vrugten hangen veele by malkander, zynde byster dunne houwen, schaars een pink lang, en als van veele schyfjes aan malkanderen gezet, bleek-groen, ten laatsten zwartagtig, ruig van buiten, en zoo vast aan de kleederen kleevende, dat men ze niet dan schyfje voor schyfje kan afnemen. De wortel is dun, lang in de aarde kruipende, en vast houdende.

Naam. *In 't Latyn* Phaseolus adhærens; *in 't Maleits* Katjang utan, *by andere* Ampulas; *dat is kleefkruid, welke naam de Lappago ook draagt.*

Plaats. *Het wast op kale bergen onder laage ruigtens by 't snygras, en by de regte Lappago.*

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Terebinthina. Sulassi ayer kitsjil.

E montibus iterum descendimus, ac subito in litus pervenimus & ad aquas, ubi aquaticarum plantarum cohortem offendemus, sed prius hæc plantula describenda est, quæ in siccis adhuc crescit campis.

Adfinis est Veronicæ, modo crescendi & foliis proxime cum ea conveniens. Semi pedem vel palmam alta est, simplices gerens caules, qui inferius terræ parum incumbunt, quidam simul ex unica radice propullulantes, & ubi terram tangunt, fibrillas ipsi inmittunt.

Caules rotundi sunt, superius parum striati & fusci, quibus folia adstant bina sibi opposita, ac quatuor simul crucem formant, illis Veronicæ vel Menthæ angustifoliæ similia, vix articulum longa, crassiuscula, ad oras subtiliter serrata.

Ex quavis folii ala solitarius excrescit flosculus, illi Menthæ similis, sed minor, albus cum purpureo intermixto colore in fundo, sensim ex alis hisce breves laterales excrescunt surculi, foliola & flosculos gerentes, quos insequuntur pusillæ & angulosæ bursulæ, in quibus pusillum, & ex fusco nigrum latet semen.

Radix vilis est, non profunde terram petens. Sapor odorque totius plantulæ est fervens, acris, & aromaticus, ad Cardamomum accedens, cum levi amaritie, sique foliola in superiore parte adcurate perspiciantur, tanquam aciculis punctata ac perforata videntur, sed ista foraminula non penetrant.

Nomen. Latine *Terebinthina*, sic modo dicta, quum foliola contrita Terebinthinæ oleum spirant. Amboinenses nostri Malaice hanc vocant *Daun Cardamom*, alii *Basilicum*, & hinc quoque *Sulassi ayer kitsjil*, h. e. *Basilicum aquatile minus*.

Locus. In argillosis crescit campis sub Carice, potissimum juxta vias, & ad oras aquarum, ubi nullæ sunt arbores.

Usus. Apud Amboinenses parum nota est, uti & raro obcurrit, saltem in Leytimora, sed nullibi frequentior est quam in Elephantis campo, vulgo vulneraria habetur planta, ut cum ejus succo vulnera depurentur, licet paulo acris sit, & ulteriore tentamine compereretur, inter vulnerarias herbas & decocta, æque adhiberi posse quam Veronicam nostratem.

Bontius

EEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

Terpentyn-plant.

Wy zyn van de bergen wederom afgedaalt, en komen schielyk op strand en aan de wateren, daar wy een troep waterkruiden zullen aantreffen, dog alvoorens moeten wy dit kruidje beschryven, 't welk nog op de drooge velden wast.

Het is uit de maagschap van Veronica, aan wasdom en bladeren dezelve meest gelykende, het wast een halve voet of palme hoog, met enkelde steelen, die beneden op de aarde wat rusten, ettelyke uit eene wortel opschietende, en daar ze de aarde raken weder, inwortelende.

De steelen zyn rond, boven wat gestreept, en bruinagtig, daar aan staan de bladeren twee en twee tegens malkander, en met hun vieren in 't kruis, die van Veronica of spitse Munte gelyk, schaars een lid lang, dikagtig, aan de kanten fyn gezaagt.

In ieders blad-schoot komt een enkelde bloeme voort, het bloeizel van Munte gelyk, dog kleinder, wit met wat peers vermengt op de grond, met 'er tyd groejen uit deze schooten nog korte zydescheutjes, kleindere bladeren en bloempjes dragende, daar op volgen kleine en hoekige beursjes, en daar in byster klein, zwart-bruin zaad.

De wortel is gering, niet diep in de aarde dringende. De smaak en reuk van 't geheele kruid is heet, scherp, en speceryagtig, na Cardamom trekkende, met een kleine bitterheid, en als men de blaadjes naauw beziet aan de bovenzyde, zoo schynen ze als met naaldjes geprikkelt, dog de gaatjes gaan niet door.

Naam. *In 't Latyn* Terebinthina; *Aldus by provisie genaamt, want de gewreeve blaadjes eenigzints na Terpentyn-olie ruiken. Onze Amboinse Maleiers noemen 't* Daun Cardamom, *andere ook Balzem-Kruid, en* Sulassi ayer kitsjil, *dat is* Basilicum aquatile minus.

Plaats. *Het wast in de kleiagtige velden onder 't snygras, meest langs de wegen, en aan de waterkanten, daar geen geboomte is.*

Gebruik. *By de Amboinesen is het weinig bekent, gelyk 't ook weinig gevonden werd. Immers op Leytimor, nieuwers zoo veel als in 't Olyphants-veld, men houd het in 't gemeen voor een wondkruid, om met deszelfs sap de wonden te zuiveren, hoewel 't wat scherp daar in valt, en by onderzoek zoude men bevinden, dat het onder wondkruiden en wonddranken zoo wel mag gebruikt werden als onze Veronica.*

Bontius

Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 1.

Bontius Libr. 6. *Cap.* 39. describit quoque *Veronicam*, quam Malaice vocat *Oebat matta*, sed a nostra quoad formam diversa est, quum foliola in ejus planta solitaria sint. Ipsi tribuit vires ad oculorum lippitudinem curandam, uti & vitia pectoris, ut Asthma, atque etiam maligna pedum ulcera, quum optime deterget & exsiccat, sed dubito quam maxime, an rite istam descripserit herbam. Saltem ad oculorum vitia non hæc, sed subsequens Menthastrum adhibetur.

Sinenses videntur hanc quodammodo noscere, ipsisque dicitur *Ja tsjau*, h. e. *Herba polypi*, quum ejus succo Polypum nasi curant.

N. B. Hujus plantulæ icon supra *Tab.* 67. *fig.* 2. reperitur expressa, quæ forte est Mentha Costi Hortensis folio, Balsamum Apoplecticum redolens, ex insula St. Helenæ *Plukn. mantiss. pag.* 129.

Bontius Lib. 6. cap. 39. *beschryft ook een* Veronica, *die by in 't Maleits* Oebat matta *noemt, dog van de onze in gedaante wat verschillende, vermits de bladeren aan zyne plant enkelt staan. Hy geeft hem de kragten om de leep-oogen te geneezen, als mede de gebreeken der borst, korten aassem, en kwade ulceratien aan de beenen, dewyl 't zeer zuiverende en opdroogende van aart is, dog ik twyffel zeer, of hy dat kruid regt beschreeven heeft. Immers tot de gebreken der oogen werd niet dit kruid, maar het volgende Menthastrum gebruikt.*

De Chinesen schynen eenige kennisse daar aan te hebben, en noemen 't Ja tsjau, *dat is* Herbam polypi, *dewyl ze met deszelfs sap cureren den Polypum, of neusgeswel.*

N. B De Figuur van dit plantje wert boven op de 67. *Plaat fig.* 2. gevonden uitgedrukt, welke mogelyk is de Kruis en Munt, met het blad van de tuin Costus, ruikende na de beroerte balsem, uit het Eiland St. Helena, van *Plukn. mantiss. pag.* 129.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Menthastrum Amboinicum. Sulassi ayer.

Hæc Mentha aquatica multum convenit cum antecedente plantula, sed omnibus partibus major est, & ad species *Menthæ aquaticæ* pertinet. Ultra pedem alta est, simplici adsurgens rotundo pingui & glabro caule, qui in amplos articulos distinctus est, ac parum sinuosus, atque tales tres quatuorve caules unica ex radice progerminant sine lateralibus ramis.

Singulo articulo bina adstant folia, cum subsequenti pari crucem formantia. Cum illis Menthæ maxime conveniunt, superius lata, & inferius angustata, ad oras subtiliter & obscure dentata, tres quatuorve transversales digitos longa, & binos lata, crassiuscula, pinguia, sed flaccida, subtus obliquis admodum & maxime protuberantibus costis donata, saporis Anisati, ac gratum spirantia odorem, fere instar Basilici albi, seu uti *Sulassi puti* hisce in regionibus.

In quavis foliorum ala bini tresve locantur barbati calices, in quibus flores itidem caliculati, superius quadrifidi, coloris læte purpurei, seu Violacei, quos insequuntur bursulæ rotundæ & acuminatæ, obscure fuscum continentes semen, paulo majus quam in priore planta. Pingues ac gravissimi caules inferiore articulo terræ incumbunt, ac fibrillas ipsi inmittunt.

Radix brevis est, ex multis fibrillis composita, quæ laxe ac flaccide cœnosum tenent solum. Flores ejus ac fructus ultimis conspiciuntur pluviosis mensibus, Augusto & Septembri, cæterum toto anno nil nisi folia profert.

Nomen. Latine *Menthastrum Amboinicum*; Malaice *Sulassi ayer*, h. e. *Basilicum aquaticum*; Malaienses enim æque *Mentham* quam *Basilicum* sub nomine *Sulassi* comprehendunt.

Locus. In cœnosis crescit fluminum ripis, ubi & Calamagrostis provenit, uti in Leytimora ad Elephantem, in Hoëamehela circa Laalam, ubi terra est aquosa. Cæterum raro obcurrit, ac proinde Amboinensibus parum notum est.

Usus ejus nullus notus est, excepto quod quidam illud admisceant Lactucæis herbis. Incertum est, an sit *Veronica Bontii libro* 6. *cap.* 39. descripta, quæ Javæ crescit, & ex ejus dicto ad lippos adhibetur oculos. Sinenses saltem hanc herbam vocant *Tsjui camtsio*, h. e. *Liqueritia aquatica*, vel *Cinnamomum aquaticum*, ob dulcem & aromaticum ejus odorem. Contra oculorum lippitudinem adhibent, quum oculorum palpebræ rubent, ac granula ipsis increscunt, quæ difficilem caussant pruritum, tum hanc sumunt herbam, cum tota substantia aquæ incoquunt, cujus vaporem in oculis adtrahunt, sique frigefacta sit, ea lavant illos. Alii hanc coquunt herbam cum *Basilico vulgari*, ac decoctum ejus potant contra Gonorrhæam non virulentam, seu inpotentiam.

Tabula Sexagesima octava

Ad Figuram primam *Menthastrum* exhibet *Amboinicum*, cum quo convenit Menthastrum coronatum, oblongis foliis Malabaricum, Carim-tumba *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 93. *Plukn. Amalth. Botan. pag.* 144.

Figura secunda *Ophioglossum* sistit *simplex*, quod convenit cum Ophioglosso vulgato, *Plumier Tab. ult. no.* 5.

Figura tertia *Ophioglossum* denotat *laciniatum*.

TWEE EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Amboinsche Watermunt.

Deze Watermunt heeft groote gelykenisse met het voorgaande kruidje, dog is grooter in al zyn delen, en behoort onder de zoorten van Mentha aquatica.

Zy wast ruim een voet boog, met een enkelde, ronde, vette, en gladde steel, die in wyde leden verdeelt is, en wat bogtig staat, komende drie en vier stelen uit eene wortel, zonder zydetakken.

Aan ieder lid staan twee blaadjes tegens malkander met het volgende paar een kruis makende. Zy komen meest met die van de Munt over een, vooren breed, en agter smal toelopende, aan de kanten fyn, en donker getand, drie en vier dwersvingeren lang, en twee breed, dikagtig, vet, dog slap, van onderen met zeer schuinze en ver uitbuilende ribben, van smaak Anysagtig, en welriekende, schier als het Basilicum album, of Sulassi puti *hier te lande.*

In ieder schoot staan twee of drie groene gebaarde kelkjes, daar in mede kelkagtige bloempjes staan, boven in vier blaadjes verdeelt, ligt violet of peers van couleur. Daar op volgen ronde spitze beursjes, inhoudende donckerbruin zaad, wat grooter dan aan 't voorgaande. De vette en zwaarste stelen leggen met het onderste lid op de grond, en wortelen wederom in.

De wortel is kort, uit veele vazelingen gemaakt, die slappelyk houden in den modderigen grond, en zyn bloemen en vrugten ziet men in de laaste regenmaanden Augustus en September, anders staat het schier het geheele jaar lang met bloote bladeren.

Naam *In 't Latyn* Menthastrum Amboinicum; *in 't Maleits* Sulassi ayer; *dat is* Basilicum aquaticum, *want de Maleiers zoo wel de Munt als* Basilicum *onder den naam van* Sulassi *begrypen.*

Plaats. *Het wast in moerassige oevers van de rivieren, daar omtrent het Rietgras of Calamagrostis staat, gelyk op Leytimor aan den Olypbant, op Hoeämohel omtrent Laala, daar een wateragtig land is. Anders werd het weinig gevonden, en is dierhalven by de Amboinezen meest onbekent.*

Gebruik. *Daar van is nog niets bekent, behalven dat het zommige onder de Salaad-kruiden mengen gelyk* Sulassi poeti. *Het is onzeker, of het de Veronica van* Bontius *zy,* lib. 6. cap. 39. *dewelke op Java wast, en na zyn zeggen tot leep-oogen gebruikt werd. Immers de Chinesen noemen dit kruid* Tsjui camtsio, *dat is* Waterzoethout, *of* Waterkaneel, *wegens zyn zoeten en speceryagtigen reuk. Zy gebruiken 't tegens de leepoogen, wanneer de oogen-leden rood werden, en ziertjes daar in groejen, die een moejelyk jeuken maken, nemende dit kruid met alle zyne substantie, en in water kookende, waar mede zy voor eerst de oogen beroken, en daar na kout geworden daar mede wassen. Andere kooken dit kruid met* Basilicum vulgare, *of vleeskruid, en drinken dit Decoctum tegens Gonorrhæa non virulenta of inpotentia.*

De agt en Sestigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *Amboinsche Menthastrum*, waar mede overeenkomt het Malabaarse gekroonde Menthastrum, met langwerpige bladeren, Carim-tumba van de *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 93. by *Plukn. Amalth. Botan. pag.* 144.

De tweede Figuur vertoont de *eenvoudige Slange-tong*, welke overeenkomt met de gemeene Slange-tong, van *Plumier laatste plaat no.* 5.

De derde Figuur wyst aan de *ngesneede Slange-tong*.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Ophioglossum simplex. Daun saleh.

O*phyoglossum simplex* fere eandem habet formam, qualis in Europa conspicitur, sed alium observat crescendi modum.

Est autem plantula humilis ac pusilla, simplicem emittens caulem, tres quatuorve pollices altum, quivis vero solitarium gerit folium, pollicis articulum longum, pollicem latum, crassiusculum, pingue, sine notabilibus costis, coloris obscure virentis, in contritis vero vel coctis foliis tenues ac lenti observantur nervi, per longitudinem decurrentes.

Hic caulis aliquando solitarius, aliquando geminus est, sed quivis e peculiari provenit radicula, quæ omnes primariæ adhærent radici, transversaliter sub terra prorepenti, uti in Polypodio, quæque hic & illic novos producit caules. Ex folii sinu caulis ad tres quatuorve pedes adsurgit, in summo simplicem formans spicam seu lanceam, digiti articulum longam, forma linguæ serpentis, ad caulem bifidam, & transversaliter striatam seu sulcatam, semper virentem, ac tandem sine notabili semine marcescentem.

Radix vilissima est, ita ut sæpe quis miraretur, quomodo terræ infixa esse possit, neque etiam transversalis observatur radix, nisi ubi copiosa est, supra radicem aliquid muscosum ad caulem adparet. Foliorum sapor dulcis ac fatuus est, fere uti in *Polypodio*.

Nomen. Latine *Ophioglossum Indicum simplex.* In Europæis Pharmacopæis *Lancea Christi* vocatur. Malaice *Daun saleb*, h. e. *Folium unicum*, uti quoque Græcis dicitur *Henophyllon* & *Monophyllon*, item *Sajor pangayæ*, quum ejus folia *Pangay*, h. e. remum brevem referant. Ternatice *Tjomu tuffa* h. e. Malaice *Tundjæ langit*, & *Tonkat langit*; Belgice *Hemelswyzer* & *Hemels-stut*, quum lanceolæ ejus erectæ cælum videntur demonstrare.

Locus. Non crescit, uti Europæum, in densis umbrosisque lucis, ubi & etiam raro reperitur, sed contra hisce in regionibus in planis campis & nudis montibus inter Caricem, ubi hic vagus est, plerumque juxta vias, ac semper in solo duro & argilloso. Cito e terra progerminat, & cito iterum perit, nulla arte propagabile, nec ullibi nisi sponte crescit. Præ aliis locis luxuriose provenit, si in locis planis ac montibus Carex deflagretur, atque dein per binos dies pluviæ cadant, tum mox ac subito excrescit, ita ut vera sit terræ progenies, qua in re cum Filicibus & Polypodiis convenit.

Usus ejus hisce in terris nullus est ad vulnera curanda, uti Chirurgi & Paracelsistæ in Europa id volunt, sed vile est olus, quem in finem in foro venale prostat. Hujus tum tenera eliguntur folia, quæ linguam istam non vel vix habent, seniora enim nimis fibrosa sunt, leniter vero coquenda sunt in aqua, addita Calappi lympha, quum satis dulce præbent olus, si vero nimis fortiter coquantur, in mucum liquescunt.

DRIE EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De eenvoudige Slange-tong.

Ophyoglosson simplex *heeft meest dezelve gedaante, gelyk men 't in Europa ziet, dog een andere manier van wassen.*

Het is een klein en laag kruidje, met een enkelde steel, drie en vier duimen hoog zig boven de aarde verheffende, dragende ieder een byzonder blad, een lid van een duim lang, een duim breed, dikagtig, vet, zonder kennelyke ribben, donker-groen van couleur, dog aan 't gewreevene of gekookte, werd men dunne en taaje zenuwen gewaar, die in de lengte loopen.

Deze steel staat zomtyds alleen, zomtyds twee by malkander, dog ieder zyn byzonder worteltje hebbende, die aan een hoofdwortel hangen, dwers onder de aarde loopende als Polypodium, en hier en daar nieuwe steelen voortbrengende, uit den boezem van dit blad schiet den steel nog drie of vier duimen op, formeerende aan 't opperste een smalle aire, een lid van een vinger lang, in de gedaante van een slangetongske, door den steel in twee gedeelt, en over dwers gekeept, altyd groen blyvende, ten laatsten zonder kennelyk zaad verwelkende.

De wortel is zeer gering, zoo dat men dikwils verwondert staat, hoe 't aan de aarde vast houd, ook ziet men de dwerswortel niet, dan daar het veel by malkander staat, boven de wortel ziet men iets mosagtigs aan de steelen. De smaak van de bladeren is zoet en smets, schier als aan 't Polypodium.

Naam. *In 't Latyn* Ophioglossum Indicum simplex. *In de Europisse Apotheeken werd het in 't gemeen* Lancea Christi *genaamt, in 't Maleits* Daun saleh, *dat is* Folium unicum, *gelyk men 't anders in 't Grieks noemt* Henophyllon *en* Monophyllon; *ook* Sajor pangayœ, *om dat zyne bladeren na een* Pangay *dat is een korte riem gelyken. Op Ternaten* Tjomu tuffa; *in 't Maleits* Tundjoe langit, *en* Tonkat langit; *in 't Duits* Hemels-wyzer *en* Hemels-stut, *om dat de opregte piekjes schynen den Hemel aan te wyzen.*

Plaats *Het wast niet, gelyk in Europa, in donkere schaduwagtige bossen, daar het nog al zelden gevonden werd, ter contrarie hier te lande op vlakke velden en kale bergen onder 't snygras, daar het wat ydel staat, meest langs de wegen, en altyd op een harde kleigrond. Het komt schielyk uit de aarde voort, en vergaat ook weder haast, konnende door geene konst voortgeteelt worden, daar het niet van zelfs voortkomt. Inzonderheid komt het weelderig voor den dag, als men op vlakke velden en bergen het voornoemde snygras afbrand, en daar op een paar dagen regen volgt, dan ziet men 't schielyk opwassen, zoo dat het een regt kind van de aarde is, daar inne met de Varen en Polypodium over een komende.*

Gebruik. *Men heeft hier te lande geen gebruik daar van, om wonden te genezen, gelyk de Chirurgyns en Paracelsisten in Europa doen, maar het is een slegt moeskruid, tot welken eind het op de markt te koop werd gebragt. Hier toe verkiest men de jonge bladeren, die het tongsken nog niet of effen uitgeschooten hebben, want de oude vallen te dradig, men kookt ze slappelyk in water, en vet ze met Calappusmelk, wanneer ze een zoet moes geven, maar door hard kooken vergaan ze in slym.*

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Ophioglossum laciniatum. Sajor manis.

Alterum *Ophioglossum* peregrinam penitus habet formam, ac præterea aliquid commune gerit cum *Filice Osmunda.* Caules quoque emittit simplices, rotundos, herbaceos, sed ad unam partem striatos & nudos, superius verrucis quibusdam obsessos, pedem circiter, vel ulnam altos, inæqualis crassitiei, inferne enim caulis tenuior est quam in medio. Superius sese dividit in tres ramos, transversaliter expansos, non directe in triangulo positos, sed ad unam partem dehiscit, illorum quivis sese dividit in binas, tres, & quatuor longas lacinias seu folia, ita ut totum folium in duodecim lacinias sit distinctum, quarum quævis sex & octo pollices longa est, ac unum lata, harum vero laciniarum una alterave ad latera non distincta est, quæ etiam longiores sunt reliquis.

Medius ramus sese dividit in binas tresve minores lacinias, quæ super eminent, & inferius ad oras minores quasdam incisiones seu auriculas gerunt, quævis porro lacinia firmum gerit nervum medium, ab utraque protuberantem parte, atque ex eo innumeræ excurrunt venulæ transversales, quæ sese ad oras in arcus claudunt, uti in Filice Osmunda. Foliorum oræ subtiliter dentatæ sunt, & in vetustis foliis quodammodo spinulosæ, acsi spinulis obsessæ essent, si nempe retrorsum fricentur, folium porro ipsum est glabrum, ac læte virens, saporis fatui ac dulcis, fere instar Calappi medullæ, qualis & primarius caulis est.

Ex centro horum foliorum rectus porro excrescit caulis, septem & octo pollices altus, similem sustinens spicam, qualem præcedens Ophioglossum, sed quæ multo major & crassior est, digitum longa, minimum digitum crassa, plerumque simplex, aliquando prope apicem bifida, primo viridis, dein muscosos proferens flosculos, qui spicam rugosam & rubram efficiunt. Hos insequuntur multa granula, intus concava, ac sine notabili semine, quum tota marcescit spica, ac brevi post etiam ipsum folium, quod, uti dictum est, laciniis suis undique circa caulem semicirculum format.

Mox alter junior progerminat caulis prope vetustum, qui similes profert lacinias & spicam, ita ut nunquam bini simul, ejusdemque ætatis conjuncti sint. In caulium inferiore parte raræ obcurrunt breves fibrillæ, quæ, si extrahatur caulis, pro vera haberentur radice, quod falsum est, & decipit homines, sed vera radix profundius in terra locatur, transversaliter prorepens, uti in Polypodio, ultra pennam crassa, coloris externe terrestris, vel quale solum est, in quo crescit, in nigro enim solo nigricat, multis crassis fibrillis obducta, quæ perpendiculariter terram petunt, cunctæ fragiles admodum, præsertim si siccæ, saporis dulcis.

In primaria radice nodi etiam & tubera adparent, uti in radicibus Polypodii & Sigilli Salomonis, e quibus antea caules progerminarunt, hæc enim herba aliquando supra terram omnino perit, primaria radice in terra vegeta & abscondita, quæ post pluviosos menses ab utraque parte novos emittit caules, & per novos stolones sese propagat.

Sæpius hanc effodi plantam, sed primariam invenire haud potui radicem, exceptis istis dictis raris fibrillis, quum incolæ mihi persuadere volebant, ut, si quis veram cuperet invenire radicem, omnino taciturnum esse oporteret, quas nugas tamen esse alio tempore melius comperi, quum profundius eam effoderem, & tot invenirem radices, quot cuperem.

Primaria hæc radix ad latera quasdam emittit ramificationes instar Polypodii, & hæ hic & illic novos quosdam caules, qui superne sæpe incurvati sunt instar hami, e quibus postea folium excrescit.

Radix transversaliter dissecta auris formam vel semilunæ præ se fert, si vero primarius dissecetur caulis, ubi crassissimus est, flavescentia in eo conspiciuntur punctula, in circulo posita, atque in medio lineæ frustum, sed extra centrum positum.

VIER EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De ingesneede Slange-tong.

Het tweede Ophioglosson *is van een gants vreemd fatzoen, en heeft daar en boven iets gemeen met de* Filix Osmunda, *het schiet ook met enkelde, ronde, kruidagtige, dog aan de eene zyde gestreepte, en kale steelen op, boven met eenige wratjes bezet, omtrent een voet of elle hoog, van ongelyke dikte, want beneden is hy dunder dan in de midden. Boven verdeelt hy zig in drie takken, regt dwers uitgebreid, staande niet regt in een drieangel, maar aan de eene zyde geopent, ieder derzelver verdeelt zig in twee, drie en vier lange snibbelen of bladeren, zoo dat het geheele blad in twaalf snibbelen verdeelt is, ieder ses en agt duimen lang, en een breed, dog van deze snibbelen staat een of twee ter zyden ongedeelt, die ook de langste zyn.*

De middelste tak verdeelt zig in twee of drie andere mindere snibbelen, die wat over malkander slaan, en agter aan de kanten nog eenige mindere keepen of ooren hebben. Voorts heeft ieder snibbel een styve middelzenuwe, ter weerzyden uitbuilende, van daar ontelbare kleine adertjes over dwers loopende, die zig langs de kanten met boogen sluiten, gelyk aan de voornoemde Filix. De kanten zyn subtiel getant, en aan de oude bladeren wat stekelig, als of het doorntjes waren, als men ze agterwaarts strykt, voorts is het blad glad, en blyde-groen, van smaak laf-zoet, als Calappus-pit, gelyk mede den hoofdsteel.

Uit het midden dezer bladeren schiet nog een regte steel op, seven en agt duimen hoog, dragende diergelyke aire gelyk het voorgaande Ophioglossum, dog veel grooter, en dikker, een vinger lang, een pink dik, meest enkeld, zomtyds by de spitze in tweën gekloven, eerst groen, daar na brengt hy eenige mosagtige bloempjes voort, die de airen geheel ruig en rood maken. Daar op volgen veele kleine korrels, van binnen meest hol, en zonder kennelyk zaad, waar op de geheele aire verslenst, en kort daar na het blad ook, 't welk, als gezegt, met zyne lappen rondom den steel wat meer dan een halve kring maakt.

Straks komt een jonge steel voort digt by den ouden, die diergelyke snibbelen en aire voortbrengt, zoo dat men nooit twee te gelyk en van eenen ouderdom by malkander ziet. Aan 't onderste van de steelen vindt men weinige korte vazelingen, die men in 't uittrekken voor de regte wortel zoude aanzien, daar aan men bedroogen werd, want de zelve leid wat dieper in de aarde over dwers kruipende gelyk een Polypodium, ruim een schaft dik, van buiten aardverwig, of na de grond, daar ze staan, want in zwarte grond is zy zwartagtig, met veele dikke vaselingen behangen, die regt in de aarde gaan, allegaar zeer breekzaam, inzonderheid als zy droog zyn, en zoet van smaak.

Aan deze hoofdwortel ziet men ook knobbelen, en leden gelyk aan de wortelen van Polypodium, en Sigillum Salomonis, daar te vooren steelen gestaan hebben, want dit kruid vergaat zomtyds boven de aarde geheel en al, blyvende de hoofdwortel in de aarde verborgen, die dan na de regen Moesson te wederzyden nieuwe steelen uitschiet, en haar zelfs met nieuwe afzetzels voort zet, waar op de oude vergaat.

Ik heb dikwils dit kruid uitgetrokken, en deze hoofdwortel niet vinden konden, behalven de voornoemde weinige vaselingen, wanneer de Inlanders my wys maakten, dat indien men de regte wortel wilde vinden, moest men in 't uitgraven stok stil swygen, welke beuzelingen ik daar na wel anders bevonden hebbe, slegts een weinig dieper gravende, en zoo veele wortels vindende, als ik begeerde.

De hoofdwortel schiet ter zyden eenige takken uit, gelyk het Polypodium, en dezelve hier en daar nieuwe steelen, dewelke aan 't bovenste einde dikwils gekromt zyn, gelyk een winkelhaak, waar uit namaals het blad word.

De wortel dwers doorgesneeden vertoont de gedaante van een oor of halve maantje, maar als men den hoofdstengel doorsnyt, daar hy op 't dikften is, zoo ziet men geelagtige puntjes in een cirkel staan, en in het midden een stuk van een linie, dog buiten 't centrum.

Pluviosis mensibus hæc plerumque perit herba, sed Novembri teneri magna copiosa excrescunt surculi. Hanc herbam in initio pro *Filice* habui, præsertim quum ejus sapor ex dulci esset Filicinus, sed quum ejus spicæ dein prodirent, necessario concludere debui, magnam *Ophioglossi* esse speciem, quæ *Osmundæ* seu *Filici aquaticæ* etiam adfinis est.

Nomen. Latine *Ophioglossum laciniatum*; Malaice *Ribu-ribu*; Amboinensibus & Malaiensibus notum est nomine *Sajor manis*, seu *oleris dulcis*; Amboinensibus proprie dicitur *Utta niwel*, seu Malaice *Sajor calappa* itidem a dulci sapore. Quidam erronee illud vocant *Taccam minorem*, putantes *Taccæ* esse speciem, revera enim minor *Taccæ* species est, cujus folia cum hac herba optime conveniunt, sed oportebat hoc nomen deleri, quum multi eo falluntur, sumentes vulgarem *Taccam* minorem, quæ herba est fervens atque acris, pro hoc *Ophioglosso*, quod dulce ac fatuum est.

Locus. In declivibus crescit locis circa oras levis silvæ, vel sub aliis levibus fruticulis, ubi solum est humidum & argillosum, ut & circa siccas oras silvæ Sagus, sed raro obcurrit, atque ubi crescit, semper combinatum est. Javæ multo altior & luxuriosior est hæc planta, binos tresve pedes alta, ejusque caulis digitum crassus, ibique in planis provenit campis, ubi Carex est vaga. In hortis transplantata major quoque excrescit, foliaque circulum formant quindecim laciniarum, quæ inferius adpendices etiam quasdam gerunt, ac quodammodo supra sese invicem locatæ sunt. Quam primum vetustus perit caulis, semper novi in ejus locum succedunt, atque elegans planta est, quæ digna est in hortis locari.

Usus. Est herba succosa & refrigerans, alvum laxans. Molles caules cum teneris foliis ac spicis mox erumpentibus abscinduntur, & ad olus adhibentur, æque ac præcedens Ophioglossum, sed leniter hæc simul coquenda sunt, ne in mucum deliquescant. Teneri caules in aqua calida parum cocti præparari possunt, & edi instar Asparagorum. In re medica cum *Ubio polypoide* tanquam specificum habetur remedium in morbo quodam abdominis & intestinorum, qui Malaiensibus dicitur *Sackit gorito*, quem puto esse *Polypum intestinorum.*

Ad hunc sumunt radicem hujus plantæ cum radicibus *Ubii polypoidis nigri*, quas simul aquæ incoquunt & bibunt, siccas quoque edunt radices cum Siri Pinanga, quæ haud ingratæ sunt, & quas masticant instar pastillorum, unde Polypus evanescit.

Quum vero per istud nomen quoque intelligunt molam uteri in feminis, inquirendum est, an ad utrosque morbos, an vero ad alterutrum conducat. Malaienses enim, quum pauca habeant verba, multos sub uno nomine comprehendunt morbos.

Radices hæ a crassis depuratæ fibrillis saccharo condiri quoque possunt, & inter masticandum granulosæ sunt. Hæ radices cum Pinanga masticatæ, ad tussim convulsivam etiam adhibentur.

In de regenmaanden vergaat dit kruid meest, maar in November begint het jonge scheutjes met hoopen voor den dag te brengen. Ik heb dit kruid in 't eerste voor een Filix *aangezien, te meer alzoo den smaak uit den zoeten ook wat Varenagtig is, maar daar na de airen voort komende, heeft myn noodzakelyk doen besluiten, dat het een groote zoorte van* Ophioglossum *is, dog met de* Osmunda *of* Filix aquatica *gemeenschap hebbende.*

Naam. *In 't Latyn* Ophioglossum laciniatum; *in 't Maleits* Ribu ribu; *by de Amboinesen en Malyers is 't bekent met den naam van* Sajor manis, *of* Olus dulce. *In 't Amboinees hiet het* Utta niwel, *of in 't Maleits* Sajor calappa, *mede van de zoete smaak. Zommigen noemen het abusief* Tacca het kleine, *meenende dat het een zoorte van* Tacca *zy, want daar is in der daad een kleine zoorte van Tacca, die aan de bladeren met dit kruid wel overeen komt, maar zy behoorden deze naam uit te roejen, want veele daar door bedroogen werden, nemende de gemeene kleine* Tacca, *'t welk een heet scherp bytend kruid is, voor dit* Ophioglosson, *'t welk zoet en laf is.*

Plaats. *Het wast in lage gronden omtrent de randen van een ligt bos, of onder ander ligt kreupelbos, daar een vogtige kleigrond is, ook omtrent de drooge kanten van een Sagoebos, dog is weinig te vinden, en daar 't is, vindt men 't altyd by malkander. Op Java wast het veel hooger en weelderiger, twee en drie voeten hoog, en den stengel een vinger dik, en aldaar ook in de vlakke velden, daar het Snygras wat ydel staat. In de hooven verplant, werd het ook grooter, gewinnende een cirkel van vyftien snibbelen, die agter nog al eenige aanhangzels hebben, en ten deelen over malkander liggen, zoo dra den ouden steel vergaat, heeft men altyd nieuwe in de plaats, en het is een cierlyke plant, die waardig is in de tuinen gezet te werden.*

Gebruik. *Het is een vogtig en verkoelend kruid, den buik wat slibberig makende. De malze steelen met de jonge bladeren, en eerste airen werden afgesneeden, en tot moeskruid gebruikt, zoo wel als 't voorgaande Ophioglosson, en men moet ze zagtjes kooken, op dat ze niet slymerig werden. De jonge steelen in warm water een weinig opgekookt, laten zig ook toebereiden, en eeten als Spargies. In de Medicynen werd het met* Ubium polypoides *voor een toegeëigent middel geagt, voor een zekere ziekte des buiks en ingewands by de Malyers* Sackit gorito, *dat is zoo ik gisse* Polypum intestinorum *genaamt.*

Hier toe nemen ze de wortel van dit gewas met de wortelen van het Oebium Polypoides nigrum, *kooken ze t'zamen in water, en drinken dat, eeten ook de gedroogde wortelen met Siri pinang, die niet onlieffelyk zyn, en kort afknappen als koekjes, waar door den Polypus smelten zal.*

Maar dewyl ze onder den voorschreeven naam ook verstaan Molam uteri in fœminis, zoo staat nog te onderzoeken, of het tot beide ziektens of alleen tot eene dienstig zy, want de Malyers arm van woorden zynde, veelderlei ziektens met eenen naam noemen.

Gemelde wortelen van de dikke vazelingen gezuiverd, laten zig ook confyten, en vallen brokkelig in 't eeten. Dezelve wortelen met Pinang gekaauwt, werden ook gebruikt tegens de kinkhoest.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Radix toxicaria. Bacong.

Hic jam tres sese invicem subsequuntur plantæ, quæ pro *Moly Indico* haberi possunt.

Prima & maxima est *Radix toxicaria*, quæ est herba litorea, alte & ample sese extendens, licet verus caudex modo sit sesqui ac binos pedes altus, ac pedem crassus, atque ex multis convolutis, crassis, & albis membranis componitur instar caudicis Musæ.

Inferius hic crassiusculus & rotundus est fere instar Cepæ, sed non verum format bulbum. Inferne sub hoc tubere obtusus conspicitur conus, qui primaria radix est, atque ad ejus latera innumeræ crassæ fibrillæ seu chordulæ instar serpentum decurrunt, longe sese in terra extendentes, quæ molles, succosæ, & albæ sunt, sed interne lentum gerunt nervum.

In teneris plantis fere nil conspicitur nisi Cepaceus iste bulbus, cum fibrillis istis crassis in ambitu, sed in vetustis iste conus brachii crassitiem habet, ac parum incurvus est, interne albus, lento refertus succo, & pilosus, qualis & inferior caudicis pars est, quæ externe & interne alba est, & hac fibrosa substantia constat, quæ si masticetur, globum sericeum in ore refert, estque porro succo referta, sed qui nauseosus & amarus est.

Folia more Tuliparum locantur, seu uti in *Helleboro albo*, sed multo majora sunt, fere instar Acinacis, quæ sese invicem ambiunt, in caudicis summo, tres cum dimidio & quatuor pedes longa, quinque pollices lata, per longitudinem subtilibus nervis pertexta, crassa, & pinguia, sed flaccida, oris æqualibus, & pallide virentis seu flavescentis coloris, in medio sulcata, seu potius totum folium canalem refert, & caulis ex iis adsurgit viridis, ultra ulnam altus, digitum crassus, glaber, ex rotundo parum compressus, in ejus summo longam gerens vaginam, quæ sese aperiens decem vel duodecim minores exhibet cauliculos seu petiolos, palmam longos, sese in umbellam extendentes, quorum quivis longam, albicantem, & sulcatam gerit membranam, ejusdem fere longitudinis, ex qua magni excrescunt flores.

Flos ex sex longis, & angustis, albis constat petalis, ample expansis, quæque sese prius deorsum incurvant, ipsorumque extremitates præterea semel bisve incurvatæ sunt. Si hæc petala extendantur, semi pedis longitudinem habent, ac fere semi digitum lata sunt, ipseque flos inferius angustum format tubum, qui viridi incumbit germini, & superius concavus est.

In hoc locantur sex tenuia stamina, inferius alba, ac quodvis suo insidet petalo, sed superius erectum est, ac purpureum, ac quodvis antheram gerit, lutea farina conspersam, primo referentem hamum teli, dein hæ antheræ extensæ trabes referunt supernatantes. Ex tubi centro alterum excrescit rectum filum seu pistillum, reliquis brevius, purpureum penitus, sine tubere. Totus flos sex gerit petala, in hexagono posita, quæ amplum obcupant locum, odoris debilis liliacei, sed non admodum grati.

Character seu signatura horum florum consistit primo in sex incurvis staminibus, quæ fracta referunt tela, ac medium in tubo locatum pistillum, illud refert ejaculatorium telum, Malaice *Sompit* dictum, quod Maccassarenses efflant ex sclopetis teliferis, cujus apex abruptus est, & quod infectum est deleterio isto veneno. Per hanc signaturam seu floris formam primi forte harum insularum incolæ pervenere ad notitiam ipsius virtutis & usus.

Ex florum nodis fructus excrescunt, qui omnes fere maturitatem adquirunt, magnitudine Lansiorum vel rotundorum Prunorum, vel etiam aliquando instar Castanearum. Sunt autem non perfecte rotundi, sed parum obliqui, ita ut hilus non directe sit verticalis, diu externe virentes & glabri, interne repleti carne alba & mucosa, maturi fumeum conquirunt colorem, rugosi sunt, ex rotundo plani, seu casei forma, tumque caro interna est sicca instar Hepatis, sordide albens, unicam formans glebam, raro binas vel tres, odoris nauseosi, qualis & tota planta est.

In

VYF EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Spatwortel.

Hier volgen nu drie planten na malkander, dewelke ons voor een Moly Indicum *verstrekken.*

De eerste en grootste is de Spatwortel, *zynde een eigentlyk strandgewas, boog en breed zig uitspreidende, hoewel de eigentlyke stam maar anderhalve en twee voeten hoog is, een been dik, en uit veele over malkander gerolde dikke en witte vellen gemaakt, gelyk de Pissangstronk.*

Beneden loopt dezen stam dikagtig, en rond toe, schier als een Ajuin, dog geen regten bol formeerende. Onder aan deze bol zit een stompen kegel, 't welk de hoofdwortel is, en ter zyden loopen ontelbare dikke draden of chordels, als slangen, verre in de aarde zig verspreidende, week, sappig, en wit, dog binnen met een taaje zenuwe.

Aan de jonge planten ziet men schier niets als den ajuinagtigen bol met de dikke vaselingen rondom, maar aan de oude word den voornoemden kegel wel een arm dik, en loopt wat krom, binnen wit, vol taaje sap, en hairig, gelyk ook den onderste stam, buiten en binnen wit, en vol van deze hairige substantie, die in 't kaauwen voorkomt, als of men een klouwe zyde-gaarn in de mond hadde, daar by sappig, en walgelyk bitter.

De bladeren staan op de manier als een Tulpe, of als aan den Helleborus albus, *dog veel grooter, namentlyk als slagtswaarden, malkander omvattende, aan 't bovenste van den stam, vierdehalve en vier voeten lang, vyf duimen breed, in de lengte met subtile zenuwen doortoogen, dik, vetagtig, dog slap, met effene kanten, ligt of geel-groen, in de midden met een geute, of veel meer het geheele blad staat als een geut, en schiet een regte grasgroene steel op, ruim een elle hoog, een vinger dik, glad, uit den ronden wat gedrukt, dragende op zyn top een lange schede of hooze, dewelke haar openende vertoont tien of twaalf kleindere steelen, een hand lang, haar in een dolle of kroone verspreidende, ieder draagt een lange witagtige of gevoornde hooze, schier van dezelve lengte, waar uit werden groote bloemen.*

Dezelve bestaat uit ses lange, smalle, en witte blaadjes, die zig wyd opent, en de blaadjes krommen haar eerst neerwaarts, en dan haare einden krullen haar nog een reis of twee. Als men deze blaadjes uittrekt, zoo zyn ze wel een halve voet lang, en schaars een halve vinger breed, makende de bloeme beneden een smallen hals, rustende op een groene knop, boven is een naauwe pyp.

Hier in staan ses dunne draden, beneden wit, en een ieder op zyn blaadje rustende, maar boven opgeregt, purperverwig, dragende ieder een nop, met geel meel bestrooit, eerst gelykende de weerhaken van een pyl, daar na uitgerekt dryven ze boven op als balkjes, uit het midden der pypen komt nog een ander regte draad, korter dan de andere, geheel purperverwig, zonder nop. De geheele bloem heeft ses bladeren, regt in een sesboek verdeelt, beslaat een groote plaats, en heeft een slappen lelyagtigen reuk, dog niet zeer aangenaam.

De signatuure dezer bloemen bestaat eerst in de ses kromme draden, die gebrooke pylen gelyken, en het middelste draadje in de pypen verbeeld dien blaaspyl of spatte, in 't Maleits Sompit *genaamt, den welken de Maccassaren uit haare spatroeren blazen, waar van de spitze afgebrooken is, waar aan dat grouwelyk vergift hangt. Door deze signatuure of gedaante, hebben misschien de eerste Inwoonders dezer Eilanden aanleidinge gekreegen, tot kennisse van deszelfs kragten en gebruik.*

Uit de knoppen, daar de bloemen gestaan hebben, werden de vrugten, dewelke schier alle tot perfectie komen in de grootte van Lanzen, of ronde Pruimen, ook wel als Castanjes. Zy zyn niet regulier rond, maar wat scheef, zoo dat den navel niet regt boven op staat, langen tyd van buiten gras-groen, en effen, binnen met een wit slymerig vlees, de rypen werden rookverwig, rimpelig, uit den ronden plat, of kaasvormig, als dan is het binnenste vlees droog als lever, vuil-wit, uit een klomp, zelden uit twee of drie bestaande, walgelyk van reuk zoo als de geheele plant is.

In

In illius centro conus locatur albicans, qui per adjacentem carnem, tum viridem, perforat, & novum germen est, quod plantam propagat, ex binis vero fructus glebis bina excrescunt germina, non supra sese invicem, sed ad latera.

Pluviosis floret mensibus Julio & Augusto, fructusque Octobri proveniunt, ac porro siccis mensibus, quo tempore interea subtus aliæ excrescunt vaginæ, successive florentes.

Quidam binas alias radicis Toxicariæ statuunt species, præter istas binas, quæ in Ternata reperiuntur, modo crescendi similes, quarum vulgaris albos, altera rarior luteos gerit flores. Amboinenses autem species non multum inter sese differunt, ac præsertim varietate soli variant. Vulgarem itaque sequentes modum, *secundam* statuemus radicis Toxicariæ *speciem terrestrem*, a litorea non diversam modo crescendi, nisi quod major & altior excrescat. Ejus enim caudex ulnam altus est, crus crassus, ex albicantibus compositus membranis seu involucris, inferius rotundus instar Cepæ, atque inde longissimas, crassas, & albas emittens fibrillas, undique per molle prorepentes solum, atque sub ipsis obtusus iste conus latet.

Aliquando, quum hic caudex senescit, inferiore sua parte terræ incumbit instar *Ari hortensis*. Sed istos serpentinos fibrillarum flexus multo majores & longiores observavi in litorea specie, cujus vetusti caudices quatuor & quinque pedum longitudinem sæpe obtinent, sinu terræ incumbentes.

Terrestris speciei folia ulnæ vel orchiæ longitudinem habent, tres palmas lata, sine notabili nervo, excepto canali medio, coloris intense virentis, & glabra.

Flores & fructus sunt uti in priore specie, sed raro observantur. Hujus radices longæ præstantiores habentur quam in litorea specie, atque interne etiam exhibentur, quum litoreæ nimis ferventes sunt, & vehementem caussant vomitum, ita ut terrestris gradu debiliore differat.

Tertia montana est species, in Amboina ignota, sed in Ceramæ montibus obcurrit, litori vicinis. Hæc etiam nil differt a prioribus speciebus, nisi quod in omnibus suis partibus sit minor, ipsiusque radices etiam meliores censentur, & propinantur contra quodvis toxicum.

Nomen. Latine *Radix toxicaria*; Belgice *Spatwortel*; Malaice & Maccassarice *Daun bacong*; vel solummodo *Bacong*, & *Daun sompittan*; Amboinice in Lytimora *Däussa*, *Tapeussa*, & *Tacaossa*, quod semiputridam denotat vestem, quam denotant caudicis membranæ, in Hitœa *Nopu*, in Lœhœa *Tecabbal*, *Ribua*, & *Moral*. Bœronice *Rebut*; Ternatice *Fette fette*; Bandice *Tuvera*; Baleyice *Bacong*, & *Casse selan majus*, ad differentiam minoris speciei, quæ postea subsequetur.

Locus. Prima species ubique nota est in litore, ubi locus est silvestris & cænosus, seu parum paludosus, sed inter nudos etiam crescit lapides, trunco crasso & procumbente, si modo solum sub eo sit parum humidum. Ubique obcurrit in Amboina, Boerone, & Cerama. In hortis etiam plantatur ob præstantem & frequentem ejus usum, licet ibi non tantæ sit molis. Si transplantetur, caudex abscindendus est modo supra radicem, alioquin enim putrescit, & vermes generat, sed ex centro abscissi caudicis novus regerminat surculus.

Secunda species magis remote in ipsa crescit terra, sed non procul a litore ad paludes, stagnantes aquas, & cænosas fluviorum ripas, in humidis & declivibus silvis, præsertim ad oras silvarum Sagus, ubi lapilli paludoso solo mixti sunt. Hæc species in hortis quoque transplantari potest, sed cito perit, quum non amat solum siccum, hinc prima eligenda est species, quæ transplantatione mollior, & ad usum aptior redditur.

Tertia species potissimum in Cerama crescit, in ejus parte boreali in Hatues sinu, ad latus montium altorum & saxosorum, cui adjacet pagus Hatues, unde huc translata est, atque in hortis melius transplantari potest.

Usus. Hujus plantæ nulla pars ad cibum apta est, omnes enim ejus partes vim habent vehementem caussandi vomitum, sine fervore vel acrimonia, sed solummodo nauseosa, sed non magna amaritie, quod intelligendum est de litorea specie, ambæ enim terrestres species non ita vomitum caussant, ac melius interne adhiberi possunt.

Omnes

In wiens midden men een witagtig kegeltje ziet, 't welk door het omleggende vlees (zynde alsdan groenagtig) boorende, tot een nieuw uitspruitzel wert, 't welk de plante voortteelt, uit twee klonteren der vrugt komen dan twee uitspruitzels, niet regt boven, maar ter zyden uit.

Het bloeit in de regenmaanden July en Augustus, en de vrugten ziet men in October, en voorts de geheele drooge Moesson over, in welke tyd onder tussen van onderen op nog andere scheeden komen, die vervolgens na malkander bloejen.

Zommige maken nog twee andere zoorten van Spatwortel, behalven die twee, dewelke men in Ternaten vindt, malkander aan gewas gelyk, waar van de gemeene witte, de andere rare geele bloemen draagt. Maar de Amboinse zoorte verschillen weinig van malkander, komende het verschil meest van de plaatzen of grond, daar ze wassen. Volgende dan de gemeene fleur, zoo zullen wy voor de tweede zoorte *stellen de* Land-spatwortel, *van de Strandzoorte aan wasdom niets verschillende, behalven dat ze grooter en hooger opschiet. De stam is een elle hoog, een dye dik, ook witagtig, van rollen gemaakt, beneden rond toeloopende als een Ajuin, en van daar zeer lange, dikke, en witte vaselingen uitschietende, wyd en zyd door de weeke grond kruipende, en onder haar dien stompen kegel verbergende.*

Zomtyds als dezen stam oud werd, gaat hy met het onderste op de aarde leggen, gelyk het Arum hortense. *Dog deze Draken heb ik veel grooter en langer gezien aan de strand-zoorte, wiens oude stammen wel vier of vyf voeten lang worden, met een bogt op de aarde rustende.*

De bladeren van de Land-zoorte zyn wel een vadem lang, drie handen breed, zonder kennelyke zenuwe, behalven de middelste geute, hoog-groen, en glad.

Bloemen en vrugten zyn als aan de eerste, dog werden zelden gezien. De lange wortelen hier van werden voor beter gehouden, dan de strand-zoorte, om binnen 't lyf in te nemen, want de strand-zoorte is te heet, en maakt een geweldig braaken, daar deze wel een graad slapper is.

De derde is de Berg-zoorte *in Amboina onbekend, maar op Cerams Bergen te vinden, die aan strand leggen. Deze verschilt ook niets van de twee voorgaande, behalven dat ze in alle delen kleinder is, en haare wortelen worden ook voor zekerder gehouden om in te nemen, niet te min tegens alderhande venyn voor kragtig.*

Naam. *In 't Latyn* Radix toxicaria; *in 't Duits* Spatwortel; *in 't Maleits en Maccassars* Daun bacong, *of slegts* Bacong, *en* Daun sompittan; *in 't Amboins op Leitimor* Däussa, Tapeussa, *en* Tacaossa, *zynde te zeggen een half verrot kleedje, 't welk de schillen des stams verbeelden, op Hitoe* Nopu; *op Loeboe* Tecabbal, Ribua, *en* Moral; *op Boeroes* Rebut; *op Ternaten* Fette fette; *in Bandaas* Tuvera; *in Baleits* Bacong, *en* Casse selan *het groote, tot onderscheid van het kleine, 't welk hier na zal volgen.*

Plaats. *De eerste zoorte is over al bekend op strand, daar het bosagtig, en een weinig moerassig is, dog het wast ook onder de bloote steenen, en dat nog met een dikke leggende stam, als het maar daar onder wat vogtig is, het is over al te vinden, op Ambon, Boero, en Ceram. Het werd ook in de tuinen geplant wegens zyn groot gebruik, hoe wel het daar zoo groot niet werd. In 't verplanten moet men den stam afsnyden kort boven de wortel, anders verrot hy, en genereert wormen, maar uit het midden van den afgesneeden stam schiet een nieuwe spruit op.*

De tweede zoorte wast landwaards in, dog niet ver van strant aan poelen staande wateren, en moerassige oevers van rivieren, in vogtige laage bossen, inzonderheid aan de kanten van sagoebossen, daar steenen onder 't moeras loopen. Deze zoorte laat zig ook wel in de tuinen verplanten, maar vergaat haast, om dat ze geen drooge grond bemind, daarom moet men de eerste zoorte nemen, die door het verplanten wat zagter en bekwamer tot het gebruik werd.

De derde zoorte wast op Ceram meest, op deszelfs noordzyde in de bogt van Hatuwe, aan de zyde van dat hooge en steenige gebergte, daar aan de zelve Negorije leid, van waar herwaarts gebragt, laat haar in de tuinen verplanten.

Gebruik. *Van dit kruid is niets tot de kost bekwaam, het is in al zyn deelen kragtig om een sterke braking te maken, zonder hitte of scherpigheid, maar alleen met een walgelyke dog niet groote bitterheid, het welk te verstaan is van de strand-zoorte, want de beide land-zoorten doen zoo zeer niet braken, en zyn bekwamer binnens lyfs te gebruiken.*

Dog

Omnes vero hæ tres istam nobilem possident virtutem, quod adsumptum venenum magna vi e corpore eliminent, & vulneribus adplicatæ toxicum ex iis exsugant. Hinc hæc herba pro *Moly Indico* habenda est. Non dico habendam esse pro isto *Moly Indico*, quod apud Botanicos nostros isto nomine notum & delineatum est, præ aliis apud *Carol. Clus. rarior. pl. libr.* 2. *cap.* 36. *Dodon. libr.* 23. *cap.* 15. & apud alios.

Nomen autem *Moly* pro generali sumo nomine talium herbarum, quæ veneno & incantamentis resistunt ex significatione vocis Græcæ, ubi *Moly* denotat *hebetare*, quum hæ herbæ vires veneni enervant & hebetant, hujus autem herbæ vires præsertim innotuere quinto Amboinensium bello ab anno 1651 per quinque continuos annos gesto cum Ternatensi præfecto Madjira, qui Maccassarenses ad opem ipsi ferendam imploraverat contra nostram nationem.

Hi itaque Maccassarenses cum vicinis Bœgensibus & Mundarensibus Amboinam invadentes istud bellum grave & difficile fecerunt, non ita armis explodentibus suis, quæ nostri milites non adeo timebant, quam quidem istis venenatis ejaculationibus, quas ex longis ligneis sclopetis efflant, quæque non bene evitari possunt.

Sunt autem tenuia ac pusilla tela, pedem circiter longa, superius apice parvo donata, ex dente Lamii piscis, vel alia quavis acuta re confecta, atque crasso obducta deleterio isto veneno ex *Arbore toxicaria* præparato, supra libro tertio descripto. Quæ tela pusillum, immo fere vix memoratu dignum caussant vulnus, attamen tantæ sunt malitiei, ut mox mortem adferant, si tela ista nondum semi anni spatium exedunt. Si vero vetustiora sunt, efficacibus antidotis istud malignum venenum superari potest. Quod antidotum potissimum in vehementi consistit vomitu, quum ista vehementi commotione vis istius veneni frangitur & expellitur. Contra hoc primis binis annis adhibebatur *Excrementum humanum*, quod vulneratus sive nolens sive volens deglutire debebat, si mortem evitare vellet, & solummodo ad istum vomitum caussandum.

Sed tertio dein anno nobis detegebatur vis & usus hujus radicis toxicariæ, quæ dein cum aliis remediis usum obtinuit, ita ut cuncti milites in exercitu recentem vel siccatam radicem secum gererent, quod facile fieri poterat, quum ubique obvia est, ac hostis tela interim jam anni spatium superabant, quæque post tertium vel quartum annum quidem venenata, sed non lethifera erant.

Hunc in finem sumuntur longæ istæ albæ radices, quæ in inferiore parte bulbi cepacei inveniuntur, ample sese extendentes, vel etiam ipse bulbus, qui albus est, & refertus succo mucoso. Hujus justa sumitur quantitas, quanta ore contineri & masticari potest, atque inter masticandum ejus succus deglutitur, & pasta vulneri inponitur & adligatur ipsi. Licet hoc opus etiam sit tædiosum ac nauseosum, non ita ob amaritiem, quæ non magni momenti est, quam quidem ob fibrosam ejus substantiam, quæ in tota prævalet planta, & alicui in ore videtur, acsi Gossipium masticaret, sed tandem in ore liquescit, vel tenuis redditur. Mox tum subsequitur vehemens vomitus, sudor, & jactationes, quibus venenum expellitur, sique gravis vertigo continuat, repetenda est ista actio, quod melius institui potest isto primo memorato nauseoso & horrendo remedio. Vidi etiam potissimum eligi litoream speciem, vel quia melius ad manus erat, vel quia vehementiorem caussat vomitum.

Quidam magis curiosi inter masticandum miscebant hominum dentes & medullam crurum gallinarum, quas utrasque supra porphyritim in pulpam conterebant, ac dein aliquot dies continuos contritum adsumebant Calbahar nigrum.

An autem hæc radix per vehementem vomitum hoc efficiat, an vero per peculiarem qualitatem hoc expellat venenum, dubitandum est, quum, uti dictum fuit, excrementum humanum per vomitum idem efficit. Aliis tamen in casibus certo expertum est, re vera vim habere veneno resistere, & illud in vulneribus etiam exsugere. Adhibetur enim non tantum, si quis præparato veneno sit infectus, sed etiam si quis noxium quemvis ingesserit cibum, quum ingentes subsequuntur vertigines, uti & etiam contra quosvis ictus & morsus venenatorum animalium.

Ad

Dog alle drie hebben ze die edele eigenschap, dat ze het ingenoomen venyn met geweld uit den lyve jagen, en op de wonden gelegt, het zelve daar uit zuigen. Daarom mag men dit kruid wel voor een Moly Indicum *houden. Ik zegge niet, dat men 't voor dat* Moly Indicum *houden moet, 't welk by onze Kruid-beschryvers met dien naam bekent en afgeteekent is, onder anderen by* Carolus Clusius rariorum Plantarum Lib. 2. cap. 36. Dodoneus Lib. 23. cap. 15. *en anderen.*

Maar ik neem het woord Moly *voor een generalen naam van zoodanige kruiden, die het venyn en towery tegen staan uit kragt van de Griekse derivatie, by de welke* Molyo *hiet* Hebetare *stomp maken, om dat deze kruiden de kragten der venynen stomp maken, inzonderheid zyn de kragten van dit kruid bekent geworden, in den vyfden Amboinschen Oorlog van 't jaar* 1651. *vyf jaren lang gevoert met den Ternataansen Stadhouder Madjira, die de Maccassaren tot adsistentie tegens onzen Staat ingeroepen hadde.*

Deze Maccassaren met hare gebuuren, de Boegissen en Mundareesen dan in Amboina vallende, hebben dien Oorlog zwaar gemaakt, niet zoo zeer met haar schietgeweer, daar onze Soldaten niet bange voor waren, maar door de voornoemde vergifte spatten, die ze uit lange houte roeren blasen, en daar men zig kwalyk voor wagten kan.

Het zyn kleine dunne pyltjes, omtrent een voet lang, voor aan hebbende een klein spitsje van een Haaije tant, of ander spits ding gemaakt, en dik bestreeken met dat snode vergift, uit den boom Arbor toxicaria *genomen, boven in 't derde boek beschreeven. Welke pyltjes wel een kleine, ja niet naamwaardige kwetzure maken, egter van zoo grouwelyke kwaadarrdigheid zyn, dat ze terstont den dood aanbrengen, zoo ze nog niet boven een half jaar oud zyn. Maar ouder zynde, kan men met sterke tegenmiddelen dat snode fenyn nog overwinnen: 't welk tegenmiddel meest bestaat in een sterke brakinge, wanneer door die geweldige beweeginge de kragt van dat venyn gebrooken, en uitgedreeven wert. Hier toe gebruikte men in de eerste twee jaren het* Excrementum humanum, *'t welk de gekwetsten het zy met willen of tegens willen opslokken moesten, wilde hy den dood ontgaan, alleenlyk om het voornoemde braken te verwekken.*

Maar in 't derde jaar wierd ons eerst aangeweezen de kragt en gebruik van deze spatwortel, dewelke naderhand nevens andere remedien in gebruik is gebleeven, zoo dat al de Soldaten in 't Leger de vers of gedroogde wortel by hen droegen, 't wel ligter toeging, om dat ze over al te vinden is, en des vyands spatten ondertusschen overjarig wierden, blyvende dezelve na het derde of vierde jaar wel nog venynig, dog niet doodelyk.

Hier toe neemt men de lange witte wortelen, die aan 't onderste van den ajuinagtigen bol staan, wyd en zyd om zig loopende, of ook wel den voornoemden bol zelfs, die wit is, en vol slymerigen zap. Men neemt daar van een mond vol, en kauwt het te degen, den zap daar van inzwelgende, en het kaauwzel op de kwetzure bindende. Hoewel nu dit mede een verdrietig en walgelyk werk is, niet zoo zeer wegens zyne bitterheid, die klein is, maar wegens zyne hairige substantie in de geheele plante, die iemand in de mond voortkomt, als of hy Cattoen kaauwde, dog eindelyk in de mond smelt of fyn werd. Hier op volgt dadelyk het sterke braken, zweeten, en arbeiden, waar door het venyn uitgedreeven werd, en zoo de zware duizeligheid of draaijinge in 't hoofd continueert, zoo moet men dat werk hervatten, 't welk nog al gemakkelyker toegaat, als het eerstgenoemde afzienelyke middel. Ik heb ook gezien, dat men meest de strandzoorte hier toe verkiest, of om dat ze beter by der hand was, of om dat ze sterker tot braken gehouden werd.

Sommigen, die curieuser waren, mengden in 't kaauwen daar onder menschen tanden, en merg van hoender-beenderen, beide op een steen fyn gewreeven, en gebruikten daar na eenige dagen het zwarte Calbahar, mede gewreeven ingenomen.

Of nu deze wortel alleen door 't sterke braken dit uitwerke, of door een byzondere eigenschap het venyn uitjage, mogte men twyffelen, vermits als gezegt, het excrementum humanum door 't braken het zelve doet. Dog by andere voorvallen heeft men zekerlyk ervaren, dat ze in der daad een kragt hebbe, het venyn tegen te staan en uit te zuigen. Want men gebruikt ze niet alleen, als iemand door expres venyn vergeven is, maar ook als men allerhande schadelyke kost ingenomen heeft, waar op een groote draajinge des hoofds volgt, als mede tegens alderhande steeken, en beeten van venynige gediertens.

Hier

Ad hunc fcopum binæ terreftres eliguntur fpecies, quæ efficaciores funt in refiftendo veneno fine vomitu, quarum dictæ fibrillæ radicales modo mafticantur cum Siri Pinanga, fuccusque deglutitur.

Ternatenfes fumunt radices ipforum *Fette fette*, quæ ad Orientem funt fitæ, cum radicibus *Palmi filicis*, credo autem effe *Osmundam*, quæ ipfis *Gagoe foeroe* dicitur, has aquæ incoquunt, ac quotidie ejus bibunt dofim, addentes Calbahaar album cum aliis Corallii fpeciebus, fi quis nempe veneno fit infectus, quæ potio nullum cauffat vomitum.

Contra tetras fiffuras plantarum pedum & calcaneorum, quæ plerumque poft Amboinenfes remanent variolas, inferiorem fume caudicem feu bulbum, quem in tenuia fcinde fragmenta, quæ leniter contunde, fupra ignem caleface, & iis obvolve totam pedis plantam.

Alii hæc contundunt fegmenta, cum arena mifcent, & adligant plantis pedum, quæ fauciatæ funt per malignum malum Maleyenfibus dictum *Katjang*, noftratibus *Cancrum*, quod inftar vermium nodoforum fub cute prorepit, & fi quis procedere velit, ingentem ipfi cauffat dolorem, quod plerumque etiam refiduum eft iftarum Amboinenfium variolarum, immo fæpe hæreditarium in talibus familiis, quæ ipfis obnoxiæ fuere.

Inferior caudex contufus vel folus, vel aliis mixtus herbis, areis infpergitur, quæ oleribus confitæ funt, vel in Oryzæ campis, fi Pady modo progerminat ad Erucas aliaque infecta arcenda, fine ullo incommodo fucci hujus plantæ, qui ipfis nullo modo nocet, & a pluviis abluitur. Albus præfertim caudex in frufta fcinditur, quum albam refert chartam, & adpenditur ficcis ramis in Katjang hortis, quod incola dicit Erucas pellere, & efficere, ut Katjang copiofos proferat fructus, hoc intelligendum eft de ifto modo Katjang ferendi, qui Weri h. e. *projicere* dicitur, quum omnes arbores & frutices in loco quodam amputantur, ficcaque cremantur folia, & ficci remanent rami, fupra quos Katjang projicitur.

Si vero ifti ficci rami non adfunt, in quibusdam locis camporum Katjang baculi quidam erigendi, & ifta alba fegmenta ipfis adliganda funt, quæ plerumque fcinduntur in formam pifcis vel alius cujusvis animalis. Tales factitii pifces alligantur quoque tæniæ paulo fupra ipfum hamum, qui efcam tenet, qui per mare trahuntur, tum pifcis Tsjeckallang ipfis adnatat, putat talem pifciculum capere, ac tali modo facile hamum adtrahit & capitur.

Contra morfus Millepedum, & ictus Scorpionum albæ fumuntur radices, quæ in locis paludofis excretæ funt, ore mafticentur, & ipfis adplicentur, illæ venenum exfugent, & dolorem fedabunt, in primis etiam valent, & præftantes funt contra noxios pifces vel Cancros, qui inprudenter comefti fuere, fi ore mafticentur, ipfarumque deglutitur fuccus, fi vero quis per vim veneni intumefcat, ita ut fauces conftringantur, atque os fpasmodice claudatur, tum expreffus fuccus vi in ejus ore infundendus eft, donec vomat, ac dein propinanda ipfi eft rafura Accerbaar nigri cum Rafura nuclei Calappi.

Amboinenfes hanc plantant herbam ad oras & inter Kelady, ut a vermibus & Erucis arceatur. Pueri norunt elegantem veficam ex ejus caudice formare, quem ad femi palmam excavant, donec tenuitatem & albedinem chartæ obtineat, in ejus inferiore parte relinquentes lamellam, craffitie digiti minimi, cui trajiciunt pelliculam iftam ad alteram partem, tum extremitates filo colligant, foraminulum formantes in centro lamellæ, per quod ventum inflant, ac dein iterum id obturant, tum vefica ifta inflata manet inftar veficæ pifcis per aliquot continuos dies.

Malayenfes ejus caudicem fecum ducunt in navigiis & ejus fruftulis hamis adpenfis capiunt pifcem regium & Tsjekalang, quales figuras Amboinenfes formant ex albis extremitatibus Pandani litorei vel fruticulis Ananaffæ. Eadem alba caro vel radices Anthracibus impofitæ intra paucas horas eas aperiunt, æque ac fubfequens Banang oetan.

Hac quoque curant ictus venenatarum fpinarum pifcium *Ican fwangi*, feu *Aranei marini*, *Ican Sambilan*, & *Sabandar*.

Ad

Hier toe verkieft men de twee Landzoorten, de welke al zoo kragtig zyn, om het venyn tegen te ftaan, en dat zonder braken. De voornoemde worteltjes flegts met Siri Pinang in te nemen, en den zap in te fwelgen.

De Ternatanen nemen de wortelen van haar Fette fette, *die na 't Ooften ziet, met de wortelen van* Palmi filix, *ik geloove dat het de* Osmunda *zal zyn, by hun lieden* Gagoe foeroe *genaamt, kooken die in water, en drinken daar van dagelyks, daar by gebruikende het witte Kalbahaar met andere Koraal-geflagten, als 'er iemand vergeven is, welke drank geen braken veroorzaakt.*

Tegens de leelyke fcheuren aan de voetzoolen en hielen, die gemeenlyk na de Amboinfe pokken over blyven, neemt den onderften ftam of bol, fnyt hem in dunne ftukjes, kneuft ze zagtjes, maakt ze warm over 't vuur, en bewind daar na de geheele voetzoole.

Andere ftooten deze ftukken, vermengen ze met zand, en binden ze op de voetzoolen, die gekweft zyn, met dat moejelyke accident by de Malyers Katjang, *by de onze* Krabben *genaamt, om dat het als knobbelagtige wormen onder de huid kruipt, en in 't gaan zeer pynelyk valt, zynde gemeenlyk mede een reftantje van de voorfchreeve Amboinfche Pokken, ja erffelyk in zoodanige familien, die de zelve gehad hebben.*

Den onderften ftam geftooten of alleen, of met andere kruiden gemengt, ftrooit men op de bedden, daar moeskruiden op komen, als mede op de rysvelden, daar de Pady eerft uitfchiet, om de Rupfen en ander ongedierte daar van te verjagen, zonder eenige fchroomte voor den fap van dit kruid, dewelke daar aan geen kwaad doet, ook van den regen afgefpoelt werd. Inzonderheid werd den witten ftam in ftukjes gefneeden, wanneer hy wit papier gelykt, en de zelve gehangen aan de dorre takken in de Katjang-tuinen, 't welk den Inlander zegt, de Rupfen te verjagen, en den Katjang doet veele vrugten dragen. Dit is te verftaan van die maniere om Katjang te zaajen, die men Weri *dat is* werpen *noemt, wanneer men al het geboomte en ruigte op een plaats afkapt, de drooge bladeren in brand fteekt, de dorre takken leggen laat, en de Katjang daar over heenen ftrooit.*

Als men de voornoemde dorre takken niet heeft, zoo moet men hier en daar in de Katjang-velden ftokjes zetten, en de voornoemde witte ftukjes daar aan binden, die gemeenelyk gefneeden worden in de gedaante en manier van een vifch of ander gedierte. Diergelyke gemaakte viffen bint men ook aan de Angelfnoer, effen boven den angel, daar het aas aanhangt, en fleept dit zoo door zee, zoo fwemt den vifch Tsjekkallang daar na, vermeenende dit visje te vangen, en geraakt zoo aan den angel.

Tegens de beeten van Duizentbeenen, en fteektens van Schorpioenen, neemt de witte wortelen, die aan moeraffige plaatzen gewaffen zyn, kauwze in de mond, en bind ze daar over, die zullen het venyn uitzuigen, en de pyne ftillen, zy zyn inzonderheid ook goed tegens fchadelyke Viffen of Krabben, door onvoorzigtigheid gegeten, als men ze in de mond kauwt, en den fap infwelgt. Maar als iemand door kragt des venyns al begint te worgen, en de mond te fluiten, zoo moet men hem den uitgeperften fap met gewelt ingieten, zoo lang tot dat hy aan 't braken komt, en hem daar na ingeven het fchraapzel van zwart Akkerbaar met fchraapzel van Calappus-pit.

De Amboineefen planten dit kruid ook aan de kanten en tuffen het Kelady, om de zelve van Wormen en Rupfen te bevryden. De jongens weeten een aardige blaaze van dezen ftam te bereiden, den zelve een halve hand uitbollende, tot dat hy zoo dun en wit werde als pampier, onder aan latende een fchyfje van een pink dik, daar ze de voornoemde huid over heen ftroopen na de andere zyde, dan binden ze de einden met een draadje toe, maken een gaatjen in de midden, in de fchyve blaazen daar door den wind in, en ftoppen het weder toe, zoo blyft de blaaze opgefwollen ftaan gelyk een visblaaze, en dat eenige dagen lang.

De Malyers voeren deze ftammen by hen op de Vaartuigen, om met de gefneede ftukjes aan de Angel-fnoeren gebonden, de Koninks-viffen en Tsjekalangs te vangen. Diergelyke fpookzelen anders de Amboinefen maken uit den witten einden der bladeren van Pandanus littoreus of Ananas-ftruiken. Het zelve witte vlees of de wortelen op de bloedzweeren gebonden, doen dezelve binnen weinig uuren opbreeken, zoo wel als de volgende Banang oetan.

Zy geneezen ook de fteektens van de fenynige doornen der Viffen Ican fwangi, *of* Araneus marinus, Ican Sambilan, *en* Sabandar.

Om

B
A

Ad œdematosos pedes & tumentia abdomina curanda latissima hujus plantæ sume folia, obline ea oleo Calappi, caleface hæc supra ignem, donec flaccescant, & tumentibus inpone partibus, unde œdema extrahitur, & tumor minuitur, sique pueri tumentibus laborant ventribus, tum hæc sume folia in partes dissecta cum foliis Boppa tsjeda, ac frustulo Limonis carbou, hæc simul in aqua macera, atque ea pueros lava, donec aqua fœteat, tum recentia sume folia.

Baleyenses dicunt venenum telorum suorum magis noxium esse isto Maccassarensium, sed ut ejus vim frangant, quam maxime fidunt efficaciæ hujus radicis, quem in finem ejus plantam alunt prope suas ædes, ubi ingentia format folia, longas albasque fibrillas, minimi digiti crassitiem habentes, quas in bellum euntes secum gestant, & si telis inficiantur, ore eas masticant, succum deglutientes, & pastam vulneratæ adplicant parti, quum per binas languent horas, ac dein revalescunt. Si caudicis mucum cum pauca miscetur aqua, atque per noctem in ea deponitur ferrum, vel arma ærugine corrupta, depurantur mox, & ærugo a ferro separabitur, & vasis parti adhæret.

Apud Ternatenses cuncta talia alba phanthasmata *Fette fette* vocantur, quæ tam ex hoc caudice, quam aliis foliis & plumis gallinarum formantur, quæ adligantur chordis piscatoriis ad pisces decipiendos, qui ad hasce mobiles res adnatant, putantes pisciculos esse.

Qui pueros habent curandos ab Amboinensium variolis, solebant suum corpus lavare, & oblinire fructibus vel seminibus hujus plantæ cum pauxillo Oryzæ in pultem contritis, ne ab infectis & variolosis pueris, quos curant, conmaculentur, hanc habentes herbam tanquam antidotum contra quasvis infectiones, ut & aërem malignum, & incantamenta, uti apud Homerum legitur, Mercurium Moly suum in eum finem tradidisse Ulyssi, ut ab incantamento Circis liber & inmunis esset, licet simul declarem, Moly hoc nostrum Indicum & aquaticum forma quam maxime differre ab omni Moly in Europæis libris descripto.

Bontius libr. 6. Cap. 47. Figuram habet, cujus folia cum Toxicaria, sed flores cum illis *Bawang utan* conveniunt, unde dubito, an Toxicariam, an vero *Caffe selan* intelligat, quum flores dicat esse rubros, & ad ripas fluminum crescere. Vocat *Moly Indicum*, ac *Lilium Indicum*, & comparat cum *Moly montano latifolio, flore flavo Clusii.*

Aliqui hanc radicem pro *Scorodoprazo* habent, verum hoc teste *Baubino*, *lib.* 19. *Cap.* 3. est Olus apud Turcas in deliciis, Allii & Porri particeps quo ad odorem, Toxicaria vero sine odore est, & stomacho adversissima.

Om zugtige beenen en geswolle buiken te geneezen, neemt de breedste bladeren van dit gewas, smeerd ze met wat Calappus-olie, maakt ze warm over 't vuur, tot dat ze slenzen, en bindtze op de geswolle partyen, zoo zullen ze de zugt uittrekken, en het geswel doen verdwynen. Item als de kinderen geswolle buiken hebben, zoo neemt deze bladeren in stukken gesneeden met bladeren van Boppa tsjeda, en een stukje van Lemoen carbou, laat het t'zamen in water weeken, en wast daar mede de kinderen, tot dat het water begint te stinken, zoo neemt versche dingen.

De Balyers zeggen, dat haar spatte-gift wel zoo schadelyk zy als het Maccassaarse, dog om 't zelve te breeken, betrouwen ze haar zeer vast op deze wortel, tot welken einde zylieden de plante by haare huizen voeden, daar ze zeer groote bladeren gewint, lange en witte vaselingen, als een pink dik, die ze in den Oorlog gaande by hun dragen, en gespat werdende in de mond kauwen, den sap inswelgende, en de rest op de kwetzure leggende, waar van zy een paar uurtjes leggen quylen, en daar na wederom heen loopen. Als men den slym van den stam met weinig water vermengt, en daar in een nagt over wat verroest yser of geweer legt, zoo zal 't zelve geheel zuiver werden, en al den roest zal zig van 't yser afscheiden, en zig aan de kanten vast zetten.

By de Ternatanen hiet Fette fette, *alle zoodanige witte spookzelen zoo wel van deze stam, als andere bladeren, en hoenderveren gemaakt, die men aan de vislynen bindt om de vissen te bedriegen, die na dat beweegelyk goet zwemmen, meenende dat het kleine vissen zyn.*

Die geene, die kinderen onder handen hebben, met de Amboinse pokken beladen, om te geneezen, plegen haar eige lyf na 't wassen te bestryken met de vrugten of zaden daar uit, met een weinig ryst tot een papje gewreeven, om van de pokkige perzonen, waar mede zy omgaan, niet besmet te werden, agtende dit kruid voor een tegenbaat tegens alle besmettingen, infectie der lugt en tovery, gelyk men by Homerus leest, dat Mercurius zyn Moly aan Ulysses tot diergelyken einde gegeven heeft, om van Circes tovery bevryd te zyn, hoewel ik nogmaals verklaare, dat dit ons Indisch water Moly in gedaante te veel verschille van al het Moly in de Europise Boeken beschreeven.

Bontius Lib. 6. Cap. 47. *heeft een schilderye, wiens bladeren met de Spatwortel, maar de bloemen met die van* Bawang utan *over een komen, weshalven ik twyffel, of hy de Spatwortel of de* Caffe selan *verstaat, om dat hy de bloemen rood maakt, en langs de kanten van de revieren zegt te groejen. Hy noemt het* Moly Indicum, *en* Lilium Indicum, *en vergelykt het met het* Moly montanum latifolium flore flavo Clusii.

Zommigen houden deze wortel voor het Scorodoprazum, *maar dit is volgens het getuigenis van* Bauhinus libr. 19. *cap.* 3. *een moes, by de Turken in groote agting, andere zeggen voor zoo ver het de reuk betreft, gelyk te zyn aan de Preye, dog de Spatwortel is zonder reuk, en zeer walgelyk voor de maag.*

Tabula Sexagesima nona

Totam plantam exhibet *radicis Toxicariæ* cum ejus *flore* A, ac *fructu* B separatis.

De negen en Sestigste Plaat

Vertoont de gantsche plant van de *Spatwortel*, met deszelfs *bloem* A, en de *vrugt* B afzonderlyk.

OBSERVATIO.

Radix hæc Toxicaria, Crini, seu Lilio asphodeli videtur esse species, proximeque convenit cum illo, qui est *Lilio asphodelus* Americanus, semper virens, maximus, & minor. *Commel. rar. pl. fig.* 14 & 15. & *H. Cliff. pag.* 127. & *Dillen. H. Eltham. pag.* 194. *Tab.* 161. ubi vide reliqua.

AANMERKING.

Deze *Spatwortel* schynt een zoort te zyn van de *Crinum*, ofte *Lilio asphodelus*, en komt het naaste overeen met de Americaansche grootste, en kleinder Lilio-asphodelus van *Commel. rar. pl. fig.* 14 & 15. en de *H. Cliff. pag.* 127. en de *H. Eltham.* van *Dillenius pag.* 194. *Tab.* 161. alwaar het overige ziet.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Cæpa silvestris. Bauwang utan.

Vulgus putat hanc plantam speciem esse prioris plantæ, atque hanc feminam, præcedentem esse marem, sed potius cum *Schylla* comparari potest, radix enim ejus declarat Cepaceam esse plantam.

Radix itaque ingens est bulbus, instar mediocris Pomi, raro simplex, sed plerumque ex binis magnis composita segmentis, instar binarum dimidiarum Castanearum, ac præterea undique adpendicibus aucta, neque etiam rotunda, sed planiuscula, ita ut tota radix non rotundum formet bulbum, sed collectionem crassarum squamarum superius dehiscentium, & inferius multis tenuibus & brevibus fibrillis obductarum more Ceparum. Hi bulbi & adpendices formatæ sunt ex crassis & sibi inpositis lamellis instar Cepæ, substantiæ fibrosæ, succosæ, & fragilis, sine acrimonia, vel ullo odore ad Allium vel Cepam adcedente, sed saporis amaricantis, ac simul nauseosi.

Primarius caulis sex septemve profert rectos caules, quatuordecim & sexdecim pollices altos, virides, & glabros, ad internam partem sulcatos, nec sese invicem perfecte ambientes, quivis vero ingens gerit rotundumque folium, inferius sinuosum, ubi petiolus inmittitur, superius in brevem desinens apicem, tres palmas transversales latum, ac duodecim digitos longum, intense virens, glabrum, & splendens, multis nervis pertextum, a quindecim ad viginti numero, excepto nervo medio, omnesque superius sulcum formant, qui prope petiolum & apicem concurrit, ac juxta folii rotunditatem sese incurvat.

Ex centro alter rotundus, ac paulo altior excrescit caulis, in vertice amplam gerens bursam, ex tenuibus pelliculis compositam, quæ sese aperiens plurimos alios exhibet petiolos in umbellam extensos, tenuibus acutisque foliolis seu pelliculis distinctos, quæ albent, & semi pellucidæ sunt. Quivis vero petiolus pollicem longus est, ac viridis, cui insidet rotundus globulus, viridis quoque, & in eo longus, albusque tubus, superne stellatum sustinens flosculum, magnitudine ac forma Hyacinthi vel Asphodeli, qui componitur ex sex acutis petalis, in hexagono positis, superius albis, & inferius virentibus, nunquam vere apertis, sed semi conniventibus, fere sine ullo odore, interne sex alba & brevia locantur stamina, antheras flavas gerentia, ac septimum simplex est. Ex viridibus globis, quibus flores insident, fructus excrescunt magnitudine nucum Avellanarum, in superiore parte latiores, ac fere pyriformes, semper fere virentes, ac per tres menses eandem obtinentes formam.

Interne locantur plurima coadunata semina, inregularis formæ, alba vel virentia, ac fere semper mollia, ego saltem nunquam ea dura vidi vel observavi, illaque simul cum semi putrido decidunt fructu.

Floret ultimis pluviosis mensibus, ac fructus Novembri conspiciuntur, sed non idem observant tempus. Quotannis vetusta perit radix, & adpendices in novos excrescunt bulbos, primo caules ac folia producentes, si vero caulis florifer prodit, plurima marcescunt folia.

Nomen. Latine *Cæpa silvestris*; juxta Malaiense *Bawang utan*; Ternatice *Bauwa furu*; Amboinice *Bauwa appar.* N. B. *Bauwang* apud Malaienses generale est nomen Cepæ, Allii, similiumque bulbosarum radicum, quod derivatur a *Bauw*, & *Babouw*, h. e. odorem fundere.

Locus. Crescit in anterioribus & levissimis silvis, & ad ipsarum oras, sub fruticulis, sed maxima pars in hortis plantatur, ubi quotannis paucum alium quærit locum, pereuntibus cunctis vetustis radicibus cum omnibus caulibus, atque nova sobole sensim prorepit. In Occidentalibus insulis Baleya & Java ignota fere est hæc planta.

Usus. Hujus plantæ nulla pars ad cibum adhibetur, quum nauseam & vomitum causset, quod observatum est a Chirurgo quodam, qui radices ejus præparabat ad Oxymel scilliticum ex iis componendum, quasque pinsebat in panem more Pharmacopæorum ad malignitatem ex iis extrahendam.

Hic

SES EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Wilde Ajuin.

De gemeene man wil dit kruid tot een medezoorte van het voorgaande maken, houdende dit voor het wyfken, en het voorgaande voor 't manneken, maar men kan het beter met de Schylla vergelyken. Want de wortel bewyst, dat het een ajuinagtig gewas zy.

De wortel dan is een groote knobbel, als een middelbaren Appel, zelden enkeld, maar uit twee grootere deelen tegens malkander gezet, als twee halve Castanjen, daar en boven rondom met aanhangzels bezet, ook niet rond, maar platagtig; zoo dat de geheele wortel geen ronde bol uitmaakt, maar een vergadering van dikke schubben, boven wat gapende, onder aan met veele dunne en korte vazelingen, op de manier van een Ajuin. Deze bollen en aanhangzels zyn gemaakt van dikke, en boven malkander leggende schilferen, gelyk Ajuin, van een hairige, sappige, en brosse substantie, zonder scherpigheid of eenige reuk, na Look of Ajuin trekkende, maar bitteragtig van smaak, en die walging veroorzaakt.

Den hoofdsteel brengt voort zes of zeven regte steelen, veertien en sestien duimen hoog, gras-groen, en glad, aan de binnenzyde met een geut, en malkander niet ter degen omvattende. Ieder draagt een groot rond blad, agter met een keep, daar den steel ingelaten werd, en vooren met een kort spitsje, drie dwersbanden breed, en twaalf vingeren lang, hoog-groen, glad, en blinkende, met veele zenuwen doortogen, van vyftien tot twintig, behalven de middelzenuwe, alle boven een voore makende, die by den steel en by de spitsen t'zamen stooten, en zig voorts na de rondte des blads krommen.

Uit het midden komt een ander ronde, en wat hooger steel, dragende op zyn top een breede beurse, van dunne vellekens gemaakt, die hun openende vertoont veele andere steeltjes of voetjes in een dolle uitgebreid, met dunne spitse blaadjes of velletjes onderscheiden, die witagtig en half doorschynend zyn. Ieder voetje is een duim lang, grasgroen, daar op staat een rond bolleke, mede groen, en op het zelve een langen witten hals, dragende boven op een gesternt bloempje, in de grootte en gedaante van Hyacinthen of Asphodelus, gemaakt van ses spitse blaadjes, in een sesboek staande, boven wit, en beneden groenagtig, die zig nooit ter degen openen, maar half luikende staan, schier zonder reuk, binnen met ses witte en korte draadjes, geele noppen dragende, en het zevende is zonder nop. Uit de groene knoppen, daar de bloemen op staan, werden de vrugten, in de grootte van Haselnoten, aan 't voorste eind breeder, en schier peereformig, schier altyd groen blyvende, en wel drie maanden in dezelve gedaante aan den stok staande.

Binnen ziet men veele op malkander gedrongene zaden, die ongeschikt van figuur zyn, wit of groen, en schier altyd week, immers ik heb ze nooit hard gezien, maar t'zamen met een half verrotte knop afvallen.

Het bloeit in de laatste regenmaanden, en de vrugten ziet men in November, dog houd geen preciese tyd. Jaarlyks vergaat de oude wortel, en de aanhangzels worden tot nieuwe bollen, eerst hunne steelen en bladeren voortbrengende, maar als den bloemdragenden steel voortkomt, zoo vergaan de meeste bladeren.

Naam. *In 't Latyn* Cæpa silvestris; *na 't Maleits* Bawang utan; *op Ternaten* Bauwa furu; *op Amboina* Bauwa appar. *N. B.* Bauwang *is by de Malyers een generale naam, van Ajuin, Look, en diergelyke klisteeragtige wortelen, afkomstig van* Bauw, *en* Babouw, *dat is rieken.*

Plaats. *Het wast in de voorste en ligtste bosschen, en aan de randen der zelven onder de dunne ruigten, maar het meeste werd geplant in de hoven, daar het jaarlyks een weinig van plaats verandert. De oude wortelen met alle steelen vergaande, en met nieuwe afzetzels allenkskens voortkruipende. In de Westerse Eilanden, Baly en Java, is het schier onbekent.*

Gebruik. *Van dit kruid werd ook niets tot de kost gebruikt, om dat het walginge en brakinge veroorzaakt, zynde zulks ervaren door zekeren Chirurgyn, die de wortelen probeerde, of men niet een* Oxymel scilliticum *daar van konde maken, bakkende dezelve in brood, na de maniere der Apotbekers konst, om de kwaadaardigheid daar uit te trekken.*

Dit

Fig. 1.
Fig. 2.

Hic panis adhuc calidus sine suspicione veniebat in manus servorum & canum, qui eum comedebant, & licet radix jam esset exempta, omnes tamen vehementer vomebant, ita ut Oxymel ex iis non sit compositum. Novi tamen quosdam incolas iis uti interne, ipsarum frustulum masticantes, ac succum deglutientes, si quosdam malignos pisces vel Cancros comederint, a quibus *Maback*, h. e. anxii & vertiginosi sunt, ut vomant.

Folia Calappi oleo oblinita cum & sine Curcuma, & supra ignem calefacta & flaccida, magnis & duris inponuntur anthracibus & furunculis, quod vulgare est malum apud incolas, & difficile curatur, quum multa habeant foramina ad oras, per quæ verum ac primarium ulcus integrum manet, quod hæc folia aperiunt & maturant. Dein vero, ut apertura in eo fiat, defectu Chirurgi, lamella hujus sumitur radicis, quæ parum contunditur, & plana redditur, atque inponitur Emplastro Basilico, ipsique adplica, intra sex vel octo horarum spatium sine dolore apertum erit ulcus, dein radix tollitur & abjicitur, ac porro per emplastrum solummodo curatur.

Folia eodem modo calefacta inponuntur tumido & indurato scroto, ut emolliatur, quidam indigeni venatores volunt etiam ejus radicem in cibo canibus venaticis exhibere, ut inde alacres & in feram audaces sint, cujus tamen successum vereor, quum expertus fuerim canes inde vomere, quin vellent canum stomachos depurare, ut adpetitum in feras haberent.

Dit warme broodje geraakte zonder agterdogt in banden van de slaven en honden, zynde de wortel al uitgenomen, die het opaten, en allegader lustig aan het braken zyn geraakt, maar het Oximel is daar van niet gemaakt. Egter weet ik, dat ze zommige Inlanders gebruiken binnens lyf, een stukje daar van kauwende, en den sap inzwelgende, als zy eenige kwaadaardige vissen en krabben gegeten hebben, daar van zy Maback, *dat is, benaauwt en duizelig werden, om aan 't braken te geraken.*

De bladeren met Calappus-oly gesmeert met en zonder Curcuma, en over 't vuur slap gemaakt, werden op groote en harde Bloedzweeren en Negenoogen gelegt, een gemeene plage onder de Inlanders, en moejelyk om te genezen, om dat ze met veele gaten aan de kanten opbreeken, waar door den regten hoofdzweer geheel blyft, dewelke dan deze bladeren optrekken en rypen. Daar na om een opening daar in te maken, by gebrek van een Chirurgyn, neemt men een schyfje van deze wortel, kneust en stoot 't zelve een weinig, plakt het op een Basilicum-pleister, en legt het daar op, zoo zal het binnen ses of agt uuren zonder pyn een opening maken, daar na smyt men de wortel weg, en geneest het vervolgens met andere pleisters.

De bladeren op dezelve manier warm gemaakt, bind men ook op de gezwolle en verharden klootzak, om dien te verzagten. Zommige Inlandze Jagers willen deze wortelen ook hunne jagthonden in de kost geven, om daar door graag en verbit op 't wilt te werden, aan welkers succes ik twyffele, dewyl ik bevonden heb dat ze de honden doet braken, of zy moesten der honden magen willen schuuren, om appetyt tot het wilt te krygen.

Tabula Septuagesima

Ad Figuram primam *Cepam* exhibet *silvestrem*.
Figura secunda *Lilium* denotat *Javanicum*, quod est Narcissus Ceylanicus, flore albo hexagono, odorato *Commel. H. Amst. part.* 1. *pag.* 75. *Tab.* 38 & Lilio-Narcissus Indicus, flore albo, hexagono *Plukn. Almag. pag.* 220. & *Thes. Zeyl. pag.* 142. ubi vide reliqua.

De Seventigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *wilde Ajuin*.
De tweede Figuur wyst aan den *Javaansche Lely*, welke is de Ceylonse Narcissus, met een witte seshoekige riekende bloem, van *Commel. Hort. Amst. part.* 1. *pag* 75. *Tab.* 38. en Indische Lilio-Narcissus, met een witte seshoekige bloem, van *Plukn. Almag. pag.* 220. en de *Thes. Zeyl. pag.* 142. alwaar het overige ziet.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

Lilium Indicum. Casse zelan.

Priori quoque Toxicariæ hæc adfinis est planta, quam Europæi nostrates male pro Lilio habent, ac sic vocant, solummodo ex foliorum quadam similitudine.

Radix vero ejus est rotundus bulbus, instar Cepæ Zurattensis, durus, & solidus, externe similibus pelliculis obductus, aliquando unicus, aliquando geminus supra sese invicem, sed unus semper minor est altero, plurimi vero unam alteramve gerunt adpendicem ad latus instar lamellarum crassarum, quæ tempore excrescunt, si primaria perit radix, planta sese propagat inferius per multas fibrillas instar Cepæ.

Folia sine pedunculis ex ipsis excrescunt radicibus, atque per arcus sese in orbem dispergunt, optime referentia illa Liliorum alborum, sed longiora sunt, nec tam sinuosa, a duodecim ad septendecim & octodecim pollices longa, uno latiora, superne parum concava instar canalis, ac flavescentia.

Ex horum centro bini tresve excrescunt caules, vix palmam alti, quorum quivis longum, acutum, & angulosum sustinet caput, ex quo albus excrescit flos, non multum cum illo Lilii conveniens, sed potius cum illo Moly vel Radicis Toxicariæ quadrans; constat enim ex sex longis & angustis petalis, ultra digitum longis, ac semi latis, ad oras circinnatis, inferius in acutum desinens saccum.

In centro totidem locantur alba stamina, inferiore parte arcte petalis adcumbentia, atque inde introflexa instar corniculorum, quodvis vero flavescentem gerit antheram, in horum centro autem alterum longius & rectius locatur simplex pistillum. Priora sex stamina ad tertiam circiter partem inferius connexa sunt per tenues lamellas instar pedum Anatum, atque hæ lamellæ inter bina cornicula binas habent lacinias seu apices, qui character huic flori proprius est, ac porro sine notabili odore, vel potius parum fœtet.

SEVEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Indische Lelie.

Uit de maagschap van de voorgaande Toxicaria is ook dit kruid, 't welk onze Europianen kwalyk voor een Lely aanzien, en ook zoo noemen, alleenlyk uit eenige gelykenisse der bladeren.

De wortel is een ronde bol, gelyk een Suratse Ajuin, hard en massief, buiten met diergelyke vellekens bekleed, zomtyds bestaat by uit een enkele bol, zomtyds uit een dubbelde, boven malkander, dog de eene is altyd kleinder, maar de meesten hebben een of twee aanwassen ter zyden, als dikke schilferen, die niet 'er tyd groot werden, als de hoofdwortel vergaat, en de plante voortzetten, beneden met veele vazelingen, gelyk Ajuin.

De bladeren komen zonder steelen uit de wortelen zelfs voort, en breiden haar met bogen in de rondte uit, zeer wel na die van witte Lelien gelykende, dog zyn langer, en zoo niet gefronst, van twaalf tot zeventien en agttien duimen lang, ruim een breed, boven wat hol als een geute, en geel-groen.

Uit de midden komen twee of drie steelen, schaars een hand hoog, ieder dragt een lange spitse en kantige knop, waar uit een witte bloeme werd, de Lelie weinig gelykende, maar beter het Moly of Radix Toxicaria, want ze bestaat uit zes lange en smalle bladeren, ruim een vinger lang, en een halve breed, aan de einden omgekrult, beneden in een spitse zak toeloopende.

Binnen staan even veele witte draden, met hun onderste digt tegen de bladeren leggende, en van daar inwaarts gekromt als hoorentjes, dragende ieder een geelagtig balkje, in midden staat een andere regter draad, zonder balkje. De voorige zes draden zyn omtrent de onderste derdepart met dunne vellekens aan malkander vast, gelyk Eende-pooten, en gemelde vellekens hebben tussen de twee hoorentjes nog twee snibbelen of spitsen, een merkteeken deze bloemen eigen, voorts zonder merkelyken reuk, of een weinig na den vuilen trekkende.

Post

Na

Post florem emarcidum ex capitulo, cui flos insidet, fructus excrescit, qui trigonus est, seu ex tribus segmentis compositus, ac tribus sulcis distinctus, magnitudine fissæ nucis Avellanæ, cum residuo floris superinposito, fere instar granorum Cataputiæ. Fructus hic potissimum viridis est, sed si fumeum contraxerit colorem, plerumque in tria dehiscit segmenta, emittens nigrum & arenosum semen, quod tamen non progerminat.

Radix interne alba est, & composita ex crassis lamellis instar Cepæ, paulo acrior & amarior radice Toxicaria, cæterum cum hac conveniens, odoris gravis & nauseosi.

Flos cito progerminat in initio mensis Novembris, nec ultra unum alterumve diem apertus est, ac porro per totum anni tractum nil nisi folia profert hæc planta.

Nomen. Latine *Lilium Indicum*; ex vulgari opinione, melius *Toxicaria minor* vocaretur. Javanice *Brambang utan*, h. e. Cepa silvestris. Baleyice *Casse selan*. Sinenses in Malacca habitantes sua lingua id vocant *Batsjang kiang*, seu Malaice *Liat sahari*, Belgice *ziet maar een dag*, h. e. *Unius diei conspectus*, forte quum flos per unicum modo conspiciatur diem, ac sic pro *Ephemero* vel *Colchico* haberi posset.

Locus. Copiose crescit in Java, Baleya, & circa Malaccam sponte, ad humiles magnorum fluminum ripas, inque aliis declivibus & humidis locis. Inde per radices seu bulbos in Amboinam delatum est, ubi satis læte crescit in areis mollibus, & ex arena nigra præparatis, sponte sese propagans per bulbulos. Cæterum Amboinensibus ignotum est.

Usus ejus nullus huc usque innotuit, quum in regionibus, in quibus sponte crescit, haud multum æstimatur. Videtur autem radices seu bulbos malignæ ac venenatæ esse naturæ, in Malacca enim canes per eos enecant, quum ipsorum cibis eos admisceant, unde dentes ipsorum elabuntur, ita ut dein moriantur, quam ob caussam *Colchicum* Gallis *Mort au chien*, h. e. canum mors dicitur.

In Java duplex est, una planta albos, altera flavos gerens flores, atque hæc multo perniciosior est, & canes enecat, si ipsorum cibis admisceatur. Alba in hortis etiam colitur, quum ejus folia adhibeantur ad refrigerans Bobori unguentum, quod externe infinitur, ad ardorem aliquem extrahendum, quodque componitur ex Tammobore, quod est Curcuma major, Lampoejang, & Cepa.

Quæ hic in Amboinam translata est, flores gerit plerumque in initio Novembris subito ac magna copia, atque bini plerumque caules ex unico progerminant bulbo, quorum quivis unicum modo profert, per unicum tantum diem. Cæterum bis terve aliquando floret in anno, sed non nisi Novembri.

Javani ejus sumunt folia, quæ supra ignem flaccescunt, ipsorumque succum auribus instillant, per quem surditas curatur.

Na 't verwelken van de bloem, werd uit het knopje, daar de bloem op staat, de vrugt, dewelke is driezydig, of van drie deelen gemaakt, en met drie voorens onderscheiden, in de grootte van een gepelde Hasenoot, met een restante snebbe van de bloem boven op, schier als de korrels van Cataputia. Zy blyft meest groen, dog rookverwig geworden zynde, gaat ze in drie deelen van malkander, uitwerpende een zwart zandig zaad, 't welk egter niet opgaat.

De wortel is van binnen wit, en gemaakt van dikke schubben, als in de Ajuin, dog wat scherper, en bitterder als de Spatwortel, anders met die wel overeenkomende, van een zware en walgagtige reuk.

De bloem komt schielyk voort in 't begin van November, staat boven een dag niet geopent, en voorts het geheele jaar met niets dan bladeren beladen.

Naam. *In 't Latyn* Lilium Indicum; *na 't gemeene gevoelen; beter zoude men 't* Toxicaria minor *noemen; op Java* Brambang utan, *dat is wilde Ajuin; op 't Baleits* Casse selan. *De Chinesen op Malacca woonagtig, noemen 't in hunne taal* Batsjang kiang, *of in 't Maleits* Liat sahari; *in 't Duits* Ziet maar eenen dag; *misschien om dat men de bloeme maar eenen dag ziet, en zoo zoude men een* Ephemerum *of* Colchicum *daar van konnen maken.*

Plaats. *Het wast overvloedig op Java, Baly, en omtrent Malacca van zelfs in 't wilt, omtrent de lage oevers van groote rivieren, en op andere lage en vogtige landen. Van daar is het met de wortelen hier in Amboina gebragt, daar het redelyk veel opkomt op mulle en zwartzandige bedden, vermeerderende zig van zelfs door de afzetzels der wortelen. By de Amboinesen is het onbekent.*

Gebruik. *Daar van is nog niets bekent, dewyl het in de landen, daar het van zelfs wast, niet veel geagt werd. Het schynt, dat de wortelen van een schadelyke en kwaadaardige kragt zyn, want op Malacca vergeven ze de honden daar mede, als ze hen dezelve onder de kost mengen; waar van haar de tanden uitvallen, zoo dat ze daar na sterven moeten, om welke oorzaak het* Colchicum, *by de Fransen* Mort au chien, *dat is hondedoot genoemt word.*

Op Java heeft men tweederlei, 't eene met witte, het andere met geele bloemen: welk laatste veel schadelyker is, en de honden doet sterven, als zy 't onder eenige kost inkrygen. Het witte werd ook in de boven geplant, dewyl zyne bladeren gebruikt werden tot de verkoelende Boborizalve, die men van buiten opgesmeert, om eenigen brand uit te trekken; en wert gemaakt van Tommobore, 't welk is de groote Curcuma, Lampoejang, en Ajuin.

Aan 't geene hier in Amboina overgebragt is, ziet men de bloeme ordinary in 't begin van November schielyk en in menigte voortkomen, gemeenelyk twee steelen uit eene bol, ieder vertoonende eene bloem, en niet meer dan eenen dag. Anders kan het ook twee of driemaal in een jaar bloemen voortbrengen, dog nooit meer dan in November.

De Javanen nemen de bladeren, laten ze over 't vuur slenzen, en drukken den sap daar van in de ooren, het welk zal de doofheid geneezen.

OBSERVATIO.

Lilium hoc, *Pancratium* a *Linnæo* vocatur, estque Pancratium Spatha uniflora, petalis reflexis *Linn. Floræ Zeylan. pag.* 53. quem librum antea in observationibus laudare, quod dolei, non potui, quum modo editus mox ad manus meas pervenit, cæterum dignus est, ut a quovis, qui de plantis Zeylanensibus, aliisve Indicis notitiam adquirere cupit, pervolvatur, multas enim e tenebris eruit & depromit plantas, antea non bene cognitas, vel haud rite exploratas, quum magni *Pauli Hermanni* ipsissimum habuerit Herbarium tam siccum, quam depictum Auctor, ita ut cum *Thesauro meo Zeylanico* comparatis istis plantis, & tuto nomina ipsis inponere etiam potuerit oculatissimus & accuratissimus Botanicus, quique suo labore id porro effecit, ut Systhematice eas eleganter disposuerit, multasque antea obscuras illustraverit, qua opera *Thesauro* meo nuper edito multam, quod mihi gratulor, lucem adtulit, ita ut plantas antea maxime incertas & vagas, nunc in compendio quasi contractas & enucleatas facile quis dignoscere possit, præsertim si cum descriptionibus & Iconibus in *Thesauro* exaratis comparentur, relictis modo paucis dubiis, aliis sedulo data obportunitate inquirendis.

AANMERKING.

Deze *Lelie* wert *Pancratium* van *Linnæus* genaamt, en is het Pancratium met een bloem op de steel, die omgebogen bladeren draagt van *Linnæus Flora Zeylanica pag.* 53. welk boek ik van te vooren in myne Aanmerkingen niet heb konnen aanhalen, om dat het niet lang uitgegeven zynde in myne handen zoo even pas gekomen is, het geen my spyt, anders is het waardig, dat het van ieder een, die van de Ceylonsche ofte andere Indische gewassen tragt kennis te krygen, doorgelezen en beschouwt wert, want het heldert op veele duistere planten van te vooren niet wel gekent, ofte ter degen onderzogt, wyl den Aucteur het zelfde Kruidboek zoo gedrougt als geschildert, van de groote *Paulus Herman* gehad heeft, zoo dat die planten met myn *Thesaurus Zeylanicus* vergeleeken zynde, ook zeer veilig den namen aan die heeft kunnen geven zoo een doorziende en zeer accurate Botanist, welke ook door zyn arbeid dat heeft uitgevoert, dat hy dezelve zeer net volgens zyn Systhema geschikt heeft, door welk doen aan myn *Thesaurus* onlangs uitgegeven, waar over ik zeer voldaan ben, veel ligt bygezet is, zoo dat veele van die planten van te vooren zeer verspreid en onzeker nu in een Compendium by een gebragt en ontvouwt zynde, iemand ligt kan leeren kennen, byzonder als ze met de beschryvingen en Figuren in myn *Thesaurus* opengelegt, vergeleeken werden; blyvende slegts eenige weinige onzekere over ter naauwkeuriger onderzoek van anderen, als dien de gelegentheid daar toe voortkomt.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Aquifolium Indicum. Djerudju.

Hæc est planta fruticosa, *Ruscum silvestrem* vel *Aquifolium* æmulans, unde & *Aquifolium Indicum* vocatur, a quo tamen differt, & cum *Eryngio* magis convenit, uti ex descriptione patebit.

Distinguitur in *marem* & *feminam*.

Primo *mas* trium quatuorve pedum altitudinem adtingit, ejusque caules inferius lignosi sunt, in breves articulos distincti, sed inregularis longitudinis, quibus adstant curtæ, longæ, & firmæ spinulæ, plerumque cruciatæ, sed non ad quosvis articulos, & in vetustis fruticulis fere nullæ, in supremis articulis bina locantur folia, cruciatim obposita. Hæc folia quam maxime spinulosa sunt, crassa, & firma, intense virentia, & splendentia, sed longiora, angustiora, nec tam sinuosa, quam in Rusco, octo & novem pollices longa, binos lata digitos, utrimque in quinque vel sex longas & protuberantes oras distincta, quæ in acutos & firmos apices spinulosos terminantur. Primariæ laciniæ ad latera alios minores gerunt apices, & ab inferiore parte quædam protuberant costæ, quæ in maximas terminantur oras. Tenera folia molliora sunt, nullasque gerunt oras vel spinas, exceptis superioribus apicibus.

Erecta hæc crescit, paucos emittens laterales ramos, qui etiam eriguntur, sed bini pluresque caules unica ex radice progerminant, ac quivis caulis superius racemum gerit, qui plura angusta, alba, & oblonga sustinet capitula, superius parum instar corniculorum inflexa.

Flosculi constant ex unico firmo petalo, quod a postica parte sese aperit, & extrorsum retroflectitur, interne exhibens quatuor crassa & purpurea stamina, cum alio albo. Flos ipse interne albus est, & fusca linea distinctus, staminaque parum lanuginosa sunt, arcte sibi adposita, & instar corniculi inflexa, post illos oblongi sequuntur fructus, superius gerentes durum apicem, glandes referentes, pollicem longi, diuque virent, sed penitus maturi parum flavescunt, ac tandem nigricant.

In hisce locantur quatuor nigra officula, Cucurbitæ semina referentia, sed multo minora, mollia, externe albicantia, interne virentia, & intermixto nigro colore. Officula hæc planæ & lignosæ adstant columnæ, quæ breves emittit apiculos, quibus semina adpendent. Exterior eorum pellicula tenuis est, & odorem spirat paludosum, quum aperiantur officula.

Ad palmæ majoris latitudinem supra terram caules hi undique plures emittunt radiculas, quæ sese terræ figunt instar Mangiorum. Radices hæ supra terram eminentes virent, intermixto fusco colore, sub terra vero albicant & molles sunt, sed durum gerunt lentumque nervum medium, saporis aquosi & viscosi, qui salsus est & ingratus.

Secundo. *Femina* glabriora gerit folia, septem & octo pollices longa, vix binos lata, oris æqualibus, sine dentibus vel spinulis, excepto quod superne in durum spinulosumque terminentur apicem, ac subtus acutam gerant costam.

Flores fructusque sunt uti in priore, multi in racemo conlecti, sed hujus flores albicant, intermixto læte cœruleo colore ad oras, sed pallide flavescunt, si siccantur, ac fructus pallide virescunt.

Nomen. Latine *Aquifolium Indicum*, seu potius *Eryngium Indicum*; Belgice *Oostindise Hulst*, seu *Hulstkrabben*; Malaice, Javanice, & Baleyice *Djerudjoe*; Maccassarice *Galli galli*.

Locus. Nullibi crescit nisi in cænosis locis, Wadja Wadja dictis, circa ostia magnorum fluminum, ubi aqua salsa nec ullæ inveniuntur arbores, uti & ubi solum parum arenosum est, & lapillis mixtum. In Moluccis, ac præsertim in Gelolo magna obcupat spatia, tam in litore quam remotius in terra, ubi solum est paludosum, ita ut transitus ibi difficilis sit. Amat crescere circa *Mangium caseolare* in sinu Amboinensi, uti & in Lœhœa.

Usus.

AGT EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

Oostindische Hulst.

Dit is een heesteragtig gewas, gelykende na den Ruscus silvestris *of Hulst, weshalven 't ook* Oostindise Hulst *genaamt wert, waar van het nog al merkelyk verschilt, en met het* Eryngium *meerder overeen komt, gelyk uit de beschryving blyken zal.*

Men verdeeld het in manneken en wyfken.

I. *Het manneke wast drie en vier voeten hoog, de steelen zyn beneden houtagtig, in korte leden verdeelt, dog van ongelyke distantie, aan de welke staan korte, regte, en styve doorntjes, gemeenelyk in 't kruis, dog niet aan alle leden, en aan de oude stammen schier geene. Aan de opperste leden staan twee bladeren kruiswys tegens malkanderen over. Deze bladeren zyn zeer steekelig, dik, en styf, hoog-groen, en glimmende, dog langer, smalder, en zoo veel niet gekrinkelt als aan den Ruscus, ses en negen duimen lank, twee vingeren breed, te weerzyde in vyf of ses lange uitsteekende hoeken verdeelt, die in scherpe en styve puntjes als doorens eindigen. De hoofdsnibbelen hebben aan de zyden nog eenige mindere spitzen, en aan de onderste zyde ziet men eenige ribben uitbuilen, die na de grootste hoeken lopen. De jonge bladeren zyn weeker, en hebben geene hoeken of doorens, behalven de voorste spitzen.*

Het wast regt op met weinige zydetakken, die over eind staan, dog komen twee en meer stengels uit eene wortel, en ieder stengel draagt boven op een tros, daar veele dunne witte en langwerpige knopen op staan, van vooren een weinig krom als hoorntjes.

De bloempjes bestaan maar uit een styf blad, 't welk hem van agteren opent, en buitenwaarts om kromt, van binnen vertoonende vier dikke peersche draadjes, waar in nog een wit is. De bloeme zelfs is van binnen wit, en met een bruin streepje, en de draadjes wat wolagtig, digt tegens malkander gekromt als een hoorntje. Na de welke volgen langwerpige vrugten, met een hart spitsje boven op als kleine Ekelen, een duim lank, die langen tyd groen blyven, dog de geheel rype werden een weinig geel, en ten laatsten zwart.

Binnen leggen vier zwarte korrels als het zaad van Couwoerden, dog veel kleinder, week, buiten witagtig, binnen gras-groen, en tussen beiden zwartagtig. Deze korrels staan om een platte houtagtige colomme, daar korte spitsjes aan zyn, waar aan de zaaden hangen. De buitenste schillen zyn dun, en ruiken wat moerassagtig, als men ze opbreekt.

Een groote hand breed boven de aarde schieten de stengels rondom veele wortels uit, die haar in de aarde vast maken, gelyk de Mangi Mangi-boom doet. De wortels boven de aarde zyn groenagtig met bruin gemengt, onder de aarde wit en week, met een harde en taaje zenuwe in de midden, van smaak wateragtig en slymerig, brak en onlieffelyk.

II. *Het* wyfje *hier van heeft gladder bladeren, zeven en agt duimen lank, schaars twee duimen breed, met effene kanten, zonder tanden of doorens, behalven voor aan met een harde stekelige spitze, en van onderen met een scherpe ribbe.*

Bloemen en vrugten zyn als aan 't voorgaande, veele by malkander aan een tros, dog de bloemen zyn witagtig met ligt-blaauw gemengt aan de kanten, maar besterven bleekgeel, en de vrugten blyven ligt groen.

Naam. *In 't Latyn* Aquifolium Indicum; *of beter* Eryngium Indicum; *in 't Duits* Oostindise Hulst *of* Hulstkrabben; *in 't Maleits, Javaans, en Baleyts* Djerudjoe; *op Maccassar* Galli galli.

Plaats. *Het wast nergens dan in broekagtige plaatzen Wadja Wadja genaamt, omtrent de uitgangen van groote rivieren, daar brak water en geene bomen zyn, ook daar het wat zandig is met kleine steentjes gemengt. In de Moluccos inzonderheid op de Gelolo beslaat het groote streeken lands, zoo op strand als landwaarts in, daar 't moerassig is, zoo dat het zeer moejelyk door te passeeren is. Het wast gaarn omtrent het* Mangium caseolare *in de Amboinsche Inham, en op Loeboe.*

Gebruik.

Usus. Vaccæ & Hirci tenera amant depascere hujus fruticis folia, quod mirum est, quum tota planta sit spinulosa. Baleyenses albas ejus secum portant radices in bello contra vulnera venenatorum telorum, quas masticant, vulnerique inponunt, quod apud ipsos a longo tempore comprobatum est remedium, quum tamen ex ipsorum relatu Baleyense toxicum telorum ex Provincia Bator petitum multo fortius sit Maccassarensi.

Eædem hæ radices sive solæ, sive cum minore Zingibere adsumptæ comprobatum præbent remedium contra laterum lancinationes & alvi tormina, quæ alicui subito superveniunt in silva, & itinere per potum aquæ frigidæ, vel per alium casum, hunc in finem masticantur quoque cum Siri Pinanga, nullumque præbent notabilem saporem. Conteruntur quoque cum Zingibere minore, inponunturque œdematosis & languentibus pedibus, e quibus Beriberi sæpe oritur seu paralysis, alii contra alvi tormina teneris utuntur foliis cum Culit Lawan masticatis & deglutitis.

Macassarenses mulieres hanc herbam sub domo deponunt, quæ postibus inposita est, vel sub januis, ubi puerpera decumbit, dicentes inde quævis incantamenta & prodigia depelli, uti olim Romani cum spina alba id effecerunt.

In Baleya, aliisque regionibus alia porro reperitur Djeroedjœ species, quæ *Aquifolium parvifolium* dici potest, quodque folia gerit breviora, firmiora, & spinulosa magis, magisque compacta, cæterum prioribus convenit, ejusdemque virtutis est.

Bontius libr. 6. cap. 55. id vocat *Myracanthum* seu *Eryngium Indicum*, quum radices invenerit in paludosis locis & paludibus aromaticas, cum levi gratoque calore, quod in Amboinensi non ita distincte observavi. Quam maxime id laudat, dicitque nullum remedium tam promptum esse ad pectus depurandum a quibusvis pituitosis ac salsis humoribus, asthmaque curare, urinam & Nephritidem expellere, inque se ipso instituisse in Beriberi seu Paralysi, quem in finem radices sacchari conditas comedebat, quæ etiam crudæ masticatæ suo calore modico Colicam & flatus abdominis dissipant.

Javani hac herba eandem instituunt superstitionem, quam veteres cum *Spina alba*, si enim puerpera in domo decumbat, ejus ramos ante januam pendent, ut *Bontiana* præterat, nec noceat infanti vel matri.

Bontiana seu *Bonting anak* est genius talis feminæ, quæ gravida mortua est, qui genius inimicus est virorum, ad eos perpendos, quum hi caussam fuere istius infortunii, odio etiam ille prosequitur puerperas feliciter enixas, quos genios putant in obscuris & umbrosis sedere arboribus, ac proinde nocte anxios esse eas præterire.

Coletta Veetla in hort. Malab. part. 9. Tab. 41. descripta nostrum erit *Aquifolium Indicum*, Doctori Paulo Hermanno dictum *Eryngium Ceylanicum febrifugum*, ac Singalensibus *Kathu karohiti*, sed Malabarense ad foliorum oras nullas gerit spinas, sed quidem ad ipsorum ortum.

Gebruik. *De Koebeesten en Bokken eeten de jonge bladeren van dit gewas zeer gaarne, 't welk wonder is, daar nogtans 't gebeele gewas zoo steekelig is. De Baleyers dragen de witte Wortels by baar in de Oorlog tegens de quetzuure van de fenynige spatten, dezelve kaauwende, en op de quetzuure leggende, 't welk by baar lieden een lang geprobeerd Remedie is. Daar nogtans na baar zeggen bet Balyse Spattegift uit de Provintie Bator komende, veel sterker is dan bet Maccassaarse.*

Dezelve Wortels alleen of met kleine Gember ingenomen, zyn een beweerd middel tegens bet zydesteken en buikpyn, 't welk iemand schielyk over komt in 't bos, en 't marcheeren door koud drinken of ander toeval, men kaauwtze tot dien einde ook met Siri pinang, en zy bebben geen merkelyke smaak. Men wryft ze ook met kleine Gember, en bind ze op de zwaare zugtige beenen, daar de Beriberi uitkomen wil, andere gebruiken 't tegens de buikpyn, de jonge bladeren met Culit Lawan gekaauwt, en ingezwolgen.

De Maccassaarse vrouwen leggen dit kruid onder bare buizen, die op stylen staan, of te onder de deuren, daar een kraamvrouw in leid, zeggende dat zulks alle kwaade tovery en spook verdryven kan, gelyk eertyts de Romeinen met de Spina alba gedaan bebben.

Op Baly en in andere landen, vind men nog een ander geslagte van Djeroedjoe, 't welk men Aquifolium parvifolium *mag noemen, 't welk beeft korter, styver, en steekelyker bladeren, en digter in malkander gedrongen, de rest is bet voorige gelyk, en ook van de zelfde kragt.*

Bontius lib. 6. cap. 55. *maakt mede een* Myracanthus *of* Eryngium Indicum *daar van, om dat by de wortelen gevonden beeft aan moerassige plaatzen en poelen, specery-agtig van smaak, met een kleine aangename warmte, 't welk ik in 't Amboinse zoo merkelyk niet bevonden bebbe. Hy roemt bet zeer, dat 'er geen geneesmiddel zoo veerdig zy om de borst van alle Pituiteese en zoute bumeuren te zuiveren, de engborstigbeid te geneezen, uryn en graveel te dryven, en dat by aan bem zelfs geprobeert bebbe in de Beriberi, tot welken einde by de wortelen met zuiker gekonfyt op at, dewelke anders raauw gegeten met baar matige warmte verdryven bet colyk en winden des buiks.*

De Javanen bouden mede de zelve superstitie met dit kruid, gelyk de ouden met Spina alba, *want als een kraamvrouw in een buis legt, zoo steeken of bangen ze deze takken voor de deur, op dat de* Bontiana *voor by gaan zal, en 't kind en moeder geen schade doet.*

Bontiana *of* Bonting anak *is een geest van een zoodanige vrouw, dewelke met de vrugt in 't lyf overleden is, welke geest vyandschap draagt tegens 't manvolk, om die te bederven, dewelke oorzaak van dat ongeluk geweest zyn, als mede de kraamvrouwen, die gelukkig kramen, welken geesten zy gelooven op donkere, en schaduwagtige bomen te zitten, en daarom by nagt bang zyn dezelve voor by te gaan.*

Coletta Veëtla in hort. Malab. part. 9. fig. 41. *beschreeven, wil ons* Aquifolium Indicum *zyn by Doctor Paulus Hermannus genaamt*, Eryngium Ceilanicum febrifugum, *in 't Singalees* Kathu karohiti, *dog bet Malabaarse beeft aan de kanten van de bladeren geene doornen, maar wel aan baaren oorspronk.*

Tabula Septuagesima prima

Ad Figuram primam *Aquifolium Indicum* exhibet *marem*, cum *flore* A separato.
Figura secunda *Aquifolium* sistit *Indicum feminam.*

De een en Seventigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Indische Hulst*, het *mannetje*, met zyn *bloem* A afzonderlyk.
De tweede Figuur stelt ter neder de *Indische Hulst*, het *wyfje.*

OBSERVATIO.

Aquifolium hoc *Indicum femina* a *Rumphio* dictum, & cum *Coletta veëtla H. Malab.* comparatum, in multis ab eo differt, præterquam quod Coletta flores ac fructus ex foliorum alis, illud vero in summitate eos profert, unde hoc potius cum Vada kodi *Tab.* 42. quoad figuram compararem, cæterum hoc genus hodie *Barleria* dicitur, estque Barleria foliis integerrimis, spinis lateralibus, *Royen H. Lugd. Prodr. pag.* 291. & *Linn. Fl. Zeyl. pag.* 105. a quo in *H. Cliff. pag.* 486. Prionitis dicta fuit, quem vide & compara cum *Fl. Zeyl.* ut & cum *Thes. Zeyl. pag.* 8. ubi Adhatoda ad alas spinosa & florifera vocatur.

Aquifolium vero *mas* optime quadrat cum *Myracantho Bontii*, estque sine dubio una eademque planta.

AANMERKING.

Deze *Indische Hulst* het *wyfje* genaamt, en van *Rumphius* vergeleken met de *Coletta veëtla*, van de *H. Malab.*, verschilt veel daar van, wyl de Coletta zyn bloemen en vrugten uit de hoeken der bladeren voortbrengt, en deze Hulst op de toppen der steelen, waarom ik het liever tot de volgende Vada kodi *Tab.* 42. voor zoo veel de Figuur aangaat, zoude brengen, anders wert dit geslagt hedendaags *Barleria* genaamt, en is de Barleria met heele bladeren, en doorens aan de zyde, van *Royen Prodr. H. Lugd. pag.* 291. en *Linn. Fl. Zeyl. pag.* 105. van wien het in de *H. Cliff. pag.* 486. Prionitis genaamt is, welke vergelykt met de *Fl. Zeyl.* en met de *Thes. Zeyl. pag.* 8. alwaar het Adhatoda uit de vlerken der bladeren, doorens en bloemen-dragende, genaamt wert.

De *Hulst* het *mannetje*, komt zeer wel overeen met de *Myracanthus* van *Bontius*, en is zonder twyffel een en dezelfde plant.

Fig. 2.
A
Fig. 1.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Crithmus Indicus. Perexil d'mar, & Gelang laut.

Hanc plantam vocamus *Crithmum Indicum*, seu *Petroselinum maritimum*, vulgarem sequentes modum, licet quam maxime a vero differat Crithmo, ac potius ad Portulacæ species referri posset, vel si vis, herba sit peculiaris naturæ. Est enim planta prorepens, longis multisque ramosis flagellis per litus sese extendens, quod adeo tegit, ut ad magnam partem solum dignosci nequeat. Binæ ejus sunt species, rubra, & alba.

Primo. *Rubra* seu *vulgaris* species, rotundos, glabros, & lentissimos gerit caules, orchias quasdam longos, majorem culmum crassos, qui terræ incumbunt, atque hic & illic fibrillas terræ inmittunt breves albasque, in multos articulos distincti instar Portulacæ, læte fusci seu rubentes, sed circa radicem albicantes, utrimque multos emittentes laterales ramos, unde magnum obcupat spatium.

Cuivis articulo varia adstant folia, bina, tria, & quatuor in orbem posita, ita ut continuo quædam marcescant, quum e viridi colore fusca sint, atque in ipsorum loco tenera viridia excrescant, quæ tempore etiam pallide fusca sunt, ac decidunt, sed viridis color semper prævalet.

Foliola hæc imitantur illa veri Crithmi, sed majora sunt, oblongo-angusta, & obtuso apice donata, ad summum binos pollices longa, binos ac tres culmos lata, crassa, pinguia, & succosa instar Portulacæ, uti & sapor ipsorum melius ad Portulacam adcedit quam ad Crithmum, ac porro salsa, acidula, austera, & inepta, ut cruda non edi possint, glabra porro, & venis destituta. Plerumque solummodo gerit folia, sed in senectute & calidis litoribus aliquando flores ac semina profert.

Flos solitarius brevi insidet petiolo ex alis foliorum more Portulacæ, qui componitur ex quinque acutis petalis, non ample extensis, interne albis, externe virentibus, completis staminulis curtis & purpurascentibus. Hunc fructus insequitur, qui est bacca solitaria, rotunda, sensim nigricans instar grani Piperis.

Secundo. *Alba species* forma nil differt a priore, excepto quod plerumque major sit, ejusque folia vulgo binos digiti articulos longa sunt, paulo magis pinguia & succosa, intense virentia, & luxuriosa. Caules ejus albicant, seu pallide virent sine ulla rubedine. Flores fructusque sunt uti in priore, uti & sapor.

Nomen. Latine *Crithmus Indicus*; Portugallice *Perexil de mar*, ac sic Belgis *Peterselie do maer*; quæ nomina *Crithmo* proprie competunt; Malaice *Galang laut*, h. e. Portulaca marina. Amboinice *Assar*; Ternatice *Djallo djallo*, quod forte descendit ab Arabico *Kali*, cujus *Indicus Crithmus* sine dubio species est.

Comperi enim, Arabes per *Kaly*, & Europæos per *Petercely de mar* intelligere varias litoreas herbas salsas, ac pingues, quæ sine dubio omnes unius sunt generis, juxta varietatem regionum varias induentes formas.

Locus. Hoc Indicum *Gelang laut* potissimum crescit in litoribus planis & arenosis, ubi ingentes scopuli & rupes sub iis, sed non profunde latent, sed maxime in insulis incultis, parvis & planis, uti & in desertis litoribus ab hominum ædibus remotis, primaria vero ejus radix tam profunde in arenam penetrat, ut non facile extrahi possit, sed laterales fibrillæ non multum fixæ sunt, omnesque porro ejus caules tam lenti sunt, ut vix abrumpi possint.

Reperitur quoque in magnis scopulis, e mari semper elevatis, quibus modo pauca inposita est terra vel Muscus, sed ibi tam firmiter radices inplantat, ut non facile evelli possit, inque his plantis plerumque flores & semina conspiciuntur, quæ in litoreis raro observantur, sic quoque per abscissos ramos transplantari potest in humidis & arenosis locis haud longe a litore sitis, sed arcenda est hæc planta ab ovibus & hircis, qui avidissime hanc depascunt.

In

NEGEN EN VEERTIGSTE HOOFDSTUK.

De Oostindische Crithmus.

Wy *noemen dit gewas* Crithmum Indicum, *of* Petroselinum maritimum, *navolgende het gemeen gebruik, hoewel 't merkelyk van den opregte Crithmus verschilt, en beter onder de zoorte van* Portulaca *mogte gerekent, of liever tot een kruid op zig zelfs gestelt werden. Want het is een kruipent kruid, met lange en veel getakte ranken op het strant kruipende, den zelve zoodanig bestaande, dat men een groot stuk weegs den grond niet bekennen kan. Men heeft 'er twee zoorte van, roode, en witte.*

I. Roode *of* gemeene *zoorte heeft ronde, gladde, en zeer taaje steelen, eenige vademen lang, een groote schaft dik, die op de aarde leggen, hier en daar weer inwortelen, met korte witte vaselingen, in veele leden verdeelt, gelyk de Portulaca, ligt-bruin, of roodagtig, dog omtrent de wortel witagtig, te weerzyden veele zydetakken uitschietende, waar door 't een breede plaats beslaat.*

Aan ieder lid staan verscheide bladeren, twee, drie, en vier in de rondte, zoodanig dat geduurig eenige verwelken, als ze uit den groenen bruinagtig zyn geworden, en in haar plaats jonge groene voort komen, die met 'er tyd ook ligt-bruin werden, en afvallen, dog de groene koleur behoudt altyd de overhand.

Deze blaadjes gelyken wel na den opregten Crithmus, dog zyn grooter, langwerpig, smal, met een stompe spits, op 't hoogste twee duimen lang, twee en drie stroobalmen breed, dik, vet, en sappig als Porcelyn, gelyk ook de smaak beter na Porcelyn trekt dan na Crithmus, dog brak, zuuragtig, wrang, en onbekwaam om raauw te eten, voorts glad, en zonder aderen. Men ziet het de meesten tyd met enkelde bladeren beladen, maar in den ouderdom en op heete stranden brengt het zomtyds zyn bloemen en zaden voort.

De bloeme staat enkel op een kort steeltje uit den schoot der blaadjes, op de manier als Porcelyn gemaakt, van vyf spitze blaadjes, die zig niet wyd openen, binnen wit, en buiten groen, gevult met korte peersche draadjes. Hier op volgt de vrugt, zynde een enkelde ronde bezie, met 'er tyd zwartagtig werdende als een Peper-korrel.

II. *De* witte *zoorte verschilt in gedaante niets van de voorgaande, behalven dat ze doorgaans grooter is, zynde de bladeren ordinaris twee leden van een vinger lank, wel zoo vet en zappig, boog-groen, en weelderig. De steelen zyn witagtig of ligt-groen, zonder eenige roodigheid. Bloemen en zaden als aan 't voorige, zoo mede de smaak.*

Naam. *In 't Latyn* Crithmus Indicus; *in 't Portugees* Perexil de mar, *en zoo by de Hollanders* Peterceli do maar, *zynde de namen den* Crithmus *eigentlyk toekomende. In 't Maleits* Gelang laut, *dat is* Portulaca marina; *in 't Amboins* Affar; *op Ternaten* Djallo djallo *afkomstig, misschien van 't Arabisse* Kali, *waar van dezen* Indische Crithmus *buiten twyffel een medezoorte is.*

Want ik bemerke, dat de Arabiërs met haar Kaly, *en de Europeänen met haar* Petercely de maer *verscheide brakke, vette, en zappige strandkruiden verstaan, die buiten twyffel alle van een geslagte zyn, en na de verscheidentheid der Landen hare gedaantens veranderen.*

Plaats. *Dit Indische* Gelang laut *wast meest op vlakke en zandige stranden, dog daar groote klippen of rotzen niet diep onder zyn, maar liefst op onbewoonde kleine en vlakke Eilanden, of op eenzame stranden van de wooningen der menschen afgezondert, egter gaat de hoofdwortel zoo diep in 't zand, dat men ze niet ligt uittrekken kan, maar de worteltjes van de zydetakken houden niet vast, verders zyn alle steelen zoo taai, dat men ze kwaalyk afbreeken kan.*

Men vindt het ook op groote rotzen, die buiten de Zee altyd uitsteeken, waar op slegts een weinig grond of Mos is, dog verwortelt aldaar zoo vast, dat het niet uit te trekken is, en hier aan ziet men meest de bloemen en zaden, die men anders aan de strandzoorten zelden vinden kan, zoo kan men 't ook met de afgesneede ranken verplanten op vogtige en zandige plaatzen niet verre van de Zeekanten, maar men moet het wel bewaren voor Schapen en Bokken, die het anders greetig afweiden.

In

In hortis itidem progerminat, sed non ultra semi anni spatium, ita ut hæc indomita herba cunctos videatur vitare hominum & animalium accessus.

Usus. Nullum alium præbet usum, nisi quod vulgare Atsjar seu Salgama cum ea præparetur, in aqua prius coquitur, dein ad solem siccatur, tum muria & aceto conditur cum multis aliis herbis, radicibus, & floribus, uti Robang seu teneris surculis arundis Bamboes, eodem modo primo coctis & siccatis, radicibus Zingiberis & Lanquas, siliquis Tsjili, floribus Papajæ &c. quæ vulgatissimum præbent Atsjar, quod in mensis ad cibos editur ad appetitum excitandum, diuque servari potest, si rite clausum servetur, ita ut aër non adcedat, per hunc enim mucosum fit ac fatuum, habetur vero pro basi omnium Salgamatum, unde & Amboinense videtur obtinuisse nomen.

Si quis sit in itinere marino vel in exercitu, loco oleris adhiberi potest defectu alterius, sed tum ter coquendum est, leniter exprimendum, ac binæ priores aquæ abjiciendæ sunt, alioquin enim nimis alvum movet, ac Diarrhæam caussat, uti milites nostri in exercitu oberrantes eam experti sunt.

Kaly Arabum similis est planta, quod potissimum in Ægypto ad mare mediterraneum crescit, uti *Prosper Alpinus* testatur, qui Ægyptiaco idiomate id *Kellu* vocat, cum Malaiensi & Ternatensi nomine proxime conveniens, dicitque tres ejus observasse species.

Bellonius scribit ex siccatis caulibus cinerem & calcem uri, quæ per naves Alexandria Venetias transfertur ad usum vitriariorum, hæc enim cum pellucidis & contusis lapillis mixta facit, ut in igne hi liquescant, & in vitrum degenerent. Ægyptii etiam hoc utuntur cinere ad varia pigmenta præparanda.

Tertia *Kaly* species, *Articulatum* dicta, ac vulgo *Salicornia* vocata, itidem crescit in dunis insularum Zeelandiæ, ibique vocatur *Souterig* & *Soutenelle. Matth.* in *Commentar.* ad *Dioscoridem libr.* 2. *Cap.* 112. testatur, se *Kali* etiam reperisse ad litus maris Adriatici circa urbem Tergestum.

Ægyptii saponem præparant ex Sale, cinere Kaly, & Oleo veteri, & incolæ maris Adriatici maculas vestium eluunt succo horum foliorum. Eadem hæc folia pauca copia comesta fortiter urinam & menses movent. Huc usque de *Kaly* ex aliis auctoribus. Sique nostrum Indicum *Gelang laut* explorare vellemus, comperiremus forte, multas possidere vires & qualitates cum *Kaly* convenientes.

Aliud etiam *Gelang laut* est, alio nomine *Gelang Passyr*, h. e. *Portulaca arenosa* dictum, quod nil aliud est, quam repens species silvestris seu minoris Portulacæ, *Gelang Bengala* dictæ, quæ in litoribus quoque crescit arenosis, de qua vide supra *libro* 8. in Capite de *Portulaca.*

Ut jam lectori discrimen ostenderem inter verum Crithmum, & Indicam Portulacam maritimam, licet Portugallis idem gerant nomen, hinc addam hic brevem descriptionem & delineationem Crithmi veri, qualem vidi in insula parva ante ostium fluvii Minii in boreali plaga Lusitaniæ sita, qualisque reperitur in rupibus marinis, & ad muros veteres juxta oram Galliæ, Hispaniæ, Portugalliæ, & Angliæ.

Est autem plantula humilis, vix semi pedem alta, non repens, sed in ramulos distincta instar arbusculæ, ramulique primarium amplectuntur caulem ampla sua basi instar caulium Fœniculi.

Ejus foliola cum nostro *Gelang laut* quadrant, sed multo minora sunt, digiti articulum longa, ac plura simul in uno locantur cauliculo, crassa quoque, succosa, ac nervo medio longitudinali distincta, saporis grati, salsi, & distincte ad Fœniculum accedentis, crudaque edi possunt.

Parvam gerit umbellam, inque ea pusilli ac vix dignoscendi albi flosculi, post quos viridia sequuntur striataque grana instar illorum Fœniculi, sed rotundiora, ac duplo majora, saporis quoque Fœniculacei. Radix vilis est, laxeque dependet ex vetustis muris.

Nomen. Latine *Crithamus*, *Crithmus*, & *Crithamum verum*, Lusitanis *Perexil*, seu *Persil do mar*, vel *Petroselinum marinum*, item *Salso do mar*, seu *Salsula marina.*

In de tuinen komt het ook wel op, maar werd niet boven een half jaar oud, zoo dat dit ongetemde kruid schynt alle bywooningen van menschen en beesten te baaten.

Gebruik. *Het geeft geen ander gebruik, dan om het gemeene Atsjaer of Salgama daar van te maken, men kookt het eerst in water op, laat het dan in de zonne drogen, legt het in gepekelde azyn met veele andere kruiden, wortelen, en bloemen, als de Robong of teere scheute van een jong Bamboes riet, op dezelve manier eerst opgekookt en gedroogt, wortelen van Gember en Lanquas, houwen van 't Tsjili, bloemen van Papaya &c. het welk het gemeenste Atsjaer is, dat men op alle taaffelen by de kost gebruikt om appetyt te maken, en kan lange bewaart werden, als men 't digt toegebonden houd, dat de lugt niet dikwils daar by en komt, want daar door werd het slymerig en laf, men houd het voor de Basis of grondslag van Atsjar, waar van het schynt den Amboinsen naam gekreegen te hebben.*

Als men op Zee-reizen of in 't Leger is, zoo kan men 't ook ter nood tot moeskruid gebruiken, maar als dan moet men 't wel driemaal opkooken, zagjes uitduuwen, en de twee eerste waters weggieten, want anders beroert het den buik te geweldig, en brengt een loop aan, gelyk onze Soldaten in 't Leger zwervende wel ervaaren hebben.

Kaly *nu is by de Arabiërs een diergelyk gewas, 't welk meest in Ægypten aan de middellantze Zee groeit, gelyk* Brosper Alpinus *getuigt, die het op Ægytisch* Kellu *noemt, met het Maleitse en Ternataanse zeer na over een komende, en zegt aldaar van drie zoorten gevonden te hebben.*

Bellonius *schryft, dat men van de gedroogde steelen een asche of kalk brant, dewelke met Scheepen vol van Alexandriën naar Venetiën gevoert werd, tot dienst van de Moeraanze glas-hutten, want met klaare en gestoote kegelsteentjes gemengt, doet het dezelve in 't vuur smelten, en tot glas werden. Ook gebruiken de Ægyptenaars deze asse om verscheide verwen te bereiden.*

De derde zoorte van Kaly Articulatum *bygenaamt, in 't gemeen* Salicornia, *groeit ook in de duinen van de Seeuwze Eilanden, en hiet aldaar* Souterig *en* Soutenelle. Mathiol. *in* Comment. super Dioscor. lib. 2. cap. 112. *getuigt, dat hy het Kali ook gevonden heeft aan de oevers van de Adriatische Zee, omtrent de Stad Triest.*

De Egiptenaars maken een seep van Zout, Kaly-asse, en oude Oly, en de Inlanders van de Middellandze Zee delgen de plekken uit hunne klederen met den sap van deze bladeren. Dezelve in kleine kwantiteit gegeten, dryven sterkelyk den Uryn en Maanstonden uit. Dus verre Kaly, *uit andere. En zoo men ons Oost-Indisse* Gelang laut *wilde onderzoeken, zoude men misschien bevinden, dat het veele kragten en eigenschappen met het* Kaly *gemeen heeft.*

Daar is nog een ander Gelang laut, *anders* Gelang passyr, *dat is* Sand-Porceleyn, *anders niet dan een kruipende zoorte van de wilde of kleine* Porceleyn, Gelang Bengala *genaamt, mede op zandige stranden wassende, waar van ziet boven* lib. 8. *in 't* cap. *van* Portulaca.

Om nu den Lezer het onderscheid te toonen tussen den regten Crithmus, *en Indisse Zee-*Porcelyn, *hoewel ze in 't Portugees eenderlei namen hebben, zoo zal ik hier by voegen een korte beschryvinge, en afteekeninge van den regten* Crithmus, *gelyk ik hem gezien hebbe op een klein Eiland, voor de mond van de Rivier* Minius, *op de Noorder-frontier van Portugal gelegen, en gelyk men hem vindt op de Zeeklippen, en aan de oude muuren, langs de kusten van Vrankryk, Spangien, Portugal, en Engeland.*

Het is een laag kruidje, schaars een halve voet hoog, niet kruipende, maar met takjes verdeelt als een boompje, en de takjes ombelzen den hoofdsteel met haar breede voetjes, gelyk de steelen van den Venkel.

De blaadjes komen met ons Gelang laut *overeen, maar zyn veel kleinder, een lid van een vinger lang, staan ettelyk by malkander aan eenen steel, mede dik, sappig, in de lengte met een middelribbe, van smaak aangenaam, ziltig, en klaarlyk na Venkel trekkende, bekwaam om rauw te eeten.*

Het draagt een kleine dolle, en daar aan kleine pas kennelyke witte bloempjes, daar op volgen groene gestreepte korrels gelyk Venkel-zaad, ronder, tweemaal zoo groot, mede Venkelagtig van smaak. De wortel is geringe, hangende lossely aan de oude muuren.

Naam. *In 't Latyn* Crithamus, Crithmus, *en* Crithamum verum; *in 't Portugees* Perexil, *of* Persil do mar, Petroselinum marinum, *item* Salso do mar, *of* Salsula marina.

Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 1.

Locus. Ad scopulos crescit marinos dictarum regionum, qui supra terram semper elevati sunt, a quibus dicta insula tota cincta est, quique continuo a vehementibus maris undis irrigantur, sed qui superius pauca tecti sunt terra, in qua *Petroselinum* hoc *marinum* crescit. Ex vetustis quoque provenit muris castelli istius insulæ, qui constructi sunt ex cinercis & fragilibus rupibus marinis sine calce sibi inpositis; sed interposita argilla calci admista. Hæc non tam salsum præbebat saporem, quam quæ in rupibus marinis crescit, atque ideo præfectus istius castelli sibi curabat servari, sed altera in rupibus crescens a quovis decerpi poterat & licebat.

Usus. Non modo est excellens herba Lactucaria, sed etiam olus est egregium, si aliis admisceatur jusculorum herbis, præsertim albis Pisis, *Fejons* dictis, quibus omnibus gratum præbet saporem, atque saluberrima censetur non tantum ad sanguinem depurandum, sed & ad urinam expellendam. Hunc in finem aceto conditur, & per mare in alias transfertur regiones.

Videtur *Crithmum* æque ac *Kaly* memoratum juxta regionum varietatem varias induere formas & magnitudinem, uti præ reliquis id patet ex Crithmo *Dioscoridis libr.* 2. *cap.* 112. & Matthiol. in idem Caput, ego saltem eam hic descripsi & delineavi, qualem in Lusitania eam vidi, licet parum differat ab ea, quæ in Herbariis descripta reperitur.

Piso libr. 4. *cap.* 58. tres describit herbas, quas Portugallice *Perexil de mar*, ac Brasilice *Caaponga* vocat, cunctasque pro *Portulaca marina* habet. Quarum prima species cum nostra Indica Orientali convenit, in arenosis ibi crescens litoribus, atque editur aquæ incocta, vel instar Lactucæ.

Tabula Septuagesima secunda

Ad Figuram primam *Crithmum* exhibet *Indicum*.
Figura secunda *Crithmum* denotat *Lusitanicum*.
Figura tertia *Nymphææ Indicæ minoris*, *speciem primam*, seu *lævem* denotat, Capite 51. descriptam.

OBSERVATIO.

Crithmus Indicus Rumphii est Portulaca Curassavica, angusto, longo, lucidoque folio, procumbens, floribus albis *Plukn. Almag. pag.* 303. & *Phyt. Tab.* 216. *fig.* 1. & Portulaca Curassavica, angusto, longo, lucidoque folio procumbens, floribus rubris *Par. Bat. Prodr.* & *Par. Bat. pag.* 212. ubi elegans icon & descriptio, ut & *H. Amst. part.* 1. *fig.* 5.

N. B. Caaponga Pisonis male a *Rumphio* pro suo Crithmo Indico habetur, est enim penitus alia planta, quæ ab *Hermanno* in *Parad. Bat.* vocatur Amaranthoides Curassavicum, humile, Cepææ foliis lucidis, capitulis albis, ubi icon & descriptio, & in *Plukn. Almag. pag.* 27. & *Phyt. Tab.* 75. *fig.* 9. & Amarantho affinis, Aizoides, sive Amaranthoides minor, Americana, procumbens, Sedi teretifolii foliis & facie, flore oblongo niveo, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 42. novæ editionis, vide porro de hac herba *Sloan. Hist. Jam. vol.* 1. *pag.* 141. & *Catalog. pl. pag.* 48.

Plaats. *Het wast aan de Zeeklippen van boven gemelde kuste, dewelke boven 't water altyd uitsteeken, waar van het voorschreeve Eiland gants omringt is, en geduurig met de geweldige baaren der Zee bespat werden, maar boven op hebben ze een weinige aarde, waar op dit* Perexil de mar *groeit. Het wast ook uit de oude muren van 't Kasteel deszelven Eilands, gemaakt van grauw en brokkelige Zeeklippen, zonder kalk of met klei en kalk op malkander gelegt. Dit was zoo ziltig van smaak niet als 't geene op de Zeeklippen groeide, en daarom wilde de Commandant deszelven Kasteels dit voor zig alleen bewaart hebben, maar het ander dat op de Zeeklippen groeide, stont een ieder vry te plukken.*

Gebruik. *Het is niet alleenlyk een treffelyk zalade-kruid, maar ook een goed moeskruid by andere zoppekost te doen, inzonderheid by de witte Boontjes, die ze* Fejons *noemen, daar het over al een aangename smaak geeft, werdende voor zeer gezond gehouden, het bloed te zuiveren, en den Uryn te dryven, tot dezen einde werd het ook met geheele tonnetjes vol ingeleid in azyn, en over Zee in andere Landen gevoert.*

Het schynt, dat de Crithmus *zoo wel als het voorschreeven* Kali *na de verscheidentheid der Landen, ook verscheiden grootte en gedaanten heeft, gelyk onder anderen blykt uit den* Crithmus Dioscor. lib. 2. cap. 112. *en* Matthiol. *over 't zelve Capittel, immers ik heb hem hier beschreeven en afgeteekent, zoo als ik hem in Portugal gezien heb, hoewel wat verschillende van den geenen, dewelke men in de Kruideboeken beschreeven vind.*

Piso lib. 4. cap. 58. *beschryft drie kruiden, die by in 't Portugees* Perexil de mar, *in 't Brasils* Caaponga *noemt, en alle drie voor* Portulacas marinas *hout. Waar van de eerste zoorte met onze Oostindisse over een komt, op zandige stranden aldaar groejende, en werd wel genuttigt, in water opgekookt, en als zalade gegeten.*

De twee en Seventigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Indische Crithmus*.
De twede Figuur verbeeld de *Portugeese Crithmus*.
De derde Figuur vertoont de *eerste* ofte *gladde zoort* van de *kleine Indische Waterplomp*, in het 51. Hoofdstuk beschreeven.

AANMERKING.

De *Indische Crithmus* van *Rumphius* is de Curassausche Porcelyn, met een smal lang en helder blad, en witte bloemen, neerleggende, van *Plukn. Almag. pag.* 203. en *Phyt. Tab.* 216. *fig.* 1. en de Curassausche leggende Porcelyn met een lang, smal, helder blad, met roode bloemen, in de *Par. Bat. Pr.* en in de *Par. Bat. pag.* 212. alwaar een fraaije figuur hier van is, met de beschryving, als mede in de *Amst. Tuin, eerste deel, fig.* 5.

N. B. De Caaponga van Piso wert qualyk van *Rumphius* voor zyn Indische Crithmus gehouden, want het is een geheele andere plant, welke van *Herman* in zyn *Parad. Batav.* genaamt wert Curassavische lage Amaranthe-plant, met heldere bladen van de Cepæa, en witte bloemknopjes, alwaar deszelfs afbeelding en beschryving, en in *Plukn. Almag. pag.* 27. en *Phyt. Tab.* 75. *fig.* 9. en een sapryke plant gelyk aan de Amaranth, ofte de kleine Americaansche leggende Amaranthoides, in gedaante en met de bladeren van de smalbladige kleine Sedum, met een langwerpige witte bloem van *Breyne twede deel, Prodr. pag.* 42. van de nieuwe druk, ziet verders over deze plant *Sloan. Jamaische Histor. volum.* 1. *pag.* 141. en de *Catal.* der *planten, pag.* 48.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Nymphæa Indica major. Taratti.

IN India elegans reperitur *Nymphææ majoris* species, a nostrate haud multum differens nisi floribus & fructibus, non etiam foliis suis plane aquæ incumbit uti Europæa, sed ea adtollit supra aquam caulibus inposita ad aliquam partem, quatuor nempe vel quinque pedum altitudine a radice, prout aqua profunda est, ita ut semper ultra pedem ex aqua eleventur, bini tresve ex uno ortu, quivis vero caulis peculiare sustinet folium, qui digitum crassus est, rotundus, pallide virens, externe rugosus & spinulosus, quum acutis eminentiis hirtus sit, interne fungosus, & octo foraminulis in orbem positis notatus, ac bina majora in centro locantur, per quæ quis flare potest, & e quibus album & viscosum effluit lac, vaccinum referens, quodque in tenuia fila duci potest, instar serici vel teli araneæ.

Folia referunt illa *Ari Ægyptii* seu *Kelady* supra *libro* 8. descripti, sed hæc *Taratti* rotundiora sunt, ac sine apicibus, atque inferius planum habent sinum, in quo brevis locatur apex, binos pedes & ultra lata, viginti & viginti duo pollices longa, subtus glabra, & pallide virentia, superne instar graminis virentia, sed sine splendore, ac rugosa instar velleris pilosi.

Caulis subtus circa medium inmittur, atque tum sese dividit in viginti unum vel duo protuberantes costas, ad folii rotundam excurrentes partem, atque quævis in processu sese iterum dividit in binas, ac quævis iterum in varias parvas quasi furcas, donec sese prope oram in arcus claudant, sic etiam nervorum interstitia transversalibus venulis pertexta sunt. In superiore parte folium potissimum planum est, sed in centro prope caulem foveolam format, unde infundibiliforme fere est.

Tenerum ac sub aquis adhuc locatum folium peculiari etiam provenit modo, utrimque nempe complicatum est, oblique cauli incumbens, & externe fuscum præbens fulgorem.

Caulis florifer altior excrescit priore, sex nempe pedes altus, cæterum ejusdem crassitiei, substantiæ, & rugositatis, superius acutum sustinens conum, ex quo flos excrescit, primo enim sese quatuor aperiunt albicantia petala cymbæ formia, quæ theca seu vagina sunt, quæ verum continet florem.

Flos hic quodammodo æmulatur Tulipam, sed multo major est, & instar orbis mensarii expansus, saltem post Coronam solis omnium maximus est flos. Componitur vero ex septendecim petalis, quorum decem maxima & exteriora ample extensa sunt, ultra septem pollices longa, ac quatuor digitis latiora, ad internam partem parum concava seu cochleari formia, ad externam partem multis costis seu plicis striata, septem alia magis introrsum & elevata locantur, ejusdem formæ, sed minora, & inter sese inæqualis magnitudinis, tria enim interiora minima sunt.

Floris color plerumque rosaceus est, sed alius aliquando ejus observatur color, uti dein indicabitur. In centro hi flores coronam gerunt, ex brevibus, crassis, & flavis compositam staminibus, albas antheras gerentibus, fructus germen cingentibus, qui est conus inversus, seu infundibilum solidum, superius planum & latum, inferius acutum. Florum petala facile decidunt, tumque infundibulum istud maxime excrescit, sesqui palmam latum, & transversalem manum altum, ad oras crassas gerens strias seu plicas, in superiore planitie viginti duo ad triginta conspiciuntur rotunda foraminula, ac sub quovis cellula, in fungosa, alba, & sicca istius infundibuli medulla locata.

In quavis cellula oblongum reconditur officulum, superius brevem sustinens apicem, glabrum, & nigerrimum, si sit maturum, magnitudinem habens nucum Avellanarum oblongarum, cum capitulo parum elevatum, instar fabarum, quæ in olla coquuntur.

Sub exteriore putamine horum officulorum durus albusque reconditur nucleus, substantiam glandum æmulans, saporis aquosi dulcis. Quivis nucleus in bina segmenta divisibilis est, inque eorum centro reperitur viride & complicatum foliolum, superiore parte deorsum flexum, saporis amaricantis, in quo vis seminalis seu progerminans latet.

Floris

VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De groote Indische Waterplomp.

WY *hebben in Indiën een schoone zoorte van de* Nymphæa major, *van de Vaderlandse niet veel anders verschillende dan in de bloemen en vrugten, het leidt ook met zyn bladeren niet vlak op 't water, gelyk de Europisse, maar verheft die met zyn steelen een stuk weegs boven 't water, vier en vyf voeten hoog van de wortel, na dat het water diep is, zoo dat ze altyd ruim een voet boven 't water uitstaan, twee en drie uit eenen oorsprong, en ieder een byzonder blad dragende, de steel is een vinger dik, rond, ligt-groen, buiten ruig en steekelig, als zynde met scherpe puntjes bezet, binnen voos, met agt gaatjes in de rondte, en twee grootere in de midden, daar men door blazen kan, en waar uit loopt een witte stramme melk, als Koejemelk, die zig tot dunne draden laat trekken, als zyde of spinnewebben.*

De bladeren gelyken wel na het Arum Ægyptium, *of* Kelady, *boven* lib. 8. *beschreeven, dog deze van* Taratti *zyn ronder, zonder spitze voor uit, en agter met een vlakke kepe, daar een kort spitsje in staat, twee voeten en meer breed, twintig en tweeëntwintig duimen lang, van onderen glad, en ligt-groen, boven gras-groen, dog zonder glans, en ruig als een hairen vel.*

De steel werd van onderen omtrent het midden ingelaten, van daar verdeelt hy zig in eenentwintig of tweeëntwintig dikke uitbuilende ribben, na de rondte des blads lopende, en ieder in 't voortgaan verdeelt haar weder in twee takken, en ieder tak weder in verscheide kleine gaffels, tot dat ze haar by de rand met bogen sluiten. Zoo zyn ook de tussenplaatze der ribben met dwersadertjes doorregen. Aan de bovenste zyde is het blad meest vlak, dog formeerd in de midden by den steel een kuil, waar door het schier tregterformig werd.

Het jonge, en nog onder water staande blad komt ook op een byzondere manier voort, namentlyk te weerzyden zamengerolt, schuins op den steel rustende, en van buiten een bruine weerschyn gevende.

De bloemdragende steel werd hooger dan de voorgaande, te weten ses voeten hoog, anders van dezelve dikte, substantie, en ruigheid, dragende boven op een spitzen kegel, waar uit de bloeme werd, want eerstelyk openen hun vier witagtige blaadjes als schuitjes geformeert, welke de kas of schede zyn, daar in de regte bloeme schuilt.

De zelve gelykt eenigzints na een Tulpe, dog is veel grooter, en zoo wyd geopent als een Tafelbord. Immers naast de zonnebloemen de grootste onder allen. Zy is gemaakt van seventien bladeren, waar van de tien grootste en buitenste wyt geopent staan, ruim seven duimen lang, meer dan vier vingeren breed, aan de binnenzyde ook wat hol of lepelformig, aan de buitenste zyde met veele ribben of ploojen gestreept, de seven andere staan meer na binnen, en overeind, van het zelve fatzoen, dog kleinder, en onder malkander, zelfs ongelyk, want de drie binnenste zyn de kleinste.

De couleur dezer bloeme is gemeen roozeverwig, dog men vindt ze ook van andere couleuren, gelyk hier na volgt. In de midden hebben deze bloemen eenen krans, van korte, dikke, en geele draden gemaakt, met witte noppen, omringende het schepzel van de vrugt, 't welk is een omgekeerde kegel, of masieven tregter, boven vlak, en breed, beneden spits. De blaadjes van de bloemen vallen ligt af, als dan werd die tregter zeer groot, anderhalve hand breed, en een dwersband hoog, aan de zyde met dikke rimpelen of ploojen, op de bovenste vlakten ziet men tweeëntwintig tot dertig ronde gaatjes, en onder ieder van dezelve een celletje, in het vooze, witte, en drooge merg van dien tregter.

In ieder celletje leid een langwerpige bone, boven op met een kort spitsje, glad, en pikzwart, als ze ryp is, zoo groot als langwerpige Hazelnoten, met het hoofdje een weinig uitkykende gelyk Boonen, die in een pot kooken.

Onder de buitenste schaal dezer korrels, vindt men een harde witte keest, van substantie als Eekelen, van smaak wateragtig, zoet. Ieder keest of korrel laat zig in tweeën delen, en in de midden vindt men een groen en zamengevouwen blaadje, met zyn hoofdje neerwaarts gebogen, bitteragtig van smaak, waar inne de zaadkragt schuilt.

De

Floris odor gratus est, sed debilis, maxime ad Anisum & Cinnamomum adcedens, qui proprie in luteis detegitur staminibus, quæ etiam Cinnamomi saporem habent. In superiore planitie tenerorum conorum costæ quædam tanquam radii conspiciuntur ex centro ad peripheriam ducti.

Semi matura officula fusca sunt, tumque apta sunt, ut cruda edi possint, nigra enim nimis dura sunt, si vero quis ea edere velit, prius decorticanda sunt, dein aperienda, ac viride istud & amaricans petalum eximendum est.

Radix sub quavis planta ex congerie constat albarum fibrillarum, atque inter has transversalis locatur radix minimum digitum crassa, alba, rotunda, & glabra, utrimque prorepens, nunc rotunda, nunc sinuosa. Ad spithamæ circiter spatium a prima planta iterum similem format fasciculum fibrillarum, ibique novam generat plantam, turiones novos producentem. Hæ radices sese ample dispergunt, continuo novos generantes fasciculos fibrillarum & plantarum, ita ut intra breve temporis spatium ingentem obcupet locum, radix interne quoque fungosa est, & foraminibus repleta, saporis dulcis & aquosi.

Diximus vulgarem hujus floris colorem esse rosaceum, qualem veteres eum descripserunt, ac plerumque in hisce observatur insulis, sed alios gerit quoque colores, sed hi rari sunt, excepto in Sina, uti id postea ex Sinensi Atlante patebit.

Javæ itaque versicolor reperitur, una nempe species læte rubentes seu incarnatos gerit flores, quem colorem Malayenses *Dado*, & *Paru paru sala matta* vocant, secunda albos, tertia luteos, & quarta cæruleos gerit flores, quinta gerit albos & rubros variegatos more Tuliparum. Omnes vero hi colores distinctius & vulgatius reperiuntur in subsequente *Tondjo*.

Nomen. Latine *Nymphæa Indica major*; Belgice *Watertulpe*, seu *Tulipa aquatica*, & *groote plompe*; Malaice & Maccassarice *Bonga tarratti* & *Tarrate*; Maccassarice *Tonjo*; Sinice *Lien*; Lusitanice *Foula de golfaon*.

Cum aliis doctis in ea versor opinione, hanc *Indicam Nymphæam* nil aliud esse nisi veram *Fabam Ægyptiam antiquorum*, de qua vide *Theophr. libr.* 4. *Hist. pl. Cap.* 10. *Dioscorid. libr.* 2. *cap.* 99. uti ex comparatione descriptionis illorum cum nostra id patebit, excepto quod eam cum *Colocasia* in quibusdam partibus confundant, quod nomen supra *libro* 8. *Cap.* 84. proprie tribuimus *Aro Ægyptio* seu *Kelady*, ac potest esse, ambas istas radices apud veteres unum idemque obtinuisse nomen, uti id quodammodo patet ex textu *Dioscoridis*, qui aperte radices *Fabæ Ægyptiacæ* vocat *Colocasiam*, licet radices *Indicæ Nymphææ* nostræ nullo modo conveniant cum illis *Ari Ægyptii*, uti id ex isto capite patet.

Sic error quoque videtur esse in textu *Theophrasti*, qui radices *Fabæ Ægyptiæ* spinosas esse dicit, quod forte de caulibus intelliget, atque hæc etiam declarant ejus verba, quum enim dicit, Crocodilos in Nylo vitare hanc plantam, ne oculos lædant per ipsius spinas, hoc non de radicibus intelligi potest, quæ in cœno latent, sed de caulibus spinulosis, qui alicujus cutim quam maxime lædere possunt, si quis eos fricet, uti neque *Dioscorides* de radice spinosa ullam facit mentionem, qui sine dubio eas in Ægypto vidit, attamen error quidam in ejus textu videtur detegi, quum caulem suæ fabæ dicit ulnam modo longum esse, qui ex Theophrasto & Plinio melius tres quatuorve ulnas longus esse dicitur, suntque sex pedes, si ulnæ parvæ intelligantur, sed octo novemque pedes, si de majoribus dicatur, quam altitudinem etiam adtingit, ac planta ad minimum ulnam aquarum requirit, ubi crescit.

Figura Fabæ Ægyptiæ a *Matthiolo* in *Dioscoridem* proposita non quadrat cum nostro *Taratti*, sed sine dubio erit *Lotus Ægyptius*, quem *Theophrastus* in isto describit Capite, de quo vide in subsequenti Capite.

De reuk van de bloeme is lieffelyk, dog slap, merkelyk na Anys en Kaneel trekkende, dewelke eigentlyk in de geele draden zit, die ook na Kaneel smaken. Op de bovenste vlakte van de jonge bollen, ziet men eenige ribben als stralen van het centrum na den omloop getrokken.

De half rype korrels zyn bruinagtig, en dan zyn ze bekwaam om raauw te eeten, want de zwarte zyn te hard, dog als men ze eeten wil, moet men ze eerst schillen, daar na openen, en dat groene bittere blaadje uitnemen.

De wortel onder ieder struik bestaat uit een bos witte vazelingen, en daar tussen een dwerswortel een pink dik, wit, rond, en glad, te weerzyden voortloopende, somtyds regt, zomtyds met bogten. Omtrent een span van den eersten struik, maakt het weder een zulke bos vazelingen, en formeert aldaar een nieuwe struik, jonge scheutjes voortbrengende. Wyd en zyd verspreiden haar deze wortelen, telkens nieuwe bossen van vazelingen en struiken formeerende, zoo dat het in korten tyd een groote plaats beslaat, van binnen is de wortel mede voos en vol gaatjes, van smaak zoet, en wateragtig.

Wy hebben gezegt, dat de ordinaris couleur van deze bloeme is roozerood, gelyk ze de ouden ook beschreeven hebben, en meest in alle deze Eilanden gezien werd, maar men vindt 'er ook van andere couleuren, dog die zyn zeldzaam, behalven in China, gelyk hier na uit den Chineezen Atlas blyken zal.

Men vindt ze dan op Java van verscheide couleuren, waar van de eene zoorte ligt-roode of incarnate bloemen heeft, welke couleur de Malyers Dado, *en* Paru paru sala matta *noemen, de tweede heeft witte, de derde geele, de vierde blaauwe bloemen, de vyfde heeft ze met wit en rood geschildert, op de manier van Tulpen. Alle welke couleuren men duidelyker en gemeender vindt aan het volgende* Tondjo.

Naam. *In het Latyn* Nymphæa Indica major; *in 't Duits* Water-tulpe, *en* groote plompe; *in 't Maleits en Baleits* Bonga tarratti, *en* Tarrate. *Op 't Maccassaars* Tonjo; *in 't Chinees* Lien; *in 't Portugees* Foula de Golfaon.

Ik ben met andere geleerde Lieden van dat gevoelen, dat deze Indiesche Nymphæa *anders niet zy dan de opregte* Faba Ægyptia antiquorum, *waar van* Theophrastus Lib. 4. Hist. plant. cap. 10. Dioscorides Lib. 2. Cap. 99. *gelyk uit de overeenstemminge van haar lieden beschryvinge met de onze blykt, behalven dat ze dezelve met de* Colocasia *in eenige deelen confundeeren, welke naam wy boven* libr. 8. cap. 84. *gestelt hebben, eigentlyk het* Arum Ægyptium, *of ons* Kelady *toe te komen, en het kan wel zyn, dat by de ouden die beide wortelen eenderlei namen hebben gehad, gelyk ook eenigzints uit den Text van* Dioscorides *blykt, dewelke uitdrukkelyk de wortelen van zyn* Faba Ægyptia Colocasiam *noemt, hoewel de wortelen van onze* Indiesche Nymphæa *gants geene gelykenisse hebben met die van* Arum Ægyptium, *gelyk uit dat Hoofdstuk blykt.*

Zoo schynt ook een abuis te steeken in den text van Theophrastus, *daar by de wortelen van de* Faba Ægyptia *doornagtig maakt, 't welk by misschien van de steelen zeggen wilde, en zulks brengen ook zyn eigen woorden mede, want als hy zegt, dat de Krokodillen in den Nyl hen voor dit kruid wagten, om haare oogen aan de doorens niet te bezeeren, zoo kan zulks niet van de wortels verstaan werden, dewelke in den slik schuilen, maar van de steekelige steelen, dewelke verzekert iemand het vel konnen kwetzen, als men daar tegens aan vryft, gelyk ook* Dioscorides *van geen steekelige wortel gewag maakt, die ze buiten twyffel in Ægypten gezien heeft. En egter schynt nog een abuis in zyn text te zyn, daar hy den steel van zyn Faba maar een elle lang maakt, dewelke uit Theophrastus en Plinius beter drie of vier ellen lang gestelt werden, zynde ses voeten, als men kleine ellen verstaat, maar agt en negen voeten, als men van groote ellen spreekt, welke hoogte hy ook heeft, en de plante moet ten minsten een elle diep water hebben, daar ze staat.*

De Figuur van Faba Ægyptia Matthioli *in* Diosc. *gestelt, accordeert niet met onze* Taratti, *maar zal buiten twyffel den* Lotus Ægyptius *zyn, die* Theophrastus *in 't voornoemde Hoofdstuk beschryft, en waar van ziet in 't volgende Hoofdstuk.*

Diuturnam Botanicorum disputationem, quæ nempe vera sit *veterum Colocasia*, *supra libro octavo Cap.* 84. ex ingenii modulo determinavimus, quam sententiam adhuc fovemus, *Colocasiam* nempe *Veterum* radicem fuisse *Fabæ Ægyptiæ* seu *Taratti*, sed *Colocasia Neotericorum* est *Arum Ægyptium*, seu *Kelady* supra descriptum, quod forte antiquis temporibus in Ægypto non ita fuit cultum, vel quod ambæ istæ plantæ ob foliorum similitudinem ab antiquis auctoribus sint confusæ, quod tamen de *Dioscoride*, *Strabone*, aliisque, qui Ægyptum peragrarunt, non ita facile credendum est.

Optimum indicium seu argumentum, *Colocasiam veterum* fuisse Fabam istam seu Taratti, meo judicio peti potest ex satyra quadam Martialis, in qua olus ex fibrosa radice Fabæ præparatum ita deridet.

Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces
Improba cum morsu fila manuque trahes.

Hoc est ridebis olus Niliacum & fila lanosa, quum ea in masticatione manibus ex ore trahes, quod non de Kalady speciebus intelligendum est, sed de hisce Taratti radicibus, quæ jam Plinii temporibus in Italia solebant seri, uti infra id latius explicabitur.

Locus. Nullibi crescit, nisi in stagnantibus recentibusque aquis vel talibus in magnis fluviis, qui hic & illic quietum habent sinum, & in solo magnam cœni copiam. Requirit vero ad minimum binorum triumve pedum altitudinem in aqua, sed profundius sex aquarum pedibus non crescit.

In Amboina ignota est hæc planta, sed obcurrit in vicinis insulis, Cerama, Manipa, & Bœrone, sed raro. Copiose reperitur Javæ, præsertim circa urbem Bataviam, ubi fere in omnibus crescit lacunis, ac fossis. Item in Baleya, Celebe, & Philippinis, uti & in Mindanaua, unde semen seu ejus ossicula in sacculis stramineis, qui panes vulgo vocantur, evehuntur, ac sic in Ternatam etiam delata fuit, ubi luxuriose in arcis fossa crescit, licet aqua ibi sit semi-salsa, atque inde anno 1679 in Amboinam deduci curavi, ubi nunc in quibusdam fossis piscinis ad Elephantem crescit.

Cultura. Modus colendi est uti apud veteres olim Ægyptios, sumitur manipulus maturarum fabarum nigrarum, nec in fumo induratarum, quæ in patina aqua plena deponuntur, fluctuantia vero abjiciuntur, quæque fundum petunt, per aliquot macerentur dies, donec findantur, ac viride exhibent germen.

Hæc elige, & nigro obtege cœno, ita ut sint glebæ magnitudine Nucum Juglandum, hæc in aquam inmitte dictæ profunditatis, sed diffuse a sese invicem, tum progerminabunt, quæ sese dein per repentes radices longe lateque multiplicant, ita ut vix exstirpari possint, sed locus, in quo progerminant, in initio ab Anatibus defendendus est, quum hi surculos comedunt, uti & squillæ. Radicibus suis aliquando etiam siccas petit oras, ubi plantulas quidem profert, sed hæ pusillæ sunt.

Inter omnes populos Sinenses hanc quam maxime amant plantam, in quorum regione non tantum crescit sponte in lacubus, paludibus, & stagnantibus aquis, sed etiam sollicite in quorumvis Magnatum atriis, & fossis piscinis colitur.

Sinensis Atlas testatur copiosissimas & elegantissimas reperiri in octava Provincia *Kiangsi*, quæ aquis refertissima est inter omnes Sinenses Provincias, & unde fructus in vicinas deferuntur.

Pater Martinus ibi eas vidit quatuor diversis coloribus, ex purpureo rubras, forte rosaceas, rubras, albas, & variegatas; ipsarum radix ibi quoque multo crassior est quam in hisce insulis, brachium nempe crassa, interne alba, fungosa, & foraminulis referta, atque edulis; quæ cum Ægyptiaca quadrat. Alii Sinenses mihi narrarunt, Magnates hos colere flores non tantum ob elegantem formam, sed quod summa ipsorum Dea *Coâmin*, quam ubique quærunt propitiam ac faventem, sedem suam fixerit in hoc flore.

Usus ejus apud hosce incolas non tantus est, sine dubio ab eorum ignorantiam, quantus apud Sinenses & Ægyptios, hisce enim in terris nulla ejus adhibetur pars, quam capita semina continentia, quæ nondum penitus matura in forum venalia portantur, in quibus fabæ nondum nigræ, sed ex fusco nigrescunt. Hæ,

Den langen twist der Herbaristen, wat de regte Colocasia veterum *zy, hebben wy dan boven* lib. 8. cap. 84. *na ons gering verstand gescheiden, waar by wy het nog houden, namentlyk dat* de Colacasia veterum *de wortel van* Faba Ægyptia *of ons* Tarratti *zy geweest, maar* Colocasia Neotericorum *is het* Arum Ægyptium *of* Kelady *boven beschreeven, welk misschien in oude tyden in Ægypten zoo zeer niet is gecultiveert, of dat die beide planten wegens gelykheid der bladeren van de oude Schryvers zyn geconfundeert geweest, het welk egter van* Dioscorides, Strabo, *en andere, die Ægypten zelfs doorwandelt hebben, niet ligt te gelooven is.*

Het beste bewys, dat de Colocasia veterum *de voornoemde Faba of ons Taratti zy geweest, kan men mynes oordeels halen uit zeker spotgedigt van Martialis, daar hy het moes uit de hairige wortel van de Faba gemaakt, aldus uitlagt.*

Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces
Improba cum morsu fila manuque trahes.

Dat is gy zult moeten laggen, over dat Nilotisse moes en de wolagtige draden, als gy dezelven in 't kauwen met de handen uit den mond trekt, 't welk men van geen Kelady-zoo te verstaan moet, maar van deze Taratti, dewelke al in Plinius tyden in Italien plagten gezaait te werden, gelyk hier onder nader zal gezegt werden.

Plaats. *Het wast nergens dan in staande versche wateren, of zoodanige groote rivieren, die hier en daar een groote stillen hoek maken, en op de grond veel slik hebben. Het moet ten minsten twee en drie voeten diep water hebben, maar dieper als in ses voeten waters wast het niet.*

In Amboina is 't ombekent, maar wel op de naburige Eilanden, Ceram, Manipa, en Boero, dog weinig. Overvloedig vindt men 't op Java, inzonderheid om de Stad Batavia, daar het schier in alle slooten en gragten wast. Item op Baly, Celebes, in de Philippinis, en op Mindanau, van waar het zaad of de bonen met heele strookakjes vol, die men broodjes noemt, uitgevoert werd, en zoo is het ook in Ternaten gekomen, daar het weelderig in 't Kasteels graft wast. Hoewel dat water half brak is, zoo heb ik het echter van daar eindelyk Anno 1679. *in Amboina laten brengen, daar het nu in zommige gegrave vyvers aan den Olyphant wast.*

Cultura. *De manier van planten is nog gelyk by de oude Ægyptenaars, men neemt een hand vol rype bonen, die regt zwart en niet in de rook gedroogt zyn, legt die in een kom vol water, alle die dryven smyt weg, dewelke sluiken, laat eenige dagen weeken, tot dat ze splyten, en het groene hertje vertonen.*

Neemt die dan, en bekleedze met zwarte slik, dat het klontjes werden, in de grootte van Walnooten, laat die in 't water zinken, dat de voornoemde diepte heeft, dog wydt van malkander, zoo zullen ze opkomen, die zig daar na door de kruipende wortelen wyd en zyd vermenigvuldigen, dat men ze kwalyk uit roejen kan, maar men moet den plaats, daar ze eerst op komen voor endten bewaren, om dat dezelve de nieuwe scheutjes op eeten, gelyk ook de Garnalen doen. Zy kruipt met hunne wortelen zomtyds na de drooge kanten, daar ze wel ook plantjes voortbrengt, maar die blyven klein.

Onder alle Natien maken de Chineesen het meeste werk van deze plante, in welkers land zy niet alleen in Meiren, Poelen, en staande wateren van zelfs wast, maar ook zorgvuldig schier in alle groote Heeren Paleisen en gegraven tauken of vyvers aangekweekt werden.

Den Chinesen Atlas getuigt, dat men de meeste en schoonste vindt in de agtste Provintie Kiangsi, *dewelke de waterrykste is onder alle Chineese Provintien, van waar men de vrugten in de naburige brengt.*

Pater Martinus heeft ze aldaar van vierderlei couleuren gezien, purper-rood, misschien roose-rood, regt rood, wit, en van gemengde couleur; ook is de wortel aldaar veel dikker dan in deze Eilanden, te weten een arm dik, binnen wit, voos, vol gaatjes, en eetbaar, 't welk met de Egyptische accordeert. Andere Chineesen hebben my verhaalt, dat de groote Heeren deze bloemen aankweeken, niet alleen om hun schoone gestalte, maar om dat hun hoogste Godinne Coâmin, *die ze over al zoeken gunstig te hebben, hunne zitplaats in deze bloemen heeft.*

Gebruik. *By deze Eilanders is ze in zoo groot gebruik niet, buiten twyffel wegens hunne onweetentheid, dan by de Chineesen en Egyptenaren, want hier te lande hezigt men schier niets daar van dan de zaadbollen, die men, nog niet ter degen ryp zynde, op de markt te koop brengt, daar in de bonen nog niet ten vollen zwart, maar bruin-zwart.* Deze

G
F
D
E
B
G
A
A
H
C
I
I

Hæ, uti supra memoratum est, decorticantur & crudæ eduntur, quæque saporem præbent paulo magis fatuum Nucibus Avellanis. Siccatæ, vel penitus nigræ, quæ saccis plenis venales prostant, in aqua prius ebulliendæ, vel in sartagine torrendæ sunt, donec exterior pellicula dehiscat, quæ desquamanda, & viride internum germen eximendum est, ac tum edi possunt, primo autem est cibus durus instar Glandium, sed facile per dentes commoliri potest, ac præsertim delicatus est ad potum Thee.

De usu radicum culinario in cibo apud hosce incolas nil indagare potui, sed ipse institui & compertus fui, turiones molles radicum cum primis albis surculis jusculo incoctos saporem præbere Cinaræ. Vetustæ radices nimis fibrosæ sunt, ita ut tota fila ex ore duci ac trahi possint, sed credo, Ægyptias & Sinenses radices multo molliores esse, quæque sunt crassiores & fungosiores.

Ex siccatis foliis cuculli & involucra formari possunt uti ex papyro Maculatiensi, in quibus fructus & semina servari possunt. Ubi Sinenses habitant, hi flores vix servari possunt, quum eos continuo cupiant in ædibus habere sine dubio præ superstitione. Cæterum nos meliorem & copiosiorem docent usum hujus plantæ, ex recentibus enim & desquamatis fabis aquosam præparant pultem, vel jusculum coquunt cum pauxillo Candy-saccharo, quod optime refrigerantem præbet cibum hominibus, ex diuturno morbo reconvalescentibus, quique ardorem adhuc sentiunt internum, & Dysenteria laborant, quum fabæ istæ refrigerant, & modice adstringunt. Radices apud ipsos tam coquuntur, quam sub cineribus torrentur, & æstate instar Cinaræ eduntur.

Viridia fabarum germina conlecta & siccata defectu Theæ adhiberi possunt, eodem modo cocta & potata. Teneri caules Taratti parum rasi, ita ut pungens pellicula desquamata sit, in frusta scissi coqui & edi possunt, quod Maccassarensibus in usu est, sed præfero, si tota externa viridis pellis desquametur, & interna fistulosa medulla sola coquatur. Tenera folia adhuc convoluta cruda quoque edi possunt cum Bocassan & Atsjar, in olus itidem coqui possunt.

An jam Indicus Crocodilus pungentes caules vitet, uti *Theophrastus* de Niliaco dicit, incertæ sunt sententiæ & narrationes. Bœgenses populi dicunt, in ipsorum patria ripas ingentium fluminum Taratti obsessas esse, quas pueri sine metu frequentant ad flores & fructus abscindendos, licet videant Crocodilum in fluxu fluctuantem. Contra de Goruntale narratur, ejus lacum ad oras itidem Taratti alere, Crocodilum ibi tam audacem esse, ut inter hanc penetret herbam, atque homines & animalia auferat.

Piso Libr. 4. Cap. 49. testatur, similem *Nymphæam* in Brasilia quoque crescere, nomine indigeno *Aquape*, Portugallico *Golfaon*, floribusque tribuit duodecim interna longa & alba petala, cum quatuor aliis exterioribus, quæ virescunt, ac boni odoris sunt, fructus vero non describit, quibus potissimum ab Europæis differt.

Radices ibi quoque longæ & succosæ sunt, ac coctæ, vel parum sub cineribus tostæ æque cibo quam medicamento inserviunt ad bilem temperandam, & quasvis Dysenterias sistendas, in radicibus enim major est vis constipans, quam in ullis aliis hujus plantæ partibus.

Bontius Libr. 6. Cap. 38. dicit, Taratti Indicum in decocto propinari a Maleyensibus ad quosvis morbos acutos, uti febres, deliria, choleram, & lethalem Dysenteriam.

Tabula Septuagesima tertia

Nymphææ Indicæ majoris, seu *Taratti* partes exhibet separatas, ubi litt. A A radicum exhibet congeriem cum caulium partibus elevatis, scabris, & superne foraminulis distinctis.

Litt. B *Folium* denotat *planum*, C idem *folium postica parte* cum cancellatis venis distinctum. D *Floris cornu* repræsentat. E *eundem* magis *apertum*, ut quatuor petala externa conspiciantur. F *Flos penitus apertus* est cum staminulis & punctulis feminalibus. G *fructus*, seu caput infundibiliforme feminiferum. H *idem* est per *maturitatem* dehiscens, & officula exhibens. I I *officula*, seu *Fabæ exemptæ* sunt.

Deze pleegt men, als boven staat, te schillen en raauw te eeten, smakende wat laffer als Haselnoten. De gedroogde en gebeel zwarte bonen, die men met zakjes vol te koop brengt, moet men eerst in water opkooken, of in een pan roosten, tot dat de buitenste schale opberste, als dan schillen, het middelste groene pit uitnemen, en eeten, zynde in 't eerste een harde kost gelyk Eekelen, maar laat zig ligt door de tanden malen, en inzonderheid smakelyk by 't drinken van den Thee.

Van het nuttigen der wortelen in de kost, heb ik by deze Inlanders nog niets ervaren, maar zelfs geprobeert, dat de uiterste en malse einden van de wortelen met de eerste witte scheutjes in een sop gekookt, smaken als Artisjokken. De oude wortelen vallen te hairig, zoo dat men gebeele draden uit de mond kan spinnen: dog ik geloove, dat de Egiptise en Chinese wortelen veel malser zyn, als zynde dikker en vooser.

Uit de gedroogde bladeren kan men peperhuisen maken en omwintsels, als van maculatuur papier, om vrugten en zaden in te bergen. Daar Chineesen wonen, kan men de bloemen kwalyk bewaren, om dat ze die in hunne huizen gedurig willen hebben, buiten twyffel uit eenige superstitie. Anders leeren ze ons veel meerder en beter gebruik van deze plante, want uit de versche en gepelde bonen een waterig papje of sopje gekookt met een weinig Candysuiker, geeft een byzondere en verkoelende kost voor menschen, die uit een lange ziekte opkomen, die met een inwendigen brand gequelt zyn, en die aan de roode Loop gaan, om dat ze verkoelen, en matig adstringeeren. De wortelen werden by hun lieden zoo gekookt als onder de asse gebraden, en by zomertyden gegeten gelyk Artisjokken.

De groene bertjes uit de Boonen vergadert en gedroogt, kan men by gebrek van Thee gebruiken, op dezelfste manier gekookt, en gedronken. De jonge steelen van Taratti een weinig geschraapt, dat het stekelige vel afgaat, en in stukken gesneeden, kan men kooken en eeten, by de Maccassaren bekent; dog ik houde het voor beter, als men de gebeele buitenste groene schille afneemt, en het binnenste fistuleuse merg alleen kookt. De jonge bladeren nog zamen gerolt zynde, kan men ook raauw eeten met Bocassan en Atsjar, dezelve als moeskruid kooken.

Of nu den Oostindisen Kayman of Krokodil de stekelige steelen van deze plante schuwt, gelyk Theophrastus *van de Nilotissen zegt, daar van wert verscheiden en onzeker verhaalt. De Boegisse volkeren zeggen, dat in hun land de oevers van groote rivieren met Taratti bezet zyn, daar de jongens zonder schromen ingaan, om de bloemen en vrugten af te snyden, al zien zy den Kayman in den stroom dryven. Daar en tegen van* Gorontale *wert beregt, dat deszelfs Meir wel ook aan de kanten met Taratti bezet zy, egter den Kayman aldaar zoo stout is, dat zy tussen dit kruid indringen, menschen en vee wegbalen.*

Piso Lib. 4. Cap. 49. *getuigt, dat diergelyke* Nymphæa *ook in Brasil wast onder den Inlandtsen naam van* Aquape, *in 't Portugees* Golfaon. *Hy geeft de bloeme twaalf inwendige lange en witte bladeren, met nog vier buitenste, die groenagtig zyn, en van een goeden geur, dog hy beschryft de vrugten niet, waar in ze nogtans meest van de Europise verschilt.*

De wortelen zyn aldaar mede lang, en zappig; gekookt of een weinig onder de asse gebraden, dienen zoo wel tot spyse als medicyn om de galle te stuiten, en alderhande rooden loop te stoppen, want in de wortelen meer stoppende kragt is dan in de andere deelen van deze plante.

Bontius Lib. 6. Cap. 38. *zegt, dat de Indische Taratti in een Decoctum gebruikt werd by de Maleyers tegens alle heete ziektens, als koortsen, rasernyen, bort, en doodelyke Dysenteria.*

De drie en Seventigste Plaat

Vertoont de deelen van de groote *Indische Watertulp*, ofte *Plomp*, die *Taratti* genaamt wert, afzonderlyk; alwaar Lett. A A den zamenhang der wortelen vertoont met een gedeelte der steelen overeind, stekelig, en van boven met de gaatjes onderscheiden.

Lett B verbeeld een *vlak blad*; C het zelfde *blad van agteren* beschouwt met de in een geschakelde aaren. D vertoont de *puntige knop* des *bloems*. E is *dezelve* meer *geopent*, op dat de vier uitwendige bladeren gezien kunnen werden. F is de *bloem geheel geopent*, met deszelfs draden en zaadgevende puntjes. G is de *Vrugt*, ofte het tregtervormige hoofd de zaden voortbrengende. H is het *zelfde* door *rypheid* open barstende, en de zaden vertonende. I I zyn de zaden, ofte *uitgenomen Boonen*.

OBSERVATIO.

Hæc est Nymphæa Indica, *Faba Ægyptia* dicta, flore incarnato, Nelumbo Zeylanensium *Herm. Parad. Bat. pag.* 205. ubi icon & descriptio, & Nymphæa alba, Indica, maxima, flore albo, fabifera *Muf. Zeyl. pag.* 66. & *Thef. Zeyl. pag.* 173. ubi plurima ejus synonyma, & Nymphæa Glandifera, Indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis, amplis, pediculis spinosis, flore roseo purpureo *Plukn. Alm. pag* 267. *Tab.* 207. *fig.* 5. ac Nymphæa foliis undique integris *H. Cliff. pag.* 203. ubi vide reliqua, ut & in *Flor. Zeyl. pag.* 86.

AANMERKING.

Dit is de Indische Nymphæa, *Faba Ægyptia* genaamt, met een vleesverwige bloem, Nelumbo by de Zeylonensers, van *Herm. Parad. Bat. pag.* 205 alwaar een Figuur en beschryving daar van is, en de witte Indische, grootste boondragende Nymphæa met een witte bloem, van het *Muf. Zeyl. pag.* 66. en *Thef. Zeyl. pag.* 173. alwaar de meeste benamingen hier van zyn, en Eikelsdragende Nymphæa, in de moerassen van Indiën groeijende, met breede navelvormige bladeren, met stekelige steelen, en een purper roosverwige bloem, van *Plukn. Almag. pag.* 267. *Tab.* 207. *fig.* 5. en Nymphæa met bladeren, over al heel in de *H. Cliff. pag.* 203. en in de *Flor. Zeyl. pag.* 86.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Nymphæa Indica minor. Taratti kitsjil, sajor tondjo.

Secunda & minor species Nymphææ Indicæ, ad Europæam magis accedit, inque omnibus partibus minor est Taratti, variæque ejus sunt species.

Prima ac vulgatissima, ampla quoque & rotunda gerit folia, septem & octo pollices longa, paulo latiora, inferius umbilicata, ubi caulis inmittitur, fere sine costis & venis, excepto nervo medio, crassa, pinguia, superne glabra, inferius vero venæ protuberant, aquis innatantia, sique fricantur, in mucum deliquescentia.

Ipsorum caules rotundi sunt, glabri, sine ullis spinulis, interne fungosi quoque & succosi, ac parum serosi, & lac effundentes, quod in tenuia quoque fila duci potest. Tenera & complicata folia ad externam partem fusca sunt, uti & caules, sed sensim virescunt.

Caulis florifer paulo altior sese adtollit, ac primo acutum profert conum, ex quo flos oritur, postquam quatuor exteriora petala vaginæ sese aperuerunt, quæ sordide alba & virentia sunt, in quibusdam etiam fuscis lineis distincta. Flos ipse ex similibus compositus est petalis, ex quibus Taratti, sed brevioribus & rotundioribus, concava quoque seu cochleari formia, quatuor vel quinque colores habentia juxta tot species, quot ex hac formantur.

Prima & vulgatissima alba est instar chartæ, ejusque flos Rosam refert ingentem variis petalorum ordinibus distinctam. Secunda species rosaceum habet colorem, aliquando etiam flos perfecte ruber est, minoraque gerit petala priori, sed hæc paulo majora sunt, magisque ad *Taratti* adcedentia. Tertia flores gerit pallide rubentes, seu incarnatos, qui aliquando tam pallidi sunt, ut vix rubedo adpareat, sed juxta costulas rubedine striati sunt intensiore. Quarta flores profert pallide luteos seu flavescentes. Quinta intense cæruleos exhibet flores, ipsiusque caules fusci sunt.

Cunctæ hæ species interne lutea gerunt ista stamina & antheras uti Taratti, odorem quoque fundentes dulcem anisatum, excepta cœrulea & lutea specie, quæ odorem fundunt paludosum. Petala more Taratti sese extendentia facile decidunt, quum fructus ex centro excrescit, qui est conus oblongo-acutus, substantiæ fungosæ, & interne in varias distinctus cellulas, more capitum Papaveris. In illis semen latet pusillum, magnitudine & colore seminis Sinapios, saporis aquosi, & sub dentibus sonitum edens, quum semina hæc interne plerumque sint inania.

Capita seminifera non in omnibus regionibus in Tondjo observantur, saltem Javæ & Baleyæ plerumque ignota sunt, ubi nil nisi flores profert, sed in regione Maccassara suos profert fructus.

Hic flos peculiarem habet proprietatem, quæ in Europæa Nymphæa etiam observatur, vespertino enim tempore semi clausus est in cornu, caulem incurvat, ac totus sub aqua mergitur per totam noctem, oriente sole sese iterum erigit, ac sese extendit, quum vero caput seminiferum excrescit, non amplius submergitur. Caput hoc jam maturum sponte sese aperit juxta cellulas, semenque in aquam projicit.

Radix

EEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De kleine Indische Waterplomp.

Het tweede en kleindere geslagt van de Oostindische Nymphæa, komt de Europische wat nader, zynde in alle haar deelen kleinder dan Taratti, en mede van verscheide zoorten.

De eerste en gemeenste heeft mede groote en ronde bladeren, zeven en agt duimen lank, wat breeder, agter met een boezem of keep, daar den steel ingelaten werd, schier zonder ribben en aderen, behalven de middelzenuwe, dik, vetagtig, aan de bovenzyde glad, beneden builen de aderen wat uit, op het water zelfs dryvende, en tot slym werdende, als men ze vryft.

Hunne steelen zyn rond, glad, zonder eenige stekelen, binnen mede fistuleus en sappig, een weinig weiagtige melk uitgevende, die zig mede tot fyne draden laat trekken. De jonge en nog t'zamen gerolde bladeren zyn aan de buitezyde bruinagtig, gelyk ook haare steelen, maar werden met 'er tyd groen.

Den bloemdragende steel ryst wat hooger op, en draagt eerst een spitze kegel, waar uit de bloem werd, na dat haar de vier buitenste bladeren van de scheede openen, dewelke vuil-wit en groenagtig zyn, aan zommige ook met bruin gestreept. De bloeme zelfs is van diergelyke blaadjes gemaakt, gelyk Taratti, dog korter, en ronder, mede bol of lepelformig, van vier of vyfderlei couleuren, na zoo veel zoorten, die men daar van maakt.

De eerste en gemeenste is wit van couleur als pampier, gelykende een groote rooze, met verscheide ryen blaadjes agter malkander. De tweede zoorte is roozeverwig, zomtyds ook regt rood, minder van bladeren dan de voorige, maar die zyn wel zoo groot, en de Taratti *nader komende. De derde heeft ligt-rode of incarnate bloemen, zomtyds zoo bleek, dat men even de rodigheid bekennen kan, dog langs de ribbekens met hooger rood gestreept. De vierde heeft bleek-gele bloemen. De vyfde heeft hoog-blaauwe bloemen, en haare steelen zyn bruinagtig.*

Alle zoorten hebben van binnen de geele draden en noppen gelyk de Taratti, mede een zoeten Anysagtigen reuk van haar gevende, behalven de geele en blaauwe zoorten, die wat moerasagtig ruiken. De blaadjes op de manier van Taratti zig uitbreidende vallen ligt af, waar op uit de midden de vrugt groeit, zynde een lang toegespist bolleke, mede van vooze substantie, en binnen in verscheide celletjes verdeelt, op de manier als de maankoppen, daar in schuilt veel klein zaad, van grootte en couleur het Mostaart-zaad gelyk, wateragtig van smaak, en onder de tanden krakende, om dat ze van binnen meest ydel zyn.

De zaadbollen vindt men niet in alle Landen aan de Tondjo, immers op Java en Baly is het meest ombekent, daar het niet dan bloemen draagt. Maar op 't Land Macassar brengt het zyne vrugten voort.

Deze bloem heeft een wonderbaare eigenschap, dewelke men aan de Europische Nymphæa ook ziet, want 's avonts sluiten ze haar half toe tot een bol, kromt haaren steel, en duikt den geheele nagt over onder water, met het opgaan van de zonne ryst ze wederom op, en breid haar uit, maar als den zaadbol voortkomt, dan duikt ze niet meer. Dien bol nu regt ryp zynde splyt met zyn celletjes van zelfs open, en laat het zaad in 't water vallen.

De

Radix ex longis albisque constat fibrillis, quæ modo cænum tangunt, sed non profunde in eo radices agunt, atque hinc fit, quod hæc planta non certum fixumque servet locum, sed per ventum hic & illic agitetur, & per hamum facile ad ripam adtrahi possit. Utrimque transversaliter alias crassas emittit radices instar Taratti, quæ ad aliquod spatium a prima radice novum formant fasciculum fibrillarum & plantarum, ita ut multæ plantæ sibi invicem adhæreant, & connectantur.

Secundo. *Nymphæa Ceramica* alia species est, a priore multum diversa, quoad flores, sed non foliis. Caules enim ejus plures simul unum habent ortum, binos pedes longi, rotundi, glabri, flaccidi admodum, ita ut erecti sese sustinere nequeant; interne albi, fungosi, seu fistulosi.

Folia ejusdem sunt magnitudinis, rotunda, pinguia, glabra, sine costis, & inferius umbilicata, ubi caulis inmittitur, subtus fusca, sique fricantur, superior pars in mucum deliquescit, sed inferior est pellicula lenta, & tenuis, quæ non facile finditur, aquis etiam innatant. Brevi ante folium in caule vagina locatur, quæ sese aperiens, multos exhibet virides petiolos, flaccidos, & digitum longos, quorum quivis pusillum profert stellatum flosculum, magnitudine floris *Tsjili* seu *Capsici*, quique componitur ex quinque albis petalis, interne lanuginosis, quinque flava staminula gerens. Fructus autem, quantum scio, non subsequuntur.

Radices sunt longæ, albæ, vermiformes, flaccide cæno inhærentes. Hæc species in parva Cerama seu Hœamohel reperitur, circa Erang in aquis stagnantibus, & placidis fluminibus.

Tertio. *Nymphæa Buronica*, folia gerit septem pollices lata, & sex longa, inferius profunde umbilicata instar foliorum Ari, ubi caulis inmittitur, suntque porro rotunda & glabra, utrimque vero ad oras profunde dentata seu serrata sunt, cuivis vero denti mollis insidet apex, quo ab aliis Nymphæis differunt, inferius pallide fusca sunt, & protuberantes gerunt nervos, quorum medius quam maxime protuberat, sed ad quodvis latus septem minores gerunt nervos, omnes viridis coloris. Caules sunt rotundi & glabri, foliaque madida esse possunt, quod de aliis non verum est.

Flos est conus, digitum longus, & externe quatuor gerit pallide virentia petala, & interne quatuordecim vel sexdecim minora alba, in dorso purpurea, in centro triginta locantur stamina primo alba, dein flavescentia circa viride caput, cui multa incurva inposita sunt stamina.

Fructus formam habet Limonis nipis minoris, sed parum planus, tenerique arcte clausi sunt per foliola virentia, interne vero distinctus est in cellulas octodecim, in quibus copiosum locatur fuscum semen instar seminis Sinapios.

Nomen. Latine *Nymphæa Indica minor*; Malaice *Taratti sajor*, & *Taratti kitsjil*; veri autem Malaienses, Javani, & Baleyenses hanc proprie vocant *Tondjo* & *Tondjong*, & juxta quinque distinctas species cognomina sua gerit. Prima seu alba species dicitur *Tondjo tedjalor*, seu *Tondjo puti.* Secunda seu rubra vocatur *Tondjo bang.* Tertia seu pallide rubra est *Tondjo bado.* Quarta seu lutea audit *Tondjo taratte.* Quinta seu cœrulea nominatur *Tondjo biru.* Maccassarenses, uti in præcedenti capite dictum fuit, per *Tondjo* intelligunt *Taratti majus*, & hoc *Tondjo* ipsis dicitur peculiariter *Talipu.*

Theophrastus libro 4. *cap.* 10. *Histor. Plant.* hanc describit plantam, uti puto sub nomine *Loti Ægyptii*, ejusque verba cum nostra descriptione maxime quadrant, excepto quod ejus *Lotus* multos simul gerat albos flores coadunatos, forte instar descriptæ *Nymphææ Ceramicæ*, ac præterea bulbosam radicem, externe nigram, interne albam, mollem, & aptam ad edendum, tam crudam quam coctam & tostam, quam nostrum *Tondjo* non gerit, sed hæc parva differentia diversitati regionum adscribenda est.

Locus. Tondjo quoque crescit in diversis recentibus aquis cum copioso cæno, tam sponte, quam in effossis piscinis locatum, uti id magnates Javæ & Baleyæ circa ædes suas curant peragi. Sponte etiam provenit in Zawas, seu arvis Oryza consitis, quum hæc aqua superfluit, uti id fit Javæ & Baleyæ, quod convenit cum *Theophrasti* verbis, qui dicit, *Lotum Ægyptium* in planis crescere agris, quum hi per Nilum fuerunt transfusi,

De wortel bestaat uit lange witte vaselingen, die effen den slik raken, dog daar in niet vast wortelen, daar van daan komt het, dat deze plante geen vaste plaats behoudt, maar met de windt heen en weer gedreeven werdt, ook met een haak ligt na den oever kan getrokken werden. Te weerzyde zend ze overdwers andere dikke wortelen uit, gelyk de Taratti, dewelke een stuk weegs daar van daan een nieuwe bos vaselingen, en nieuwe planten formeeren, zoo dat veele planten aan malkander hangen.

II. Nymphæa Ceramica *is een andere zoorte, van de voorgaande vry wat verschillende in de bloem, maar niet in de bladeren. Want de steelen komen veele uit eenen oorspronk, twee voeten lank, rond, glad, zeer slap, zoo dat ze op haar zelfs niet staan konnen, binnen wit, voos, of fistuleus.*

De bladeren zyn van de zelve grootte, rond, vet, glad, zonder ribben, agter met een keep, daar den steel ingelaten werd, van onderen bruinagtig, als men ze wryft, vergaat het bovenste deel in slyk, maar het onderste is een taai en dun velleken, dat niet ligt scheurt, en zy dryven op 't water. Kort voor 't blad aan den steel staat een scheede, die haar openende, vertoond veele groene steelen, slap, en een vinger lank, ieder dragende een klein gesternt bloempje, zoo groot als het bloeizel van Tsjili *of* Capsicum, *gemaakt van vyf witte blaadjes, aan de binnenzyde wolagtig, en binnen met vyf geele draadjes, daar op mynes wetens geene vrugten volgen.*

De wortelen zyn witte lange wormen, mede slappelyk aan den slik hangende. Dit geslagt vindt men op klein Ceram of Hoeamohel, omtrent Erang in de staande wateren, of stille rivieren.

III. Nymphæa Buronica *heeft bladeren, zeven duimen breed, en ses lang, agter met een diepe keep, gelyk Aron, waar by den steel ingelaten werd, voorts rond, en glad, aan beide zyden aan de kanten zyn ze grof getant of gezaagt, en op ieder tant staat een week spitsje; waar in dat zy van de andere Nymphea verschilt, van onderen zyn ze ligt-bruin, met uitstekende zenuwen, waar van de middelste zeer verre uitbuilt, maar aan ieder zyde heeft ze nog zeven mindere zenuwen, alle groen. De steelen zyn rond, en glad, de bladeren konnen nat worden, 't welk de andere niet doen.*

De bloem is een vinger-lange keegel, heeft van buiten vier ligt-groene blaadjes, en daar binnen veertien of sestien kleindere witte, op den rugge peers, van binnen dertig, eerst witte, daar na geele draden, rondom een groene knop, daar op veele kromme draden staan.

De vrugt is als een kleine Lemoen-nipis, dog wat plat, de jonge zyn digt besloten met blaadjes, die groen zyn, binnen is ze verdeelt in agtien kamertjes, en daar in veel bruin zaad, als Mostaart-zaad.

Naam. *In 't Latyn* Nymphæa Indica minor; *in 't Maleits* Taratti sajor, *en* Taratti kitsjil, *dog de regte Malyers, Javanen, en Balyers noemen 't eigentlyk* Tondjo, en Tondjong, *en heeft na zyne vyf Hoofdzoorten de bynamen. De eerste of witte zoorte hiet* Tondjo tedjalor, *of* Tondjo puti. *De tweede of roode hiet* Tondjo bang. *De derde of bleek-roode is* Tondjo bado. *De vierde of geele hiet* Tondjo taratte. *De vyfde of blauwe hiet* Tondjo biru. *De Maccassaren, zoo als in 't voorschreeve Hoofdstuk gezegt is, verstaan door* Tondjo *de groote* Taratti, *en deze* Tondjo *noemen ze in 't byzonder* Talipu.

Theophrastus lib. 4. cap. 10. Histor. plant. *beschryft dit gewas, zoo ik gisse onder de naam van* Lotus Ægyptius, *komende zyne woorden met onze beschryving meest overeen, behalven dat zyn* Lotus *veele witte bloemen by malkander draagt, misschien de voorschreeven* Nymphæa Ceramica, *en daar en boven een bolagtige wortel heeft, buiten zwart, binnen wit, mals, en goet om te eeten, zoo rauw als gekookt en gebrade, dewelke onze* Tondjo *niet en heeft. Maar dat kleine verschil moet men den onderscheid der Landen toeëigenen.*

Plaats. Tondjo *wast mede in verscheide versche staande wateren, daar veel slyk onder is, zoo van zelfs als in gegraven vyvers geplant, gelyk de grootte van Java en Baly, omtrent haare huizen doen. Het komt ook zelfs voort in de Zawas of Rystvelden, als die met water overvloejen, gelyk men op Java en Baly doet, accordeerende met de woorden van* Theophrastus loc. citat. *zeggende, dat de* Ægyptische Lotus *op de vlakke velden wasse; als die met*

ſuſi, ac mox dein dicit, illum quoque provenire in Euphrate, ubi ejus capita florifera tam profunde ſub aqua ſubmerguntur, ut ne manibus aſſequi ea quis poſſit, & per diem ſatis alte iterum ſuper aquam elevantur.

In Amboina ignota eſt hæc planta, ſed obcurrit in vicinis ipſi inſulis Manipa & Bœrone. Copioſe in Celebe, Java, & Baleya, alba nempe ejus ſpecies ſponte in ſtagnantibus creſcit fluviis, ſed verſicolores potiſſimum coluntur in piſcinis prope Magnatum palatia, non tantum ob elegantes flores, ſed quod piſces etiam amant ſub iis degere & latere, unde in eum finem in piſcinis deponuntur.

Multo difficilius transplantatur Taratti, quum tota planta exſtirpanda ſit, & in vaſe ſemi pleno cœno & aqua deponenda, donec in locum ſit deducta, in quo eam deponere volumus, ubi & ſæpe non ſuccedit, quia peregrinæ aquæ adſueſcere recuſat, quod tamen potiſſimum cauſſatur, ſi in transportatione a ſole non rite arceatur, ac per ſemen propagari itidem non poteſt, quum plerumque in hiſce regionibus fructibus & bulboſa deſtituatur radice.

Uſus. Apud incolas totius plantæ nulla pars ob ignorantiam ipſorum in uſu eſt ad cibum. Sed Sinenſes nos melius edocuerunt, qui non modo ejus caules parum radunt, in fruſta ſcindunt, & inſtar Cinaræ edunt, ſed etiam radices, tam repentes quam glanduloſas, ubi nempe inveniuntur, torrent, coquunt, & edunt.

Cæterum, uti dictum fuit, apud Magnatum atria coluntur ob elegantiam atque varietatem colorum, quos Javani & Baleyenſes, gentiles adhuc, amant gerere inter capillos ut & in capite, quum ſua frequentant Templa. Hocque potiſſimum peragunt præ ſuperſtitione, quum per noctem male ſomniarunt, tum mane ſua lavant corpora, & hiſce floribus ornati templa intrant, quo facto malum ſomnii omen, vel interpretationem deprecari volunt, & ut evaneſcat.

Huic rei anſam præbet florum natura, qui per noctem ſub aqua merguntur, acſi gravem patiantur ſomnium, & per diem læte ex aqua iterum emerguntur.

Apud Sinenſes in eodem habetur pretio, quo *Bonga taratti*, quum hunc florem amant in ædibus habere, ut eum proponant Latucong, h. e. Lari familiari.

Tertiam vero ſpeciem, dentata gerentem folia, convenire cum *Loto Ægyptio*, qui a *Faba Ægyptia* bene diſtinguendus eſt, demonſtrabo ex neotericis ſcriptoribus, præ aliis ex *Dapperi Africâ*, qui *pag.* 82. de ea ita ſcribit.

Circa urbem Roſetto, ac præſertim Cairo creſcit in foſſis, quæ æſtate per Nylum transfluunt, & ab Ægyptiis *Birkas* vocantur, quædam planta *Ægyptius Plompe* ſeu *Lotus* dicta, tanta in quantitate, ut folia, quæ eodem modo quo Nymphææ folia aquis innatant, aquam undique tegant. Ægyptii florem cum caule vocant *Arais el nil.* Folium cum caule *Biſel nil.* Radicem *Biarum*, hæc planta eam videtur habere proprietatem, quod in aquæ foſſa creſcat tam alta, quam profunda eſt aqua in ea, tam alte profunde etiam Lotus excreſcet. Unde patet hanc plantam non ubique eandem habere altitudinem, ſed eam proprietatem, ſolummodo in aqua creſcere, & ſeſe adtollere ad ejus ſuperficiem, ſuumque florem nunquam ſub ſed ſemper ſupra aquam aperire, quod neceſſario fieri oportet, ſi revera ſit, florem ſeſe cum ſole vertere, eumque ſequi, de qua re veteres tam multum commentati ſunt.

Flos copioſa profert petala undique in orbem poſita, quæ colore & forma proxime cum petalis Nymphææ albæ conveniunt. Quibus *Proſper Alpinus* deceptus eſt, qui ob convenientiam haſce plantas pro Nymphæis in Ægypto habuit. Quodvis folium peculiarem ſuum habet caulem, qui e radice oritur uti in *Nymphæa alba.* Atque hæc planta non modo foliis, ſed etiam capitibus & radice cum Nymphæa alba convenit.

Radix ejus craſſa eſt, oblongo-rotunda, magnitudine, (licet maxima non major ſit ovo Gallinaceo) & forma minorem æmulatur Pyrum, externe nigra, interne flaveſcens. Medulla ejus interna maxime carnoſa eſt, dura, adſtringens in ore & dulceſcens, ex qua innumeræ fere, tenues, & albicantes propullulant fibrillæ.

Flores

met den Nyl overſtroomt zyn, en ſtraks daar op zegt hy, dat hy ook waſſe in den Euphrates, daar hy zyn bloemhoofden zoo diep onder water duikt, dat men ze met geen hand bereiken kan, en egter daags wederom hoog boven 't water verheeven ſtaat.

In Amboina is het onbekent, maar wel op de naburige Eilanden, Manipa, en Boeroe. Overvloedig op Celebes, Java en Baly, te weten de witte zoorte, van zelve in de ſtille rivieren, maar de veelverwige werden meeſt gebouwt in tanken en vyvers; by de groote Heeren huizen niet alleen om de ſchone bloemen willen, maar ook om dat de viſſen daar onder zig gaarne ophouden, die ze tot dezen einde in deze vyvers zetten.

Het is veel moejelyker te verplanten dan het Taratti, dewyl het met de geheele plante moet uitgetrokken, en in een vat half vol ſlik en water ſtaan, tot dat het ter plaatze komt, daar men 't planten wil, daar het nog al dikwils mislukt, eer het aan 't vreemde water gewent, 't welk egter meeſt toe komt, als men 't in 't overbrengen niet wel voor de zon bewaart, en met zaad kan het ook niet geſchieden, dewyl het meeſte hier te land zonder vrugten, en zonder bolagtige wortel is.

Gebruik. *By de Inlanders is van de geheele plante wegens hare onwetenheid niets in gebruik tot de koſt. Maar de Chinezen hebben ons beter geleert, die niet alleen zyne ſteelen een weinig ſchrapen, in ſtukken ſnyden, en koken als Artiſchokken, maar ook deszelfs wortelen, zoo wel de kruipende als de klyſteragtige, daar men ze hebben kan, braden, koken, en eeten.*

Anders werd ze, als gemelt, by de groote Heeren huizen aangekweekt, meeſt om de ſchoonheid en verſcheidentheid der bloemen, die de Javanen en Balyers nog aan 't Heidendom hangende, gaarn in haare hairen en op haar hoofd dragen, als ze in haare Tempels willen gaan. Dit doen ze meeſt uit ſuperſtitie, wanneer ze ſnagts een kwaden droom hebben gehad, zoo waſſen ze s'morgens haar lighamen, en gaan dan met deze bloemen verſiert in de Tempelen, willende daar mede de kwade beduidinge des drooms afbidden en verydelen.

Hier toe geeft hun aanleidinge de natuur der bloemen, dewelke des nagts onder water duikt, als of ze een zwaare droom hadde, en daags weder blyde uit het water kykt.

By de Chineſen is zy in dezelve waardye, gelyk de Bonga taratti, *die ze gaarn in haare huize hebben, om voor haaren Latucong dat is huis God te zetten.*

Dat nu de voornoemde derde zoorte met gekartelde kanten overeen komt met den Lotus Ægyptius, *dewelken men onderſcheiden moet van de* Faba Ægyptia, *zal ik betonen uit de nieuwſte Schryvers, onder anderen uit* Dappers Africa, *welke pag.* 82. *daar van aldus ſchryft.*

Omtrent de Stad Roſette en inzonderheid Cairo groeit in de ſlooten, die des zomers door het Nylwater overvloejen, en van de Egiptenaars Birkas *genaamt werden, zeker gewas de* Egiptiſſe plompe, *of* Lotus *gebeeten, in zulk een overvloed, dat de bladeren, die even eens als bladeren van Plompe op het water dryven, het water over al bedekken. De Egiptenaars noemen de bloem met zyn ſteel* Arais el nil, *het blad met de ſteel* Biſel nil. *De wortel* Biarum, *dit gewas ſchynt dit eigen te hebben, dat het in het bloot water opſchiet, zoo dat het effen zoo hoog ſchynt te zyn, als het water in de ſloot diep is, zoo diep zal men bevinden, dat ook de Lotus zy. Waar uit blykt, dat dit gewas niet over al een en dezelfde hoogte, maar die eigenſchap heeft, dat het alleenlyk in het water waſt, en tot boven aan het water opſchiet, en zyn bloemen nooit onder maar boven het water opent, welk laatſte noodwendig geſchieden moet, indien het in der daad waar is, dat het zig met de zon, waar af de ouden zoo veel gewags gemaakt hebben, omkeert.*

Het is talryk van bladeren, die rondom gekant, en in verruwe, en geſtelt zeer na met de bladeren van de witte water-plompen over een komen. Waar door Proſper Alpinus *bedrogen, die door de gelykeniſſe deze gewaſſen voor Plompen in Egipten aangeſien heeft. Ieder blad heeft een byzondere ſteel, die uit de wortel ſchiet, gelyk in de wit*te plomp. *Dies is dit gewas niet alleen in bladeren, maar ook in de koppen, en wortel de witte Plomp gelyk.*

De wortel is dik, langwerpig-rond, in groote (hoewel de aldergrootſte niet grooter dan een groot Hinnen-ei is) en in geſtalte een kleine peer gelyk, van buiten zwart, van binnen geelagtig. Het merg van binnen is zeer vleesagtig, hard, t'zamentrekkende op de tong, en zoetagtig, waar uit byna ontallyke, dunne, en witagtige vezelen ſchieten.

De

Flores magnitudine, colore, & forma cum petalis floris albæ Nymphææ conveniunt, quorum quivis uti illi Nymphææ vertici rotundi & viridis caulis insidet, & odorem fundit fere instar illius Violæ. Post flores sequuntur capita rotunda, quæ majorem Mespilum vel fructum Nymphææ albæ æmulantur, & viridi cortice obducta sunt, constantque ex longis & pusillis cellulis, in quibus minimum reconditur semen, illi Brassicæ haud dissimile.

Hæc planta tamdiu viret, & supra alias elevata est, donec terra omnem Nyli aquam inbiberit, ac sicca sit, quum folia, flores, & fructus marcescunt, & pereunt, unde concludi potest, Lotum plantam esse annuam.

Licet memoratus *Prosper Alpinus* in libro de plantis Ægypti, hunc Lotum Ægyptium eundem faciat cum nostra Europæa Nymphæa, videtur tamen in libro suo de plantis exoticis sententiam suam mutavisse, atque hunc Lotum penitus distinguere a Nymphæa, *Lotus* enim differt a *Nymphæa lutea* longitudine radicum, & a *vulgari alba* parvitate foliorum, quæ in Loto ad oras profundis serraturis parum excavata sunt, ac præterea Loti semen multo minus est illo Nymphææ.

Loti flos ex Heliodori testimonio olim in coronis victorum nectebatur. Hodie succus ex contusis floribus & capitibus expressus, saccharo miscetur, quem Arabes *Sarbêt Nufar* vocant, & adhibent contra quasvis internas inflammationes.

Sarbet vero componitur ex saccharo aquæ mixto, quod supra ignem coctione crascescit, atque in eo, postquam crassum & frigidum fere est, depuratus Loti succus sensim infunditur & miscetur. Ægyptii edunt æstate crudos caules cum capitibus, qui dulcescentis sunt saporis, humidi, & refrigerantes, ac humectantes quam maxime, præterea etiam judicatur hanc plantam valere contra quosvis morbos, quibus Nymphæa prodest. Huc usque *Dapperus*.

Lector facile animadvertit, *Prosperum Alpinum* sine necessitate carpi ab auctore, quum Lotum habeat pro Nymphæa Ægyptiaca, quum ipse auctor ubique eum comparet cum Nymphæa, & testetur ab Arabibus ad *Nufar*, h. e. *Nymphæam* referri. Interea unam ex optimis ejus qualitatibus prætermisit, nocte nempe abscondere sub aqua caput floriferum, & de die supra aquam id adtollere, uti supra indicatum est, quod ipse sæpius exploravi.

De bloemen zyn ook in grootte, verwe, en gestalte van bladeren, de bloeme van de witte Plompe gelyk, waar van ieder gelyk die van de Plomp op den top van een ronden groene steel zit, en ruikt by na als de bloem van een Violier. Na de bloemen volgen ronde koppen, die een groote Mispel of vrugt van de witte Plompe gelyken, en met een groene schil overdekt zyn, en uit lange en kleine buisjes bestaan, waar in zeer klein zaad leid, dat het Koolzaad niet ongelyk is.

Men ziet dit gewas zoo lange groen, en boven de aarde leven, tot dat het aardryk al het Nylwater ingedronken heeft, en droog geworden is, als wanneer de bladeren, bloemen, en vrugten verwelken, en uitgaan, waar uit te besluiten is, dat de Lotus een gewas zy dat alle jaren uitgaat.

Hoe wel de voorzeide Prosper Alpinus *in zyn Boek van de Egyptische gewassen, deze Egiptissen Lotus een en dezelve met onze Europisse Plompe maakt, zoo schynt hy evenwel in zyn Boek van de uitheemsche gewassen van gevoelen verandert te zyn, en geheel en al deze Lotus van de Plompe te onderscheiden, want de* Lotus *verschilt van de* geele Plompe *in de lengte der wortelen, en van de* gemeene witte *in kleinheid van bladeren, die aan de Lotus aan de kante, met breede insnydingen een weinig uitgeholt zyn, daar en boven is het zaad van den Lotus veel kleinder dan dat van de Plompe.*

De bloem van dezen Lotus wierd eertyds volgens het getuigen van Heliodorus aan de kranzen der Zeegepraalders gevlochten. Hedendaags werd het sap, dat uit de gestampte bloemen en koppen geperst word, met zuiker gemengt, dat de Arabiers Sarbet Nufar *noemen, en tegens alle inwendige verbittingen gebruiken.*

Het Sarbet *word gemaakt van zuiker met water gemengt, dat dan over 't vuur met het verkooken der vogtigheid dik gemaakt wert, en daar in, na dat het dik en koud begint te worden, het gezuiverde sap van de Lotus allenkens gestort wert. De Egyptenaars eeten des zomers de raauwe steelen met de hoofden, want zy zyn zoetagtig, vogtig, en verkoelen, en bevogtigen boven maten, men oordeelt daar en boven dat dit gewas voor alle die kwalen dienstig is, daar voor de Plompen goed zyn. Dus verre* Dapper.

De Lezer kan ligt bemerken, dat Prosper Alpinus *van den Autheur zonder nood berispt word, om dat hy de Lotus voor een Egyptische Plompe houd, daar ze nogtans den Autheur zelfs over al met de Plompe vergelykt, en getuigt by de Arabiers mede onder* Nufar, *dat is, onder* Nymphæa *gereekent te werden. Onder tussen heeft hy eene van de beste Eigenschappen dezes kruids over 't hoofd geslagen, te weten dat ze by nagt den bloemknop onder water verbergt, en by den dag boven 't water verheft, gelyk boven verhaalt, en van my zelfs ondervonden is.*

OBSERVATIO.

Quum variæ hujus *Nymphææ minoris* occurrant in India species, seu varietates, hinc difficile est ex descriptione sola ac brevi, aliorum auctorum Nymphæis eas adferere, vulgo autem conveniunt cum Nymphæa Indica, tuberosa, foliis per marginem crenatis, flore incarnato, seu Lotus Ægyptiaca Theophrasti *Mus. Zeyl. pag.* 19. & *Thes. Zeyl. pag.* 173. ubi vide reliqua, & *Plukn. Almag. pag.* 267. & *Mantiss. pag.* 138.

Huc etiam pertinet Nymphæa flore cœruleo, odoratissimo. Cap. Bonæ spei, & flore suaverubente Japonica *Breynii Prodr.* 2. *pag.* 86. novæ editionis, & Nymphæa foliis cordatis, dentatis, *Linnæi Fl. Zeyl. pag.* 87.

AANMERKING.

Wyl 'er verscheide zoorten ofte veranderingen van deze *kleine Nymphæa* in Indie voorkomen, zoo is het moejelyk deze allen uit een korte beschryving te voegen by de Nymphæas der andere Schryvers, in 't gemeen komen zy dog overeen met de bolagtige Indische Nymphæa, met bladeren, in de rondte gekartelt, en een incarnate bloem, ofte de Egyptische Lotus van Theophrastus in het *Mus. Zeyl. pag.* 19. en de *Thes. Zeyl. pag.* 173. alwaar het overige ziet, als mede *Plukn. Almag. pag.* 267. en de *Mantiss. pag.* 138.

Hier toe behoort mede de Nymphæa met een zeer ruikende blaauwe bloem van de Caap, en de Japansche met een aangename roode bloem van *Breyne Prodr. pag.* 86. van de nieuwe druk, en van Nymphæa met hartvormige en getande bladeren van *Linn. Fl. Zeyl. pag.* 87.

CAPUT TWEE

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Millefolium aquaticum. Sajor codock.

IN ſtagnantibus aquis ſpecies quædam *Millefolii aquatici* reperitur, ab Europæo haud multum differens, niſi quod Indicum magis conveniat cum *Filicaſtro* ſeu *Osmunda*, binorum circiter pedum altitudinem adtingit, extenſum admodum formans fruticem.

Ejus caules ſatis craſſi ſunt, ſed tam fungoſi ac flaccidi, ut ſeſe erigere nequeant, virides, & ad internam partem plani, ad externam rotundi, & profunde ſtriati, in multos diſtincti laterales ramos, ſimiliter ſtriatos & alternatos. Hi iterum ſeſe dividunt in tot minores ramos ſeu apices, ut fere diſtingui nequeat, an ſint folia, an vero caules, ex rotundo plani, anguſti, acuminati, non ultra digiti unguem longi, craſſiuſculi, ſed flaccidi, ac pedes Ranarum referunt. Sapor fatuus eſt & Filicinus, primo progerminantes caules ſuperius ſeſe incurvant, ac cirrhos formant inſtar Filicum.

Radix amplum generat ſtolonem ex denſis, longis, & tenuiſſimis fibrillis conſtantem, qui in vetuſtis plantis eſt inſtar minoris Kelady, ſed fungoſus penitus nec ſolidus, neque craſſas ad latera emittens radices, quouſque hæc planta ſub aquis creſcit, omnes ejus rami intricati dependent, flaccidi & mucoſi, ſed ſupra aquam ſeſe parum extendunt, coloris nigricantis. Neque flores neque ſemina profert hæc planta.

In ſiccis obſervatur menſibus, quum fluviorum aqua incipit decreſcere, ita ut fere ſtagnet, ubi tum per cœnoſam terræ congeriem inſulam quaſi format, ac fluxu ſæpe propellitur. Pluvioſis menſibus & fluviis aquis repletis non reperitur.

Nomen. Latine *Millefolium aquaticum*, & *Olus Ranarum*; Malaice & Maccaſſarice *Sajor codock* & *Sajor bintor*, quæ omnia idem denotant nomina. Amboinenſibus ignotum eſt.

Locus. Creſcit, uti dictum fuit, nullibi niſi in leniter fluentibus fluviis, non profundis, ac fere ſtagnantibus, qualis præ reliquis circa Caſtellum Victoriam eſt Weytomme. In paludibus circa Ayer mira in Hœamohela etiam reperitur, ubi firmiores & altiores format caules, ſed copioſiſſime in Maccaſſara circa Oryzæ campos in ſtagnantibus aquis & paludibus, ubi ranis habitaculum eſt, uti & in foſſis noſtræ urbis. Si deponatur in magnis crateribus aqua repletis diu coli poteſt, in quibus etiam ſeſe propagat & multiplicat.

Uſus. Plebei ac pauperes Bœgenſium & Maccaſſarenſium hanc coquunt herbam, quo usque ſupra aquam ſeſe elevat, vel ipſi innatat, cum viridi Catjang, vel aliis oleribus. Amboinenſibus nullus ejus uſus notus eſt, quum raro obcurrat. Alioquin iis uſui eſſe poſſet, qui piſces alunt aureos & argenteos, qui ex Sina & Japana adferuntur, diu enim ſervari poteſt in crateribus & Tanken ſeu piſcinis, in quibus hi paſcuntur piſciculi.

Tabula Septuageſima quarta

Ad Figuram primam *Millefolium* exhibet *aquaticum*.
Figura ſecunda *Plantaginem* ſiſtit *aquaticam*.
Figura tertia *Algam* denotat *Coralloidem*, Capite 56. deſcriptam.

OBSERVATIO.

Millefolium hoc *aquaticum Rumphii Tremellæ marinæ* ſpecies eſt, quarum plurimæ a *Dillenio* in opere ſuo incomparabili, *Hiſtoria* nempe *Muſcorum* recenſentur, noſtraque planta ipſiſſima videtur, quæ ab ipſo Tremella marina, tenuiſſima, & compreſſa vocatur, & *Tab.* 10. *fig.* 8 ad litt. G exprimitur, cui pro ſynonymo in *Hiſtoria Muſc. pag.* 50. jungitur Fucus, aut potius Alga ramoſa, membranacea, viridis, folio tenuiſſimo.

TWEE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Water Duiſend-blad.

In de ſtaande wateren vindt men ook een zoorte van Millefolium Aquaticum, *van het Europiſſe niet veel verſchillende, dan dat het Indiſche meer gemeenſchap heeft met het* Filicaſtrum *of* Osmunda, *het waſt omtrent twee voeten hoog, met een zeer uitgebreiden ſtruik.*

De ſteelen zyn wel dik, dog zoo voos en ſlap, dat ze geenzints over eind konnen ſtaan, gras-groen, aan de binnezyde plat, aan de buitenzyde rond, en diep geſtreept, verdeelt in veele zydetakken, ook zoo geſtreept, en verwiſſelt tegens malkander ſtaande. Deze verdeelen zig alweder in zoo veele kleine ſpitzen of takken, dat men niet weet, of het bladeren of ſteelen zyn, uit den ronden, plat, ſmal, ſpits, niet boven een nagel van een vinger lank, dikagtig, dog ſlap, en gelyken de pooten van een Kikvorſch. De ſmaak is laf en naar Varen trekkende, de eerſt uitkomende ſteelen krommen haar boven om, en hebben haare krullen gelyk andere Varen.

De wortel is een breede ſtoel van digte, lange, en gants teere vazelingen, aan de oude ſtokken een bol formeerende, gelyk een kleine Kelady, dog gants voos, en niets maſief daar aan, nog andere dikke wortelen ter zyden uitzendende. Zoo verre dit kruid onder water ſtaat, hangen alle zyne takken verward door malkanderen, ſlap en ſlymerig, maar boven water breiden ze haar wat uit, zwart-groen van couleur, nog bloemen nog zaad voortbrengende.

Men vindt het in de drooge Maanden, als de revieren van water beginnen te minderen, dat ze ſchier ſtaande zyn, daar het dan met een ſlikkige ſcholle aarde als een Eilandeken op zig zelfs beſtaat, en met den ſtroom voortgedreeven wert. In de regenmaanden en vol-loopende rivieren vindt men 't niet.

Naam. *In 't Latyn* Millefolium aquaticum, & Olus Ranarum; *in 't Maleits en Maccaſſar* Sajor codock, *en* Sajor bintor, *alle van eene beduideniſſe, by de Amboineſen is het onbekent.*

Plaats. *Het waſt, als gezegt, nergens dan in zagt lopende rivieren, die ondiep zyn, en ſchier ſtille ſtaan, gelyk onder anderen aan 't Caſteel Victoria de Weytonne is. In de poelen omtrent Ayer mira op Hœamohel vindt men 't ook, daar het ſtyve en hoogere ſteelen heeft, maar wel het meeſte op Maccaſſar omtrent de Ryſtvelden in ſtaande wateren en poelen, daar het de Kikvorſſen tot een woninge dient, als mede in onze Stads-gragten. In grootte bakken met water gezet, kan men 't lange onderhouden, daar in het zig ook vermenigvuldigt.*

Gebruik. *De arme Luiden onder de Boegis en Maccasſaren, kooken dit kruid zoo verre het boven 't water ſtaat, of op 't water dryft, onder groene Katjang, of andere moeskruiden. De Amboineſen weten 'er geen gebruik van, dewyl het zoo zelden gevonden werd. Het zoude anders konnen dienen die geenen, die de goud en zilver-viſſen opvoeden, die men uit China en Japan brengt, want het laat zig lange houden in bakken en tanken, daar inne men dezelve viſjes hout.*

De vier en Seventigſte Plaat

Wyſt aan in de eerſte Figuur het *Water Duizend-blad*.
De tweede Figuur vertoont de *Water-Plantage*.
De derde Figuur verbeeld de *Alga* na *Cordal* gelykende, in het 56. Hoofdſtuk beſchreeven.

AANMERKING.

Dit water *Millefolium* van *Rumphius*, is een zoort van *Tremella marina*, waar van zeer veel zoorten in het onverbeterlyk boek, ik meen in de *Hiſtorie der Moſchen*, *Dillenius* heeft, en onze plant ſchynt dezelve te zyn, die van hem genaamt wert Zee-*Tremella*, zeer dun, en gedrukt, en afgebeelt werd op de 10. *Plaat fig.* 8. by lett. G, waar by voor een benaming heg gevoegt wert *pag.* 50. in de *Hiſtorie* der *Moſchen*, de Fucus, ofte liever de takkige, vliesagtige, groene Alga, met een zeer dun blad.



Fig. 2.



Fig. 3.

Fig. 1.

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Plantago aquatica. Kiamban.

Hæc mira est herba aquatica, quæ supra aquam & ex aqua solummodo suum habet nutrimentum & ortum, uti apud nos in patria *Lens palustris*, Lactucæ formam præ se fert, sed multum ab ejus natura differt, ac magis cum Plantagine quadrat.

Multa enim gerit folia fasciculata, & in orbem posita uno ex ortu, inferius angustata, superius lata & obtusa, minorem digitum longa, binos ac tres digitos lata, crassa, pinguia, succosa, & fragilia, glauca, subtus sex vel septem protuberantibus & acutis costis longitudinalibus notata, quæ in superiore seu plana foliorum parte sulcus formant planos, ad tactum parum rugosa, seu lanuginosa, ita ut semper sicca esse videantur, ad inferiorem & posticam partem nodosa sunt, seu tuber gerunt utrimque protuberans, quod interne fungosum & aquosum est.

Sunt autem tam fragilia hæc folia, ut sine ruptura vix tractari possint, saporis primo fatui, sed mox labia & os tam acriter vellicant, quam ullum Arum.

Flores semenque nunquam profert hæc planta, sed inferius ad latera crassos quosdam emittit transversales stolones, digitum longos, qui mox in extremitatibus novas formant plantulas, quibus intra breve temporis spatium magnum obcupat locum.

Radices sunt congeries ingentes longarum fibrillarum, quæ instar capillitii dependent, spithamam longæ, nunc magis nunc minus, prout in locis profundis vel minus profundis crescit, sed hæ fibrillæ nunquam terram tangunt, at nutrimentum sugunt ex pura aqua. Attamen foliorum fasciculi tam elegantes & luxuriosi sunt quam pinguissima Lactuca.

Quum vero nullam habet in solo firmitatem, nullum quoque certum obcupat locum, sed per ventum fluctuat, & hic & illic agitatur, donec totam aquæ superficiem obcupet. Tumque maxima perit pars, ita ut tota interire videatur planta, sed paucæ ac pusillæ plantulæ brevi post ita multiplicantur, ut instar prioris luxuriet denuo hæc planta.

Nomen. Latine *Plantago aquatica*; Belgice *Water-salade* seu *Lactuca aquatica*; Malaice *Kiam ban*; Baleyice *Capo capo*; Javanice *Caju apun*.

Locus. Nullibi crescit nisi in stagnantibus aquis, in fundo cœnosis, tam sola quam utrisque mixta præcedentibus Nymphæis, licet enim solum non tangat, subtiles tamen videtur cœni particulas adtrahere, quæ in stagnantibus fluctuant aquis. In Java, Baleya, aliisque regionibus, ubi Sawas seu Oryzæ agri sunt, qui aliquo tempore ab aqua inundantur, tam subito & copiose crescit hæc planta, ut evellenda sit, quum Oryzam plantare velint.

In Amboina non reperitur, sed quidem in cœnosis paludibus & fluviis Cajeli in Bœrone. Inde in Amboinam detuli, & expertus sum in quibusvis crescere aquis, immo in minoribus crateribus pluviali aqua repletis, cui nullum erat mixtum cœnum, immo in puteis, in quibus solum adtingere non poterat.

Usus. Tanquam zizania aquatica habetur, nullique fere inservit usui. Sinenses eam aliquando sumunt, & Elæ adcoquunt, quæ sunt furfures crassi farinæ Sagus, atque porcis eam exhibent, si enim cruda ipsis proponatur, masticant quidem, sed non devorant eam, Javani eam colunt in piscinis, & stagnantibus aquis, quum squillæ sub ea degere amant. Minutim conscissa, & Oryzæ admixta anatibus obfertur junioribus, qui hoc avide edunt, & sese irrigant eo.

Kiamban kitsjil altera species est, multo minor præcedente, eo crescens modo, quo teneræ Lactucæ plantulæ, tenuia gerens & contracta folia, glabra, & flavescentia, sed non tam acris saporis quam prioris, eodem sese multiplicans modo. Aquæ innatat, subtus multas gerens subtiles fibrillas, sponte crescit in puteis, sed non in apricis aquis vel paludibus.

DRIE EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Water-salade.

Dit is een wonderlyk waterkruid, 't welk op het water en uit het water alleen zyn voedzel en wasdom heeft, gelyk by ons de Lens palustris, *of Eendekroost, het heeft de gedaante van Kropzalade, dog verschilt veel van de natuur der Latuwe, en komt naarder met de Plantago over een.*

Want daar staan veel bladeren in een bosje by malkanderen in de rondte, uit eenen oorspronk, agter smal, vooren breed en stomp, een kleine vinger lank, twee en drie vingeren breed, dik, vet, sappig, en bros, zee-groen, van onderen met zes en zeven uitsteekende scherpe ribbens in de lengte, dewelke aan de bovenzyde vlakke voorens maken, in 't aantasten wat ruig of wolagtig, zoo dat ze altyd droog schynen, aan 't agterste einde hebben ze een bult of gezwel, te weerzyden uitbuilende, 't welk van binnen voos en wateragtig is.

Zy zyn zoo bros, dat men ze zonder breeken kwalyk handelen kan, van smaak eerst laf, maar straks daar na in de lippen en mond zoo scherp bytende, als eenig Aron doen mag.

Bloemen en zaad draagt het nooit, maar beneden ter zyden schiet het over dwers eenige dikke steelen uit, een vinger lank, die straks aan haare einde nieuwe plantjes voortbrengen, waar door het in korten tyd een groote plaats beslaat.

De wortelen zyn een groote bos lange vazelingen, als een lokke hairs afhangende, een span lank min en meer, na dat het in diep of ondiep water groeit, dog deze wortelen raken nooit de grond, maar zuigen haar voedzel uit het pure water. En egter staan de bossen zoo schoon en weelderig als de vetste kropzalade.

Dewyl het nu geen vastigheid in de grond heeft, zoo behout het ook geen vaste plaats, maar werd met de wind heen en weer gedreeven, tot dat het de geheele vlakte des waters beslaat. Als dan vergaat het meeste deel, zoo dat het schynt geheel te willen uitgaan, maar de weinige kleine plantjes vermenigvuldigen hen kort daar na wederom, zoo als te vooren.

Naam. *In 't Latyn* Plantago aquatica; *in 't Duits* Water-salade; *in 't Maleits* Kiam ban, *in 't Baleits* Capo capo; *in 't Javaans* Caju apun.

Plaats. *Het wast nergens dan in staande wateren, die op de grond slikkig zyn, zoo wel alleen als onder beide die voornoemde Nymphæas, want hoewel het den grond niet raakt, zoo schynt het egter subtiele deelen van den slik aan te trekken, die in de staande wateren dryven. Op Java, Baly, en andere Landen, daar de Sawas of Rystvelden zyn, die men voor een zeker tyd onder water laat lopen, groeit het zoo schielyk en veel, dat men 't moet uitwerpen, als men de Ryst wil planten.*

In Amboina heeft men 't niet, maar wel in moerassige poelen en rivieren van Cajeli op Boero. Van daar heb ik 't in Amboina gebragt, en bevonden dat het in alderhande wateren groeit, zelfs in kleine bakken vol regenwater, daar geen slyk onder was, en in putten gezet, daar het geen grond bereiken kan.

Gebruik. *Het werd voor een water onkruid gehouden, en schier tot niets gebruikt. De Chinesen nemen het somtyds, kooken 't onder Ela, zynde de grove zemelen van het Sagoemeel, en geven zulks haare Verkens te eeten, want als men 't hun rauw voorzet, zoo kauwen ze daar aan, dog willen 't niet op eeten. De Javanen voeden 't gaarne in haare Vyvers, en staande wateren, dewyl de Garnalen zig gaarne daar onder ophouden. Klein gesneeden, en met Ryst gemengt, werpt men 't de jonge Eenden voor, die daar van eeten, en zig daar mede besproejen.*

Kiamban kitsjil *is een tweede zoorte, veel kleinder dan het voorgaande, groejende op de manier als de jonge zalaadplantjes, met dunne en wat gefronsde blaadjes, glad, geel-groen, en zoo scherp niet van smaak als het voorige, mede op dezelve manier zig vermenigvuldigende. Het dryft op het water, van onderen met veele subtiele vazelingen, het groeit van zelfs in putten, maar in geen opene wateren of poelen.*

Jacobus Bontius Libr. 6. Cap. 27. eam vocat *Flammulam*, ubi vide, quomodo hæc plantula eum refellerit, quum eam nempe habens pro frigida planta aquatica gustaret inprudenter, sed cujus labia & os tam vehementer urebat, ut dolorem per tres sentiret horas, quod pro monitione hic notatur, ne quis in exploratione alicujus plantæ incognitæ nimis inprudenter judicet, vel fidat externæ faciei, vel similitudini cum nostris Europæis herbis, sed potius exploret, vel roget incolas prius de ejus natura.

Dein autem Cap. 38. eam vocat *Plantaginem aquaticam*, cum qua melius convenit quam cum *Flammula*.

Lens palustris seu *Anatum pabulum* in Moluccis insulis quoque notum est, uti & in parva Cerama prope Ajer miran.

OBSERVATIO.

Plantago hæc *aquatica Rumphii*, *Tab.* 74. *fig.* 2. exprimitur, atque Tremellæ marinæ species est, vocaturque a *Dillenio Hist. Musc. pag.* 42. Tremella marina, vulgaris, Lactucæ similis, ubi omnia habet, quæ ad hanc plantam cum ejus speciebus pertinent, ita ut aliquid porro addere superfluum sit, nisi quod apud *Bontium*, ut *Rumphius* supra monet, eam non invenerim.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

Olus palustre. Balla Balla.

Licet hæc planta aquatica in Amboina sit exotica, hic tamen eam describere volui, quum cum cœno Taratti ex Maccassara simul delata sit, & in nostris sponte creverit aquarum crateribus.

Quandam habet similitudinem cum *Olere vago* seu *Canbong*, sed nullo modo flagellis prorepit, uti id, sed crassum format stolonem, qui multos emittit crassos, rotundos, fragiles, & sinuosos caules, una ex radice, sesqui & binos pedes longos, inferius minimum digitum crassos, qui dein sese dividunt mox in quatuor vel quinque alios minores, qui inferius ad internam partem plani sunt, ad externam rotundi, parumque striati, superne pennam vel culmum crassi, plerumque rotundi, vel ad internam partem parum sulcati.

Dissecti interne fungosi sunt & aquosi, atque ubi supra radicem concurrunt, concavum formant angustum, & acutum folium, quod in exteriore parte eos tanquam vagina complectitur.

Quivis caulis in extremitate folium gerit solitarium, formam habens minoris Ari, ita ut haud male ad species *Ari esculenti*, supra libro octavo descripti, referri posset. Folium duplicem obtinet magnitudinem, sed unicam formam, quæ enim mas putatur esse, maxima gerit folia, spithamam longa, ultra palmam lata, infra auriculata rotunde, more Ari.

Femina minora gerit folia, tres quatuorve pollices longa, binos lata, superius in longum terminantia apicem, inferius binis minoribus auriculis notata, quædam tam angusta, quam *Langcong* folia, ac porro glabra, firma, & crassa, subtilibus nervis per longitudinem donata instar arundinis teneræ, superne intense virentia, inferne pallida.

Circa medium caulis ventrem format, qui ad unam dehiscens partem, angustum acutumque emittit foliolum, cymbæ forme, more *Dracunculi aquatilis*, seu *Anappur*, supra quoque libro octavo descripti, in hoc locatur brevis crassusque petiolus, vix digiti articulum longus, cui insident octo decemque longo tubo instructi, concavi, & firmi flosculi, superius in sex apices dehiscentes, coloris læte purpurei, cum totidem brevibus & luteis staminibus in ipsorum cavitate positis. Hosce insequuntur fructus hexagoni & acuminati, Olivæ officula mentientes, interne repleti ruffo & arenoso semine.

Radix est congeries densa subtilium fibrillarum, quæ laxe cœno inhærent. Stolo ad binorum triumve pollicum spatium ex cœno prodit, ubi inferius novum format radicum fasciculum, ac superius novum fruticem, quo hæc planta magnum obcupat locum.

Nomen. Latine *Olus palustre*; Maccassarice *Balla balla*, & *Tsjappo tsjappo*; Baleyice *Bia bia*; Javanice *Wewean.*

Locus.

Jacobus Bontius Libr. 6. Cap. 27. *noemt het* Flammulam, *alwaar ziet, hoedanig hy met dit kruid bedrogen zy, het zelve voor een koud waterkruid aansiende, en onvoorzigtig proevende, de lippen en mond zoo verbrande, dat hy de pyn wel drie uuren gevoelde, 't welk dient tot een waarschouwinge, dat men in 't onderzoeken en oordeelen van een onbekent kruid, niet te zeer op de uiterlyke gedaante en gelykheid met onze Europische kruiden vergapen moet, maar veel meer de Inlanders van deszelfs natuur eerst uitvragen.*

Daar na Cap. 38. *noemt hy 't* Plantaginem aquaticam, *daar het beter mede over een komt, dan met de* Flammula.

Lens palustris, *of* Eende-krooft *is in de Molukze Eilanden ook bekent, als mede op klein Ceram by Ajer miran.*

AANMERKING.

Deze *Water-plantago* van *Rumphius* wert op de 72. *Plaat fig.* 2. uitgedrukt, en is een zoort van de Zee-Tremella, en wert van *Dillenius in de Historie* der *Moschen pag.* 42. genaamt de gemeene Zee Tremella, aan Kropsalade gelyk, alwaar hy alles heeft, dat tot deze plant met zyn zoorten behoort, zoo dat 'er iets meer by te doen overtollig is, behalven dat ik ze by *Bontius* niet gevonden heb, zoo als *Rumphius* boven aantekent.

VIER EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Water-moes.

Hoewel dit water-kruid in Amboina uitlands is, zoo heb ik 't egter hier zetten willen, om dat het met den slik met Taratti van Macassar aangebragt, in onze water-tanken opgekomen is.

Het heeft eenige gelykenisse met het Olus vagum *of* Canbong, *dog kruipt geenzints met ranken, gelyk 't zelve, maar maakt een dikken struik, met veele dikke, ronde, brosse, en bogtige steelen, uit eene wortel anderhalve en twee voeten lank, beneden een pink dik, daar ze haar straks in vier of vyf andere verdeelen, dewelke beneden aan de binnenzyde plat zyn, aan de buitenste rond, en een weinig gestreept, boven zyn ze een schaft of stroobalm dik, meest rond, of aan de binnezyde wat gegeut.*

De doorgesneedene bevind men van binnen geheel voos en wateragtig, en daar ze boven de wortel t'zamen stooten, hebben ze een bol, smal, en spits blad, 't welk haar aan de buitenste zyde als een schede omvat.

Ieder steel draagt op zyn top een enkeld blad, geformeert als klein Aron, zoo dat men 't niet kwalyk onder de zoorte van Arom esculentum, *boven in 't agtste Boek beschreeven, mogte rekenen, het blad is van tweederlei grootte, dog van een fatzoen, want het geene men voor 't manneken houd, heeft de grooste bladeren, een span lank, ruim een band breed, agter met ronde ooren, na de manier van Aron.*

Het wyfken heeft kleindere bladeren, drie en vier duimen lank, twee breed, vooren met een lange spits, agter met twee kleine ooren, zommige zoo smal als Langcong, *voorts glad, styf, en lyvig, met subtiele zenuwen in de lengte, gelyk jong Riet, boven hoog groen, beneden bleek.*

Omtrent de midden gewint den steel een buik, dewelke aan de eene zyde openberstende, laat een smal en spits blaadje uit, als een schuite geformeert, op de manier als Dracunculus aquatilis, *of* Anappur, *mede in 't agtste Boek beschreeven. Hier in leid een kort en dik steeltje, schaars een lid van een vinger lank, daar aan staan agt of tien lankhalzige, holle, en styve bloempjes, boven in zes spitzen verdeelt, ligt-peers van couleur, met zoo veel korte geele draadjes in haar holligheid. Hier op volgen seskantige en toegespitste vrugten, als Olyfsteenen, binnen vervult met ros, en zandig zaad.*

De wortel bestaat uit een digte klomp van fyne vazelingen, dewelke lossely k in de modder hangen. De stam schiet uit de modder twee of drie duimen voort, daar by dan beneden een nieuwen bos wortelen, en boven een nieuwen struik formeert, waar door dit gewas een grooten plaats beslaat.

Naam. *In 't Latyn* Olus palustre; *op Maccassar* Balla balla, *en* Tsjappo tsjappo; *in 't Baleits* Bia bia; *in 't Javaans* Wewean.

Plaats.

Fig. 4.



Fig. 3.

Fig. 1.

Fig. 2.

Locus. Luxuriosissime crescit in Oryzæ campis cœnosis, in Maccassara, Baleya, & Java, uti & in stagnantibus paludibus, in quibus *Nymphæa* seu *Taratti* crescit. Anno 1684, quum *Nymphæam minorem* ex Maccassara curabam deferri, hæc herba in cœno abscondita fuit & simul translata, ac dein sponte in meo cratere aqua repleto luxuriose excrevit. Siccis temporibus hæc perit herba, sed radix perennat, ac prima pluvia iterum prodit & regerminat.

Usus. Apud Maccassaræ incolas, ac præsertim Mari, ubi maxima Oryzæ copia colitur, vulgare est olus, tam crudum ad Bocassan, instar aliorum olerum seu Ulang Ulang, quam coctum cum aliis Sajor ad olus. Unde & quam maxime obportunum est Oryzæ plantatoribus, qui ex ea magna ex parte vivunt, quum eo justo tempore progerminat. Sed uti mihi apparuit, in cruda detexi oleraceam fatuitatem cum quadam acredine mixtam, quæ ad illam *Arisari* adcedit, unde & melius cenceo esse coctam, nisi quis crederet crudam per Bocassan vel alia acuta aromata vel condimenta corrigi. Baleyenses autem eam in cibo non adhibent, licet ipsorum galli gallinacei, anates, & hirci quam maxime eam expetant & edant.

Plaats. *Het groeit zeer weelderig in de moerassige Rystvelden, op Macassar, Baly, en Java, als mede in de staande poelen, daar de* Nymphæa *of* Taratti *groeit. Anno* 1684. *als ik de* Nimphæa minor *van Macassar liet brengen, is dit kruid in de slyk verborgen, overgebragt, en daar na in myn watertank weelderig opgekomen. By drooge tyden vergaat dit kruid, dog de wortel blyft, en met den eersten regen schiet ze weder uit.*

Gebruik. *By de Inwoonders van Macassar, inzonderheid van Marus, daar de meeste Ryst geteelt wert, is 't een gemeen moeskruid, zoo wel raauw tot Bocassan, gelyk andere Ulang Ulang, als met onder Sajor tot moes gekookt. Daarom het zeer geryffelyk komt voor de Rystplanters, die meest daar van leven, dewyl 't in die tyd voor den dag komt. Dog zoo als ik aan 't raauwe wel een moeskruidagtige laffigheid, en ook een kleine scherpigheid beproeve, na 't* Arisarum *trekkende, zoo hou ik 't gekookte voor beter, ten waare dat men geloofde, het raauwe door de Bocassan of andere scherpe zouze verbetert wierde. Immers de Balyers gebruiken 't niet in de kost, hoewel haare Hoenders, Enden, en Bokken 't zelve greetig eeten.*

Tabula Septuagesima quinta

Ad Figuram primam *Olus* exhibet *palustre.*
Figura secunda *Acorum* denotat *marinum*, capite sexagesimo descriptum.
Figura tertia *Nidum esculentum* sistit.
Figura quarta *Aviculam* proponit, quæ *nidos* hos format.

De vyf en Seventigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *moerassige Moes.*
De tweede Figuur wyst aan de *Zee Acorus*, in het sestigste Hoofdstuk beschreeven.
De derde Figuur stelt neder een *eetbaar Vogelnestje.*
De vierde Figuur stelt voor het *Vogeltje*, het welk deze *Nestjes* maakt.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Capillus Nympharum. Lumut laut, & Sajor lampan.

Descendimus nunc e terra, & ab aquis dulcibus nos conferimus ad aquam marinam, ut videamus, quænam herbæ in litoribus sub aqua marina crescant, ubi fundus non est profundior hominis altitudine, suntque omnes tales herbæ, quæ sub nomine *Musci marini* & *Algæ* comprehenduntur, quarum variæ species in subsequentibus describentur capitibus.

Primo nobis obcurrit elegans planta *Musci marini*, qui summopere convenit cum illo, quem sub finem præcedentis libri *Muscum capillarem*, seu *Tay angin* vocavimus. Fasciculatim enim crescit, constatque ex simplicibus, longis, & tenuibus filamentis, longitudine quatuor & sex pollicum, crassitie autem fili sutorii crassioris, sine articulis, sed si fricetur, nodosus quasi est, & facile frangens, coloris eleganter virentis, saporis salsi instar Algarum.

Qui crescit in litoribus arenosis, & ad ostia fluminum dulcium longitudinem habet capillitii, sed qui in planis crescit rupibus, brevior est.

Nomen. Latine *Capillus Nympharum*, & *Sericum marinum*; Malaice *Lumut laut*, h. e. *Muscus marinus*, nomine nimis generali, aliis *Sajor lompan*; Sinice *Hauty*; Amboinice in Leytimora *Rumut kebur*, h. e. *Muscus capillaris.*

Locus. In talibus crescit planis litoribus, ubi solum crassa arena & ingentibus planis rupibus haud profundum est, vel etiam talibus in nudis scopulis pauca arena hic & illic tectis. Copiosissimus & optimus reperitur in ostiis fluminum, atque in hisce tam alte, quam maris itus & reditus est, ubi tales inveniuntur rupes, uti in Ambolna in ostiis fluminum Weykau & Weynitoe, optimus tamen siccatus ex Sina defertur, qui non tam salsus est, quam qui in hisce calidis crescit regionibus.

Usus. Apud hosce incolas in nullo est usu, sed Sinenses eum adhibent, qui, quum ipsorum *Hauty* non sit ad manus, Amboinensi utuntur. Quotannis mensibus Augusto & Septembri eum quærunt in talibus litoribus, eumque per noctem in recenti macerant aqua, per aliquot dein dies ad solem siccant, & ad cibum servant.

Sic-

VYF EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het haair der Nymphen.

Wy scheiden nu van 't land en van de zoete wateren af, en moeten ons in 't Zeewater begeven, om te zien, wat voor kruiden op de stranden onder 't zeewater groejen, daar het niet boven een man diep is, zynde alle zoodanige kruiden, die men onder den naam van Muscus marinus, *en* Alga *begrypt, waar van verscheide zoorten in de volgende Capittelen zullen beschreeven werden.*

Ten eersten komt ons voor een schoon gewas van Zeemos, groote gelykenisse hebbende met het geene wy in 't laatste van 't voorgaande Boek Miscus capillaris *of* Tay angin *genaamt hebben. Want het groeit met groote bosjes by malkander, bestaande uit enkele lange en dunne draden, van vier tot ses duimen lank, in de dikte van grof naaigaarn, zonder leden, egter in 't stryken wat kertelig en kort afbreekende, schoon-groen van couleur, van smaak brak als alle Algæ.*

Het geen op zandige stranden wast, en in de uitgangen van zoete revieren, is zoo lank als hairlokken, maar op vlakke klippen groejende valt het korter.

Naam *In 't Latyn* Capillus Nympharum, *en* Sericum marinum; *in 't Maleits* Lumut laut, *dat is* Muscus marinus, *met een al te gemeenen naam, by anderen* Sajor lompan; *in 't Chinees* Hauty; *in 't Amboins, op Leytimor* Rumut kebur, *dat is* Muscus capillaris.

Plaats. *Het wast op zoodanige vlakke stranden, daar het grof zandig is, met groote platte kraalklippen niet diep daar onder, of ook wel op zoodanige bloote klippen, die hier en daar met een weinig zand bedekt zyn. Het meeste en beste vindt men in de monden van revieren, en dezelve zoo hoog op als ebbe en vloet gaat, daar zoodanige klippen zyn gelyk op Amboina, in de monden van de revieren Weikau en Weynitoe, het beste nogtans komt gedroogt uit China, 't welk zoo ziltig niet en is, als 't geene in deze heete gewesten groeit.*

Gebruik. *By deze Inlanders heeft het geen gebruik, maar de Chinesen maken 'er meer werk af, dewelke haar Chinees* Hauthy *niet konnende krygen, moeten haar met het Amboinse behelpen. Jaarlyks in de maanden Augustus en September zoeken ze 't zelve op de voornoemde stranden, weeken het een nagt in vers water, droogen 't als dan eenige dagen in de zonne, en bewaren 't tot de kost.*

Want

Siccum enim torrent in fartagine, donec fragilis fit, & cum adpetitu edunt ad frustum lardi pinguis, dicentes cibum esse salutarem, qui sanguinem depurat, & urinam expellit. Amboinensem quoque gustavi, sed quo modo etiam esset præparatus, semper salsus erat, cæterum inter dentes grato modo strepitum edebat.

Salubrem quoque esse putarem, si cognosceremus minus salsum eligere, & sine longa ad solem siccatione præparationem, per istam enim siccationem gracilescit, & optimam perdit gratiam, quæ in strepitu inter masticationem consistit.

Huc pertinet omnis ista capillacea herba, in Hollandia *Vlot-gras* seu *Alga* dicta, quæ instar longorum capillorum feminarum in variis crescit fluviis & lacubus, ubi aqua stagnat & fundus arenosus est, ubi periculosum est natare & procedere.

In provincia Manado lacus interior magna ex parte concretus est hoc gramine, unde & nullus Crocodilus in isto detegitur lacu, quum in hujus graminis longis filamentis intricantur, immo compertum est, regem Bulanæ bellum gerentem cum Manadensibns, quosdam juniores Crocodilos clam jussisse deponi in lacu Tondano ad incolas vexandos, sed illi omnes mortui fuere, sed nescio, an per hoc gramen suffocati, an vero per sulphuream quandam malignitatem istius aquæ perierint.

In Portugallia hoc etiam gramen copiose inveni in fluvio, qui *Minius* dicitur, quique Lusitaniam a Gallicia separat, & placidam ducit aquam, in quo tam periculosum est natare, ut varii nostrorum militum submersi sint, qui intricati fuere pedibus hoc gramine, quo subtrahebantur, præsertim in glarea.

Lusitani nobis persuadere volebant, ibi Deum marinum vel aquarum Diabolum habitare, quem dicebant sæpius vidisse caput extollentem, quique natantes adtrahebat. Cæterum in Amboina observatum est, piscem *Doejong*, qui in India Occidentali *Manati*, & Portugallis in Ternata *Pexe de Molheer*, h. e. *femina marina* dicitur, lubenter degere eo loci, quo hoc gramen copiose crescit, atque hinc sæpe ibi capi, quum in istis planis litoribus cingitur, quumque aqua ibi haud sit profunda, sæpe fit, quod hæc monstra marina superiore corporis parte ex aqua emineant, quæ a præternavigantibus pro Sirenibus habentur.

Caput enim gerunt rotundum instar hominis, mammas instar feminarum, & utrimque binas alas instar obtusorum brachiorum.

Tales sine dubio fuerunt, quos Centurionum quidam viderunt sub duce D. Arnoldo de Vlaming in bello Madjarensi circa Assahœdi in sinu Cauwæ, quosque habuerunt pro Sirenibus, atque similiter retulerunt, uti adnotatum reperitur in Amboinæ historia circa annum 1654.

Similem Algæ seu Musci marini speciem describit *Theophrastus libr.* 4. *Plantar. Cap.* 7. quam *Trychophyllon* vocat, & ejus subtilia folia cum illis Fœniculi comparat, quæ sine caule & sponte erecta in planis crescit litoribus, non ex fundo sed in lapillis & conchis, atque in talibus inprofundis locis, ut sæpe solummodo a mari adtingatur, quæ omnia cum nostro Capillo Nympharum quadrant, sed neutiquam cum Corallina, uti quidam putant, quæ profunde in mari crescit.

Similem plantam, ex qua delicatus præparatur cibus, vide in *Auctuar. Cap.* 62. sub nomine *Musci gelatini Japponici*.

N. B. Hic autem Muscus jam supra *Tab.* 40. *fig.* 3. delineatus, & descriptus est, supra *libro decimo* post *Cap.* 61.

OBSERVATIO.

Hic Muscus sine dubio idem est, qui Muscus marinus, denticulatus, minor, ramulis in creberrima capillamenta sparsis a *Plukn.* in *Phyt. Tab.* 48. *fig.* 3. dicitur & delineatur, ubi & aliæ hujus obcurrunt species.

Want ze roosten het gedroogde in een panne, tot dat het bryzelig is, en eeten 't met lust zamen met een stuk vet spek, zeggende, dat het een gezonde kost zy, het bloed zuiverende, en den Uryn dryvende. Ik heb het Amboinse ook geproeft, maar hoedanig het ook toebereid was, nog altyd vry brak bevonden, anderzints tussen de tanden aangenaam knappende.

Ik zoude het ook voor gezond houden, indien men de kennisse hadde het minst brakke uit te kiezen, en zonder lang in de zon te droogen toe te bereiden, want door dat droogen werd het zeer mager, en verliest zyn beste aangenaamheid, dewelke in 't knappen bestaat.

Hier toe behoort al dat hairagtige kruid, in Holland Vlotgras *genaamt, 't welk als lange lokken van vrouwenhair in verscheide revieren en binnen Meeren groeit, daar een stil water en de gront wel zandig is, alwaar 't periculeus te staan en te baden is.*

In de Provintie Manado is het binnen-meyr van Tondano, meest bezet met dit gras, weshalven men geen Kaiman in dat Meer vindt, dewyl ze in deszelfs lange lokken verwarren, ja men heeft ervaren, dat den Konink van Bulan in Oorlog zynde met de Manadeesen, eenige jonge Kaymans heimelyk in 't Meer van Tondano heeft laten zetten, om de Inwoonders te plagen, maar die zyn alle gestorven, dog men weet niet of zy door dit gras verstikt, of door eenige zwavelige aart, die in dat water is, omgekomen zyn.

In Portugal heb ik dit gras ook veel gevonden in den revier Minius, *die Portugal en Gallicien van malkander scheid, en een stil water voert, daar inne zoo periculeus te baden is, dat verscheide van onze Duitsche Soldaten verdronken zyn, die dit gras maar om de benen kreegen, daar door ondergetrokken wierden, zonderlyk op een welzand.*

De Portugeesen maken ons wys, dat daar een Watergod of Waterduivel woonde, dien zy zeiden dikwils boven water gezien te hebben, die de badende onder trok. Anders heeft men in Amboina ervaren, dat de vis Doejong, *die ze in West-Indien* Manati, *maar de Portugeesen in* Ternate Pexe de Mol-heer, *dat is* Zeewyfje *noemen, zig gaarn ophoud, daar dit gras veel wast, en daarom ook dikwils aldaar gevangen wert, als men hem op die vlakke stranden omcingelt, en dewyl het water aldaar niet diep is, zoo gebeurt het dikwils, dat deze Zeemonsters met het bovenlyf zig uit het water verheffen, die dan van de voorby varende voor Meereminnen werden aangezien.*

Want ze hebben een rond hoofd gelyk een mens, borsten als vrouwen, en weerzyden twee vlerken als stompe armen.

Diergelyke buiten twyffel zullen geweest zyn, die eenige Officieren van den Veldheer Arnoldt de Vlaming in den Madjiraanschen Oorlog, omtrent Assahoedi in de bogt van Couwa voor Meereminnen hebben aangezien, en ook zoodanig report gedaan, gelyk men vindt aangeteekent in de Amboinse Historie omtrent het jaar 1654.

Diergelyke zoorte van Alga of Zeemos beschryft, Theophrastus lib. 4. Plant. cap. 7. *'t welk by Trychophyllon noemt, en deszelfs subtiele bladeren by Fenkel vergelykt, zonder steel, en van haar zelven opgeregt groejende op vlakke stranden, niet uit de grond, maar op steenen en schulpen, en dat op zoodanige ondiepe plaatzen, dat het dikwils alleen van de zee bespoelt wert, alle het welke met ons Capillus Nympharum over een komt, maar geenzints met de Corallina, gelyk zommige meenen, dewelke diep in zee groeit.*

Een diergelyk gewas, waar van men groote lekkernye maakt, ziet in 't Auctar. Cap. 62. *onder den naam, van* Muscus gelatinus Sapponensis.

N. B. Dit Mosch is al boven op de 40. *Plaat fig.* 3. afgebeeldt, en beschreeven in het *tiende Boek* agter het 62. *Hoofdstuk.*

AANMERKING.

Dit Mosch is zonder twyfel dezelve, welke de kleinder Zeemosch met takjes, in veele haairlokjes verdeelt, van *Pluknet.* genaamt wert, en op de 48. *Plaat fig.* 3. afgebeeld wert, alwaar meer zoorten hier van voorkomen.

CAPUT SES

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Alga coralloides. Sajor karang. Agar agar carang.

Jam veræ ſubſequuntur Algæ, Malaienſibus generali nomine *Agar agar* dictæ, atque ſub iis mox una obcurrit plantula, quam ob elegantem ejus formam primo propoſuimus & præferimus, & cujus quatuor obſervavi ſpecies.

Primo. *Alga coralloides prima*, eſt arbuſcula eleganter ramoſa, non ultra tres quatuorve transverſales digitos alta, quæ inferius caudicem gerit parvum, ſed hic mox ſeſe dividit in quatuor vel quinque rotundos & glabros ramulos, vix culmum vel filum velatorium craſſos, atque hi iterum in innumeros minores diſtinguuntur, qui eriguntur inſtar foliolorum breviorum Fæniculi vel veri Crithmi, ita ut tota hæc arbuſcula denſam gerat frondem, ac ſuperiora foliola ſeu apices nodoſi quaſi vel articulati videntur, ſed re vera non ſunt. Ita ut tota plantula, ſi rami paulo magis introflexi eſſent, haud male referret roſam iſtam Hierochlytanam dictam.

Tota vero plantula non dura vel ſaxoſa eſt, ſed mollis & cartilaginea quaſi, ad ramos ſemi pellucida, glabra, & viſcoſo muco obducta, ita ut e manibus alicui prolabatur, ſi quis eam evellere tentet. Color varius eſt pro varietate fundi, quæ enim in planis creſcit litoribus, plerumque alba eſt, læte rubro intermixto colore; quæ vero in magnis & nigris provenit ſcopulis ſub aqua poſitis, plerumque obſcure ruffa eſt inſtar Viſci, ſpiratque fortiter odorem marinum, ſi primum ex aqua producatur, ſaporis ſalſi eſt inſtar aliarum Algarum, ſi vero in aqua parum abluatur, ſalſa quodammodo eſt, ac proinde cruda edi poteſt.

Secundo. *Alga coralloides ſecunda*, paulo altior eſt præcedente, ſed craſſiores & firmos gerit ramos, qui ſuperius in obtuſos dividuntur apices, ac melius Coralliorum arbuſculas referunt, nec tam viſcoſa eſt quam prior, coloris obſcuri inſtar Viſci, in aliis vero inſulis quoque alba, purpurea, & vireſcens reperitur.

Tertio. *Alga coralloides tertia* ramulos gerit inſtar præcedentis, ſed hi lati ſunt, & diſtincti inſtar criſtarum Galli, coloris Viſcini, ſed non mucoſi.

Quarto. *Alga coralloides quarta* primæ ſimilis eſt, ſed longiores gerit ramos, & tenuiora foliola, fere inſtar Millefolii, coloris viſcini, non mucoſa, ſine ſemine & granulis.

Nomen. Latine *Alga coralloides*, & *Agarum coralloides*; Malaice *Sajor carang*, & *Agar agar carang*; Amboinice in Leytimora *Ayſana* & *Aytsſana*, h. e. *arbuſcula ramoſa*, item *Rume yar waccar* ex forma racemi Canariorum, qui fructibus onuſtus eſt, aliis *Lottu lottu*, & *Callocane*; Javanice & Baleyice *Bulung*; Macaſſarice *Dongi dongi*.

Locus. In planis reperitur arenoſisque litoribus, non pura arena, ſed fractis Coralliis teſtis, & inanibus conchis tectis, ubi fundus plerumque albus eſt. Ruffa & viſci coloris reperitur in Leytimoræ parte Zephyrea, in magnis & planis ſcopulis marinis, ſub aqua ſemper poſitis, qui vel maris refluxu non multam retinent aquam. Non ſemper tamen magnis fixa eſt rupibus, ſed lapillis, teſtis, & fragmentis Coralliorum, quæ cum ea ſimul extrahuntur, atque circa radicem aliam aliquando gerit plantam, foliola nempe tenuia & viridia ſeu ſegmenta ex claſſe ſubſequentis Lactucæ marinæ.

Apertum amat mare, circa quod non multi ſunt fluvii dulces, unde non vel raro reperitur in Amboinenſi ſinu, ſed in Leytimoræ parte Zephyrea Oma, Oeliaſſara, & in plana inſula Nuſſa Caſſa in Caybolbæ ſinu ſita.

Tres ultimæ ſpecies in quibusvis creſcunt litoribus, ac vulgatiores ſunt prima ſpecie, quæ peculiariter *Lottu lottu puti* dicitur, uti tres ultimæ, obſcura nempe ruffa, & viſci color *Lottu lottu metten*, *Harienhaur uun*, h. e. Alga coralloides vocatur.

Bulung quoque in cunctis ſcopuloſis litoribus Baleyæ & Javæ Orientalis reperitur, præſertim circa Baleyæ pagum Lebæ, ubi dicitur, ferrum e terra excreſcere, ubi hanc Algam decurrente aqua ex ſcopulis marinis petunt.

Uſus.

SES EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De Koraalsgewyze Alga-plant.

Nu volgen de eigentlyke Algæ, *by de Malyers met een generalen naam* Agar agar *genaamt, en onder de zelve ten eerſten een klein plantje, 't welk wy om zyn fraaje gedaante den voorrang geven, en waar van ik vier zoorten aangemerkt hebbe.*

I. Alga coralloides prima, *is een aardig getakt boompje, niet boven drie of vier dwersvingeren hoog, beneden hebben ze een ſtammetje, maar dat verdeelt hem terſtont in vier of vyf ronde, en gladde takjes, ſchaars een ſtroobalm of zeilgaarn dik, en dezelve haar wederom in ontelbare mindere, die over eind ſtaan, als korte enkele blaadjes of den opregten Critbmus, zoo dat het geheele boompje een dikke bos wert, en de bovenſte blaadjes of ſpitsjes gelyken wat knoppig of gelced, maar zyn het niet, zoo dat het geheele plantje, indien de takjes wat meer innewaarts gekromt ſtonden, niet kwalyk gelykt na die zoo genoemde roos van Jericho.*

Het geheele plantje is niet hard of ſteenagtig, maar week en krakebeenig aan de takken, half doorſchynend, glad, en met een kleeverige ſlym behangen, zoo dat het iemand uit de handen glipt, als men 't uittrekken wil. De couleur is verſcheiden na de verſcheidentheid der gronden. Want het geen op vlakke ſtranden groeit, is meeſt wit, met ligtrood gemengt, maar 't geen op groote en zwarte klippen valt, die onder water ſtaan, is meeſt donker-ros als lym, van een ſterke zee-reuk, als zy eerſt uit het water komen, ziltig gelyk andere Algæ, maar als men 't ſlegts een weinig in water afſpoelt, zoo is het niet meer dan half brak, en dierhalven bekwaam om raauw te eeten.

II. Alga coralloides ſecunda, *is wat hooger dan de voorgaande, maar heeft dikkere en ſtyve takken, die zig boven in ſtompe ſpitzen verdeeien, en beter na regte Coraalboompjes gelyken, zoo ſlymerig niet als 't voorgaande, mede lymverwig van couleur, maar op andere Eilanden vindt men 't mede wit, purperverwig, en groenagtig.*

III. Alga coralloides tertia, *heeft takjes als 't voorgaande, maar die zyn breed, en verdeelt als Hanekammen, ook lymverwig, en niet ſlymerig.*

IV. Alga coralloides quarta, *is het eerſte gelyk, dog heeft langere troſſen, en fyndere blaadjes, ſchier als Millefolium, lymverwig, niet ſlymerig, zonder zaad en korreltjes.*

Naam. *In 't Latyn* Alga coralloides, *&* Agarum coralloides; *in 't Maleits* Sajor carang *en* Agar agar carang; *in 't Amboins, op Lytimor* Ayſana, *en* Aytsſana, *dat is* veel-getakt boompje, *item* Rume yar waccar, *na de gedaante van een Kanary-tros met vrugten bladen, by andere* Lottu lottu, *en* Callocane; *in 't Javaans en Baleits* Bulung; *op Maccaſſar* Dongi dongi.

Plaats. *Men vindt het op vlakke zandſtranden niet in zuivere zand, maar alwaar gebrooke kraaltakjes, ſcherfjes, en lege ſchelpen leggen, 't welk gemeenelyk wit is. Het roſſe en lymverwige vindt men op Lytimors Zuidzyde, op groote en vlakke zee-klippen, die altyd onder water ſtaan, of by de ebbe niet veel water behouden. Het is egter aan de groote klippen niet altyd vaſt, maar mede aan kleine ſteentjes, ſcherfjes, en ſtukjes van gebrooke kraalſtenen, die men daar me uit trekt, hebbende omtrent de wortel zomtyds nog een ander gewas, te weten dunne groene blaadjes of riemkes, uit het geſlagte van de volgende Lactuca marina.*

Het wil een openbare zee hebben, daar omtrent niet veel zoete revieren zyn. Weshalven men 't niet of weinig vindt in de Amboinſen inham, maar op Lytimors Zuidzyde Oma, *Oeliaſſar, en op 't vlakke Eiland Nuſſa Caſſa in Caybolbos bogt gelegen.*

De drie laaſte zoorten waſſen op allerhande ſtranden, en zyn gemeender dan de eerſte zoorte, dewelke in 't byzonder Lottu lottu puti *hiet, gelyk de drie laaſte donker roſſe of lymverwige* Lottu lottu metten, *en* Harienhaur uun, *dat is* Kraalſteenige alga.

Het Bulung *werd ook op alle klippige ſtranden van Baly en Ooſt-Java gevonden, inzonderheid omtrent de Baliſche Negory Lebee, daar men zegt, dat yzer uit de aarde groeit, alwaar ze deze Alga met aflopent water van de zee-klippen halen.*

Gebruik.

Usus. Non per totum reperitur anni tractum, saltem in Amboina sub finem pluviosorum mensium, ad finem Augusti & Septembris, quo tempore fructus Canarii incipiunt nigrescere, & uti cito oritur, sic etiam non diu viget, quam primum enim justam adquisierit magnitudinem, a maris undis relaxatur, & in litus projicitur, ubi soli exposita adeo gracilescit & contrahitur, ut nil fere supersit.

Qui eam evellere cupiunt, digitos obducere oportet calce vel fructibus Atoi contritis, ut parum rugosi sint, alioquin enim per glabram lævitatem adtrahi nequit, plurima autem ejus pars cruda editur, ac modo maceratur, vel abluitur in aqua recenti, dein exprimitur, ita ut maxima mucosi & salsi pars abeat, ac dein cruda editur cum Atsjar vel Dabbo dabbo, seu intinctu præparato ex succo Limonum, ac pauxillo Zingiberis, elegantem præbens inter dentes strepitum.

Macerata etiam siccatur, tum aliquamdiu servari potest, & leniter coqui in cibum. Si nimis vehementer coquatur, vel nimis diu in Limonum succo deponitur, plurimam perdit gratiam, & in mucum fere deliquescit.

Tres ultimæ species, omnes non admodum salsæ sunt, immo fere fatuæ, si in aqua macerantur recenti, unde æque crudæ edi possunt, quam prima species. Ex quorundam opinione omnes hæ species leniter coctæ, melioris sunt saporis quam crudæ, saltem meliores subsequente *Alga esculenta.* Macerata, & ad solem siccata aceto & muria condiri potest, & per aliquod tempus loco Atsjar uti, sed non diu, quum nimis lenta sit.

Sunt quidam, sed qui erronee putant, ex hac Alga tempore Corallia crescere firma, quod nequit esse, quum hæc Alga, quam magna vel parva etiam sit, sive etiam alba, rubra, sive viridis, semper unius sit substantiæ, h. e. mollis & cartilagineæ, sed nunquam Corallia, quam minima etiam, mox saxosa sunt a primo ortu.

Tales errores plures apud plebem foventur, cuncta nempe Corallia in initio fuisse Algam, quæ omnia experientia & diligens investigatio nos docent esse falsa.

Plures sunt ejus varietates juxta varias regiones, sed quæ facile ad quatuor enumeratas species referri possunt. In Japona ex iis Atsjar quoque componitur, admistis huic frustulis Raphani minoris seu Radiculæ.

N. B. Hæc *Alga coralloides* infra *Tab.* 76. *fig.* 3. exhibetur, quæ est forte Tremellæ marinæ species a *Dillenio Hist. Muscor. Tab.* 9. *fig.* 8. litt. E expressa, & dicitur *pag.* 50. Fucus maritimus parvus, membranaceus, viridis, tenuissime divisus, seu potius Alga ramosa &c. *Michelii*, & Muscus marinus, seu Coralloides lenta fœniculacea J. B. apud *Plukn. Phyt. Tab.* 47. *fig.* 13.

Gebruik. *Men vindt het niet 't geheele jaar door, immers in Amboina by 't uitgaan van de regen Mousson. In 't einde van Augustus en September, om welke tyd de Kanarys beginnen zwart te werden, gelyk het schielyk voort komt, zoo blyft het ook niet lange staan, want zoo dra het zyn volkomen wasdom heeft, werd het van de zee-baren los gespoeld, en op strand gesmeeten, daar het dan in de zon leggende zoodanig inkrimpt, dat 'er schier niets over schiet.*

Die het uittrekken willen, moeten hunne vingeren bestryken met kalk of gewreeven Atoens-vrugten, dat ze wat ruig werden, want anders is het zoo glad en slibberig dat men 't kwalyk uittrekken kan, het meeste deel hier van werd raauw gegeten, men spoelt of weekt het maar in vers water, en duuwt het uit, dat de meeste slymerigheid en brakkigheid daar van weg gaat, als dan eet men 't uit de hand met Atsjar of een Dabbo dabbo, dat is een zaauws, gemaakt van Limoensap en een weinig Gember, aangenaam knappende tussen de tanden.

Men laat het uitgeverste ook wederom opdrogen, dan kan men 't een tyd lang bewaren, en zagtjes wederom opkooken om te eeten, als men 't te hard kookt, of te lang in Limoensop laat leggen, zoo verliest het zyn meeste aangenaamheid, en vergaat schier tot slym.

De drie laatste zoorten zyn alle niet zeer ziltig, ja schier laf, als men ze met vers water spoelt, weshalven zy zoo wel rauw konnen gegeten worden als de eerste. Na zommiger gevoelen zyn alle deze zoorten zagtjes opgekookt, schier beter van smaak dan de rauwe, immers beter dan de volgende Alga esculenta, *men kan het uitgeverste en in de zon gedroogde ook in gepekelden Azyn leggen, en een tyd lang als Azyn gebruiken, dog niet lange, om dat het te taai werd.*

Daar zyn 'er nog zommige, die abusivelyk sustineren, dat uit deze Alga met 'er tyd vaste Craal-boompjes werden, 't welk niet zyn kan, vermits deze Alga, zy mag zoo groot en zoo klein zyn als ze wil, zoo wel witte, roode, en groene, altyd van eenderhande, dat is weeke en krakebeenige substantie gevonden werde, maar nooit Kraalboompjes, precys van diergelyke fatzoen. Daar en tegen de minste Kraal-boompjes, zy mogen zoo klein zyn als ze willen, zyn zoo steenig van haar begin af.

Diergelyke dwalingen zyn 'er meer by 't gemeen volk, dat alle Kraalboompjes in 't eerst een Alga zoude zyn geweest, al het welk de ervaring en neerstig onderzoek ons leeren vals te zyn.

Daar zyn nog meer veranderingen na de verscheide Eilanden, die men ligt tot de vier voorgaande zoorten brengen kan. In Japan maakt men mede Atsjar daar van, met snibbeltjes van Radys daar onder gemengt.

N. B. Deze *Koraalsgewyze Alga* is op de 76. *Plaat fig.* 3. verbeeldt, welke mogelyk is die zoort van Zee-Tremella, die van *Dillen. Hist. Muscor. Tab.* 9. *fig.* 8. lett. E afgebeeld is, en genaamt wert op *pag.* 50. de Zee-*Fucus*, die klein, vliesagtig, groen, en zeer fyn gedeelt is, ofte liever de takkige Alga &c. van *Michelius*, en Zeemosch, of Kroos als Koraal met Fenkels-bladeren, van J. B. by *Plukn. Phyt. Tab.* 47. *fig.* 13.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Niduli esculenti. Sarong burong.

Ex descripta *Alga coralloide* multi crediderunt formari nidulos esculentos, qui ab hirundinibus marinis, quæ *Capodes marinæ* dicuntur, in multis regionibus ingentibus adfiguntur rupibus marinis, quique in deliciis habentur, & per totam Indiam deferuntur, qua in sententia diu etiam versatus fui, ob summam materiæ convenientiam, horum nempe nidulorum cum ista Alga, sed quod etiam in dubium voco ob rationem infra dandam, attamen abesse non possum, quin describam hosce nidulos, ipsorumque aviculas, ut aliis sint ulterioris disquisitionis.

Istæ itaque aviculæ tam pusillæ sunt, ut totam pugno quis abscondere possit, formam omnino habentes hirundinum. Rostrum autem ipsarum quam minimum est, & incurvatum instar Accipitris, pedesque vix dignosci possunt, quum corpori arcte adcumbant, ac divisi sunt in tres majores, & unam subtilem minorem ungulam. Ipsarum color plerumque niger est cum cœruleo fulgore, sique caudæ plumæ separentur, in quavis penna alba conspicitur macula. Pectus ex albo & nigro colore variegatus & maculatus est. Hæ aviculæ nullibi degunt nisi in concavis & præruptis scopulis tam in litore quam in terra. In ipsorum suprema superficie pendent hi niduli coadunati & cohortatim.

Hique deteguntur ex duplici compositi materie, connexique sunt ex quibusvis tenuibus surculis & Musco, qui tam in litore quam in & ad arbores ab iis reperiuntur. In quibus præ reliquis detexi *Muscum capillarem*; Malaice *Tay angin* dictum, & pilos Gomito.

Interna vero, quæ proprie deliciis inservit, alia omnino est substantia, quæ nempe est sordide alba, lenta, & flexilis instar Visci, formam præbens dimidiæ conchæ, ad unam partem plerumque plana, qua parte adhæsit. Hæc interna nidorum substantia ab externa sorde & adhærentibus plumis depuratur, ad ventum siccatur, & saccis indita venalis defertur.

Ex quibusnam vero rebus hæc edulis materies formetur, haud facile quis dicere potest, plurimi enim mecum putarunt, ipsius materiem esse *Algam coralloidem*, in præcedente descriptam capite, in hanc sententiam deducti per summam convenientiam, quam ista Alga habet cum hisce nidulis, quum in fervida macerantur aqua, & in crassa filamenta separantur, quæ æque cartilaginea sunt.

Alii dicunt ipsorum ortum esse ex quodam Visco marino, aquæ innatante, sed hæ omnes opiniones suis obnoxiæ sunt difficultatibus, certum enim quidem est, hasce aviculas, licet in ipsa habitent regione remota, cohortatim ad mare advolare, ibique aliquid rapere, sed istam esse Algam, vel aliud quoddam Viscum, non facile crediderim.

In nostra enim Leytimoræ parte Zephyrea ista Alga in quibusdam mensibus copiosa reperitur, ut & rupes præruptæ, sub quibus hirundines seu Capodes marinæ habitant, quæ paulo majores sunt veris, nunquam tamen in ipsarum nidis detecta fuit materies quædam edulis, contra Javæ, ubi hi niduli copiose inveniuntur, hæc Alga non detegitur in ipsius litoribus cœnosis. Vero simile itaque est, aviculas istas ex ipsarum corpusculis talem ejicere materiem, licet e mari petant, quæ etiam volunt, istam vero rostris atque ungulis tam eleganter nectere sciunt, ut conchæ formam obtineant, aliquando enim tales inveniuntur niduli, in quibus edulis hæc materies rara ac mollis est instar Gelatinæ, ita ut ovula ipsi adhæreant, ac Javani mihi indicarunt, aviculas postica corporis parte ipsi quasi adglutinatas esse.

Oræ quoque istorum nidulorum externæ hac materie fimbriatæ sunt, acsi Gummi esset durum, præterea, si recenter confecti niduli gustentur, nulla in iis detegitur salsedo, quam cunctæ Algæ species magis minusve habent.

Istæ aviculæ quidem habitant, uti dictum fuit, multis in locis, ubi ingentes scopuli in litore locantur, interne concavi, magnisque specubus instar lacunarum prærupti, sed non ubique hos edules formant nidulos, forte quum istam Algam vel aliam quandam materiam ad id opus aptam non satis copiose conquirere possint.

Præ

SEVEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De eetbare Vogelnesjes.

De voornoemde Alga coralloides *heeft veele doen gelooven, dat daar uit gemaakt werden de eetbare nesjes, dewelke van zekere Zee-zwaluwtjes* Capodes marinæ *genaamt, in veele Landen aan overhangende groote Zee-klippen gehegt werden, die men voor een groote lekkerny houd, en door gants Indiën gevoerd werden, in welk gevoelen ik ook langen tyd geweest ben, wegens de groote overeenkomst der stoffe van deze nesjes met de voornoemde Alga, dog waar aan ik nu begin te twyffelen om reden als hier na volgt, evenwel kan ik niet nalaten de voornoemde nesjes en hare Vogeltjes te beschryven, om aan andere tot naarder onderzoek aanleiding te geven.*

De voornoemde Vogeltjes dan, zyn zoo klein dat men 't geheele Vogeltje in een vuist verbergen kan, t'eenemaal de gedaante hebbende van een Zwaluwtje. Het bekje is zeer klein, en krom als een Havigs-bek, de pootjes ook pas kennelyk, digt tegens 't lyf zettende, en verdeelt in drie groote, en een subtiele kleine klaauw, de couleur is doorgaans zwart met een blauwe weerschyn, en als men de veeren des steerts van malkanderen trekt, zoo ziet men aan ieder pen een wit plekje, de borst is wit, en zwart door malkanderen gesprikkelt. Deze Vogeltjes houden zig nergens op dan in holle en overhangende klippen, zoo wel op strand als landwaart in. Aan derzelver bovenste verwulfzel hangen de nesjes met troppen by en aan malkanderen.

Dezelve werden bevonden van tweederlei stoffe gemaakt te zyn, gevlogten van alderhande dunne ruigte en Mos, die ze zoo wel op strand, als op en aan de bomen vinden. Waar aan ik onder anderen bevonden heb den Muscus capillaris, *in 't Maleits* Tay angin, *en de haairen van Gomito.*

Het binnenste, 't welk eigentlyk de lekkerny zoekt, is een geheel andere substantie, te weten vuil-wit, taai, en buigzaam als Lym, in de gedaante van een halve schulp, aan de eene zyde gemeenelyk vlak, daar ze tegens iets aangezeten hebben. Deze binnennesjes werden van de buitenste ruigte en de aanhangende pluimtjes gezuivert, in de wind gedroogt, en zoo met zakken vol te koop gebragt.

Waar van nu deze eetbare stoffe gemaakt werde, kan men niet eigentlyk zeggen, want veele met my hebben gesustineerd, dat hare stoffe zy den Alga coralloides *of Coraal-mos, in 't voorgaande Hoofdstuk beschreeven zynde, daar toe bewogen door de groote gelykenisse, die de voornoemde Alga met deze nesjes heeft. Als men ze in heet water weekt, en in dikke draden van malkander trekt, dewelke mede zoo krakebeenig zyn.*

Anderen zeggen, dat ze hare stoffe hebben van eenig ander Zee-lil, dat op zee-water dryft, dog alle deze opinien hebben hare zwarigheid. Want het is wel zeker, dat de Vogeltjes, al woonen ze verre lantwaart in, met troepen na de zee vliegen, en aldaar wat op rapen, dog dat het de voornoemde Alga of Koraal-mos, of eenig ander lil zyn zoude, is wederom niet wel geloovelyk.

Want op onze Lytimors Zuidzyde, valt de voornoemde Alga in zekere maanden overvloedig, en ook op de overhangende klippen, daar onder de Zeezwaluwtjes woonen, die wat grooter zyn dan de regte, en egter heeft men nooit bevonden eenig eetbaar stof aan hare nesjes, wederom op Java, daar deze nesjes in kwantiteit vallen, en vindt men zulke Alga niet op hare slykige stranden. Zoo is dan het waarschynlykste, dat de Vogeltjes uit haren lyf zulke stof uitgeven, zy mogen dan uit zee halen, wat ze willen, en met haar bekjes en pootjes zoo aardig weten door malkander te vlegten, dat het de gedaante van een schulp krygt. Want men vindt zomtyds deze nesjes, daar den eetbaaren stof nog zeer weinig en week in is als lil, dat de eiertjes daar aan vast hangen, en de Javanen hebben my berigt, dat de Vogeltjes zelfs met het agterlyf daar aan kleven.

Ook zyn de kanten van de buitenste nesjes met dezen stof gezoomt, als of het een harde Gom was, daar en boven als men de geweekte nesjes proeft, vindt men geene ziltigheid daar aan, gelyk nogtans alle zoorten van Alga min of meer hebben.

Voornoemde Vogeltjes woonen wel, als gezegt, op veele plaatzen, daar hooge klippen op strand staan, van binnen hol, met groote spelonken ofte overhangende gelyk verwulfzels, maar ze maken niet over al deze eetbare nesjes, misschien om dat ze de voornoemde Alga, of een andere stoffe daar toe nodig, niet in overvloed krygen konnen.

Onder

Præ aliis talis concava rupis locata est in Zephyreo litore insulæ Omæ, prope pagum Wassæ, in qua millenæ harum avicularum degunt instar examinis Apium, sed ipsarum niduli formati sunt ex arenulis & lignosis stipulis, quas casu in silva & litore inveniunt, quique subtiliter connexi sunt, ejusdemque formæ cum edulibus, sed fungosi sunt, pilosi, & ad cibum inepti.

Contra in saxosis insulis, quæ Rosaria vocantur, & in aliis, quæ ad Orientalem plagam Javæ, Maduræ, & Baleyæ sitæ sunt, item circa Borneum, Celebem, insulas Seau & Sangir, uti & ad firmam oram Siamæ, Cambodjæ, Couchinæ, & Chinæ, usque in insulas Maccassaræ, ibi istæ Cappados bonos & edules ubique formant nidulos, qui magna copia ex concavis rupibus separantur, & totis picholis, quorum quivis est centum & viginti quinque librarum, venduntur, in uno tamen loco præstantiores sunt quam in alio, ac Javani, Sianenses, & Maccauenses optimi censentur, Siauenses vero & Sangirenses duriores sunt nec tam albi. Niduli hi in Baleya quoque reperiuntur in ipsa regione, aliquot milliaribus a litore remota, ad ingentia flumina, quæ aquarum cursu magnos formant specus & cavernas sub terra, in quibus istæ aviculæ nidulos suos figunt rupibus, sed undenam ipsorum materiem petant, apud istam nationem nondum indagatum est.

Javani nidulos hos inveniunt non modo in scopulis & specubus in litore Zephyreo Javæ, sed etiam uti Baleyenses in ipsa regione, præsertim in alto monte Parwatta, qui situs est in regione Patty, ubi ingentes & obscuræ admodum sunt specus, quas intrare oportet ardentibus facibus, ut niduli isti deducantur. Nihilominus tamen Javani in ista etiam sunt opinione, aviculas viscosam istam materiam, ex qua nidulos formant, ex mare petere, licet iste mons tam longe remotus sit ab eo.

Nomen. Latine *Niduli esculenti*; Belgice *Vogelnesjes*; Malaice *Sarong boerong*; Javanice *Sussu*, & aviculæ, quæ eos formant, *Sundaja*; Sinice *Jamò*.

Usus. Sinenses quidem primum docuerunt usum & notitiam horum esculentorum nidorum hosce incolas, atque ab Europæis avide dein hi accepti sunt, ita ut per multos annos in Europam jam delati sint. Sinensis enim natio est, quæ studet detegere delicias, ac proin magni etiam facit hosce nidulos. Primo autem per semi horam in aqua macerantur, dein plumulæ & adhærentes sordes extrahuntur & separantur, tum digitis in angusta ducuntur segmenta, & elixantur Sinensi more cum lardo, nostro autem cum pingui Gallina. Sinenses ipsis tribuunt vires, corpus fortiter nutriendi, robur virile augendi, & alvum modice constipandi, qui constipata saltem laborant alvo, raro iis utantur, calefacti quoque molliores & meliores sunt prioribus.

Qui raucedine laborant in faucibus & pectore ex Catharris, hosce nidulos aquæ incoquant cum multo saccharo cantho, addito pauxillo Zingiberis minoris, huncque potent succum, qui pectus demulcebit, & sputa maturabit & dissolvet.

Subsequentia adnotavit in itinerario suo D^nus^. *Robertus Padbrugge* de ortu & natura harum avicularum, & ipsarum nidorum esculentorum. Hi niduli inveniuntur circa oram Manadensem, tam sub Lembe, quam quidem præcipue Datahana, aliisque in insulis sufficienti satis quantitate, atque numeratur, quod quotannis decem Pickols decerpi possint. Quum vero nostra natio in Manado aviculas has aliquando interruperint, antequam niduli formati essent, hinc eos propellerunt, & transvolatæ sunt Hieryam prope Ternatam, ubi tamen paucos componunt nidos, præ caussa, uti putatur, quod non sufficientem ibi inveniant materiem, ex qua hi texuntur.

Hæc materia ex istius viri opinione crescit in istis magnis conchis Kemas dictis, instar mucosi marini Visci, quod ampla basi in fundo incisionum istarum concharum nectitur, & copiosis, albis, mucosis, & mollibus excrescentiis instar Spongiæ movetur, quodque in Moluccis etiam præparatur ad delicias, & editur, vocaturque a Ternatensibus . . . . .

Euro-

Onder anderen staat een zulke holle klip op den Zuidstrand van 't Eiland Oma, by de Negory Wassoe, daar in deze Vogeltjes met duizenden huishouden, gelyk een zwerm Byën. Maar haar nesjes zyn van gruis en houtagtige stoppelen gemaakt, die ze by geval in 't bos en op strand vinden, wel fyn door malkander gevlogten van dezelve fatzoen als de eetbare, maar zyn voos, hairig, en tot de kost onbekwaam.

Daar en tegen op de klippige Eilanden, Paternosters genaamt, en andere, die aan de Oostkant van Java, Madura, en Baly leggen, item rondom Borneo, Celebes, de Eilanden van Scau en Sangir, als mede de vaste Kust van Siam, Cambodja, Couchin China, tot in de Maccassarse Eilanden, daar maken de voornoemde Zwaluwtjes over al goede en eetbare nesjes, die men met hopen van de holle klippen afneemt, en met geheele Pikkols van honderd vyfentwintig ponden ieder verkoopt, dog aan de eene plaats zyn ze veel beter dan aan de andere, werdende de Javaansche, Siamse en Maccause, voor de beste gehouden, maar die van Siau en Sangi vallen wat harder en zoo wit niet. De bovengenoemde Vogel-nesjes vindt men op Baly ook landwaart in, eenige mylen van strand af, aan groote rivieren, dewelke met haren waterloop groote spelonken en verwulfzels onder de aarde maken, daar in voornoemde Vogeltjes hare nesjes aan de klippen hegten, dog waar van daan zy de stof daar toe halen, is by deze Natie nog niet onderzogt.

De Javanen vinden hare Vogelnesjes niet alleen in de holle klippen en spelonken op den strand van Javaas Zuidzyde, maar ook gelyk de Balyers landwaart in, inzonderheid in den hoogen berg Parwatta, gelegen in 't Landschap van Patty, daar groote en heel donkere spelonken zyn, zoo dat men met brandende Toortzen daar in moet gaan, om de Vogelnesjes af te halen. Niet te min zyn de Javanen ook in dat gevoelen, dat de Vogeltjes de slymige stoffe, daar ze de nesjes uit maken, mede uit zee moeten halen, niet tegenstaande den berg zoo ver afgelegen is.

Naam. *In 't Latyn* Niduli esculenti; *in 't Duits* Vogel-nesjes; *in 't Maleits* Sarong boerong; *in 't Javaans* Sussu, *en de Vogeltjes die zy maken*, Sundaja; *in 't Chinees* Jamò.

Gebruik. *De Chineesen hebben wel eerst de kennisse van de eetbare nesjes aan deze Inlanders geleerd, en is van onze Europianen gretig aangenomen, zoo dat men ze nu veele jaren na Europa heeft beginnen te voeren, want de Chineesen zyn een Natie, die op alderhande lekkerny studeren, en maken dierhalven veel werks van deze nesjes. Men legt ze eerst een half uur in 't water, daar na pluist men de veertjes, en daar aan hangende onreinigheid daar af, trektze met de vingeren in smalle riempjes of stukken, en stooft ze dan op zyn Chinees met Spek, op onze manier met een vet Hoen. De Chineesen schryven hun de kragten toe, het lyf sterkelyk te voeden, de mannelyke kragten te vermeerderen, en den buik matig te stoppen. Immers die hardlyvig zyn, moeten ze weinig nuttigen, ook zyn de opgewarmde malzer en beter dan de eerste.*

Die een schorre keel en borst hebben van een koude hoest, zullen Vogel-nesjes met rykelyk Kandy-zuiker in water kooken, een weinig kleinen Gember daar by doen, en het sap drinken, dat zal de borst matig zalven, en de slymen los maken.

Het volgende heeft den E. Hr. Robbertus Padbrugge *geweeze Gouverneur over de Moluccos, in zyn dagregister aangeteekent van den oorsprong en natuur dezer Vogeltjes, en hunne eetbare nesjes als volgt. Deze Vogel-nesjes vallen omtrent den Manadissen hoek, zoo onder Lembe als wel voornamentlyk te Databans, en andere Eilanden in tamelyken overvloed, men maakt staat, dat men aldaar jaarlyks by de tien pikkols plukken kan. Dog wyl onze bezettelingen op de Manado de Vogeltjes zomtyds gestoort hebben, eer de nesjes half voltooit waren, zoo zyn ze verjaagt en over gevlogen na Hiery by Ternaten, daar ze evenwel weinig nesjes maken, uit oorzaak zoo men gist, dat ze geen genoegzame stoffe vinden, waar uit die nesjes toegestelt werden.*

Deze stoffe na gemelde Heer zyn meeninge, groeit op die groote oesters Kemas, als een kwellige Zee-lil, welk Zee-lil met een breeden voet op de grond van de reven vast zit, en met meenigte spierwitte kwelagtige weeke uitwassen als een Spongie zig beweegt, werdende mede tot aangename spyze in de Moluccos toebereid, ende genuttigt, en genaamt van de Ternatanen . . . . .

Zeni-

Europæi quidam id vocant *Algam coralloidem*, quum animalcula in conchis viventia, seu potius insecta sese ipsi æque ac spongiis nectunt & in ea nidulantur, atque ab iis non differt multum nisi materie, quæ, uti dictum fuit, alba est gelatina, & edulis. Aviculæ, quæ delicatos hos subministrant nidos, sunt pusillæ arundines marinæ, breve gerentes & magis crassiusculum quam planum rostrum, coloris nigri cum obscure cœruleo fulgore fere instar aliarum Hirundinum, caudam gerentes brevem, atque mares, si ipsorum plumæ separantur, in quavis pluma maculam gerunt albam, longis vero gaudent alis & pusillo corpusculo, grana circiter quinquaginta ponderantes, suntque ideo alacerrimæ in volatu.

Ab hac vili & spreta avicula libido ac luxuries, seu potius nidus desidiarum & nequitiarum, uti *Petronius* dicit, sibi comparavit delicias, quum nemo nidos sapientum, quam elegantes etiam aves sint, petat vel inquirat, quidam tamen totam edunt Rusticulam cum ipso fimo.

Certum est, uti dictum fuit, pacata & defluente aqua, multas sordes, Viscum, & gelatinam per mare ejici in sinus & oras, quas aviculæ hæ petunt & advolant magnis in cohortibus, ac primum in extremam, dein in subsequentes oras cadentis & refluentis aquæ, ubi videmus quasdam viscositates adpetere, rostris tenere, & in nidos deferre, sed an ex tali visco recenter adducto suos forment nidos, an vero illud prius deglutiant, & ex ore dein quædam demittant fila, ex quibus eos componunt, non satis hactenus disquisitum est.

Fimus esse nequit, quum magna copia hic & coacervatim instar calcis in solo conspicitur, qui a quibusdam incolis conquisitus fuit ad præparationem pulveris pyrii, sic quoque plurimi niduli sordibus istis & muscoso cortice destituuntur, sed ex pura constant materie, quales venales adferuntur, & ab ocularibus testibus certior factus sum, rugosos istos & ineptos nidulos a similibus quidem componi aviculis, sed speciei majoribus, licet & edulis ista materies in his quoque detegatur nidulis, immo in quibusdam tota adhæret quasi adglutinata, acsi ex vera ista materie pertexti essent, quales hic in Amboina & Cerama reperiuntur.

Inter præstantes nidulos deteguntur quoque rubri & nigricantes, ex colore visci, ex quo confecti sunt, qui tamen album conquirunt colorem, si per noctem Lunæ luci exponantur, quum etiam molles fiunt, sed primo solis splendore iterum siccantur.

N. B. De hisce nidis esculentis vide *Valentini histor. simpl. reform. libro tertio Cap.* 23. *Bontii Hist. libr.* 5. *cap.* 13. *pag.* 66. & *Valent. Histor. Amboinæ pag.* 328.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Reliquæ species algæ esculentæ. Sive agari.

Hoc in Capite alias describemus *Algæ* species, quæ in hisce Orientalibus insulis notæ sunt, & potissimum ad cibum adhibentur, sunt vero sequentes.

Primo. *Acetabulum marinum*, foliola gerit magnitudine nummi oboli dicti, non vere rotunda, sed inferius parum angustata & acuta, crassiuscula, firma, quædam etiam tumida & ventricosa, quæ aquam retinent, quodvis foliolum petiolo insidet curto, multaque simul in racemo quasi locantur, horumque racemorum multi ex crasso & lentiore dependent caule, a tribus ad quinque pedes longo. Foliola hæc ad oras obsita sunt brevibus sed non pungentibus apicibus, in binis ordinibus locatis, coloris obscure ruffi seu viscosi, in masticatione crepitantia, non admodum salsa, præsertim si per semi horulam macerentur, ac proinde apta sunt, quod cruda edantur.

Inter foliola peculiaribus in petiolis solitariæ excrescunt baccæ, magnitudine Myrtillorum, quædam etiam instar Cerasorum nigrorum, in quibus hilus conspicitur cum ora spinulosa, externe obscure luteæ, intus concavæ, seu pauca repletæ aqua.

Hæc varietatem habet, cujus foliola infundibuli formam habent, magnitudine etiam oboli, vel paulo minus, superne foveola excavata. Ipso-

Zommige Europeanen noemen 't Alga coralloides *of kraalagtige Zee-lil, om dat de schulpdiertjes of genoegzame ondiertjes daar aan zig zoo wel als aan de Spongien zetten, en nestelen, verschillende daar af ook niet veel anders dan in de stoffe, dat, als gezegt, witte lil eetbaar is. De Vogeltjes zelfs, die de lekkerbekjes deze nesjes verschaffen, zyn kleine Zee-zwaluwtjes, kort en eer dikagtig dan plat van bekjes, zwart, en van een blaauwagtige duister doorschynende verwe, even gelyk andere zwaluwen, kort van staart, hebbende de mannetjes, wanneer men dezelve van een haalt, daar op Eiër-witte vlekken, zyn lank van wieken, en klein van lyf, en ligt, wegende niet boven de vyftig azen, en dit doet, dat ze zoo snel in 't vliegen zyn.*

Van een zoo ongezien Vogeltje heeft de wellust en dertelheid, of liever het nesje van guitery, gelyk Petronius *zegt, in haar potje te vuur weten te brengen, daar niemand naar de nesjes der wyzen, hoe cierlyken vogel ook, eens omziet, eetende nogtans wel een Snipje met zyn drekje.*

Het is zeker, gelyk gezegt is, dat by een stil aflopend water veelderlei ruigte, slym, en lil door de zee uitgeworpen wert in een zoom, en de vogeltjes vliegen met groote troepen, eerst op de buitenste, dan op de volgende zomen van 't vallende water, daar men ze ziet eenige slymerigheid opvatten, en na hunne nesten dragen; maar of ze uit dezelve slym zoo vers aangebragt hunne nesjes weven, of eerst inslokken, en dan uit de mond wederom eenige draden formeeren, waar uit ze de nesjes maken, is nog niet ter degen onderzogt.

Den afgank kan het niet zyn, dewelke men op de grond met groote hoopen als kalk vint, van zommige Inlanders gezogt tot het maken van Bospoeyer, zoo hebben ook de meeste nesjes geenzints de voorgaande ruigte en mosagtige schorsse of stof, maar zyn van een zuiver stof gemaakt, gelyk men ze te koop brengt. En van ooggetuigen werd ik verzekert, dat de ruige en ondeugende nesjes wel van diergelyke vogeltjes, dog wat grooter slag, gemaakt werden, hoewel men den eetbaren stof ook aan de nesjes vint, ja aan zommige kleeft het geheel aan malkander, als of 't met de regte stof doorweeven was, diergelyke men hier in Amboina en op Ceram vint.

Onder de goede nesjes vint men ook roode en zwartagtige, na de couleur des slyms, waar van ze gemaakt zyn, dewelke egter wit worden, als men ze een nagt in de Maneschyn legt, wanneer ze wel mede week, dog met den eersten Zonneschyn wederom droog werden.

N. B. Over deze Vogelnesjes ziet *Valent. hist. simpl. reform. derde boek Cap.* 23. *Bontius Hist.* 5. *Boek cap.* 13. *pag.* 66. en *Valent. Verhandel. van Ambon pag.* 328.

AGT EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

De overige zoorten van eetbare Alga, ofte de Agarum.

In dit Hoofdstuk zullen wy beschryven andere zoorten van de Alga, *in deze Oosterse Eilanden bekent, en meest tot de kost gebruikelyk, zynde de volgende.*

I. Acetabulum marinum, *heeft blaadjes zoo groot als een stuiver, dog niet regt rond, maar agter een weinig spits toelopende, dikagtig, styf, zommige ook met een gezwolle buik, daar water in is. Ieder blaadje staat op een kort steeltje, en veele by malkander aan eene tros, en derzelver trossen hangen veele aan een andere dikkere en tajere steel, van drie tot vyf voeten lang, de blaadjes zyn aan de kanten bezet met korte dog niet steekelige spitsen, in twee rygen nevens malkander; donker-ros, of lymverwig, in 't kaauwen krakende, niet zeer ziltig, byzonderlyk, als men ze een half uurtje uitverst, en dierhalven bekwaam om raauw te eeten.*

Tussen de blaadjes op byzondere steelen komen enkele bezien voort, in de grootte van Krakebezien, zommige ook als Krieken, daar aan men een naad ziet, met een steekelige kant, donker-geel van buiten, binnen hol, of met een weinig water.

Dit heeft nog een veranderinge, daar de blaadjes geformeert zyn als een tregtertje, ook in de grootte van een stuiver of minder, boven op met een klein kuiltje. En

ipsorumque orae undique obsitae sunt duplici ordine spinulosorum apicum, qui multo crassiores & duriores sunt quam in priore, nihilominus tamen crepitantia, & facile cruda eduntur.

Foliola hæc ipsorumque pinnæ arctiores locantur, atque primarii caules non ultra spithamam vel pedem longi sunt. Fructus prioribus similes sunt, sed rariores, totaque planta obscure russa est instar Visci crassioris. Utraque planta incipit crescere ab Augusto ad Septembrim & Octobrim, dein a mari in litus projicitur.

Nomen. Latine *Acetabulum marinum*, sive *Agarum primum*; Malaice *Agar agar cupan*; Amboinice *Arien malona*, h. e. *mas*, & *Arien barulu*; altera seu infundibiliformis species, *Arien mabina*, h. e. *femina*, *Arien essong* & *Arien hoar* ex forma infundibuli, seu Malaice *Agar agar leson*, & *Sajor lompan* ex concava forma tigni, in quo Oryza tunditur.

Locus. In litoribus crescit planis, ubi lapilli arenosi & Coralliorum fragmenta sibi invicem mixta locantur, in portubus & placidis æquoribus breve est, sed in litoribus apertis prima species ultra orchiæ longitudinem obtinet. Multi sæpe rami seu primarii caules una quasi ex radice excreti observantur, ex duris quidem cotibus undique circa sinum Missanives, qui copiosas gerunt baccas inter rotunda foliola primæ speciei.

Species, quæ in Maccassarensium crescit litoribus, similem quoque obtinet formam, sed ejus foliola planiora sunt, non sinuosa, ad oras itidem circinnata, virentia, & mollioris saporis, vocaturque *Labi labi*, & in Regum mensis quoque proponuntur, ut cruda cum Aceto edantur.

Usus. Cruda potissimum eduntur cum Bocassan & Limonum succo, si modo paulo prius macerentur, coqui etiam potest, si prima ejus abjiciatur aqua, dein leniter cum Calappi lympha ebulliendа est. Amboinenses in asserculis id siccant ad fumum, & coquunt, quum edere volunt.

Secundo. *Agarum secundum*, sive *bracteatum*, caules gerit spithamam longos, qui ad inferiorem partem folia gerunt sinuosa, firma, & crassa instar membranæ, ad oras dentata, in medio foraminulis notata, hic & illic in angulos & lacinias distincta, instar Boleti bracteati, qui *Telinga ticos*, h. e. *Auris muris* vocatur, coloris pallide russi. Hæc alia insequuntur folia longa & angusta, prope ortum angustata, ac dein latiora, quæ dividuntur in multas tenues & mucosas lacinias, ejusdemque coloris, ad oras eleganter crenata instar incisi auri foliati, quod in nuptiis adhibetur, unde & vocari potest *Alga bracteolata*. In Portugallico crescit portu prope Nussanives angulum, atque ad cibum utile est, & gratum habet saporem instar *Agari primi*.

Tertio. *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, duplicis vel triplicis formæ est, una ex radice lapillo insidens, ultra tres pedes longum, angustum, & planum instar loramenti. Huic adpendent alternatim multæ pinnæ foliosæ, in una forma instar illarum *Tschili* seu *Scutellariæ crispæ*, ad oras crenata, & transversaliter rugosa, acsi contracta essent, in altera forma plerumque minora sunt instar illorum Capay, ipsorumque caules rotundi sunt. In tertia specie superiora folia longa & angusta sunt instar foliorum Rosmarini, post hæc alia minora locantur & tenuiora. Ipsius caules angusti quoque sunt, plani, & intorti. Omnes hæ tres varietates copiosas gerunt baccas, instar Pisorum rotundas, intus cavas, inanes, & crepitantes, si comprimantur. Secunda species multas simul gerit congestas instar Fragorum.

Nomen. Latine *Agarum funiculare*, sive *foliatum*, a copiosis circinnatisque foliolis. Malaice *Latak*; Amboinice *Arën wari*.

Locus. In quibusdam crescit rupibus ad montem rubrum.

Quarto. *Agarum lactucarium*, sive *Lactuca marina*, differt a præcedente *Lactuca aquarum*; Malaice *Agar agar*; Amboinice *Arien*. Hoc refert fasciculum linteum, qui petasis inponitur, constatque ex fasciculo tenuium & contractorum foliolorum, Lactucam mentientium, quæque ad oras adeo circinnata sunt, ut crenata vel dentata esse videantur. Quædam eleganter rubent vel purpurascunt, quædam virent, & oblongiora sunt rubris, quædam etiam composita sunt ex simplicibus ac tenuissimis laciniis.

Repe-

En de kanten rondom zyn bezet een dubbele ryge steekelige spitsen, veel dikker en harder dan 't voorige, niet te min krakende, en gemakkelyk om raauw te eten.

De blaadjes en hare trossen staan digter aan malkander, en hare hoofdsteelen zyn niet boven een span of een voet lank. De vrugten zyn de voorigen gelyk, maar men vindt ze weinig daar aan, en 't geheele gewas is donker-ros, als dikke Lym, haar beider moesson begint van Augustus tot September en October, daar na werden ze van de zee op strant uitgeworpen.

Naam. *In 't Latyn* Acetabulum marinum, *sive* Agarum primum; *in 't Maleits* Agar agar cupan; *in 't Amboins* Arien malona, *dat is het* Manneken, *en* Aryen harulu; *Het tweede of tregterformige*, Arien makina, *dat is het wyfken*, Arien essong *en* Arien hoar *na de gedaante van een tregter, of in 't Maleits* Agar agar leson, *en* Sajor lompan, *na de holle gedaante van een Rystblok.*

Plaats. *Het wast op vlakke stranden, daar zantsteenen, en kraalstukken door malkander loopen, in Bajen en stille Zeën blyft het kort, maar aan 't openbare strand werd de eerste zoorte meer dan een vadem lank, men vindt somtyds veele takken of hoofdsteelen by malkander gevoegt, als uit eene wortel, en dat uit harde keistenen rondom den hoek van Missanive, met veele besien tussen de ronde blaadjes van de eerste zoorte.*

Het geene op de Maccassaarse stranden groeit, is mede wel van diergelyk fatzoen, dog de blaadjes zyn platter, niet gefronst aan de kanten, mede gekertelt, groenagtig, en malzer van smaak, genaamt Labi labi, *en werden ook op Radjas Tafelen gebragt, en raauw gegeten met Azyn.*

Gebruik. *Het werd meest raauw gegeten met Bocassan en Limoensap, als men 't slegts te vooren en weinig uitspoelt, men kan 't ook doen kooken, het eerste water wegsmytende, daar na nog eens zagtjes met Calappus-melk opkookende. De Amboineesen droogen 't op Parreparren in den rook, en kooken 't weder op, als zy 't eeten willen.*

II. Agarum secundum, *sive* bracteatum, *zyn trossen een span lang, dewelke beneden zeer breede en gefronste bladeren hebben, styf, en dikagtig als parkement, aan de kanten gekertelt, in de midden met gaten, hier en daar in hoeken en lappen verdeelt, gelyk zekere Boletus, die men* Telinga ticos *noemt, dat is* Muizen-ooren, *ligt-ros van couleur. Hier op staan andere lange smalle bladeren, by hare oorspronk smal, en daar na weder breeder werdende, dan verdeelen ze haar in veele dunne, en zeer slymerige snibbelen, van de zelve couleur, aan de kanten aardig gekartelt, gelyk dat gesneede klatergoud, dat men op Bruiloften gebruikt, daarom mag men 't noemen* Alga bracteolata. *Het wast in de Portugeese Baye by den hoek van Nussanive, het dient zoo wel tot de kost, en is zoo smakelyk als het* Agarum primum.

III. Agarum funiculare, *sive* foliatum, *is van tweederlei of driederlei gedaante, uit eene wortel, op een steeltje zittende, ruim drie voeten lank, smal, en plat als riempjes. Daar aan hangen verwisselt veele trosjes vol bladeren, aan de eene gedaante gelyk die van* Tschili *of* Scutelaria crispa, *aan de kanten gekartelt, en over dwers mede wat ruig als gerimpelt, aan de tweede gedaante zyn ze doorgaans kleinder, gelyk die van Capay, en hare steelen zyn rond. Aan de derde zyn de voorste bladeren lank en smal, gelyk Rosmaryn-bladeren, daar agter staan andere kleindere en dundere. Zyne steelen zyn mede smal, plat, en gedraait. Alle drie dragen ze veele besien, rond als erwetten, binnen hol, ydel, en knappende, als men ze drukt. De tweede zoorte heeft 'er veele by malkander als Aardbesien.*

Naam. *In 't Latyn* Agarum funiculare, *sive* foliatum, *van de veel gekrulde blaadjes, in 't Maleits* Latak; *in 't Amboins* Arën wati.

Plaats. *Het wast op enkelde klippen, aan den rooden berg.*

IV. Agarum lactucarium, *sive* Lactuca marina, *verschillende van de voorgaande* Lactuca aquarum; *in 't Maleits* Agar agar; *in 't Amboins* Arien. *Dit gelykt een kwasje lint, dat men op de hoeden draagt, bestaande uit een bosje, dunne, en zeer gefronsde blaadjes, schier als Kropsalaade, en aan de kanten zoo gekrult, dat ze gekartelt of getant schynen. Zommige zyn schoon rood of purperverwig, zommige groen, en lankwerpiger dan de roode, zommige bestaan ook uit enkele zeer dunne snibbelen.*

Men

Reperitur in planis rupibus defluente aqua, potissimum in Zephyrea Leytimoræ parte, unde incolæ semi siccatum venale deferunt in Castellum.

Quinto. *Agarum corticosum*, sive *Culeola*. Folia gerit oblonga & crassa, quorum quædam haud majora sunt illis Portulacæ, quædam digitum longa & lata instar linguarum vel pellicularum Combiliorum, quæ in segmenta scinduntur pro transplantatione & propagatione, suntque hæc folia viridia & integra, pauca simul locata in laxis fasciculis, plerumque mixta cum prioribus Algis. Amboinenses id vocant *Arien sabu una*, h. e. Malaice *Agar agar culit combili*.

Usus. Cuncta hæc in aqua salsa abluuntur, dein condimentum præparatur ex Calappi medulla vetustiore, succo Limonum, Capsico, Pipere, & Zingibere, cum quo cruda eduntur. Incolæ hæc quoque coquunt ad Sajor, binæque posteriores species hunc in finem aptiores sunt, paululum enim macerantur, ad ventum parum siccantur, ac simul eduntur cum Atsjar.

Homines continuo in mari degentes, quales sunt Badjos, quos Maccassarenses vocant Siletter, aliique in mari navigantes ac diu fluctuantes, famem sedare diu possunt per hasce herbas, quæ ars peregrinis satis nota est, ita ut sit cibus, qui magis ex defectu alterius, quam ex deliciis & oblectamento editur. In Lusitanico meo itinere binas tresve alias species Algæ reperi.

Harum prima *Bodelba* vocatur, foliaque gerit laciniata instar Quercuum, e longinquo sordidum referentia Viscum, quibus multæ adpendent vesiculæ aqua repletæ.

Altera penicilla refert pallide fusca, foliaque instar Castanearum profert, sed tenuissima ac facile marcescentia, conveniens cum priore Lactuca marina.

Tertia *Sargasso* dicta, Belgis *Wier*, folia sunt longa, referentia habenas gubernatoris equorum, lenta, & Visci colorem gerentia. Hæ tres omnes in magnis crescunt scopulis, sub aqua semper positis, juxta totam oram Hispaniæ & Lusitaniæ.

Atque hæ omnes circa mensem Majum magna copia a mari Occidentali projiciuntur, ibique adhibentur ad agros fertiles reddendos. Ex iis enim acervi formantur, qui ad solem & pluvias macerantur, donec fere ad dimidum computruerint, & in fimum fere conversi sint, qui puræ mixtus arenæ tam fertilem eam reddit, ut Brassica multo elegantior & pinguior crescat in insulis & locis maritimis, quam remotius in ipsa regione.

Men vindt het op vlakke klippen by aflopent water, meest op de Zuid-zyde van Lytimor, van waar het de Inlanders half gedroogt aan 't Kasteel te koop brengen.

V. Agarum corticosum, *sive* Culeola. *Deze heeft lankwerpige dikke bladeren, zommige niet grooter als Porzelyn, zommige een vinger lank en breed, gelyk tongskens of schellen van Combili, die men als lendestukken snyd om te verplanten en voort te kweken, alle groen, en met evene kanten, weinige by malkander in ydele bosjes, meest gemengt met de voorgaande Algis. De Amboinesen noemen ze* Arien sabu una, *dat is in 't Maleits* Agar agar culit combili.

Gebruik. *Alleen werden ze afgespoelt in zout water, daar na een zouse gemaakt van half oude Calappus-pit, Limoensap, Tsilli, Peper, en Gember, en zoo raauw gegeten. De Inlanders kooken ze ook alle tot Sajor, de twee laatste zoorten zyn hier toe het bekwaamste, want men verst het maar een weinig uit, maakt het winddroog, en eet het t'zamen met Atsjar.*

Menschen, die geduurig op zee leven, gelyk de Badjos, die de Maccassaren Siletter noemen, en andere, die ter zee dryven, en daar door lange zwerven moeten, konnen hare honger met deze kruiden een langen tyd stillen, een konst, die de vlugtelingen wel bekent is. In zomma 't is een kost, die meer uit nood dan uit pleizier mag gegeten werden. In myne Portugeese reize, heb ik nog twee of drie andere zoorten van Alga gevonden.

De eerste genaamt Bodelha, *gelyk gesnibbelde Eike-bladeren, van verwe als vuylen lym, daar aan staan veele wateragtige blaasjes of knopjes hangen.*

De tweede zyn ligt-bruine kwasten met bladeren als Kastanje-Loof, dog zeer dun en haast vergaande. over een komende met de voorgaande Lactuca marina.

De derde genaamt Sargasso, *by de Nederlanders* Wier, *zyn lange bladeren, die gelyken teugels van een Voermans toom, taai en lynverwig van couleur. Alle drie wassen op groote klippen, die altyd onder water staan, langs de geheele Kust van Spangien en Portugaal.*

Alle drie werden ook omtrent de maand May met menigte door de West-zee uitgedreeven, en aldaar gebruikt tot het mesten van 't land. Want men maakt hoopjes daar van, laat ze in de zon en regen meuken, tot dat ze half vergaan, en schier tot mest geworden zyn, de welken dan onder pueren zand gemengt, den zelven zoo wel dingen, dat de kool veel schoonder en vetter groeit op de Eilanden en Zeeplaatzen, dan landwaart in.

OBSERVATIO.

Hæ *Algæ esculentæ*, *Agara* dictæ, Fuci maritimi seu follicularis proprie sunt species, quarum plures cum hisce satis convenientes occurrunt in *Plukn. Almag. Botan. pag.* 161. quæ a peritis cum hisce facile comparari possunt.

Huc spectat Coralloides, quod genus a *Dillenio* in *Hist. Muscor.* describitur *pag.* 120. ubi ejus vide *Tab.* 17.

AANMERKING.

Deze *eetbare Alga*, *Agara* genaamt, zyn eigentlyk zoorten van de Zee-Fuscus ofte blaasdragende Fucus, waar van veele met deze genoegzaam overeenkomende, gevonden werden by *Plukn, Almag. Botan. pag.* 161. welke van de kundige met elkander gemakkelyk kunnen vergeleeken werden. Hier toe behoort het geslagt van *Coralloides*, het geen van *Dillen. hist. Muscor. pag.* 120. beschreeven, en op de 17. *Plaat* verbeelt werd.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Sargassum pelagium. Sargasso do maar.

Licet paululum extra scopum sit, attamen ob materiæ convenientiam hic quid memorare oportet de naturæ noto artificio, quod instar Algæ marinæ est, & in magno Atlantico mari ad centena quædam milliaria obcurrit instar ingentium camporum, ac potissimum uno in loco, vel decursu multorum annorum paululum eum mutat.

Nautarum negligentia in caussa est, nondum plenarie fuisse descriptum in hunc usque diem juxta ejus formam, naturam, & ortum, licet revera sit opus hominum ingenio haud facile penetrandum, atque hinc maxime convenit iste locus Psalmistæ, qui dicit Psalmo 107. versu 23 & 24. Qui navibus mare trajiciunt, & in magnis aquis sese exercent, ingentia vident summi Numinis opificia & miracula in profundo. Non uno modo atque unius formæ a nautis describitur, unde probabilissimam hic ejus proferam naturam.

Quum *Christoph. Columbus* Anno 1492. novum investigaret mundum, & a Canariensibus insulis ad Occidentalem trajiciebat plagam, mare inveniebat mox tot refertum herbis, ut pratum referret, dicitque herbam istam esse flavescentem, instar fœni semi sicci, folia gerentem Rutæ vulgaris, cui adpendebant copiosæ baccæ, nigricantes, & siccatæ instar Baccarum Juniperi &c. Isto tempore hanc offendebant herbam, quam primum ex Zephyrea plaga advenientes insulas Cabo Verde, nostratibus Salinas dictas, præternavigarent, ad altitudinem nempe viginti graduum.

Hodie non prius detegitur, quam quum perventum sit in occidentali plaga insularum Canariensium, a viginti septem nempe gradibus ad triginta octo latitudinis borealis, quod spatium est ultra centum & sexaginta milliarium non continuum, sed ubi ingentibus pratis instar insularum in eo fluctuat loco, nunc sibi vicinum, nunc iterum recedens, prout forte venti id propellunt, vel naves id separant.

Johann. Lærius in suo itinerario marino sequenti id describit modo. Dein navigabamus quindecim continuis diebus per herbam, quæ ibi aquæ innatat, tam firmiter sibi nexa, ut nisi securibus viam aperuissemus, quum navis permeare eam non poterat, ibi remorari & manere debuissemus. Ac quum per hasce herbas aqua marina esset turbida, hinc cogitabamus in paludibus cænosis nos esse depulsos, vel quasdam insulas adjacere. Projiciebamus itaque plumbum, sed detegebamus ad quingentas ulnas nullum fundum, uti neque insula neque continens ibi observabatur.

Anno 1596. Belgæ, qui primam instituerunt navigationem in Indiam Orientalem, in reditu hanc detexerunt herbam altitudine a viginti ad triginta quatuor gradus latitudinis borealis, comparabantque eam cum Nasturtio aquatico, ejusque fructus cum Uvis crispis, quæ intus concavæ erant, ac mare hac herba tam dense obductum erat, ut ni ventus esset satis fortis, eam pernavigare non facile possent.

Piso Libr. 4. *Cap.* 68. *Sargasso* sequenti describit modo. Planta ista marina, quam Hispani *Sargaco*, ac nostrates *Zee-kroost* vocant, potius est *Lenticula marina*, quam *Alga*, est enim arbuscula palmam longa, cinereos gerens caules, quibus innumera adstant serrata foliola, rubentia, & in glebas quasi compacta, quæ ex incerto ortu circa insulas Flandriæ tantum in mari obcupat spatium; ut pro terra & non pro mari haberetur, atque haud multum naves, quæ non forti propelluntur vento, inpedit, unde hoc spatium *Lenticulare mare* vocatur a Belgis, qui ex India domum redeunt.

Lusitani & socii Germani magna eam colligere solebant copia, in aqua macerare, coquere, & bono cum successu bibere contra dolentem & suppressum urinæ mictum.

Herba est fatua, excepto quod parum salsa sit ab aqua marina, nullæ in ea observantur fibrillæ radicales, sed vestigia quædam sunt, acsi abruptæ essent.

Alii mihi narraverunt, folia oblonga & angusta esse, fructusque referre Ribesia, foliaque sicca elegantem contrahere rubrum colorem, quæ hodie in Belgium adducuntur, ut contra Nephritidem adhibeantur.

Quum

NEGEN EN VYFTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Zee-kroost.

Hoe wel 't buiten ons perk is, zoo moet ik wegens gelykheid der stoffe al hier wat aanroeren, van 't bekende wonderwerk der natuur, zynde een Zeekroos, 't welk men in de groote Atlantisse zee eenige hondert mylen lank met groote Velden, en dat meest op een plaats vindt, of by verloop van veele jaren den zelven een weinig verandert.

De agteloosheid der Zeeluiden is de oorzaak, dat men tot heden toe het zelve niet ten volle beschreeven vindt, na zyne gedaante, aart, ende oorspronk, hoe wel 't in der daad een werk is voor 's menschen verstand zwaar te doorgronden, en hier inzonderheid plaats heeft, 't geene den Psalmist zegt, Psalm 107. *vers* 23 *en* 24. *die met Scheepen ter zee varen, handel doende op groote wateren, die zien de werken des Heeren, en zyn wonderwerken in de diepte. Het werd niet op eenderlei manier, en van eenderlei gedaante door de Zeelieden beschreeven, waar van ik de waarschynlykste hier voort brengen zal.*

Als Christoph. Columbus *Anno* 1492. *de nieuwe wereld opzogte, en van Canarien Westwaarts over stak, bevond hy straks de zee zoo vol kruiden, dat het een weiland geleek, en zegt dat het zelve kruid geelagtig was, als half gedroogt hooi, met bladeren als de tamme Ruite, daar aan veele besien hangen, zwartagtig, en gedroogt als Geneverbesien &c. In die tyd ontmoete men dit kroos, zoo dra als men uit het Zuiden komende, de Eilanden van Cabo-Verde, by de onze de zoute Eilanden genaamt, gepasseert was, te weten omtrent de hoogte van twintig graden.*

Hedendaags ziet men 't niet eerder, dan tot dat men regt in 't Westen van de Kanarisse Eilanden komt, namentlyk van zevenëntwintig tot agtentwintig graden Noorder breedte, zynde een rak van ruim hondert sestig mylen niet aan malkander hangende, maar met groote velden als Eilanden op die plaats dryvende, van en tot malkander naderende, na dat het misschien de winden dryven, of de Scheepen doorsnyden.

Johan. Lærius *in zyn Schip vaarden beschryft het aldus. Daar na zeilden wy wel vyftien dagen door veel kruid, 't welk aldaar op 't water dryft, zoo vast aan malkander hangende, dat indien wy niet met bylen de weg hadden opgekapt, vermits het schip niet door konde komen, wy aldaar hadden moeten blyven. En dewyl door deze kruiden het zeewater eenigzints troebel wierde, zoo dogten wy in eenige moerasige poelen waren gezeilt, of dat 'er eenige Eilanden omtrent waren. Wy wierpen dierhalven loot, maar bevonden op vyf hondert ellen nog geen grond, gelyk ook nog Eiland nog vast Land daar omtrent was.*

Anno 1596. *Hebben de Hollanders, die de eerste Schipvaart na Oost-Indien gedaan hadden, in 't wederkeeren naar huis dit kruid gevonden, op de hoogte van twintig tot vierendertig graaden Noorder-breedte, en vergeleeken 't zelve by Waterkerse, zyne vrugten by Kruisbesien, die van binnen hol waren, en de Zee zoo dik daar mede bedekt, dat ze zonder tamelyken wind daar niet door konden geraken.*

Piso Lib. 4. cap. 68. *beschryft het* Sargasso *aldus. Dat Zeegewas, dat de Spanjaarden* Sargaco, *en de onze* Zeekroost *noemen, is veel meer een* Lenticula marina, *dan een* Alga, *want het is een boompje van een hand lank, met grauwe steelen, daar aan ontelbare gezaagde bladjes staan, roodagtig, en in klontertjes gepakt, het welk uit een onzekeren oorspronk omtrent de Flaamsche Eilanden een zoo groote plaats in zee beslaat, dat men 't voor land en geen zee zoude aanzien, en de Scheepen, die slappen wind hebben, niet weinig belet, waar van die kontryen de* Kroost-zee *van de Neerlanders, die uit Indien te huis keeren, genaamt werd.*

De Portugeesen en Duitse gezellen pleegen 't met hoopen te vergaderen, in water te weeken, op te kooken, en met goet succes te drinken tegens het pynelyke en opgehoude watermaken.

Het is zonder smaak, behalven eenige brakkigheid, die het van 't zeewater heeft, men ziet 'er geen wortelen aan, dan eenige tekens, als of het afgebrooken was.

Anderen hebben my mondeling verhaalt, dat de bladeren lankagtig en smal zyn, en de vrugten naar Aalbesien gelyken, dat de bladeren gedroogt, schoon rood werden, die men hedendaags in Holland voert, om tegens 't graveel te gebruiken.

Dewyl

Quum itaque scriptores de forma hujus plantæ non penitus conveniant, eam relinquentes, aliquid philosophabimur de ejus ortu, loco, & aliis qualitatibus, sed magis ex speculatione, quam certa determinatione, uti in talibus obscuris rebus haud aliter fieri potest. Mihi itaque de hac herba tres miræ obcurrunt res, quæ huc usque nondum indagatæ, ac forte hominum ingenio difficulter penetrandæ sunt.

Primo unde nam suum sortiatur ortum, secundo undenam per tot centenos annos suum hauriat nutrimentum. Tertio quo modo in feroci apertoque isto mari uno in loco crescere possit, quum per ventos continuo instar aliorum æquorum commoveatur, quumque neque ad latus ulla terra vel arena, & infra nullus fundus detegi possit.

Ad primam propositionem statuo, Algam istam ex pura aqua marina suum primum ortum ducere non potuisse, si fuerit jam a primo diluvio, tum enim detegeretur quoque multis in locis maris Occidentalis, præsertim circa litora, in qua hæc herba satis copiose projicitur, cujus rei nullum prostat exemplum. Sic neque ex subjecto maris fundo suum ducere ortum potest, quum non credibile sit, istum fundum in tali incredibili profunditate ullas producere posse vegetabiles plantas.

Sic quoque neque terra, neque arena, uti dictum est, circa hoc spatium detegitur, ex qua produci potest. Ut nos extricemus ex hisce difficultatibus, ex tribus hisce unum credendum est, vel in alto dorso hujus Oceani, ubi nullus fluxus est, uti postea indicabitur, post diluvium ullum contentum fuisse cœnum, ex quo hæc Alga primum suum traxit ortum, ac dein ita sese multiplicavit, vel tempore quandem terram esse submersam, taleque in aqua supernatans cœnum reliquisse.

Quin insula Atlantis sit habenda fabula, vel somnium Platonicum, sed cum magno rei naturalis perito *Athanasio Kirchero* statuendum est, insulam Atlantis nullo modo confundendam esse cum America, sed re vera ingentem fuisse insulam a Canariis ad Achoras sese extendentem, cujus ambæ istæ insularum cohortes forte residuæ sunt, a qua opinione non prorsus alienus sum.

Hujus rei probabilitatem latius vide memoratam ab isto *Kirchero* in *mundo subterraneo Libr.* 2. *Cap.* 12. *Art.* 4. ubi & etiam demonstrat, quomodo ista insula submersa possit esse per terræ motum, & a subterraneis sulphureis vorticibus, quibus hoc mare hunc usque in diem inprægnatum est.

Ad secundam propositionem respondeo, ortum suum si duxerit ex cœno istius vel alius subversæ insulæ, diu circa istum locum fluctuasse, sed dein sensim ad Occidentalem plagam abductam fuisse, quæ tamen haud longe remota est a priore loco. Multiplicat sese eo modo, quo diximus supra de herba *Kiamban*, vetustæ nempe marcescunt plantulæ, & ad latera novas producunt, quæ porro nutrimentum ex aqua marina hauriunt, uti in subsequenti libro quædam subministrabimus exempla quorundam Coralliorum, quæ alimentum trahunt ex pura aqua marina, licet incrementum ex proprio habeant semine.

Videtur vero, *Kircherum mund. subterr. Libr.* 12. *Cap.* 8. non cogitasse de sua insula Atlantis submersa, ac proinde aliam propagationem herbæ *Zargasso* tribuit, a baccis nempe vel radicibus, quas gerit, quod vero etiam magis adcedit, vel ex quatuor aliis caussis, quæ tamen mihi non placent, quum nimis generales sint, vel cum aliis etiam æquoribus communes, ac proinde non possunt esse ortus peculiaris herbæ, quæ nullibi obcurrit.

Non probabile quoque est, sub eo præcise loco, quo Zargasso crescit, tot mortuas herbas, ramos, vel cadavera piscium aliorumve animalium reperiri, ut ex ipsorum pinguibus exhalationibus, vel oleosis effluviis hæc Zargasso cresceret. Sique jam ibi essent, qui fieri posset, ut in tam profundo non metiendo exhalationes hæ vegetabiles suas vires sustinere possent. Brevius itaque iter excogitasse poterat, si modo ortum dedisset superfluo cœno submersæ suæ insulæ Atlantis, atque dein per baccas & radices sese adeo multiplicasse & propagavisse.

Dewyl dan de Schryvers omtrent de gedaante dezes kruids niet t'eenemaal over een komen, zoo zullen wy, dezelve overstappende, iets van zynen oorspronk, plaats, en verdere eigenschap philosopheeren, dog meer met raden dan iets vast te ramen ons behelpende, gelyk men in diergelyke donkere dingen doen moet. My komen dan omtrent dit kruid drie wonderbare dingen voor, die tot nog toe niet onderzogt, en misschien voor menschen verstand zwaar te doorgronden zyn.

Eerstelyk, waar het zyn oorspronk van daan heeft, ten tweeden, waar van daan het zoo veel hondert jaren zyn voedzel heeft. Ten derden hoe 't in de wilde openbare zee op een plaats bestaan kan, daar die nogtans door de winden zoo wel als andere zeën beweegt werd, en daar ter zyden geen land nog zand, en beneden geen grond te peilen is.

Op het eerste punt stel ik vast, dat die Alga uit het pure zeewater haren eersten oorspronk niet hebben kan, zoo 't immers geweest is van de Zundvloed af, want dan zoude men 't op veele plaatzen van de Westzee vinden, inzonderheid omtrent de stranden, daar het zelve kruid genoegzaam uitgedreeven werd, waar van men geen exempel heeft, zoo kan 't ook niet uit den onderleggende grond der zee zynen oorspronk hebben, dewyl 't niet geloofelyk is, dat dien grond op zulk een onmetelyke diepte, eenige vegetabile planten kan voortbrengen.

Zoo is 'er ook, als gezegt, nog land nog zand omtrent, daar men 't van daan mogte halen. Om ons uit deze zwarigheid te redden, moet men een van drie gelooven, of dat in de hooge ruggen van dien Oceaan, daar geen stroom gaat, gelyk hier na zal gezegt werden, na de Zundvloed eenige slyk zy bevat geworden, waar uit deze Alga haren eersten oorspronk heeft genomen, en zig daar na zoo verre vermenigvuldigt, of dat met 'er tyd eenig land verzonken zy, en zulke slik boven op 't water nagelaten heeft.

Of men moet het Eiland Atlantis voor een verdigtzel of Platonissen droom houden, maar met den grooten natuurkundigen Anathanasius Kircherus *vast stellen, dat het Eiland Atlantis geenzints met America te confondeeren, maar in der daad een groot Eiland geweest zy, van de Canarissen tot de Acores strekkende, waar van die beiden troepen Eiland en misschien nog restanten zyn, van welke meeninge ik niet geheel vreemd ben.*

De waarschynelykheid hier van ziet breeder verhaalt by gemelde Kirchero *in* Mundo subterraneo, Lib. 2. cap. 12. Art. 4. *daar by ook aanwyst, hoe 't zelve Eiland kan vergaan zyn, door de aartbeving en onderaardsche zulpher kolken, waar mede dezelve zee tot heden toe bezwangert is.*

Op 't tweede punct antwoorde ik, dat het zyn oorsprong uit het slyk van voornoemde of een andere verzonken Eiland bekomen hebbende, langen tyd omtrent de plaats van 't verzonken Eiland gezworven heeft, dog namaals allenskens na 't Westen gevoert zy, 't welk evenwel niet verre van de eerste plaats is. Het vermeerdert zig zelfs op de manier, als wy boven van 't kruid Kiamban *gezegt hebben, namentlyk de oude plantjes verwelken, en brengen ter zyden nieuwe voort, die vervolgens haar voedzel uit het zeewater hebben, gelyk wy in 't volgende Boek eenige Exempelen zullen aanwyzen van eenige Kraalboompjes, die haar voedzel uit het pure zeewater hebben, hoewel ze haar beginzel uit haar eigen zaad krygen.*

Het schynt, dat genoemde Kircherus mund. subterran. lib. 12. cap. 8. *aan zyn voorige verzonken Atlantis niet gedagt heeft, en daarom een ander voortteelen, aan het kruid* Zargasso *toegeschreeven heeft, namentlyk of van de besien en wortels die men daar aan vindt, 't welk waarschynelyker is, of uit vier andere oorzaken, dewelke myn niet voldoen, om dat ze al te gemeen of immers veel zeën gemeen zyn, en daarom geen beginzel konnen zyn van een byzonder kruid, dat men nergens elders vindt.*

Ook is 't niet waarschynelyk, dat juist onder die plaats, daar 't Zargasso groeit, zoo veel doode ligbamen van kruiden, takken, vissen, en gediertens zouden zyn, dat uit derzelver vette dampen, of olyagtige opwazeminge dit Sargasso zoude groejen. En zoo ze daar al waren, hoe zoude op zulken onmetelyken diepte de dampen haar vegetabele kragten konnen behouden. Hy hadde dan een korteren weg konnen gaan, zoo hy 't slegts zyn oorspronk hadde gegeven uit den overgebleeven slyk van zyn verzonken Atlantis, en dat het zig door zyne besiën en wortelen namaals zoo vermenigvuldigt heeft.

Addit porro a prioribus patribus audivisse, huic Sargasso adcrescere materiam rubram forma cristæ Galli, quæ fortissime manus adurit, ita ut intumescant, ac proinde tanquam deleterium venenum vitandam esse.

Tertio argumento respondeo, quod tamen ulteriori disquisitioni relinquo, ideo multos per annos in uno stagnare loco, quum profundus & apertus Oceanus ibi nullis fluxibus subjectus sit, qui potissimum suam exercent vim in Occidentali plaga juxta oram Brasiliæ & Americæ, & ad Orientalem plagam juxta oram Hispaniæ & Africæ, ita ut medius Oceani locus sit pacatus, unde & semper illæ naves, quæ Indiam Orientalem petunt, hunc tenent locum, quum ibi nullos sentiunt fluxus.

Fateor illam superesse difficultatem, cur non a ventis, qui ibi æque regnant ac alibi, ad alias oras ad Orientalem nempe vel Occidentalem propellatur, ad quod nil aliud respondendum habeo, nisi quod forte ita fieret, nisi fluxus circumfluentes id inter terminos retinerent, quantum etiam mihi notum est, ibi nulli tam vehementer flant venti, vel saltem non vehementiores, quam ut navem propellere possint.

Tandem non facile concedere possum, tantam insulam, quantam *Kircherus* delineat, submersam esse, sique concedamus, classes Atheniensium & Ægyptiorum tantam detexisse insulam, conscii tamen sumus, veteres suis navibus semper juxta ripas & oras iter instituisse, uti ex *Strabone Libr.* 3. demonstrari potest, Phænicios insulam Britanniam primum detexisse, atque inde stannum & plumbum detulisse, ex quo itaque concludi potest, nullam aliam Atlantis insulam unquam fuisse detectam quam Britanniam cum circumjacentibus suis insulis. Vide *Phaleg. Samuelis Bochard. pag.* 720.

Hy voegt daar by van zyne Patres geboort te hebben, dat aan dit Sargasso een roode materie groeit, in de gedaante van Hanekammen, dewelke zeer fel aan de handen branden, en dezelve doet opzwellen, dierhalven als een snood vergift gemyt werden.

Op 't derde geve ik dit advys, 't welk egter op nader onderzoek steunt, te weten dat het daarom lange jaren op eene plaats blyft, om dat den hoogen en openbaren Oceaan aldaar aan geene stromen subject is, dewelke meest hare kragt vertoonen aan de Westzyde langs de Brasielsche en Americaansche Kust, en aan de Oostzyde langs de Spaansche en Africaansche, blyvende den middelplas van den Oceaan ongemoeit, daar om ook die Schepen, die na Oost-Indien varen, altyd het midden van dien Oceaan houden, om dat ze aldaar geene stromen gevoelen.

Ik bekenne, dat egter die zwarigheid over blyft, waarom het dan niet van de winden, die daar zoo wel regeeren als elders, na andere plaatzen Oost of Westwaart aangevoert werden, waar op ik anders niet weet by te brengen, dan dat het misschien aldus geschieden zoude, indien niet de rondom lopende stromen het zelve binnen zyne palen gesloote hielden, ook zoo veel my bekent is, waajen daar omtrent geen sterke winden, of immers niet heviger, dan dat ze het Schip konnen voortdryven.

Eindelyk kan ik niet wel toestaan, dat zulk een groot Eiland, gelyk Kircherus *afmaalt, zoude vergaan zyn, en zoo men al toestaat, dat de vlooten van de Atheniensers en Egiptenaars een zulk groot Eiland zouden ontdekt hebben, zoo weet men immers wel, dat de ouden hare Scheepvaarden altyd langs de wal aangelegt hebben, gelyk men uit* Strab. Lib. 3 *bewyzen kan, dat de Pœniciers het Eiland Brittannia eerst ontdekt, en van daar tin en loot gebragt hebben, waar uit men gevolgelyk gissen kan, dat geen ander Atlantis ooit zy ontdekt geweest dan Brittannia met zyne omliggende Eilanden. Ziet* Phaleg. Samuel. Bochardi pag. 720.

Tabula Septuagesima sexta

Ad Figuram primam *Sargassum* exhibet *Amboinicum*.
Figura secunda *Sargassum* denotat *litoreum*.
Figura tertia ad litt. A. B. C. *Algam* sistit *Coralloidem* jam supra *Cap.* 56. descriptam.

De Ses en Seventigste Plaat.

Vertoont in de eerste Figuur het *Amboinsche Sargasso*.
De tweede Figuur verbeeld het *Strand Sargasso*.
De derde Figuur stelt neer by letter A B C de *Wier*, na het *Coraal* gelykende, al boven in het 56. *Hoofdstuk* beschreeven.

OBSERVATIO.

Sargassum proprie *Fuci* species est, diciturque Fucus folliculaceus serrato folio, C B P & *Plukn. Almag. pag.* 161. & Lenticula marina serratis foliis *Lobelii*. Zargazo Acostæ & *Pisonis Libr.* 4. *pag.* 266. estque Fucus caule tereti, ramosissimo, frondibus lanceolato linearibus, serratis, fructificationibus globosis pedunculatis, folioque umbilicatis *Linn. H. Cliff. pag.* 478. & *Fl. Zeyl. pag.* 184. Vide & *Plumier* de *Filic. Americ. Tab.* 170. *Lett.* C, qui eam rudius delineat &c.

AANMERKING.

De *Sargasso* is eigentlyk een zoort van *Fucus*, en wert genaamt Fucus met bolletjes, en getant blad van *C. Baub. Pin.* en *Plukn. Almag. pag.* 161. en Zeekroos met getande bladeren, van *Lobelius*. Zargazo van *Acosta* en *Piso* 4. *Boek pag.* 266. En is de Fucus met een smalle, lange, en zeer takkige steel, met lof, dat langwerpig puntig en gezaagt is, en met ronde vrugten op de steeltjes aan het blad gevoegt van *Linnæus* in de *H. Cliff. pag.* 478. en de *Fl. Zeyl. pag.* 184. Ziet ook *Plumier* over de *Americ. Vaaren Tab.* 170. *Lett.* C, die hem ruuw aftekent.

A
B
C
Fig. 2.
Fig. 1.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Acorus marinus. Deringo laut.

HÆc Algæ ſpecies ad illam pertinet plantam, quæ in Belgio vocatur *Wier*, & in Luſitania *Sargaſſo major*, ſed non tanta eſt utrisque.

Folia optime illa Acori referunt, ſesqui & tres pedes longa, digitum lata, inferne virentia & albicantia, ſuperne viſcini coloris, tenera vero penitus virent. Ad oras bina gerunt fortia fila, quæ nuda remanent, quum intermedia caro per ſenectutem computruerit, quatuor vel quinque talia folia inferius connectuntur, ad palmæ latitudinem ſupra fundum.

In ſolo repentem format radicem fere inſtar Acori, ſed quæ eſt ſine ulla acrimonia, nec tam longa, huic adpendent quædam paucæ, breves, & craſſæ, albæque fibrillæ.

Folia hæc tam flaccida ſunt, ut ſponte ſeſe erigere nequeant, excepto quum aqua obducta ſunt, ſi vero mare recurrit, & litora nuda ſunt, terræ plana incumbunt, ſemper ad oram verſa, quorſum fluxus defluit. Atque hinc Ternatenſe proverbium ſuum habet ortum, vulgus vel pagum ſemper majores ſequi inſtar Goſſongi fluxum.

Ad latus hujus faſciculi folioſi peculiaris, rotundus, & firmus e radice excreſcit caulis, ſuperius circinnatus inſtar caudæ porcinæ, pedem circiter altus, ſimplicem ſuſtinens fructum, qui non melius quam cum Caſtanea vel burſa comparari poteſt, ſuperius acuminatus, ex rotundo obliquus vel compreſſus, ac ſuperne bina foliola flaccida gerens, externe hæc burſula diſtincta eſt in ſex ſinus, quorum bini majores minorem gerunt, obductum binis ordinibus mollium & obtuſarum ſpinularum inſtar Caſtanearum, coloris obſcure virentis.

Putamen non durum eſt, ſed facile confringi poteſt, ſed in quo continentur octo novemque anguloſa oſſicula pyramidata, & ſuperius acuminata, coloris virentis, mucoſoque viſco obducta, ſubſtantiæ & ſaporis inſtar nucleorum Tsjampadahæ, ſed parum ſalſa ſunt & viſcoſa. Si maturi fructus dehiſcunt, hæc jam eminent oſſicula, ac foliola mox proferunt, illis Acori teneri ſimilia, quæque novas modo formant plantas, ſi ſolum tangunt, quum fructus in iſto flaccido caule nunquam erectus eſt, ſed ſemper deorſum inflectitur, immo ſæpe ipſi inhæret arenæ, ita ut pro radice haberetur.

Longa tamen radix inſtar albi vermis ſub arena prorepens novas quoque profert plantulas, quibus hæc planta totum obcupat litus, ita ut pratum referat. Odor totius plantæ ſulphureus eſt, qualis in omnibus fere eſt herbis maritimis, ac præſertim in talibus, quæ in placidis creſcunt aquis, ſed quæ in mari aperto fluctuant, ſalſiores ſunt cum odore diſtincto marino.

Nomen. Latine *Acorus marinus*; Malaice *Deryngo laut*; Amboinice *Lalamut*; in Lœhœa *Lalanuit*; Ternatice *Goſſongi*; Maccaſſarice *Bama*.

Locus. Non tantum creſcit in Amboina, & Moluccis, ſed etiam in tota Celebe, Java, & Baleya, ubique ubi litus eſt planum, ac tenui arena conſperſum, ac paucis mixtum lapillis, & ubi paucum cœnum ſimul reperitur, defluente aqua fere nuda eſt hæc planta, vel ſaltem non ultra palmæ altitudinem hac tecta.

Uſus. Hujus plantæ fructus edules ſunt, non tantum crudi, ſed quod melius toſti ſub cineribus calidis, ut & aquæ incocti, quum ſatis gratum præbent ſaporem, ſed interjecta viſcoſa & pelloſa caro exſpuenda eſt, in qua pauca detegitur amarities, nucleique ſaporem habent nucleorum Tsjampadahæ vel coctarum Caſtanearum. Incolæ Ceramæ Borealis, Bonoæ, & Manipæ, norunt ex lentis filis, quæ poſt putrida remanent folia, retia nectere, quæ in aqua marina quam durabiliſſima ſunt, nec oportet ut ſubflavo tingantur colore, quum ſponte naturam iſtam ravidam gerant.

Ubi-

SESTIGSTE HOOFDSTUK.

De Zee-liſch, ofte Calmus.

DEze zoorte van Alga is een geſlagt van 't geene men in Holland Wier *noemt, en in Porutgal* groot Sargaſſo, *dog werd lange zoo groot niet als die beide.*

De bladeren gelyken zeer wel den Acorus, te weten anderhalve tot drie voeten lang, een vinger breed, beneden groen en witagtig, boven lymverwig, dog de jonge zyn gants groen. Aan de kanten hebben ze twee ſterke draden, dewelke bloot blyven ſtaan, als het vlees daar tuſſen door ouderdom verrot. Vier en vyf zulke bladeren ſtaan beneden aan malkander vaſt, een band breed, boog boven de grond.

In de grond formerenze een kruipende wortel ſchier als den Acorus, dog zonder eenige ſcherpigheid, en zoo lank niet, daar aan hangen weinig, korte, en witte vazelingen.

Zy zyn zoo ſlap, dat ze van zelfs niet over eind konnen ſtaan, behalven als ze met water bedekt zyn, maar als de zee afloopt, en de ſtranden bloot ſtaan, zoo leggen ze plat op den grond neer, altyd naar dien oort gekeert, derwaarts den ſtroom loopt. Hier van daan komt het Ternataans ſpreekwoord, dat de gemeene man of de kleine Negoryen altyd de groote volgen, gelyk het Goſſonge den ſtroom.

Bezyden deze bos bladeren komt een byzondere ronde, en ſtyve ſteel uit den wortel, boven in veele krullen verdeelt, gelyk een Verkenſteert, omtrent een voet hoog, dragende een enkelde vrugt, dewelke men niet beter dan met een Kaſtanje of Beurze vergelyken kan, met de ſpitze na boven gekeert, uit den ronden wat ſcheef, of gedrukt, en boven op twee ſlappe blaadjes hebbende, van buiten is de beurze met ſes naden afgedeelt, dog de twee grootere daar van hebben nog een minder naad, met twee ryen van weeke en ſtompe doorntjes bezet, gelyk Kaſtangien, donker-groen.

De ſchil is niet hard, maar laat haar ligt breeken, daar in vindt men agt of negen hoekige korrels als pyramiedjes, met de ſpitzen na boven gekeert, gras-groen, en met een ſlymerig merg omgeven, van ſubſtantie en ſmaak Tsjampadahas korrels gelykende, een weinig ziltig en ſmeerig. Als de rype vrugten openberſten, zoo kyken deze korrels uit, en brengen al blaadjes voort, den jongen Acorus gelyk, daaromme ze ſtraks nieuwe planten maken, als ze in den grond vallen, vermits de vrugt op dien ſlappen ſteel nooit over eind ſtaat, maar altyd neerwaarts hangt, ja dikwils in het zand ſteekt, zoo dat men ze voor den wortel aanziet.

Evenwel de lange wortel als een witte worm onder het zand kruipende, brengt hare nieuwe plantjes ook voort, waar door dit gewas een geheel ſtrand beſlaat, en een weiland gelykt. De reuk van de geheele plante is zwavelagtig, gelyk alle zeekruiden, inzonderheid die in ſtille wateren groejen, maar in openbare zee zyn ze ſiltiger met een openbare zeereuk.

Naam. *In 't Latyn* Acorus marinus; *in 't Maleits* Deryngo laut; *in 't Amboins* Lalamut. *op Loeboe* Lalanuit; *op Ternaten* Goſſongi; *op Macaſſaar* Bama.

Plaats. *Het waſt niet alleen op Amboina, en in de Moluccos, maar ook op geheel Celebes, Java, en Baly, over al daar een vlakke fyne zandſtrand is, met weinige ſteenen vermengt, en daar wat modder onder loopt, by aflopent water leid het bloot, of is niet boven een hand hoog waters bedekt.*

Gebruik. *De vrugten van dit gewas zyn goed te eeten, niet alleen raauw, maar beter gebraden, onder heete aſſe, of in water opgekookt, wanneer ze redelyk wel ſmaken, dog het tuſſen leggende ſlymerige en velagtige vlees moet men uitſpogen, waar in kleine bitterheid ſchuilt, dan ſmaken de korrels, als die van Tsjampadaba of gekookte Kaſtangien. De Inwoonders van Noord-Ceram, Bonoa, en Manipa, weeten uit die taaje draden, die de verrotte bladeren nalaten, netten te breiden, die in zeewater zeer durabel zyn, en niet behoeven getaant te werden, hebbende van zelfs een tanyte natuur.*

Over

Ubique, ubi hæc planta crescit, præsertim in stagnantibus & placidis aquis, species quædam Scolopendræ marinæ detegitur, quæ ex serpentis vel potius vermis genere est, nunc ulnam nunc semi orchiam longa, ultra pollicem crassa, utrimque uniformis, fere instar serpentis cæci *Cæcilia* dicti, ex albo & nigro variegata colore, sed potissimum nigra & glaberrima, subtus mille minimis pedibus instructa, non tamen cito procedit, sique pedibus calcatur, decumbit, nec ullum aliud adfert damnum, quam quod terrefaciat talem, qui eam calcat ob glabritiem.

Generali nomine vocatur *Ular laut*, h. e. *serpens marinus*, licet melius ad *Scolopendras marinas* referenda sit, atque hinc *Scolopendra marina* vocari potest.

Jam itaque eo usque procedimus herbis terrestribus, ut ulterius progredi non audeamus, quin submergere facile possemus. Reliquas itaque herbas marinas, quas mare in suo fovet & alit gremio, & formam plantarum terrestrium referunt, Lectori in subsequenti & ultimo obseremus libro.

N. B. Hujus *Acori marini* Icon jam supra *Tab.* 75. *fig.* 2. fuit exhibita.

Over al waar dit gewas groeit, zonderlyk in stille wateren, vindt men een zoorte van slangen of eigentlyk een worm, een elle, zomtyds een halve vadem lang, ruim een duim dik, agter en vooren van een fatzoen, schier als de blinde slange Cæcilia, *van wit en zwart gesprikkelt, dog meest zwart, en zeer glad van onderen, met duizend kleine voetjes, zy heeft egter geen snellen gang, want als men daar op trapt, zoo blyft ze leggen, doet ook geen andere schade, dan dat ze den opstappenden een schrik aanbrengt wegens haar gladdigheid.*

Men noemdze met een gemeene naam Scolopendra marina ular Laut, *dat is Zeeslange, hoewel ze beter onder de* Scolopendras marinas *te rekenen is, en daarom* Scolopendra marina *mag genaamt werden.*

Waar mede wy met de landkruiden zoo verre gekomen zyn, dat wy niet verder durven stappen, of wy zullen van de grond af zyn. De resteerende zeegewassen, die de zee in haren schoot verbergt, en de gedaante van landgewassen hebben, zullen wy den Leezer in 't volgende Boek vertonen.

N. B. De Figuur van deze *Zee-Acorus* is al boven *Tab.* 75. *fig.* 2. vertoont.

Finis Libri Undecimi.

Einde van het Elfde Boek.

HERBARII AMBOINENSIS

LIBER DUODECIMUS.

De arbusculis agens marinis, & plantis saxosis, seu de Lithodendris & Lithophytis.

CAPUT PRIMUM.

De Lithodendris generaliter, ex quibus nempe constant partibus, quo modo, & quo in loco crescant.

A terrestribus plantis in mare devenimus, ubi videbimus, quid in suo abscondat sinu, quod nempe æmulatur plantas terrestres, flores, vel fructus, ac proinde in hoc contineri quoque oportet Herbario.

Latine vocantur *Arbusculæ marinæ*, Græca voce *Lithodendra*; Belgice *Zee-boompjes*, & *Kraalsteenen*, acsi diceretur *Corallium spurium*, seu arbusculæ, quæ *Corallium* referunt. Malaice *Accarbaar*, & *Kalbabaar*, vocabulo semi Arabico, quod denotat radicem vel lignum e mari, item *Carang*, h. e. Corallium, sed quodam discrimine, uti mox patebit.

Dividuntur in tres primarias classes, quarum prima complectitur tales, quæ mixtam habent substantiam ligni & saxi, quædam unius, quædam alterius copiosiorem materiem, unde & magna ex parte flexiles etiam sunt.

Hæ proprie vocantur *Arbusculæ marinæ*, ac Malaice *Accarbaar* & *Calbabaar*, proxime accedentes ad Coralliorum naturam.

Secunda classis eas comprehendit, quæ majorem saxei quam lignei habent substantiam, immo magna ex parte saxosæ sunt, nihilominus tamen referunt formam plantæ, floris, vel fructus. Hæ peculiariter vocantur *Corallia*, Malayensibus *Carang* & *Carang bonga*, h. e. flores vel germina Coralliorum.

Tertia classis eas continet, quæ neque saxum, neque lignum sunt, sed spongiosam habent substantiam, quæ nunquam in saxum degenerat, quales sunt Spongiæ & similia.

Locus naturalis est mare, ac non modo crescunt in rupibus in mare excretis, sed etiam aliis in rebus, tam saxis quam lignis, & fragmentis in id projectis vel depositis, uti ad quamvis speciem peculiariter indicabitur, quibusdam in locis fundus maris hisce plantis adeo tectus est, acsi dunus esset, sed plerumque dispersæ crescunt, hic & illic una alterave, atque nulla est insula in hoc Archipelago Moluccano, cujus litus non unam alteramve profert plantam, ita ut huc pertineat & verificetur, quod *Plinius* olim scribebat *Libr.* 13. *Cap.* 25. quum dicit. In mari etiam crescunt frutices & arbores, minores quam in mediterraneo nostro mari, Lacus enim ruber, & totus Orientalis pelagus repletus est silvis sub aqua crescentibus. Quo in capite plures enarrat alias species, cum nostro Accarbaar convenientes, uti suo loco ad quamvis adnotabitur plantam.

Quædam harum plantarum marinarum amant litus, vel fundum litori proximum, quæque modo binas, tres, quatuorve supra sese habent orgyas aquæ, quædam etiam tam proximæ litori vel supra tænias maris sitæ sunt, ut maris refluxu semi nudæ sint. Aliæ contra tam profunde sese abscondunt in maris sinu, ut tota planta magna ex parte hominibus ignota sit, ac profunditatem habent quinquaginta, octoginta, & centum orgyarum, ipsarumque frusta tantum conquiri possunt, uti præ reliquis abyssum amat ista arbor, cui adcrescit rara Calappa-laut.

AMBOINSCH KRUIDBOEK.

TWAALFDE BOEK.

Handelende van de Zeeboompjes, en steenagtige Zeegewassen, die na een Plant gelyken.

EERSTE HOOFDSTUK.

Van de Zeeboompjes in 't gemeen, wat het zy, hoe, en waar zy groejen.

Wy zyn nu al van de Landkruiden af, en op zee geraakt, daar wy zullen bezien, wat dezelve in haren schoot verborgen hout, het geene naar landgewassen, bloemen, of vrugten gelykt, en dierhalven in dit Kruideboek moet mede begreepen werden.

Men noemt ze in 't Latyn Arbusculas marinas, *en met een Grieks woord* Lithodendra, *in 't Duits* Zeeboompjes, *en* Kraalsteenen, *als of men zeide* Bastardt Corâl *of* Boompjes, *die na* Koraalstruiken *gelyken. In 't Maleits* Accarbaar, *en* Kalbahaar *met een half Arabis woord, willende zeggen wortel of hout uit zee, item* Carang, *dat is* Kraalsteenen, *dog met een onderscheid, gelyk straks blyken zal.*

Men verdeelt ze in drie hoofdgeslagten, waar van 't eerste behelst zoodanige, die een gemengde substantie van hout en steen hebben, zommige van 't eene, en zommige van 't andere meer, daarom ze ook voor het meeste deel buigzaam zyn.

Deze noemt men eigentlyk Arbusculas marinas, *dat is* Zeeboompjes, *en in 't Maleits* Accarbaar *en* Calbahaar, *de natuur der Koralen naast komende.*

Het tweede geslagt begrypt die geene, die meer van de steenige dan van de houte substantie hebben. Ja voor het meeste deel geheel steenagtig zyn, niet te min nog alle de gedaante van een plante, vrugt, of bloeme behoudende. Deze noemt men in 't byzonder Kraalsteenen, *de Malyers* Carang *en* Carang bonga, *dat is bloeme of uitspruitzels van den Kraalsteen.*

Het derde geslagt, zyn die geene, die nog steen nog hout zyn, maar een vooze spongieuze substantie hebben, die nooit in steen verandert, gelyk de Spongien en diergelyken.

Haare natuurlyke plaats belangende, zoo is de zelve de zee niet alleen op de natuurlyke klippen, die in zee groejen, maar ook op andere dingen zoo wel steenen als houten en scherven, die daar in geworpen of gezet worden, gelyk by een ieder zoorte in 't byzonder zal gezegt werden, op zommige plaatzen is de grond van de zee met deze planten zoo bezet, als of het een duin was, dog meest groejen ze verspreid van malkander hier en daar een, en daar is niet een Eiland in dezen Archipelagus Moluccanus, wiens stranden niet de een of andere zoorte voortbrengen, zoo dat hier wel te pas komt, en waar gemaakt werd, het geene Plinius *eertyds schreef* Lib. 13. Cap. 25. *zeggende. In de zee wassen ook struiken en bomen, kleinder dan in onze Middellantze Zee, want het roode Meir, en de geheelen Orient is vervult met bossen, en dat onder water. In welk Hoofdstuk hy meer andere zoorten ophaalt, die met ons Accarbaar over een komen, gelyk op zyn plaats hy ieder zal getoont werden.*

Zommige van deze zeegewassen, beminnen de strand of wal, die den strand naast is, hebbende maar twee, drie, vier, en vyf vademen water boven haar, zommige ook zoo na op strand of zoo hoog op de reven, dat ze by afloopent water half bloot leggen. Andere daar en tegen verbergen zig zoo diep in de schoot der zee, dat het geheele gewas nog meerendeels voor menschen onbekent is, op vyftig, tagentig, en hondert vademen diepte, en niet dan stukken en brokken daar van voor den dag komen, gelyk voor de andere de afgrond bemint die boom, daar de zeldzame Calappa-laut aangroeit.

Ut de ipſarum ortu generali quid memorem, hic non omni ex parte ſatis indagatus eſt, quum ſunt plantæ extra hominum viſum & acceſſum creſcentes. Unde & pro modulo ingenii, propriæque experientiæ quid de eo philoſophabimur, antea Lectorem monentes, vulgarem opinionem non valere, quæ putat, omnes haſce arbuſculas ex rupibus creſcere, quibus inſident, quod falſum eſſe experientia docet, exceptis quibusdam, in quibus verum eſſe quodammodo videtur.

Non juſtum etiam proferunt fructum vel ſemen, quo ſeſe propagant, uti quidam de veris Coralliis fabulati ſunt. Iſta enim capitula, veſiculæ, & granula, quæ aliquando in quibusdam harum plantarum marinarum reperiuntur, non magis pro ipſo ſemine habenda ſunt, quam aquoſæ iſtæ & concavæ veſiculæ, quæ in cunctis fere deteguntur Algis, & ad propagationem nil faciunt.

Ut itaque ortum harum plantarum ulterius indagemus, dicimus, cunctas arbuſculas marinas, quamdiu ſub aqua in naturali creſcunt loco, inveſtitas eſſe vel cortice fragili & ſpongioſo, vel muco ſalſo absque cortice, ſed ita ut utræque iſto muco obductæ ſint. Hunc mucum putamus eſſe verum ortum omnium plantarum marinarum, in quo vis ſeminalis latet, atque ubi hic mucus per maris undas devehitur, atque ſeſe figit alicui rei, ibi format novam plantam marinam, quæ mox pabulum ducit ex ſalſis, ſulphureis, & pinguibus aquæ marinæ partibus, quod per *Magnetismum naturæ* adtrahit, ac non ex ſubjecto fundo, qui aliquando penitus ineptus eſt pro nutritione talium arbuſcularum.

Huic enim muco perinde eſt, ubinam ſeſe figat, atque nil differt, an ligno, fruſto vaſis, lateri cocto, ſilici, oſſi, vel alii rei adducatur, ubi ſeſe modo figere poteſt, ibi arbuſculam format. Attamen nigrum Accarbarium aliquid peculiare habet, quod radices ſuas profunde agit in mollia Corallia, ex quibus in proventu aliquod pabulum videtur ducere, ſi vero radix rite a ſaxo ſeparetur, nil niſi rugoſus detegitur apex, qui nullas fibras in ſaxum figit ſuctorias, uti omnes plantæ neceſſario requirunt, quæ ex eo pabulum ſugere vellent.

Cortex iſte ſpongioſus, ſeu cruſta iſta potiſſimum detegitur in arbuſculis primæ claſſis, & quidem diverſi color, nigrum enim Accarbarium cinereo obductum eſt cortice, cinereum vel ligneum rubro, flabella marina nunc rubro, nunc cinereo, nunc albo, & calce quaſi obducta ſunt. Cinerea & rubra cruſta facile ſeparari poteſt, ſi aliquamdiu pluviis exponatur planta, vel in humido ſepeliatur ſolo, ac leniter abradatur, ſed alba, quæ in quibusdam dependet flabellis, difficulter ſeparari poteſt, ac plerumque lapidea quaſi eſt.

Non credendum itaque eſt, uti ſupra jam innuimus, arbuſculas haſce marinas ortum ducere ex *Alga coralloide*, licet forma optime cum iis conveniat, experientia enim ſatis docet, *Algam* iſtam nunquam lapideſcere, ſed maturam a fundo ſeparari, & herbacea ſua ſubſtantia in litus projici. Sic quoque falſum eſt, vera Corallia, vel has arbuſculas marinas ſub aqua mollem eſſe herbam, & ſupra aquam in aëre primum lapideſcere, uti multi id pertinaciter perhibent, in opinionem ducti id credere, quum arbuſculas has ſub aqua vident ſeſe flectere inſtar Juncorum, & juxta fluxum ſeſe torquere, quumque iſto cinereo cortice tectæ ſunt, optime Juncos æmulantur. Concedo quidem, ſub aqua multo mobiliores & flexiliores eſſe, atque in aëre multo rigidiores, quod etiam comprobatur & detegitur in cunctis ingentibus ſcopulorum ſaxis, marmore & albaſtro, quæ multo facilius in matricis ſinu cædenda ſunt, quam ſi aliquamdiu aëri fuerint expoſita.

Mos adtrahendi & colligendi haſce arbuſculas varius quoque eſt, ac proinde melius conducet quemvis ad quamvis ſpeciem peculiariter notare, uti & quam proxime quælibet ad verum adcedat Corallium. Hoc generaliter hic declarare me oportet, magis fortuito quam de induſtria adtrahi, ac quidem per piſcatores & nautas.

Piſca-

Van haren oorſpronk iets in 't generaal te melden, zoo is dezelve nog niet alderduidelyks onderzogt, als zynde planten, die buiten 's menſchen gezigt en omgang groejen. Die wy na de mate van ons verſtand en eigen ervaringe daar van zullen philoſopheeren, Voor al den Leezer waarſchouwende, dat het gemeene gevoelen niet en deugt, daar men ſuſtineert, dat alle deze boompjes uit die klippen groejen, daar op ze ſtaan, het welk niet waar te zyn, de ervaaringe leert, behalven in zommige, daar het eenigzints waar ſchynt te zyn.

Zy dragen ook geen waaragtige vrugten of zaad, waar door ze hun mogten voort teelen, gelyk zommige van de regte Koraalbomen geſabuleert hebben. Want die knopjes, blaasjes, en korrels, die men zomtyds aan eenige van deze zeegewaſſen vindt, zyn niet meer voor opregt zaad te houden, dan die wateragtige en holle blaasjes, die men ſchier aan alle Algaas vindt, en tot de voortteelinge niet en deugen.

Om dan den oorſpronk dezer gewaſſen wat nader te ramen, zoo zeggen wy dat alle zeeboompjes zoo lange ze onder water op haar natuurlyke plaats ſtaan, of met een broſſe en ſpongieuſe ſchorſſe, of met een ziltige ſlym zonder ſchorſſe bekleedt zyn, dog zoodanig, dat beide met dien ſlym behangen zyn. Dezen ſlym ſtellen wy voor den eigentlyken oorſpronk van alle zeegewaſſen, daar in de zadelyke kragt leid, en waar dezen ſlym door de zeebaren heen gevoert werd, daar hy zig aan zet, daar formeert het een nieuw zeeboompje, 't welk voorts zyn voedzel heeft uit de ziltige, zwavelige, en vette deelen des zeewaters, dezelve door de Magnetismus naturæ *aan zig trekkende, en niet uit den onderleggende grond, die zomtyds gants ombekwaam is om zoodanige boompjes te voeden.*

Want dezen ſlym maakt geen onderſcheid, waar dat hy zig hegte, het geld hem even veel of hy tegens een hout, potſcherve, gebakke ſteen, key, of been aangevoert werd. Daar hy zig maar hegten mag, daar formeert hy een boompje. Evenwel heeft het zwarte Accarbaar iets byzonders, 't welk zyne wortelen wat diep ſchiet in de weke Kraalſteenen, waar uit het ſchynt in 't opwaſſen eenig voedzel te trekken. Maar als men de wortel te degen van den ſteen zuivert, zoo vindt men niet dan een ruige ſtomp, die geen zuigaderen in den ſteen zendt gelyk alle planten noodzakelyk moeſten doen, die daar uit willen voedzel trekken.

De voornoemde ſpongieuſe ſchorſſe of korſt vindt men meeſt aan de boompjes van 't eerſte geſlagte, van diverze couleuren, want het zwarte Accarbaar is met een graauwe ſchorſſe bekleedt. Het graauwe of houtagtige Accarbaar met een roode, de zeewajers zommige met een roode, zommige met een graauwe, zommige met een witte kalkagtige. De graauwe en roode zyn ligt daar van af te zonderen, als men ze een tyd lang in den regen legt, of in een vogtige grond begraaft, en dan zoetjes afſchraapt, maar de witte, die aan zommige wajers hangt, is moejelyk om af te krygen, en werd meeſt ſteen hard daar aan.

Men moet dan geen geloof daar aan ſtellen, gelyk boven nog eens gezegt is, dat de zeeboompjes haren oorſprong hebben uit de Alga coralloides, *hoewel ze in gedaante zeer wel over een komt, want de ervaringe genoegzaam leert, dat de voorſchreeve Alga nooit verſteent, maar ryp zynde van de grond los gaat, en in zyn kruidagtige ſubſtantie op ſtrand geſmeeten werd. Zoo is het ook niet waar, dat nog regte Korallen, nog alle onze Indiaanſe zeeboompjes onder water een week kruid zyn, en boven komende eerſt in de Lugt verſteenen, gelyk veele hartnekkig willen ſtaande houden, zynde beweegt dit te gelooven, om dat ze de zeeboompjes onder water zien haar buigen als biezen, en na den ſtroom zig draajen, ook met die grauwe ſchorſſe bedekt, die ze zeer wel na biezen doet gelyken. Dog dit ſta ik toe, dat ze onder water veel buigzamer zyn, en in de lugt ſtyver werden, 't welk men ook ervaart aan alle groote klipſteenen, marmel, en albaſt, die veel gemakkelyker in haar moeders ſchoot te hakken zyn, dan een tyd lang in de lugt gelegen hebbende.*

De manieren om deze zeeboompjes op te halen, en te krygen is ook verſcheiden, en zal dierhalven gevoegelyker komen dezelve by ieder zoorte in 't byzonder aan te wyzen, als mede hoe men na ieder zoorte aan de regte Koraal komt. Dit moet ik in 't generaal hier by zetten, dat ze meer door geval als met opzet uitgehaalt werden, en dat door de Viſſers en Scheepslieden.

De

Piscatores aliquando eas adtrahunt per hamum, si chorda piscatoria sese flectat tali arbusculæ, quam tum integram adquirunt cum tota etiam rupe, si non sit nimis magna. Aliquando fit, quod nassæ, quæ *Bobbers*, & Malaice *Bubut* dicuntur, funibus vel eminentibus angulis intricentur hisce, ac sic simul adtrahantur.

Nautæ eas adducunt anchoris & harpagine, quibus sæpe has tangunt, & conquirunt, sed dolendum est, Amboinenses hasce arbusculas iterum in mare projicere præ malignitate, quum loco piscis, quem putant cepisse, saxum conquirunt, ita ut hasce arbusculas in nullo habeant pretio, excepto Accarbaar seu Corallio nigro, quod pro armillis adhibent.

Sinense mare multas etiam profert arbusculas marinas, quæ in binas distinguuntur classes, quarum prima & vulgatissima dicitur *Haytsjiu*, h. e. *arbuscula marina*, quæ est ramosa & fragilis ista substantia, quæ Flabellum marinum, Arbuscula marina, & Pseudo-Corallium nigrum dicitur, & etiam tricolor est, alba, rubra, & nigra.

Altera classis omne id comprehendit, quod proprie *Accarbaar* seu *Calbabaar* dicitur, ipsis vero *Titsjiu*, h. e. arbuscula ferrea, distincta quoque in albam, rubram, & nigram. Verum *Corallium rubrum*, *Sanbosu* dictum in ipsorum mari non reperitur, sed a peregrinis adducitur juxta ipsorum scripta a Belgis & Guzerattis, qui sine dubio id a Lusitanis adquirunt.

Hoc itaque prœmium hisce claudimus versiculis, qui tanquam epigramma erunt huic horto marino, & in quibus arbusculæ hæ de se ipsis sequenti loquuntur modo.

De Vissers haalen ze zomtyds op met haren hoek, als de Vislyn om een boompje zig slingert, 't welk ze dan geheel ophaalen, met klip en al, indien ze niet groot is. Zomtyds gebeurt het, dat de Visfuiken, die men Bobbers, *in 't Maleits* Bubut *noemt, met haaren touwen of uitsteekende hoeken daar in verwarren, en zoo t'zamen opgehaalt werden.*

De Scheeps-Lieden halen ze op met hare ankers en dreggen, als zy een derzelve komen te vatten, maar het is jammer, dat de Aboineesen deze boompjes ophalende, dezelve weder in zee smyten uit moetwil, om dat ze in plaats van een vermeinende vis, een steen ophalen, agtende deze zeeboompjes van geender waarden, behalven het zwarte Ackarbaar, 't welk ze tot armringen gebruiken.

De Chineese zee geeft ook veelderbande zeeboompjes, verdeelt in twee hoofdzoorten, waar van de eerste en gemeenste eigentlyk hiet Haytsjiu, *dat is* Zeeboompje, *zynde dat fyn getakte brosse goet, 't welk zy zeewajers, zeeboompjes, en Pseudo* Corallium rubrum *noemen, en by hun Lieden ook van driederlei couleur gehouden werd, wit, rood, en zwart.*

De andere hoofdzoorten begrypen al 't geene men eigentlyk Accarbaar, *of* Calbahaar *noemt. By hun Lieden* Titsjiu, *dat is* Yserboompje, *mede verdeelt in witte, roode, en zwarte. De regte roode Coraal,* Sanhosu *genaamt, valt in haare zee niet, maar werd 'er van Vreemdelingen aangebragt, te weten volgens haar Boeken van Hollanders en Guzeratters, dewelke het buiten twyffel van de Portugeesen hebben.*

Wy besluiten dan deze Voorreden met de volgende versjes, die tot een opschrift van onzen Zee-tuin zullen dienen, waar in de Zeeboompjes van haar zelfs aldus spreeken.

Wy staan in Tethys Tuin bedekt met duizend baren,
Het groejend hout en steen ziet men in ons zig paren.
Ons land heeft nooit beschout, nog zon, nog 's menschen oog,
Of 't moest een duiker zyn, die na beneden vloog,
Een deel heeft egter zig aan 't maanligt bloot gegeven,
ALs 's Heeren heILIg WIL *aMboInas Voet Dee beVen.*
Amboin vergete nooit dien schrikkelyken dag,
Doen men de Zee ontbloot, en 't Land verzonken zag.

Hoc factum fuit terribili terræ motu, qui Amboinæ superveniebat decimo septimo die Februarii stili novi anno 1674, qui in hoc Herbario sæpius commemoratur, quum in Hitoes ora mare ter tam subito ibat & redibat, ut profundus in conspectum veniret fundus ad longum spatium, quum & arbusculæ hæ Lunam, quæ tum lucem edebat, conspexerunt.

Hæc maris commotio & raptus sequebatur mox post terribilem terræ motum, qui brevi ante inceperat & procedebat vehementi aëris sonitu, montium crepitu & ruptura, ac scopulorum convolutione, haud aliter acsi mundus diffringeretur, quo casu præ reliquis bina ingentia terræ rudera submersa sunt, unum in Hila, prope arcem Amstelodamum dictam, alterum fuit ingens planumque æquor, ubi antea fuit ingens pagus Lebelehu cum magno Passar, totum itidem submersum fuit cum parte montium post id sitorum, ita ut iste locus jam octuoginta & centum orgyas aquarum sit profundus.

Ibi quoque ex subterraneo sulphureo catonio tres horrendæ maris undæ elevatæ sunt instar murorum erectæ, superne igneæ & albæ, inferne nigræ, & turbidam ac fœtentem continentes aquam, quæ in tres sese dispergebant partes. Una, quæ maxima, cursum dirigebat juxta Hitoës oram, ubi multos pagos cum ædibus, hominibus, & animalibus rapiebat, & totum evertebat tractum.

Hoc autem tristi casu 2300 homines perierunt tam per aquam submersi, quam per ædes deciduas prope Castellum, quum & auctor hujus libri perdidit uxorem, binos liberos, & ancillam in ædibus suis.

Memorabilis autem hic annus & casus denotatur per literas numerales subsequentis versiculi.

Dit is geschiedt by een schrikkelyke aardbeving, welke Amboina overviel den 17. February nieuwe styl. Anno 1674. 't welk in dit Kruidboek meermaal aangehaalt werd. Wanneer op de Kust van Hitoë de zee tot drie maalen zoo schielyk op en afliep, dat men den grond verre konde zien, alwaar dan de zeeboomjes den Maan, die doen scheen, aanschouwt hebben.

Dit woeden der zee volgden op een verschrikkelyke aardbeving, welke kort te vooren begonnen hadde, en algaande weg duurde, met een vervaarlyk gedruis in de lugt, kraken der bergen, bersten en omwentelen der rotzen, niet anders als of de waereld van malkander wilde breeken, waar onder anderen twee groote stukken land verzonken zyn. Het eene op Hila, by onze Fortresse Amsterdam, het andere zynde een groot vlak voorland, daar te vooren de groote Negorye Lebeleha met een grooten passer gestaan hadde, is geheel weg gezonken met een gedeelte van 't gebergte daar agter leggende, zoo dat het op dezelve plaats nu wel tagentig en hondert vademen diep is.

Ook zyn van daar uit den onderaardschen zwavelkolk drie ysselyke zeebaren opgereezen, als muuren over eind staande, boven vurig en wit, beneden zwart, en van een troebel stinkend water, die zig na drie plaatzen wenden. De eene zynde wel de grootste, nam haren koers langs de Kust van Hitoë, daar ze veel Negoryen met menschen, vee, en huizen wegmaaiden, als of het weg geveegt was.

In dit droevig ongeval zyn over de 2300 zielen omgekomen, zoo door het overstrooment water, als aan 't Kasteel door 't omvallen van huizen, waar by den Auteur ook verloren heeft zyne Huisvrouw, twee Kinderen, en een Meid, alle uit zyn huis.

Welk jaar uitgebeeld werd door deze telletteren.

ALs 's Heeren heILIg WIL *AMboInas Voet Dee beVen.*

Subjungo hic porro versiculum, quo amicus quidam hunc maris hortum condecorare placuit, sequenti modo.

Ik voeg 'er hier by nog een ander versje, waar mede zekere vriend dezen Zeetuin heeft verwaardigt, luidende als volgt:

Hier ziet men steen met hout gepaart,
Hier op een klip een boom gebaart,
Hier ziet men 't geen de barre grond
In Zee gevoet heeft, daar men 't vond,
Hier ziet men 't geen nooit zon bescheen,
aLs Doe *'t* VerbrILsLIIk LanD VerDWeen
Voor Zee, en weer de Zee voor 't Land,
Door Godts getergde regterhand.
Hier ziet gy boomvrugt ongemeen,
Gevormt en nagebootst op steen,
Hier ziet gy bloemen, en haar beelt
Op blinde klipjes voortgeteelt.

CAPUT SECUNDUM.

Corallium nigrum, & Accarbarium ramosum. Accarbaar itam.

Primam proferentes arbuscularum marinarum classem sub iis comprehendemus tales, quæ cum vero Corallio proxime conveniunt, puto autem tres illas species, in quas vulgo dividuntur cuncta Coralliorum genera in Europæis libris de saxis agentibus, rubram nempe, nigram, & albam, exceptis quibusdam spuriis Coralliis.

Genuinum rubrum Corallium in India Orientali non crescit, sed nigri & albi quædam species, quas sub prima comprehendimus classe. Harum multæ sunt species in Europa penitus ignotæ, immo nigrum Corallium vix pro vero habetur, quum tamen genuinum sit, cujus caussam puto esse, quod nigrum in Europa tam raro obcurrat, ac proinde maxime ignotum sit.

Primum genus in quatuor primarias dividimus species, in nigrum nempe, cinereum, album, & rubrum Corallium, sub quibus tamen quædam reperiuntur, quæ spuria Corallia habenda sunt.

Nigrum subdividitur iterum in nigrum ramosum, monoclonum, planum seu flabellum, Cupressum marinum, seu Abietem marinam, Fœnum marinum, & Ericam marinam, cum binis aliis raris hujus generis speciebus.

Primo. *Accarbarium nigrum, ramosum,* sive *fruticans,* est id, quod pro *vero Corallio nigro* habemus, estque arbuscula eleganter ramosa & extensa, vulgo binos tresve pedes alta, licet etiam quædam sed raro reperiantur quinque pedes altæ, ac similiter lata est, ad unam inclinans partem, vel ramis suis extensa est.

Sub aqua Corallium hoc ubique investitutum est cortice obscure cinereo, aliquando purpureo, sed fragili, qui facile defricari potest, si per mensem in humido sepeliatur solo, vel quod melius est, si tam diu vento & pluviis exponatur, dein arena teratur, & cortex abradatur, atque ubi in angulis adhæret, scalpello abradendus est, tum tota arbuscula nigerrima est. Sub aqua refert fasciculum Juncorum, per corticis gravitatem & maris fluxum semper depressum, ac nullo modo nigrum adparet, si proferatur.

Depuratum retinet inclinantem seu depressam formam, licet cuncti superiores rami lentissimi & flexiles sint, qui abrumpi nequeunt, sed quidem diffringi, aliquando arbusculæ reperiuntur, quarum rami satis erecti sunt, elegantem referentes fruticulum, cujus cuncta folia delapsa sunt, quæ optimæ sunt ad conservandum pro raris.

Supremi ramuli tam subtiles & acuti desinunt, quam si fila essent, coloris ex nigro russi, nihilominus tamen flexiles & lenti sunt, nec incurvi manentes, quum inflectuntur, sed si relaxantur, mox pristinam requirunt formam. Trun-

TWEEDE HOOFDSTUK.

Het zwarte Koraal, en het getakte Accarbaar.

Het eerste geslagte van de Zeeboompjes beginnende, zullen wy daar onder begrypen zoodanige, die met het opregte Koraal naast komen. Ik meene die drie zoorten, waar in de Europise Steenboeken ordinaris alle Coralgewassen verdeelen, te weten in rood, zwart, en wit, behalven nog eenige bastard Koralen.

Het opregte roode Koraal hebben wy in gants Oost-Indiën niet, maar van het zwarte en witte eenige zoorten, die wy dan onder 't eerste geslagt begrypen. Daar onder zyn veele zoorten in Europa nog onbekent, ja zelfs het zwarte Koraal wil kwalyk daar voor aangenomen werden, daar het nogtans het opregte is, waar van ik de oorzake gisse te zyn, dewyl het zwarte in Europa zoo weinig te vinden, en dierhalven meest onbekent is.

Het eerste geslagte verdeelen wy in vier hoofdzoorten, als zwart, graauw, wit, en rood, daar onder egter sommige loopen, die men niet hooger dan bastaart Koraal takzeren moet.

De zwarte werd wederom verdeelt in een zwarte getakte, zwarte eensteelige, zwarte, platte, of wajers, Zee-Cypressen of Abies marina, Fænum marinum, en de Zee-heide, met nog twee andere zeldzame zoorten van dat geslagt.

I. Accarbarium nigrum, Ramosum, *sive* Fruticans, *of zwart getakt Accarbaar, is 't geene wy voor 't opregt zwart Koraal houden, een wel getakt en uitgespreid boompje, ordinaris twee en drie voeten hoog, hoewel men der ook vindt dog zelden vyf voeten hoog, en ook zoo breed, gemeenelyk na de eene zyde hellende, of met de takken van malkander afgestrekt.*

Onder water is 't over al bekleet met een donker-graauwe, en zomtyds peerze, brosse schorse, die haar ligt laat afwryven, als men 't een maand in vogtige grond begraaft, ofte welk beter is, als men 't zoo lange in regen en wind laat leggen, daar na met zand schuurt en de schorsse afwryft, en daar ze in de hoeken zitten blyft, met een mesje afschraapt, zoo werd eerst het geheele boompje pik zwart. Onder water gelykt het een bos biezen, door de zwaarte der schorsse en loopen des strooms altyd wat neergedrukt, en men kan niets zwarts daar aan zien, als het eerst uitkomt.

Het schoon gemaakte behoud nog alle de gedrukte of hellende form, hoewel alle de hovenste takken zeer taai en buigzaam zyn, latende haar niet afbreeken, maar wel met moeiten afwringen, zomtyds vindt men 'er boompjes, wiens takken redelyk overeind staan, gelykende een cierlyk struikje, daar van alle de bladeren afgevallen zyn, dewelke dan de beste zyn om tot rariteit te bewaren.

De bovenste takjes loopen zoo dun en spits toe, als een draad, van couleur uit den zwarten wat ros, niet te min buigzaam en taai, geene kromte behoudende, als men ze buigt, maar losgelaten springen ze straks weder in haar voorige postuur. Den

Truncus transversalem palmam altus, vulgo digitum crassus est, raro binos, ac mox sese dividit in majores ramos, qui ob crassitiem inflexiles sunt, externe striati instar aliorum Coralliorum, sed profundius, qui peculiaris est character omnium Coralliorum, atque hæ striæ non rectæ, sed obliquæ & sinuosæ decurrunt, interne Corallium hoc nigrum quoque est, solidum, nec concavum, atque varia crassa strata seu volvuli sibi incumbunt, ex quibus patet, hasce arbusculas per adpositionem externam crescere & multiplicari, cujus rei signum evidentius est, quod, si externa lamella separetur, proxima huic subjecta non vere nigra sit, sed cinerea, & quasi calce obducta, quod tamen non bonæ est notæ, optima enim sunt, quorum lamellæ arcte sibi inpositæ ac fere inseparabiles sunt.

Crassi rami, uti dictum est, inflexiles sunt, nisi per quandam activitatem dein memorandam, sunt enim substantiæ corneæ, seu mixtæ ex ligno & saxo, sed ita ut lignea prævaleat pars, ac proinde levissimum est omnium Coralliorum, sique frusta fricentur contra sese invicem, corneum quasi fundunt odorem, sed non penetrantem.

In teneris ramis hic & illic baccæ sed raræ obcurrunt magnitudine granorum Piperis, externe obscure luteæ, interne concavæ & inanes, tenui obductæ cortice, quæ falso & erronee pro fructibus seu semine hujus plantæ habentur, tempore autem sponte decidunt, nec in vetustis observantur fruticulis.

Radix est conus obtusus, brevisque, mox sese dispergens in rupes corallinas, in quibus crescit, ac tam firmiter sese ipsis infigit, ut nulla vi evelli possit, sed ferro dissolvenda est, vel cum rupe tota adtrahenda est, ac dein separanda, vel brevi supra radicem magno cultro cædenda, uti vulgo id Amboinenses perficiunt, qui hoc Corallium non tanquam aliquid rarum, sed pro re Medica & Armillis id colligunt.

Prope radicem extra rupem altera cinerea, dura, & saxosa adparet crusta, ex qua aliquando ramuli quidam pusilli progerminant.

Senectute hi frutices plurimos perdunt superiores ramos, reliqui obtusi sunt, ac sensim magis magisque externe calceis maculis obsessi sunt, quum & iste fragilis decidit cortex. Atque truncus & inferiores rami investiti sunt mox dicta cinerea crusta, quæ ipsis tam firmiter adhæret, ut separari nequeat, & nigrum Accarbaar per eam decurrit instar nigri cordis plerumque ad semi digiti crassitiem, in vetustissimis ad digiti crassitiem, immo aliquando crassius est, externe striatum instar aliorum Coralliorum, plerumque cinereum, aliquando etiam gilvum & flavescens, quod melius censetur.

Crusta hæc interne solida est, & marmoris duritiem habet, obscure cinerea, seu ferrei coloris, intermixto viridi colore, fere acsi viridis caseus recens scinderetur, peculiarem formans substantiam, quæ tamen de Coralliorum qualitate participat, quod natura demonstrat, quum tam firmiter nigro adhæreat, atque externe Coralliorum strias gerat. Quum vero nullibi sola crescat hæc crusta, sed semper nigro juncta sit Corallio, hinc simul hoc in Capite describere eas voluimus.

In litore sinus Amboinensis pueri mei similem invenerunt radicem diversis incurvis & nodosis ramis inflexam, quorum quidam brachium crassi, & nodi minorem pugnum magni erant.

Primo eam habebant pro radice arboris, sed per sonum animadvertentes, saxum esse, ad me eam deportabant, in qua mox observabam, nigrum Calbaharium per omnes ramos & nodos decurrere, præ reliquis excellebant isti superiores rami, ultra digitum crassi, ex quibus cognoscebam, ingentem & vetustissimam fuisse arborem Accarbaar, cujus Amboinenses tres primarios amputaverant ramos ingenti cultro Parrang dicto, ac radicem tanquam inutilem abjecerant.

Ad hanc vero incomptam molem in segmenta scindendam hoc mihi maximum præbuit laborem, primo id tentans serra dentata, sed hoc non succedebat, quum omnes dentes mox obtusi essent, dein id institui serra plana sine dentibus, qualis adhibetur ad marmor scindendum, quod succedebat, si continuo aqua adfundebatur, per saxosam nempe crustam, quæ prius undique separanda erat ista serra, sed per nigrum cor penetrabat serra dentata, ac tali modo quædam segmenta comparabam, ac raros quosdam nodos, per quos nigrum Calbahaar instar nervi decurrebat. Inter

De stam zynde maar een dwersband hoog, is in 't gemeen een vinger dik, en zelden twee vingeren dik, wat bogtig, en verdeelt zig straks in hoofdtakken, die wegens haare dikte niet buigzaam zyn, alle van buiten gestreept, gelyk andere Corallen, dog dieper, 't welk een eigen kenteeken is van alle Koraalgeslagten, en loopen de streepen niet regt, maar schuins, en bogtig. Binnen is het mede zwart, massief, niet hol, en men ziet verscheide dikke rollen op malkander leggen, waar uit blykt, dat deze boompjes door een toezet van buiten en van onderen op vermeerdert werden, waar van nog een klaarder teeken is, dat, als men de buitenste rolle separeert, die naast daar onder gelegene niet regt zwart, maar graauwagtig, en als met kalk bezet is, 't welk egter een fout is, want de besten zyn, daar de rollen digt en onafzonderlyk op malkander leggen.

De dikke takken, als gezegt, laten haar niet buigen, dan door een zekere handgreep, hier na te verhalen, want ze zyn hoornagtig van substantie, ofte gemengt van houte en steene natuur, dog dat het groejende hout meester zy, en dierhalven is het ook het ligste onder alle Koraalgeslagten, en als men de stukken tegens malkander wryft, geven ze een kleine hoornagtige reuk van zig.

Aan de fyne takken ziet men hier en daar, dog weinige besien in de grootte van Peperkorrels of vlasdodden, van buiten donker-geel, van binnen hol en ydel, met een dunne schille, welke men abusievelyk voor vrugten of zaad van dit gewas houd, want ze vallen met ter tyd van zelfs af, en aan de oude struiken ziet men ze niet.

De wortel is een korte stomp, die zig straks verliest in de witte Koraalklippen, daar op zy wassen, niet te min daar in zoo vast, dat men ze met geen geweld daar uit trekken kan, maar men moet ze met ysers losbreeken, of met klip en al opbalen, en dezelve als dan afslaan, of men moet ze kort boven de wortel met een houmes afkappen, gelyk ordinaris de Amboinezen doen, die ze tot geen rariteit, maar tot de Medicyn en armringen zoeken.

By de wortel buiten de klip ziet men een andere asgrauwe, harde, en steene korste, waar uit zomtyds nog eenige kleine takjes spruiten.

In de ouderdom verliezen deze struiken hare meeste boventakken, de andere werden stomp, en allenkskens van buiten met kalkagtige plekken bezet, wanneer ook de voorschreeve brosse schorsse afvalt. Inzonderheid werd den stam en onderste takken bekleed met de naastgenoemde asgraauwe korste, die daar aan zoo vast is, dat men ze niet separeeren kan, en het zwarte Accarbaar loopt daar door, als een zwart hert, in 't gemeen een halve vinger dik, aan de zeer oude ook een geheele vinger en meer dik, van buiten gestreept als andere Koralen, in 't gemeen asgraauw, zomtyds ook vaal of geelagtig, 't welk voor beter gehouden werd.

Binnen is deze korst massief, en zoo hard als marmersteen, donker-grauw of ysserverwig, daar wat groens onder loopt, schier als of men een groene Kaas vers op snyt, makende een byzondere substantie, die egter de eigenschap van Koralen participeert, 't welk de natuur aanwyst, om dat ze zoo vast aan 't zwarte groeit, en van buiten de streepen van Koralen heeft. Dog om dat het nergens alleene groeit, maar altyd aan deze zwarte Koralen vast, zoo hebben wy ze t'zamen in een Hoofdstuk begrypen willen.

Op het strand van den Amboinse inbam, hebben myne Jongens diergelyke wortel gevonden, met verscheide kromme en knoestige takken, waar onder sommige een arm dik, en de knoesten een kleine vuist groot waren.

Zy zagen het eerst voor een wortel van een boom aan, dog aan den klank bemerkende dat het steen was, bragten ze by my, daar aan men straks zag, dat het zwarte Kalbahaar door alle takken en knoesten doorliep, onder andere keeken die takken uit, ruim zoo dik als een vinger, daar aan men bemerkte, dat het een groote en zeer ouden boom van Accarbaar moeste geweest zyn, waar van de Amboineesen de drie voornoemde takken met een Parrang afgekapt, en de wortel als onnut weggeworpen hadden.

Dezen onbezuisden klomp nu in stukken of moten te zagen, heb ik geen kleine moeite gehad, eerst probeerende met een getande zaag, 't welk niet wilde aangaan, vermits alle tanden terstond stomp wierden, daar na tasten ik hem aan met een vlakke zaag zonder tanden, gelyk men gebruikt om het Marmel te zagen, 't welk doen gelukte, als men gestadig water daar op goot, te weten door de steene korste, dewelke men eerst rondom los moeste afzagen, maar door het zwarte hert te komen moeste men weder een getande zage nemen, en zoo kreegen wy eenige moten daar van, en eenige rare knoesten daar het zwarte Kalbahaar als een zenuwe doorliep. In

Inter secandum attendendum est, non inter nudum ferrum firmari saxum, sed hoc obducendum est corio vel ligno, alioquin enim fragmenta saxosæ crustæ dissiliunt.

Nomen. Latine *Corallium nigrum Indicum*; *Accarbarium nigrum ramosum*, sive *fruticans*. Malaice *Accarbaar* & *Kalbahaar*, item *Parampuan* seu femina, quum subsequens monoclonum pro mare habent. Ternatice *Kalbahaar* & *Lojang*. Horum nominum derivatio in præcedenti invenitur Capite. Amboinice *Lohomette*, in Hitœa *Hatuehæ*, quod nomen commune est cum *Empetro acetoso*, ac denotat surculum seu fruticulum ex saxo; Sinice *Titsjiu*, h. e. lignum ferreum.

Hoc Indicum Accarbaar verum esse Corallium nigrum declarat satis ejus substantia, signatura, & qualitas, omnes enim auctores de nigro agentes Corallio dicunt, id inter omnia Corallia esse lignosissimum, licet in Europa nil notum sit pro Corallio nigro, quam nigra Savalia ex Hispanico & Mauritanico mari deducta, quæ ab Indico maxime differt, quum Savalia externe nil aliud sit, quam crusta saxosa, atque interne cor gerat nigrum & lignosum.

Signatura autem ejus cum omnibus quadrat Coralliis, strias nempe dictas, qualitates etiam conveniunt, uti infra id patebit.

Veteres id *Antipathem* vocarunt generali nomine, uti doctus *Salmasius* vult in *adnotationibus* ad *Solinum*, dicens *Antiphatem* denotare quasvis res, quæ oppugnabant incantamenta, inter quas hoc Accarbaar apud quasvis Indicas nationes tanquam præcipuum antidotum habetur. Distinguendum tamen est ab *Antipathe Plinii*, qui inter pretiosos lapides numeratur, & niger est, nec pellucens, contra incantamenta quoque valens, & lacti incoctus Myrrhæ colorem vel odorem præbens, quod nostrum Accarbaar non facit.

Ctesias Gnidius Libr. 2. de *montibus*, & *Plutarchus* in *libello* de *fluviis* ipsi adscripto, de lapide *Antipathe* sic scribunt. In Mysia mons est *Teuthras* dictus, in quo reperitur Lapis Antipathes, qui in vino contritus curat vitiligines & Lepras, uti & incantatos, quæ res melius competunt speciei lapidis Gagatis, quam plantæ marinæ, contra cum nostro Accarbaar videntur convenire, ni eædem sint, binæ aliæ plantæ, de quibus *Plinius Libr.* 13. *Cap.* 25. sequenti scribit modo, Juba, qui doctus fuit Rex Mauritaniæ, scribit circa insulas Trogloditicas in profundo mari reperiri fruticem aphyllum, Coralliis similem, qui *Isidos plocamos*, h. e. *Capillis Ysidos* dicitur, quique amputatus colorem mutat, indurescit, & nigrescit, sed quum cadit, frangitur.

Item alter *Charitoblepharon* dictus, h. e. elegantia supercilia Deæ Charitis, qui valet ad amorem excitandum, ex quo mulieres spathalia & armillas formant. Sentit quodammodo, quum capere eum volimus, & instar cornu indurescit, secures hebetans, si vero subito amputatur, in lapidem degenerat.

Quid melius jam quis hallucinari posset, quam quod hic Ysidos Capillus & elegantia supercilia sint hoc nostrum Accarbaar, cujus tenuissimi rami optime referunt caules herbæ Adianthi seu Capilli veneris, & ad similes adhibentur res, ad quas Juba scribit in usu esse binas suas plantas, sic etiam pro certo mihi confirmatur, nigras arbusculas marinas haud multum ab Amboinensi diversas hic & illic reperiri juxta litus Orientale Africanum, a lacu nempe rubro usque ad caput Bonæ spei. Verum quidem esse posset, Africanum Calbahaar fragilioris esse substantiæ quam Amboinense, quum Juba dicat, mox frangi, si cadit in solum.

Saxosa & cinerea crusta, quæ ad radicem hujus speciei crescit, & quoque medicinalis est, apud Malaienses nullum peculiare obtinuit nomen, nisi *Calbahaar poenja ackar*, h. e. *radix Calbahaari.* Nos Latine eam vocamus *Crustam Accarbarii.*

Locus. Satis magna copia invenitur undique circa Amboinenses & Moluccenses insulas, ad profunditatem quinque & sex orchiarum, non coadunatim, sed hic & illic unus alterve fruticulus, qui crescit in profunditate decem & plurium orchiarum, major est, & majori copia istam gerit saxosam crustam.

Ipso-

In 't zagen moet men opletten, dat men 't niet tussen bloot yser schroeft, maar met leer of hout gevoert, want anders springen stukjes van de steene korsten.

Naam. *In 't Latyn* Corallium nigrum Indicum; Accarbarium nigrum ramosum *sive* fruticans; *in 't Maleits* Accarbaar, *en* Kalbahaar. *Item* Parampuan *het wyfken, dewyl ze het volgende eensteelige voor 't manneken houden*; *in't Ternataans* Kalbahaar, *en* Lojang. *De derivatie dezer namen ziet men in't voorgaande Hoofdstuk. In 't Amboins* Lohomette; *op Hitoë* Hatuehoe, *een naam gemeen met het* Empetrum acetosum, *en beduidende een scheute of jong gewas uit een steen; in't Sinees* Titsjiu, *dat is yserhout.*

Dat dit Oostindische Accarbaar een opregt zwart Koraal zy, bewyst genoegzaam zyne substantie, zyn natuur, en eigenschap, want alle Auteuren van zwarte Koraal schryvende, zeggen, dat het zelve onder alle Koralen het houtagtigste zy, hoewel in Europa anders niet voor zwart Koraal bekent en is, dan de zwarte Savalia uit de Spaansche en Mauritaansche Zee komende, van het Oostindische merkelyk verschillende, alzoo Savalia van buiten niet anders dan een steene korste is, en van binnen een zwart houtagtig hert heeft.

De signatuure heeft het met alle opregte Koralen gemeen, namentlyk de voornoemde streepen. De eigenschappen komen ook over een, gelyk hier onder blyken zal.

De ouden hebben 't ook Antipathes *met een generalen naam genaamt, gelyk den Geleerden* Salmasius *wil in zyn* Aanteekeninge *op* Solinum, *zeggende dat* Antipathes *beduide allerhande dingen, die tegens toverye stryden, waar onder dit Accarbaar by alle Indiaanse Natien voor het voornaamste tegenmiddel gehouden werd. Men moet het egter onderscheiden van* Antipathes Plinii, *'t welk onder de kostelyke steenen gereekent werd, en zal zwart zyn, niet doorschynend, mede tegens de toverye kragtig, en in melk gekookt dezelve smaken als Myrrhe, of in couleur of in reuk, 't welk ons Accarbaar niet doet.*

Ctesias Gnidius Lib. 2. *de* montibus, *en* Plutarchus *in 't* Boekje *van de* revieren *hem toegeschreeven, schryven van den steen* Antipathes *aldus. In Mysia is den Berg* Teuthras *genaamt, in welke men vindt den steen Antipathes, dewelke in wyn gewreeven, geneest de Vitiligines en Lepras, als mede den betoverden, welke dingen beter passen op een zoorte van den steen Gagates, dan op een Zeegewas, daar en tegens schynen met onze Accarbaar over een te komen, zoo het niet de zelve zyn, twee andere gewassen, waar van* Plinius Lib. 13. Cap. 25. *aldus schryft, Juba, zynde een geleerde Koning in Mauritanien geweest, schryft, dat omtrent de Eilanden van de Troglodieten in de diepe zee een struik gevonden werd, zonder bladeren, den Koralen gelyk,* Isidos plocamos, *dat is het* hair *van* Isis *genaamt, dewelke afgesneeden, zyn verwe verandert, hart, en zwart werd, maar als hy valt, breekt.*

Item nog een anderen Charitoblepharon *genaamt, dat is schoone Wynbrauwen van de Godinne Charites, kragtig om liefde te verwekken, waar uit de vrouwen Armvercierzels en Armringen maken. Hy voelt het eenigzints, als men hem vangen wil, en werd zoo hard als een hoorn, de bylen stomp makende, maar als hem de lagen missen, te weten, als men hem schielyk afkapt, zoo verandert hy in een steen.*

Wat zoude men nu naarder raden, dat dit Isydos hair en schoone Wynbrauwen zyn, dan dit ons Accarbaar, wiens fynste takken zeer wel gelyken na de steelen van 't kruid Adianthum of Capillus veneris, en tot diergelyke dingen gebruikt werden, als Juba van zyne twee planten voorgeeft, zoo werde ik ook voorzeker berigt, dat de zwarte Zeeboompjes niet veel van de Amboinse verschillende, hier en daar gevonden werden, langs den Afrikaansen Oostkust, van 't roode meir af tot aan de Cabo de Bon Esperance toe. Dog het zoude wel konnen zyn, dat het Africaanse Calbahaar wat brosser van substantie is dan het Amboinse, om dat Juba zegt straks te breeken, als het op de grond valt.

De steenagtige en asgrauwe korste, die aan de wortel van deze zoorte wast, en mede medicinaal is, heeft by de Malyers geen byzonderen naam dan Kalbahaar poenja ackar, *dat is* wortel *van* Kalbahaar. *Wy noemen ze in 't Latyn* Crustam Accarbarii.

Plaats. *Men vindt het in redelyke quantiteit rondom alle de Amboinsche en Molukse Eilanden, op vyf en zes vademen diepte, niet met troepen by malkanderen, maar hier en daar een struik, dewelke op tien en meer vademen diepte groejen, werden grooter, en gewinnen meest van die steenagtige korste.*

Haren

Ipsorum naturale solum est in ingentibus rupibus maris, *Carang* dictis, quæ externe magnis prominent capitibus & nodis, ac rugosæ & mucosæ sunt. Interne eleganter albæ, molliores quovis alio saxo, & venulis distinctæ instar sacchari albi, quæque infra latius describentur, sub nomine *Saxi calcarii*.

Hisce nigrum Accarbaar tam firmiter radicibus fixum est, licet radix ipsa in nullas dispersa sit fibrillas, ut nulla vi extrahi possit, præsertim si ista crusta Accarbarii ipsi inposita sit, quæ in Carang itidem infixa est. Reperitur quoque in duris, cœruleis, ruffis, & cinereis silicibus, sed tum multo minus, gracilius, & ad extremitatem cinereum magis est præcedenti, nullas emittens radices in silices, sed ipsis quasi adglutinatum est, nihilominus tam firmiter, ut ab ipsis haud facile separari possit.

Ex quibus patet, hoc quoque Accarbaar nullum vel paucum admodum trahere alimentum ex subjectis scopulis, sed istum mucum, de quo in primo egimus capite, ab aliis defluentem arbusculis, vim seminalem in se concludere, atque ubi hic sese figit, ibi novam format arbusculam, pabulum porro ducens ex bituminosis & sulphureis maris particulis.

Concludendum tamen est, hoc nigrum Accarbarium plus nutrimenti trahere ex dictis Carang rupibus, quam ex silicibus, quum primis suas figit radices, multoque majus, elegantius, ac nigrius est, si iis increscat, quam in aliis duris saxis, ita ut posterius tanquam spurium veri habendum sit.

Ipsorum captura sequenti peragitur modo. Urinator restem adligat trunco, quum cito adtrahitur cum tota rupe, si non sit nimia. Sed si nimis magnæ & graves sint, quam ut elevari possint, tum arbusculam undique circa radicem cultris ferreis separat, quod in molli Carang facile fieri potest. Amboinensis autem non tantum inpendere volunt laborem, sed mox cultro magno seu Parrang amputant arbusculam paulo supra radicem, ubi nulla saxosa est crusta.

Multo ignorantiores sunt, qui totum fruticem torquendo vel perstringendo volunt eruere, quo plerumque nil efficiunt, nisi quod optimos corrumpant ramos. Periti enim urinatores uno testantur ore, si diu Accarbarium torqueatur vel perstringatur, multo tenacius ac lentius fieri, ita ut uno ictu ac rapido elevandum sit, quod cum Jubæ dicto quadrat. Varias accepi tales arbusculas, quæ hac torsione adeo incomptæ ac perditæ erant, ut exteriores volvuli separarentur, atque nil boni ex iis comparari potuerit.

Usus. Inter cuncta Corallia, quæ Indicum profert mare, hoc nigrum maxime æstimatum est, & usitatissimum pro gestatione. Incola ejus nullam requirit partem nisi crassos ramos, ex quibus armillas formant, tam pro viris quam pro feminis, quod sequenti fit dexteritate. Primo amputant ad unam partem ramos planos, qua brachiis adcumbent, quem in finem rectos ac minime nodosos eligunt, ita ut ex tota arbuscula non plures uno alterove annulo formari possent, dein eos obliniunt recenti Calappi oleo, eosque supra ignem tenent, iterum eos obliniunt, ac denuo supra ignem inflectunt tamdiu, donec mollescant rami, quos tum in circulum inflectunt, extremitates colligantes, ac sic frigescere sinunt, tum nigrum hoc Corallium hanc servat formam.

Hæc brachialia dein poliuntur, ita ut Ebenum referant verum, quod fit, si primo radantur frusto vitri vel porcellani, tum omnes exteriores striæ delentur & poliuntur, quum glabra dein redduntur rugosis quibusdam foliis, quale est *folium Politorium Libro* 6. descriptum, *folia Socci*, vel pellis Lamii piscis, sed minus rugosum semper ultima vice sumendum est, ac tandem glabro osse fortiter fricanda sunt.

Quum has induere volunt armillas, ipsarum extremitates deducunt, quibus brachium injungitur, quæque iterum sponte connectuntur, nec metus est, ut frangantur.

Divites eas auro obducunt, vel figuras ex auro ipsis inponunt. Magna frusta, binos ac plures digitos crassa, magnatibus obferuntur, qui ex iis elegantia manubria telorum & cultrorum fabricari curant, eaque pretiosiora habent, & præferunt aureis.

Ratio-

Haren eigentlyken grond is op de groote Zeeklippen Carang *genaamt, die van buiten met veele koppen en knoesten uitbuilen, en ruig en slymerig zyn, van binnen schoonwit, weeker als eenige andere steen, met adertjes gestraalt als de witte zuiker, dewelke hier na breeder zullen beschreven werden, onder den naam van* Saxum calcarium.

Hier op staat dit zwarte Accarbaar zoo vast gewortelt, hoe wel de wortel zelfs haar in geene vezelingen verspreid, dat het onmogelyk is de zelve uit te trekken, inzonderheid als de voorschreeven Crusta Accarbary daar op leid, dewelke in den Carang mede vast gewortelt is. Men vindt het ook op harde, blauwe, rosse, en grauwe keisteenen, dog veel kleinder, magerder, en aan de einden rosser van couleur, dan de voorige, geene wortelen in den keisteen schietende, maar als daar op geplakt, niet te min zoo vast, dat het daar van niet ligt te separeeren is.

Waar uit blykt, dat ook dit Accarbaar geen of weinig voedzel uit de onderleggende klippen trekt, maar dat dien slym, waar van wy in 't eerste Hoofdstuk gesprooken hebben, van andere boompjes afvloejende, de zaadkragt in zig hebbende, en daar by zig vast hegt, een nieuw boompje formeert, zyn voedzel verder trekkende uit de bitumineuse en zwavelige deeltjes der zee.

Evenwel moet men ook besluiten, dat dit zwarte Accarbaar meer voedzel trekt uit de voornoemde Carang-klippen, dan uit andere keisteenen, dewyl het in de eerste zyne wortelen schiet, veel grooter, schoonder, en zwarter, daar het groeit op harde steenen, zoo dat men 't laatste als misgewassen van het regte houden moet.

Haren vangst geschiet aldus. Een Duiker bindt een strop om den stam, en laat het aldus schielyk op trekken met klip en al, als dezelve niet te groot is. Maar de groote te zwaar zynde om op te halen, zoo moet hy het boompje rondom den wortel met ysers losbreken, het welk aan dien weeken Karang ligtelyk geschieden kan. De Amboinees wil zoo veel moeiten niet doen, maar kaptze straks met zyn parrang of houmes af, kort boven de wortel, daar geen steenen korste is.

Veele onwetender handelenze, als ze den geheelen struik met wringen en drajen willen losrukken, waar mede zy gemeenlyk niet op doen, of de beste takken geschonde opbrengen. Want de ervare Duikers verhalen eenparig, als men aan 't Accarbaar lange mart en wringt, dat het veel tajer en vaster werd, en ook vaster houden zal, zoo dat men 't met een ruk of met een kap moet uithalen, 't welk met Jubaas zeggen overeen stemt. Ik hebbe verscheiden zulke boompjes gekreegen, die door dit wringen zoo bedorven waren, dat de buitenste rolletjes afschilfferden, en niets goeds daar van te maken was.

Gebruik. *Onder alle Koraalgewassen, die de Indische zee voortbrengt, is dit zwarte het meest geëstimeerde en gebruikelykste om te dragen. De Inlander zoekt daar van anders niet dan de dikke takken om Armringen daar van te maken, zoo wel voor mannen als voor vrouwen, 't welk geschiedt door de volgende handgreep. Zy snoejen eerst de takken aan de eene zyde plat, daar ze tegen den arm zullen aanleggen, daar toe de regte en de minknoestige verkiezende, zoo dat ze uit een geheel boompje niet boven een of twee ringen konnen krygen, daar na bestrykenze die met versche Kalappus-olye, houden ze over een kool vuur, besmeeren ze nogmaals, en weder over 't vuur, zoo lange tot dat de takken leenig werden, die ze dan buigen in een ronde cirkel met de einden t'zamen bindende, en laten ze zoo kout werden, zoo blyft dat zwarte Koraal in de zelfde gedaante.*

Deze armringen werden daar na glad gemaakt, zoo dat ze het natuurlyke Ebbenhout gelyken, 't welk geschiedt, als men ze eerst schraapt met glas of een scherfje porzelein, dat alle de buitenste streepen daar uit komen, en effen werden, wanneer men ze polyst met eenige ruige bladeren, gelyk het folium Politorium Lib. 6. *beschreeven,* Soccom *bladeren of een Hajenvel, dog het minst ruige moet men altyd op 't laast nemen, en eindelyk met een glad beentje sterkelyk wryven.*

Als zy deze ringen willen aandoen, zoo trekt men de einden wat van malkander, daar men als dan den arm in duuwt, en laat ze weer t'zamen springen, want het heeft geen nood van breeken.

Die de middelen hebben, laten ze met goud beslaan, of goude figuren daar in leggen. De groote stukken, die twee vingeren en meer dik zyn, werden aan de groote Heeren gebragt, die daar van curieuze krisheğten en steelen tot messen maken, en houden die kostelyker, dragen ze ook liever dan de gouden.

De

Rationem, cur incolæ hoc nigrum Corallium adeo amant gestare, nullam aliam indagare potui, quam quod in ea firma sint opinione, aliquem nigrum Calbaharium gestantem, immunem esse ab incantamentis, devotionibus, & contagioso aëre, unde & pueros hoc gestare oportet, & ut simul corpus bonam servet formam, sique quodam casu aliquid maligni vel veneni sive per cibum, sive per potum in corpore ingesserint, semper paratum & ad manus habent Bezoardicum, cujus rasurum propinant. Malaienses autem putant, non bonum esse, armillas ad eam partem, qua cutim tangunt, auro obduci, sed quidem ad extremitates, & superiorem partem aureas inponi figuras, dicunt enim non sine ratione, oportere, ut Corallium nudam tangat cutim, si quandam salubritatem adferet.

In re Medica non minorem habet usum, licet non admodum gratum sit, si propinetur, ob saporem corneum & præsertim ob odorem, acsi nempe mixtus esset ex carbonibus, cornu, & Onyce marina. Hoc autem Corallium supra porphyritim teritur cum aqua, donec hæc nigrescat, ac sic propinatur, tam sola quam cum albo Calbahario mixta.

Peculiares habet virtutes, quum compositum sit ex sulphurea & bituminosa humiditate, quæ in aqua marina latet; non enim putandum est mare solummodo constare ex sola aqua & sale, sub iis vero latent etiam alia salia & pinguedines, uti Sal Nitri, Sulphur, Bitumen &c. quæ omnia mare ex mundi globo exsugit, & e quibus tot diversæ formantur plantæ marinæ.

Præ reliquis hoc Indicum mare, quod *Archipelagum Moluccanum* constituit, inprægnatum est varia sulphurea pinguedine, ac bituminosis humoribus, ex quibus variæ Ambræ species, ac præsertim nigra Ambra (quæ perfecte Bitumen redolet, ut & hoc nigrum Calbaharium) suum habent ortum. Argumento iterum, quod nigrum Calbaharium non crescat e rupibus, quibus infixum est, quum hæ sint albæ, molles, & ex salsa constent materie, nullam exhibentes bituminosam humiditatem.

Ad usum itaque Medicum talia plerumque sumuntur frusta & fragmenta, quæ ad armillarum opus dictum non valent, attamen tam magna, ut facile manu teneri, & supra porphyritim cum aqua conteri possint, hoc enim Corallium sive solum, sive cum albo Calbahario mixtum resistit primo, atque enervat omne adsumptum venenum, præsertim omnem noxium cibum, qui ex mari petitur, quales sunt noxii pisces, cancri, & corniculi &c. item venenatos Fungos, ac similem cibum, qui hominis fauces contrahit, si modo statim tali homini aquam saccharatam infundant, ne fauces constringantur, donec medicamentum sit præparatum.

Propinatur quoque, si variolæ, & morbilli retroeunt vel collapsi sunt, ac per ingentem ardorem homines quasi suffocare volunt. Item eos juvat, qui corrupti sunt nimio potu Spiritus Vini & Arack, atque inde magnam anxietatem & ardorem in orificio ventriculi persentiunt, & in quibus appetitus penitus est prostratus.

Cum albo Calbahario mixtum propinatur iis, qui acre & vehemens adsumserunt purgans, quod fortem excitat vomitum, ita ut sæpe sanguis subsequatur, uti id fit per *Petolam silvestrem*, quæ species est Elaterii, sique alicui sine notabili caussa anxietas ventriculi superveniat, qui inflammatur, & cordis anxietatem caussat, acsi suffocaretur (quod Malaienses *Sakkit pissang* vocant, non quia oritur ex esu Musæ, sed quia sensus est, acsi fructus Musæ ex ventriculo sursum sese elevat, ad talem suffocandum) tum etiam hoc nigrum Calbaharium ingerendum est.

Crusta ista saxosa & cinerea, *Crusta Accarbarii* dicta, ad usum medicum etiam conservatur, in pultem enim tenuem contrita & inlinita ardorem exstinguit, & dolorem mitigat in magnis anthracibus & Aposthematibus, sed ipsi ulceris centro seu oculo non inliniendа est, ne collabescat vel materia retroëat. Hæc pulticula etiam inlinitur ictibus & morsibus quorundam venenatorum animalium. Quidam huic crustæ omnes adscribunt virtutes albi Calbaharii.

Si

De reden, waarom de Inlanders dit zwarte Koraal zoo geern dragen, heb ik geen andere konnen uitvragen, dan dat ze in die vaste inbeeldinge zyn, dat iemand zwart Kalbahaar aan 't lyf dragende bevryt zy voor alle tovery, zegeningen, en kwade lugt, daar om ze de kinderen ook moeten dragen, op dat ze het ligbaam altyd in een goede gedaante behouden, en als zy dan iets kwaads van fenynige kost of drank in 't lyf krygen, zoo hebben ze eenen Bezoar by zig gereet, waar van ze het schraapzel mogen drinken. De Malyers houden evenwel daar niet van, dat men deze Armringen aan die zyde, daar ze tegens het lyf leggen met goud beslaat, maar wel aan de einden, en boven op met goude figuren, want zy zeggen niet zonder reden, dat het Koraal de bloote huid moet raken, als het eenige gezontheid zal aanbrengen.

In de Medicynen heeft het niet minder gebruik, hoewel het niet al te lieffelyk is om in te nemen, wegens zyn hoornagtige smaak, en inzonderheid den reuk, als dewelke gemengt is uit kolen, hoorn, en Onyks marina, men wryft het op een ruige steen met water, tot dat het zelve zwartagtig daar van werd, en drinkt het zoo in, zoo wel alleen als met wit Kalbahaar gemengt.

Het heeft zyne byzondere kragten, als zynde gemaakt uit een zwavelige bitumineuse vogtigheid, die in 't zeewater schuilt, want men moet niet meenen, dat de zee alleenlyk bestaat uit slegt water en zout, maar daar onder schuilen ook andere Salia en Vettigheden, als Sal Nitri, Sulphur, Bitumen &c. die de zee uit den aardkloot zuigt, en waar uit zoo veele verscheide Zeeplanten komen.

Onder anderen is deze Indische Zee, die den Archipelagus Moluccanus *maakt, bezwangert met verscheide sulphurisse vettigheid, en bitumineuse humeuren, waar uit veelderlei zoorten van Ambra, inzonderheid den zwarten Amber, die duidelyk na Bitumen ruikt, en dit zwarte Kalbahaar haren oorsprong hebben. Al wederom een bewys, dat het zwarte Kalbahaar niet uit de klippen groeit, daar op het staat, dewyl die zelve van een witte, weeke, en ziltige materie zyn, gants geen bitumineuse vettigheid vertoonende.*

Tot de Medicyn dan nemen ze gemeenlyk zoodanige stukken en brokken, die tot het bovenstaande werk van Armringen onbekwaam zyn, evenwel nog al zoo groot, opdat men ze gemakkelyk in de hand vatten, en op een steen met water wryven kan, want de zelve, het zy alleen of met wit Kalbahaar gemengt, resisteert voor eerst, en dood allerlei ingenomene venyn, inzonderheid alle schadelyke kost, die uit de zee komt, gelyk schadelyke Vissen, Krabben, Hoorntjes &c. venynige Kambernoelien, en diergelyke kost, die een mens worgen wil, als men maar ten eersten zuikerwater den mensche ingiet, dat de keele zoo lange open blyve, tot dat men 't Medicament klaar make.

Het werd ook ingegeven, als de kinderpokken en mazelen ingeslagen zyn, en met een groote brand den mensche verstikken willen. Item helpt die geene weder te regt, die haar bedorven hebben met veel drinken van Brandewyn en Arak, en daar door een groote benauwtheid en brand in de krop van de mage gevoelen, en schier niet meer eten konnen.

Met wit Kalbahaar gemengt geeft men die geene in, die een scherpe purgatie ingenomen hebben, dewelke een sterk braken maakt, zoo dat 'er dikwils bloed na komt, gelyk doet de Petola silvestris, *een zoorte van* Elaterium *of* Ezels-comcommers, *als iemand zonder kennelyke oorzaak een benauwtheid in de mage overkomt, wanneer dezelve zig opblaast, en de borst benauwt, als of men verstikken wilde, 't welk de Malyers* Sakkit pissang *noemen, niet om dat het van 't eeten der Pissangs komt, maar om dat men gevoeld, als of 'er een Pissang uit de mage opklom, en iemand verstikken wilde, zoo zal men ook zwart Kalbahaar innemen.*

De asgrauwe steene schorsse, Crusta Accarbarii *genaamt, werd ook tot de Medicyn bewaart, want tot een dun papje gewreeven, en op gesmeert verkoelt ze den brand, en verzagt de pyne in de groote bloedzweeren en apostemen, dog men moet ze op 't ooge van de zweeren niet stryken, op dat ze niet te rugge slaan. Men strykt dit papje ook op de steekten en beeten van eenige schadelyke gedierten. Zommige schryven deze korsten schier alle kragten van 't witte Kalbahaar toe.*

Als

Si hoc Calbaharium ad singularitatem quis servare velit, uti nostra natio id plurimum facit, tales eligendæ sunt arbusculæ, quarum rami potissimum erecti sunt, & fulcro insident lapideo, sed ne truncus sit concretus crusta ista saxosa, vel saltem non nimis alte ea investitus, quod dedecori est, uti & si tenuissimi ramuli abrupti vel decidui sint. Sic quoque unus truncus ex unica exsurgat radice, licet dein in ramos sese mox dispergat, si vero cinctus sit multis curtis & obtusis surculis ex radice adsurgentibus, hoc etiam dedecori est, sed hi laterales surculi cultro facile abscindi possunt.

Sic quoque rami aliquando in arcus concreti sunt, item conchæ, ostreæ, aliaque alba ac tenuissima Corallia intermixta, & ramis adcreta, quæ omnia relinquuntur, quæque particularitatem augent.

Alter mirus usus in hisce posterioribus annis inventus est, formandi nempe ex hoc Calbahario elegantia sceptra, quæ manu tenentur, & nunc ex unico, nunc ex binis tribusve constant caulibus artificiose inflexis, & sinuosis, & raris quasi flammis distinctis, ita ut videatur tali modo naturaliter cretum esse, hunc in finem eligenda est tota Corallina arbor, & examinandum, an unicum rectum caulem ex ea conquirere possimus, an vero una alterave addenda sit, ita tamen ut truncus inferior ad semi pedis circiter spatium nudus sit.

Omnes reliqui rami cultro abscinduntur, reliquumque raditur & politur, uti supra indicatum fuit, dein oleo oblinitur, supra ignem molle redditur, & flectitur per sese invicem instar capillitii, talesque maculas & sinus formando, quales videntur convenire ad ornamentum.

Contexti hi rami ad extremitates filo connectuntur, quum hamuli vel capitula hisce adnectuntur, quamdiu enim hoc Corallium calidum est, inflecti potest ex arbitrio, & frigefactum istam servat formam contexti nempe sceptri, quod dein rugosis foliis poliendum est, ita ut vestigia abscissorum ramorum dignosci nequeant, & glabritiem adquirat Ebeni ligni.

Hæc sceptra binos & ad summum tres pedes longa, hodie rarissima ac pretiosissima res est, quæ ex nigro conquiri potest Calabahario, quum raro tales reperiantur arbores, quarum rami ad hoc opus apti sunt, ac tota arbor huic operi inpendenda. Hinc etiam digna æstimantur hæc sceptra, ut ad crassissimam partem, quæ pro manubrio inservit, auro obducantur, & tanquam donum magnatibus mittantur.

Ad Calbaharium amputandum & poliendum, inter omnes Amboinenses nationes nulla aptior reperitur, quam æquorei populi Bonoæ & Manipæ, quibus hoc opus committendum est.

In Sinensibus legitur libris. Nigrum Titsjiu tostum & pulverisatum curare vulnera contracta ex clavis.

Quædam harum arbuscularum sub aqua obductæ sunt cortice purpureo, vel pallide purpurascente, qui nigricat vel obscurus est, si manu tangatur vel torqueatur, sed supra aquam elevatus & siccatus, pallide cinereus est & fragilis, arbusculæ etiam sunt, in quibus musculi Aviculæ dicti adhærent ramis, decem vel duodecim numero, semper cauda elevati, sed in extractis decidunt.

Ejus rami tosti in carbones fungosos, & tenuiter contriti, & sicci inpositi ictibus venenatorum piscium & millepedum, eos curant. De imaginario fructu hujus Calbaharii vide ad finem Capitis noni.

Als men dit zwart Kalbabaar tot rariteiten bewaren wil, gelyk meest onze Natie daar mede doet, zoo moet men zoodanige boompjes verkiezen, die de takken meest over eind, en baren steenen voet nog hebben, dog den stam moet niet begroeit zyn met die steene korste, of immers niet hoog daar mede bekleedt, want zulks een kleine misstant geeft, ook als wanneer de fynste takjes meest afgevallen zyn. Zoo moet ook maar een stam uit eenen wortel ryzen, al verdeeld by zig dan terstond in takken. Maar als by omcingelt is met veele korte en stompe ryskens uit de wortel spruitende, dat mismaakt bem ook, dog deze zyde ryskes kan men gemakkelyk met een mes affnyden.

Zoo ziet men ook dikwils de takken met bogen aan malkander vast gegroeit, item bier en daar schulpen, Oestertjes, en andere witte fyn getakte Kraalsteentjes, aan de takken vast gegroeit, alle welke men daar aan laat, als dienende tot vergrootinge van de rarigheid.

Een ander zeldzaam gebruik beeft men in deze laatste jaren uitgevonden, namentlyk uit dit Kalbabaar aardige septers te maken, die men in de banden draagt, zomtyds uit een enkelden, zomtyds uit twee en drie steelen konstig door malkander gevlogten, bestaande, en met ordentelyke bogtjes raar gevlamt, zoo dat bet schynt van natuur zoodanig gegroeit te zyn, bier toe moet men nemen een gebeelen Koraalboom, en bezien, of men een enkelde regte steel daar uit kan krygen, dan of men een of twee daar by moet nemen, dog zoodanig, dat aan den stam beneden ontrent een balve voet bloot blyven.

Al de andere takken snydt men met een mes af, de andere schraapt en polyst men, als boven staat, daar na smeert men ze met olie, maak ze leenig over 't vuur, en vlegt ze door malkander als een bairlok, zoodanige vlakken, en bogtjes gevende, als men goet agt tot vercieringe te dienen.

De zamengevlogten bindt men aan de einden met een draad t'zamen, of men maakt 'er baakjes en knopjes aan. Want zoo lange bet warm is, laat bet zig buigen naar believen, en als dan koud geworden zynde, behoud bet de gemelde gedaante van een gevlogten septer, 't welk men als dan nogmaals met ruige bladeren moet polysten, op dat men de voetstappen van de afgesneeden takken weinig bekennen kan, en zoo glad worden als Ebben-bout.

Deze septers van twee, ten hoogsten drie voeten lang, zyn tegenwoordig bet raarste en duurste, dat men van zwart Kalbabaar bekomen kan, dewyl men zelden zoodanige bomen vindt, welkers takken bekwaam daar toe zyn, en men een gebeele boom daar toe versnyden moet. Daarom zyn ze ook weerdig geagt aan bet dikste einde met goud te beslaan, in forme van een bandgreep, werdende als dan tot presenten aan groote Heeren gezonden.

Het Kalbabaar te snoejen en te polysten, werden onder alle Amboinsche Natiën geen geschikter gevonden, dan de Eilanders van Bonoa en Manipa, aan de welke men zulk werk moet opofferen.

In de Chineese Boeken leest men, dat bet zwart Titsjiu gebrand en gepulveriseert, geneest de gestooken wonden, die men van spykers gekreegen beeft.

Zommige van deze boompjes zyn onder water bekleedt met een peerze of ligt-purpere schorsse, de welke zwartagtig of donker werd, als men ze met de banden aanraakt of begint te drajen, maar boven water komende, en droog werdende, werd ze ligt-grauw en brysselig. Men vindt ook boompjes daar de Aviculæ Mossen genaamt, aan de takken met tien en twaalf zitten, altyd met de steert om boog, dog aan de uitgetrokkene vallen ze af.

Zyne takken gebrand, tot dat ze tot vooze koolen werden, dezelve fyn gewreeven, en droog opgebonden geneezen de steeken van fenynige Vissen en Duizendbeenen. Van de vermynde vrugt dezes Kalbabaars, ziet aan 't einde van 't negende Hoofdstuk.

Tabula Septuagesima septima

Corallium exhibet *nigrum*, seu *Accorbarium nigrum ramosum*, de quo vide *Dale Pharmacolog.* in *quarto pag.* 60 ubi plures inveniuntur de hoc auctores, vide & *Boerhav. Ind. pag.* 6. cui dicitur Keratophyton arboreum, nigrum.

De seven en Seventigste Plaat

Vertoont het *zwart Koraal*, ofte het *zwarte getakte Calbabaar*, waar over ziet *Sam. Dale* in zyn *Pharmac.* in *quarto pag.* 60. alwaar zeer veel Schryvers hier over gevonden werden, ziet ook *Boerb. Index pag.* 6. by wien ze genaamt wert de zwarte boomagtige Keratophyton.

CAPUT TERTIUM.

Accarbarium unicaule. Palmijuncus marinus. Tali aros.

Secunda species Accarbarii nigri est monoclonos, & ab Incolis mas habetur, solitario sed sinuoso adsurgens caule. In tres distinguitur species, primo *Palmijuncus vulgaris*, secundo *Palmijuncus striatus*, tertio *Palmijuncus anguinus*.

Primo. *Palmijuncus vulgaris*, seu verum *Tali aros* est longus elegansque caulis, multis, magnis, & inregularibus flexibus sese adtollens ad longitudinem binarum triumve orgyarum, magnam pennam & ad summum digitum crassus, mox sub aqua niger, sed externe obductus tenui & rugoso cortice, seu potius pelle instar Lamiis piscis, quæ in senioribus fustibus quo magis eo glabrior est, sed semper tamen granulosa.

Hæc pellis abradenda est, quam primum ex aqua protrahatur, cultro & arena fricanda, quod in sicca etiam fieri potest sed majori labore, quum aliquando minus profunde fricetur vel sculpatur. Interne nigerrimum est hoc Accarbarium, ex variis volvulis sibi inpositis compositum, sed facilius separari possunt, quam in priore Calbahario.

Ejus substantia ex ligno & saxo itidem mixta est, sed saxosa natura hic prævalet, unde & non tam facile flecti potest, sed facilius frangitur priore, & quam citissime instar vitri, unde & sinus per artem dictam non expungendi sunt. Sed alia iterum detecta est ars ad eos quodammodo rectos reddendos, uti infra indicabitur.

Pondere etiam gravius est præcedenti Accarbario, ac frusta sibi mutuo adtrita fortem spirant corneum odorem.

Suprema pars instar longi ac tenuis terminatur fili, multis sinibus & circulis inflexa, atque rugosiorem habet pellem inferiore parte. Insidet duris saxis, quibus ampla radice tanquam adglutinatum est, vel si saxum quodammodo molle sit, in eo radices dispergit multis foveolis, nihilominus tamen tam firmiter ei adhæret, ut cum toto saxo evellendum sit, vel si nimium id est, amputandum. In mari non erectum stare potest, sed fluxu hic & illic agitatur, unde copiosi isti formantur fluxus. Recens extractum externe tenui obductum est muco.

Secundo. *Palmijuncus striatus* congener est priori, sed multo minor, non ultra tres quatuorve pedes altus, ac vix pennam crassus, raris sinibus, aliquando parum modo inflexus vel obliquus est, externe tenuiter striatus instar Accarbarii. Melioris est substantiæ antecedente, atque in Medico usu præfertur, & pro vero Accarbarii mare habetur, sed tam raro obcurrit, ut fere ignotum sit.

Tertio. *Palmijuncus anguinus* monoclonos quoque est, multo tenuior, & minor præcedentibus, quatuor & quinque pedes longus, a culmo ad pennam crassus, ab ipsa radice multis adsurgens gyris ab inferiore nempe parte jam anguiformis, dein volvulis & circulis in spiralem lineam ad extremum decurrit, externe obductus rugosa & spinulosa pelle, quæ firmiter admodum ipsi adhæret, quæ tamen æque in sicco quam recenti abradi potest, tumque glabrum est & nigrum instar Ebeni ligni, sed sua sponte erectum stare nequit, unde arundo Rottang per gyros ipsi adponitur.

Aliquando tam longus ac gracilis est, ut ejus vertex dependeat, sesequе inferioribus circumflectat gyris, ipsisque adcrescat, quod peregrinam format ac miram intricationem, ita ut sæpe binæ tresve extremitates in uno conspiciantur caule, quæ omnes abrumpendæ sunt, sed primaria relinquenda ac servanda.

Hoc neque flecti neque extendi potest, sed naturales gyri observandi sunt, uti formati fuere, aliquando superne abruptum est, reliquumque erigitur instar fili ferrei intorti, quod æque rarum est, supremi enim tenues gyri non multum ornamento sunt, nisi regulares sint.

Nomen

DERDE HOOFDSTUK.

Het Eenstelige Kalbahaar.

De tweede zoorte van 't zwarte Kalbahaar is het eenstelige, by de Inlanders voor het manneken gehouden, met een enkelde dog bogtigen steel opschietende. Verdeelt in drie zoorten, ten eersten Palmijuncus vulgaris, ten tweeden Palmijuncus striatus, en ten derden Palmijuncus anguinus.

I. Palmijuncus vulgaris, *of het eigentlyke* Tali aros *is een enkelde lange steel, met veele, groote, en onordentelyke bogten opschietende, van twee tot twee of drie vademen lang, een groote schaft, en op 't meeste een vinger dik. Straks onder water zwart, dog van buiten bekleedt met een dunne en ruige schorse, of liever huid, gelyk een Haje-vel, dewelke aan de oude stokken hoe langer hoe gladder werd, dog nog altyd korrelig blyvende.*

Deze huid moet men afschrapen, zoo dra het uit 't water komt, met een mes, en met zand schuuren, 't welk men aan de gedroogden ook doen kan, dog met meerder moeiten, om dat men zomtyds te diep schraapt. Binnen is het pit zwart, mede van verscheide rollen op malkander liggende gemaakt, dog die ligter van malkander te separeeren zyn, dan aan het voorgaande Kalbahaar.

Zyne substantie is mede van hout en steen gemengt, dog de steenige natuur is alhier meester, daarom laat het zig ook zoo wel niet buigen, maar breekt veel ligter als het voorgaande, en dat zoo kort af als glas, wesbalven men de bogten door de bovenstaande konst niet kan daar uit krygen. Dog men heeft al weder een ander bandgreep om dezelve eenigzints te regten, gelyk hier na volgt.

Aan gewigt is het ook zwaarder dan het voorige Kalbahaar, en de stukken tegens malkander gewreeven, geven een sterken hoornagtigen reuk van haar.

Het opperste eind loopt als een lange dunne draad, met veele bogten en cirkulen toe, zynde ruiger van vel dan het onderste. Het neemt zyn sitplaats op harde steenen, daar het met een breede wortel als op geplakt is, of zoo den steen wat week is, verspreid het daar inne zyne wortel met veele kuilen, niet te min zoo vast daar aan houdende, dat het met den steen moet uitgetrokken, of, als die te groot is, afgekapt werden. In Zee kan het niet overeind staan, maar zwierd met den stroom heen en weer, waar door de veele bogten komen. Ook is het vers uitgehaalde van buiten met een dunne slym behangen.

II. Palmijuncus striatus, *is een medezoorte van de voorgaande, dog veel kleinder, niet boven drie en vier voeten hoog, en schaars een schaft dik, met weinige bogten, zomtyds slegts een weinig gedraait, of scheef staande, van buiten fyn gestreept gelyk Accarbaar. Hy is van beter substantie dan de voorgaande, en werd in de Medicynen voortgetrokken, werdende voor 't regte Kalbahaar manneken gehouden, dog men vindt het zoo zelden, dat het meest onbekent is.*

III. Palmijuncus anguinus, *is mede eensteelig, veel dunder, en kleinder dan den eerstgenoemden, vier en vyf voeten lang, van een stroobalm tot een schaft dik, van de wortel aan met veele krullen oploopende, te weten voor eerst van onderen op slangeformig, daar na met geheele circulen in een spirale linie tot het uiterste topjen toe. Van buiten bekleedt met een ruige en zeer steekelige huid, die vry vast daar aan hangt, egter kan men die zoo wel aan 't drooge als aan 't versе afschrapen, als dan werd het glad, en zwart als Ebbenhout, dog kan op zig zelven niet over eind staan, wesbalven men een Rottang door de krullen pleegt te steeken.*

Zomtyds is 't zoo lang en rank, dat zyn top afhangt, zig om de onderste krullen slingert, en daar aan vast groeit, makende een vreemde verwerringe, zoo dat men dikwils twee en drie einden aan eenen stok ziet, die men alle moet afbreeken, en den principalen houden.

Daar valt mede niet aan te buigen of te rekken, maar men moet de natuurlyke krullen laten, zoo als zy zyn, zomtyds vindt men 't boven afgebrooken, en de rest over eind staan als een gekruld yzerdraad, het welk alzoo raar is, want de opperste dunne krullen geven hem geen grooten cieraat, als ze niet ordentlyk lopen.

Naam.

Nomen. Latine *Accarbarium unicaule*, & *Palmijuncus marinus*, ex forma plantæ junceæ, quæ *Palmijuncus* seu *Rottang* dicitur & supra *Libr.* 7. descriptus fuit, Malaice *Tali aros*, h. e. funis fluviatilis, & *Rottang laut.* Secunda species peculiariter *Accarbaar lacki lacki* dicitur, licet prima hoc quoque gerat nomen. Latine *Palmijuncus striatus.* Tertia species vocatur *Palmijuncus anguinus*, Malaice *Accarbaar oelar.* Cunctæ vero tres Ternatice *Bau mautu.*

Locus. Omnes hæ tres species in locis crescunt, ubi fluxus sunt copiosi, unde & nomen gerunt, item in durioribus saxis quam Calbaharium, sed vario quodammodo modo. Prima nempe & secunda species in rupibus Corallinis non solidis sed granulosis, aliquando ejus radix in simplicibus saxorum fragmentis fixa est, quæ simul in una comprehendit gleba. Sic quoque videtur, nutrimentum quoddam ex iis sugere, quum radices profunde ipsis inplantantur, & naturam sequuntur lapidis, cui increscunt. Quæ enim ex solidis & duris progerminant lapidibus, duriorem & graviorem habent substantiam illis, quæ mollibus & fragilibus inposita sunt.

Tertia species semper insidet ruffis & cineribus saxis radicula ampla & rotunda, acsi adglutinata esset.

Piscatores norunt quædam horum saxorum, magnitudine pugni circiter, quum ab ipsis adligata sunt funibus piscatoriis, quæ ex terra conquirunt & connectunt iis, ut hamus profundum petat mare, sique piscem teneat, ac funis commoveatur, tum lapillus decidit, huic tum sese figit dictus mucus seminiferus, formatque in eo arbusculam talem intortam, quæ præcipuum capit incrementum ex ipso mari, nihilominus tamen quoddam trahit alimentum ex ipso sacco per planam radicem, quæ inferius porosa seu foraminulis distincta est. Hinc arbuscula duriorem habet substantiam, tenuis est, firma, & circinnata, quod in aliis *Tali aros* non observatur, quæ fungosis insident saxis.

Binæ priores species investigandæ sunt circa oras protuberantes vel circa angustas maris ripas, ubi fluxus sunt rapidi. Tertia species reperitur in Amboinensi sinu hic & illic in similibus dictis lapillis, qui plurimum ibi projiciuntur ad decem vel viginti orchiarum profunditatem. Ante acutum promontorium parvæ Ceramæ in Hoeamohela, quod ad Zepyream vergit plagam, nostratibus siccum Oryzæ promontorium dictum, incolis Siël, non modo continuus ac rapidus fluit fluxus, sed qui augetur per multos cæcos scopulos, ante ipsum in mari positos, & aliquando supra aquam eminentes.

Ibi ingens admodum locatur *Tali aros*, cujus verticem incolæ aliquando sub aqua viderunt, & ex eorum relatu dixerunt pedis crassitiem obtinere. Pecuniam sæpe pollicitus sum, ut unus alterve submersor id peteret, sed neminem potui exhortari, qui auderet id suscipere, semper sese excusantes ob vehementem fluxum, qui eos aliquando nimis in profundum projiceret, vel quod Lamium piscem obfenderent.

Sed hasce excusationes prætextas modo esse inde concludere poteram, quum in profundioribus & magis periculosis sæpe fundum petunt & submergunt, in isto enim loco non ultra viginti orchias fundus profundus est, & dies aliquando sunt pacati, quum fluxus placidus est. Vera autem caussa erat superstitio quædam, quod hanc arborem sacram & tanquam custodem istius insulæ haberent, quamque vocabant *Buto siël*, h. e. membrum virile *Siël.*

Cæterum si posset evelli, talisque esset, qualis ab incolis describitur, non credo huic similem esse in toto mundo unquam conspectam, atque ut puto duodecim orchiarum longitudinem haberet. Eam itaque ibi relinquemus in thesauro seu arca matris Tethyos, sperantes posteros nostros dein eam deprompturos, vel per senectutem eradicatam inventuros. Ante dictum sinum rupis etiam præceps locatur sub aqua, vel defluente aqua parum supra hanc elevata, quæ idem gerit nomen *Butu siël.*

Usus. In Medicina hi *Palmijunci* parvi sunt usus, saltem non multum notus est, excepto apud Ternatenses, qui eos in usum vocant, præsertim tales, qui recti sunt, & quidem primæ ac secundæ speciei, quam pro vero habent mare, uti dein indicabitur. Cæteroquin omnes species dignæ sunt, quæ servantur tanquam res raræ, eliguntur vero & præferuntur minime sinuosæ & planissimæ cum frusto adhærentis radicis.

Quæ

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium unicaule, *en* Palmijuncus marinus, *na de gedaante van dat biesagtige gewas*, Palmijuncus *of* Rottang *genaamt*, *en* Lib. 7. *beschreeven*, *in 't Maleits* Tali aros, *dat is* Stroomtouw, en Rottang laut. *De tweede zoorte werd in 't byzonder* Accarbaar lacki lacki *genaamt*, *hoe wel de eerste dien naam ook voert*, *in 't Latyn* Palmijuncus striatus. *De derde zoorte hiet* Palmijuncus anguinus, *in 't Maleits* Accarbaar oelar. *Alle drie in 't Ternataans* Bau mautu.

Plaats. *Zy wassen alle drie op plaatzen, daar veel stroom gaat, waar van ze de naam hebben &c. Op harder steenen dan het Kalbabaar, dog met eenig onderscheid. De eerste en tweede zoorte wassen op Kraalklippen, niet die massief maar brokkelig zyn, zomtyds ziet men de wortel op enkelde brokken van steenen staan, die ze t'zamen in eenen klomp bevat. Zoo schynt het ook dat ze daar uit voedzel trekken, want hare wortelen schieten wat dieper in en aarden na den steen, daar ze op staan. Want die uit harde massieve steenen groejen, zyn harder en zwaarder van substantie, dan die op weeke en gebrokkelde staan.*

De derde zoorte staat altyd op rosse en grauwe keisteenen, met een breed rond worteltje, als of ze daar op gelymd waren.

Zommige van deze steenen een vuist groot, en minder zynde, kennen de Vissers, dat ze door haarlieden van 't land genomen, en in zee gesmeeten zyn. Wanneer ze die met een slinger aan de vislyn binden, om den hoek in zee te doen zinken, en als 'er een Vis aan komt en de lyn geschut werd, zoo valt den steen uit. Hier aan hegt zig dan de voornoemde zaadslym, en formeert dat gekrulde boompje daar op, 't welk wel zyn principaalste wasdom uit de zee heeft, maar niet te min eenig voetzel uit den keisteen ook trekt door de platte wortel, die van onderen poreus of vol gaatjes is. Daarom heeft het boompje een harde substantie, werd dun, styf, en vol krullen, 't welk andere Tali aros *niet en hebben, die op vooze steenen staan.*

De twee eerste zoorten moet men zoeken omtrent uitsteekende hoeken, of omtrent nauwe zeegaten, daar sterke stroom gaat. De derde zoorte vindt men in den Amboinsche inbam, hier en daar op gemelde keisteentjes, die meest daar in gesmeeten werden, op tien en twintig vademen diepte. Voor de scherpe neus van klein Ceram op Hoeamohel, die na 't Zuiden ziet, by de onze de drooge Rysthoek genaamt, by de Inlanders Siël, gaat niet alleen een geduurige sterke stroom, die vermeerdert werd door veele blinde klippen, die daar voor in zee leggen, en zomtyds boven water kyken.

Daar omtrent staat een ongemeene groote Tali aros, *wiens top de Inlanders zomtyds onder water bekennen, en na haar gissinge wel een been dik zal zyn. Ik heb dikwils geld daar op gezet, om door de een ofte ander Duiker den zelven uit te halen, maar heb niemand konnen vinden, die de kouragie hadden om daar na te duiken, haar excuserende op den sterken stroom, die hen tegen wil na de diepte mogte voeren, of dat ze de Hajen mogten ontmoeten.*

Dog dat de excusen niet suffisant waren liet ik my vast voorstaan, om dat ze wel op dieper en periculeuser plaatzen duiken, zynde het op die plaats niet boven twintig vademen diep, en men heeft veele stille dagen, als 'er geen stroom gaat. Maar de eigentlyke oorzaak was een zekere superstitie, dat ze dien boom voor heilig, en als het hoofd van 't geheelen Land Hoeamohel agten, noemende hem Buto siël, *dat is het mannelyke lid van Siël.*

Anders zoo die konde uitgehaalt werden, en zoo by is, gelyk hem de Inlanders schryven, zoo geloove ik niet dat zynes gelyken in de weereld gezien is, moetende na gissinge ruim twaalf vademen lang zyn, wy zullen hem dan daar laten in de schatkiste van de groote moeder Thetis, en hoopen, dat onze nakomelingen hem nog eens zullen uithalen, of door ouderdom uitgewortelt zynde, vinden. Dog voor de bovengemelde hoek staat nog een steile klippe onder water, of met laag water een weinig boven komende, dragende den zelve naam Butu siël.

Gebruik. *In de Medicynen hebben deze* Rottangs *klein gebruik, of dezelve is nog niet bekent, behalven dat de Ternatanen wat werks daar van maken, inzonderheid van zoodanige, die wat regt zyn van de eerste en tweede zoorte, dewelke zy voor 't regte manneken houden, gelyk hier na volgt. Anders zyn alle zoorten weerdig tot zonderbare rariteiten bewaart te werden. Waar toe dan men uitkiest die de minste en vlakste bogten hebben, en nog een stuk van den wortel.*

Die

Quæ itaque digitum crassæ sunt, non multum cultro radendæ sunt, quum pilosa ipsarum pellis multum periit & desquamata sit, remanentibus modo quibusdam punctulis vel granulis instar corii crassioris, quæ ipsis sunt ornamento. Secundam speciem radere quoque non oportet, nisi quod arenâ viscosa pellis desquametur, sed ad tertiam speciem major requiritur labor & patientia, antequam spinulosa & tenax pellis cultro separari & lævigari possit, quod tamen fieri oportet, alioquin enim incompta est, & vix tractabilis, ubique enim vestibus adhæret.

Ars quædam porro restat, per quam sinus quodammodo elongari possunt, quod non fit per oleum vel ignem, uti in vero id obtinet Calbahario, & quo facto multos fregi bacellos, antequam veram edoctus fuerim artem: sequenti autem peragitur modo. Tales eliguntur baculi, minime sinuosi & rectissimi, quorum superiores gyri omnes tanquam inutiles abscinduntur, ad longitudinem quatuor pedum ab ipsa radice, viridem tum elige arundinem Bamboes dictam, in qua talis bacellus facile ac sine vi intrudi potest, inple illam dein aqua, ac supra ignem coque satis fortiter, tum bacellus quodammodo lentus erit, exime, & manu extende eum, quamdiu calidus est, adliga eum dein chordulis longo ordini, vel quod melius ligno, in quo canalis formatus est, donec frigescat, per binos tresve dies relinque, tum satis rectum habebis baculum ambulatorium, sed qui contusionem vel ictus tolerare nequit, quibus facile frangitur instar vitri. Sique non satis diu sit coctus, sinus sensim regenerantur, unde patet, materiem saxosam prævalere in baculo, quum oleo emolliri nequit, ac tam facile frangitur.

Sinenses hic degentes mihi notificant, Philosophos suos in Sina ad signum dignitatis suæ tales bacellos manibus gestare, sed norunt indicare, an verum sit Calbaharium, an vero Taly aros, nec nisi quod sit petitum ex mari & remotis regionibus. Nomen ipsi dant *Hooti*, h. e. lignem ferreum, seu Syderoxylum, vel filum ferreum.

Quum Malayenses fragmenta quædam recta conquirere possunt, digitum crassa, tum ea dissecant, perforant, & amenta ex iis formant Corallina quasi. Ejus vitia sunt scabrities, quæ tubercula sunt seu pustulæ, præsertim in vetusta & crassa parte, item fissuræ exteriorum pellium, quæ vix expungi possunt, nisi quod cultro poliantur.

Hic iterum in usum venit *Caput* 25. *Libri* 13. *Plinii* de similibus plantis marinis, ubi scribit; Milites Alexandri Magni ex India per mare reduces retulerunt, sese in mari folia invenisse, quæ sub aqua virebant, sed ad solem siccata in sal degenerabant, item juncos lapideos, veris Juncis similes, item in alio tractu quasdam arbusculas ramosas, coloris cornu bovini, sed ad extremitates rubentes, sique tractentur, fragiles erant instar vitri, sique igni inponantur, candescunt instar ferri, sed in exstinctis pristinus redibat color.

Isti junci lapidei, meo judicio nil aliud sunt, quam nostri Palmijunci marini, sed aliæ cornu colores arbusculæ sunt Corallium seu Calbahar verum nigrum, quod *Plinius* l. c. ex *Juba* vocat *Charitoblepharon*. In igne candescere forte milites Hyperbolice dixerunt, volentes denotare per ignem emolliri & lentescere, quin ab auditoribus male intellecti sint, aut forte putaverunt *Mutu labatta*, quæ species est peregrini Corallii, quæ ex Timora & Solora defertur, de qua suo loco latius.

Die dan een vinger dik zyn, behoeft men niet veel te schrapen, want het ruig vel daar aan is meest vergaan, behoudende slegts eenige punctjes of korreltjes, gelyk Sagrein leer, die hem een frajigheid geven. Aan de tweede zoorte valt ook niets te schrapen, anders dan met zand de slymerige huid af te schuuren, maar aan de derde zoorte valt wat meer patientie en moeite, eer men het steekelige en vasthoudende vel met een mes kan afschrapen, 't welk evenwel zyn moet, anders blyft het ongezien kwalyk om te handelen, en over al aan de kleederen vattende.

Zoo is 'er ook nog een konstje over, waar door men de bogten eenigzints kan regt maken, 't welk niet met olye over 't vuur geschiedt, gelyk men het opregte Kalbahaar doet, en waar door wy veele stokjes gebrooken hebben, eer wy de regte konst leerden, en geschiedt aldus. Men verkiest zoodanige stokken, die de minste en regtste bogten hebben, snyd de bovenste krullen allegaar af, als onnut zynde, tot de lengte van vier voeten van de wortel af, zoekt dan een groene bamboes, daar in dit stokje gemakkelyk en zonder forze gaan mag, vuldt ze met water, en laat ze ter degen over 't vuur kooken, zoo werd het stokjen eenigsints leenig. Neemt het uit, en strekt het met de handen zoo lange het warm is, en bind het aan een lange rye, of nog beter op een hout, daar langs heenen een geute loopt, met cordulen vast, tot dat het koud werde, na twee of drie dagen neemt het eerst af, zoo hebt gy een redelyken regten stok om in de hand te dragen, maar hy kan geen stoten of slaan verdragen, waar door hy kort afbreekt, als glas, en zoo het niet lang genoeg gekookt is, zoo komen met 'er tyd de bogten weer, waar uit blykt, dat de steenige materie in deze meester moet zyn, om dat ze door geen olye te weeken is, en zoo kort afbreekt.

Onze Chineezen weeten my te berigten, dat hunne Philosophen in China tot een teken hunner Eerwaardigheid zulke stokjes in de handen dragen, maar weeten niet te zeggen, of het opregt Kalbahaar, dan Taly aros zy, anders dan dat ze uit zee en uit verre landen gehaalt werden. Zy noemen 't Hooti, *dat is yzerhout of yzerdraad.*

Als de Malyers eenige regte stukken daar van krygen, die een vinger dik zyn, zoo doorzagen ze die, doorboren ze, en maken Koralen daar van. Zyne fouten zyn schurftheid, zynde knobbeltjes of puisten boven op, byzonderlyk aan het oude en dikke, als mede gescheurtheid van de buitenste vellen, die men kwalyk kan uitkrygen, dan met een mes glad te snoejen.

Hier komt weder te pas het 25. Hoofdstuk in 't 13. Boek van Plinius *van diergelyke Zeegewassen aldus schryvende, de Soldaten van Alexander Magnus uit Indiën over zee weder na huis kerende, hebben voorgegeven, dat ze in zee bladeren gevonden hebben, die onder water groen waren, maar in de zonne gedroogt tot zout wierden. Item steene biezen, Juncos lapideos, de regte biezen gants gelyk, item in een andere konstreye zekere boompjes, die getakt waren, van couleur als ossenhoorn, maar aan de toppen roodagtig, als men ze handelde, breekzaam gelyk glas, in 't vuur gelegt wierden ze gloejende als yser, maar aan de uitgebluste kwam de voorige couleur weder.*

De voorige Junci lapidei, zyn mynes oordeels anders niet dan onzen Palmijuncus marinus, maar de andere hoornverwige boompjes zyn het opregte zwarte Kalbahaar, 't welk Plinius *loco cit. uit* Juba Charitoblepharon *noemt. Dat het in 't vuur gloejend werde, hebben misschien Alexanders Soldaten Hyperbolice voorgegeven, willende zeggen, dat het over 't vuur week en leenig werde, of zy zyn van de toehoorders kwalyk verstaan, of moesten gemeent hebben het* Mutulabatta, *een slag van onbekende Koralen, die men van Timor en Solor brengt, waar van op zyn plaats breder.*

Tabula Septuagesima octava

Palmijunci marini tres habet species, quarum Litt. A *primam*, Litt. B *secundam*, ac Litt. C *tertiam* obfert *speciem*.

De agt en Seventigste Plaat

Vertoont drie zoorten van de *Zee-bies*, waar van Lett. A de *eerste*, Lett. B de *tweede*, en Lett. C de *derde* zoort opgeeft.

CAPUT VIERDE

A
C
B

CAPUT QUARTUM.

Flabella marina. Accarbaar kipas.

Subſequentes ſpecies arbuſcularum marinarum nigrarum non pro genuino ſed pro ſpurio Corallio habendæ ſunt, quum nimis degenerant a natura & ſubſtantia Coralliorum.

Primo autem nobis obcurrit tertia ſpecies arbuſcularum marinarum nigrarum vero Calbahario maxime adfinis, quæ *Flabellum marinum* dicitur, illæ autem diverſam habent ſubſtantiam, colorem, & formam, quas omnes ſub binis comprehendimus ſpeciebus.

Primo *Flabellum marinum planum eſt*, ſecundo *Flabellum multiplex.*

Primo. *Flabellum marinum planum*, eſt arbuſcula marina plana, plerumque rotunda, vel ad unam inclinans partem, ſesqui & binos pedes alta & lata, compoſita ex tenuibus & flexilibus ramis, quorum quidam erecti ſunt, in alios ſeſe mox dividentes, quorum interſtitia cancellata vel retiformia ſunt multis, brevibus, ac transverſalibus ramulis, ita ut tota arbuſcula planum referat rete, ſed tres habent formas.

Elegantiſſimæ ſunt penitus planæ, quarum rami regulariter decurrunt ſine protuberantibus gyris, excepto ad oram, ubi recti rami parvis eminent angulis, externe obductæ obſcure ruffo, aliquando etiam nigro cortice, arenoſæ & fragiles, quique, ſi pluviis & vento aliquamdiu illæ fuerint expoſitæ, facile abradi poteſt. Depurata autem talis arbuſcula ex ruffo nigricat, & ramuli non ſunt rotundi, ſed anguloſi, & acutis oris notati. Ipſius ſubſtantia lignoſa admodum eſt, levis, lenta, & flexilis. Inferior caudex anguloſus eſt & ſtriatus, interne plerumque concavus & fungoſus, ampla radice inſtar membranæ ſaxis fixus.

Secunda forma ejusdem eſt magnitudinis & ſubſtantiæ, vel paulo magis nigra, terreo obducta cortice, qui facile itidem ſeparatur, ſed hæc non tam plana eſt, multas enim gerit lacinias & incurvos ramos, qui ad oras vel ad latera prominent, ac proinde non tam elegans eſt prima.

Tertia major eſt binis prioribus, tres quatuorve pedes alta & lata, ita ut extenſum referat pallium, ejus ſubſtantia fere nigra eſt, proxime Calbahario adcedens, immo inferiores rami tam duri & ſolidi ſunt quam ullum Calbaharium.

Planam itidem obtinet formam, ſed ubique lacinias & excreſcentias habet, quæ ad latera locantur, in curtos deſinentes circinnatos & acutos ramulos, ita ut totum flabellum ſpinuloſum ſit, ſi tractetur, externe obductum alba & cinerea calcea cruſta, quæ difficulter abradi poteſt. Infixum autem eſt pelloſa ampla radice potiſſimum in ſaxis fragilibus, quæ ſimul in una comprehendit gleba.

Secundo. *Flabellum multiplex* compoſitum eſt ex multis planis laciniis, inregulariter decurrentibus, nec ultra ſpithamæ altitudinem obtinet, externe obductum rubro & fragili cortice, aliquando etiam albicante, qui firmiter quoque adhæret, interne cinereum eſt vel gilvum, durum, ſaxoſum, & facile frangens, cum ſequenti cinereo Calbahario maxime conveniens, ejus ſedes eſt in duris ſilicibus, quibus plana radice tanquam adglutinatum eſt.

Depurati rami ſunt rotundi & glabri, in quibusdam ſubtiliter ſtriati, plures aliæ hujus ſunt varietates, quæ ſub hoc comprehenduntur.

Præter dicta iſta flagella, alia porro ingens cinerea ſed rara eſt ſpecies, quam mox infra ſub cinereo Calbahario deſcribemus, quum ipſi adfine ſit.

Sic quoque omnibus flagellis commune eſt, quod ſub aquis naturali iſto viſco obducta ſint, & gravem odorem marinum de ſe ſpargant, qui diſparet, ſi aliquamdiu pluviis exponantur.

Nomen. Latine *Flabellum marinum*; Belgice *Zeewajer*; Malaice *Accarbaar kipas*, juxta planam ipſorum formam. Sinice *Pabaytsjiu*, & *Ou baytsjiu*, h. e. albæ & nigræ arbuſculæ marinæ.

Locus.

VIERDE HOOFDSTUK.

De Zee-wajers.

De volgende zoorten van zwarte Zeeboompjes zyn voor geen opregt maar baſtert Koraal te houden, dewyl ze van de natuur en ſubſtantie der Koralen te veel afwyken.

Voor eerſt komt ons voor de derde zoorte van zwarte Zeeboompjes, met het regte Kalbabaar de naaſte maagſchap hebbende, die men Zeewajers *noemt. Deze zyn van verſcheide ſubſtantie, couleur, en gedaante, die wy alle onder twee zoorten begrypen.*

De eerſte is een Enkelde vlakke, *de tweede* Veelvoudige.

I. Flabellum marinum planum, *ofte enkelde, vlakke Zeewajer, is een plat Zeeboompje, meeſt rond, of wat aan eene zyde hellende, anderhalf en twee voeten hoog en breed, gemaakt van dunne buigzame takken, waar van zommige regt over eind loopen, gaande weg zig in andere verdeelende, waar van de tuſſenplaatzen uitgeweven zyn, nets ofte ruits-gewys, met veele korte dwerstakjes, zoo dat het geheele boompje een vlak netje gelykt, dog zyn van drie-derlei gedaante.*

De fraaiſte zyn gants vlak, waar aan de takken ordentelyk loopen zonder uitſteekende krullen, behalven aan den rand, daar de regte takken met kleine hoeken uitſteeken, buiten bekleed met een donkere roſſe, zomtyds ook roode ſchorſſe, zandig en bryzelig, die hem in regen en wind gelegt ligt laat afwryven. Het ſchoongemaakte is uit den roſſen-zwart, en de takjes zyn niet rond, maar hoekig, en ſcherpkantig. Hunne ſubſtantie is ook zeer houtagtig, ligt, taai, en buigzaam. De onderſte ſtam is hoekig en geſtreept, van binnen meeſt hol, en voos, met een breede wortel als Perkement op de ſteenen geplakt.

De tweede gedaante is van de zelve grootte en ſubſtantie of wel zoo zwart, bekleed met een aardverwige ſchorſſe, die ook ligt afgaat, maar dit is zoo vlak niet, hebbende veele lappen, en gekrulde takken, die aan de kanten of aan de zyden uitſteeken, dierhalven verre zoo mooi niet als 't eerſte.

De derde is grooter dan die tweede, drie en vier voeten hoog en breed, zoo dat het een uitgebreide mantel gelykt, zyn ſubſtantie is regt zwart, het Kalbabaar naaſt komende, ja de onderſte takken zyn zoo hard en maſſief als eenig Kalbabaar zyn mag.

Het heeft ook wel een vlakke gedaante, maar over al lappen aanwaſſen, die ter zyden uit ſtaan, in korte gekrulde en ſcherpe takjes eindigende, zoo dat de geheelen wajer ſteekelig valt in 't handelen, van buiten bekleed met een witte of grauwe kalkagtige korſte, die moejelyk af te ſchrapen valt. Het is gegrond met een huidagtige breede wortel, meeſt op brokkelige ſteenen, die ze t'zamen in een klomp vat.

II. Flabellum multiplex, *veelvoudige Zeewajer is gemaakt van veele platte lappen, die onordentelyk door malkander ſtaan, en werd niet boven een ſpan hoog, van buiten bekleed met een roode bryzelyge ſchorze, zommige ook met een witagtige, die mede vaſt kleeft, binnen is het grauw of vaal, hard, ſteenig, en kort afbreekende, met het volgende grauwe Kalbabaar meeſt over een komende, zyn ſitplaats is op harde keiſteenen, daar het met een platte wortel vaſt opgeplakt is.*

De ſchoongemaakte takken zyn rond, en glad, aan zommige fyn geſtreept, hebbende nog meer verandering, die men hier onder brengen kan.

Behalven de voornoemde wajers is 'er nog een groote grauwe, dog rare zoorte, die wy hier naaſt onder 't grauwe Kalbabaar zullen beſchryven, dewyl ze van deszelfs maagſchap is.

Zoo hebben ook alle wajers gemeen, dat ze nog onder water zynde met de gewoonlyke ſlymerigheid behangen zyn, en een zware Zee-reuk van haar geven, dewelke vergaat, als men ze een tyd lang in regen legt.

Naam. *In 't Latyn* Flabellum marinum; *in 't Duits* Zeewajer; *in 't Maleits* Accarbaar kipas, *alle na hunne platte gedaante genaamt, in 't Chinees* Pahaytsjiu, *en* Ou haytsjiu, *dat is witte en zwarte Zeeboompjes.*

Plaats.

Locus. Paulo profundius in mari crescunt vero Calbaharo, ac potissimum hamo adducuntur, quod facile fit, quum granuloso insident saxo, vel minori silici, quæ simul etiam adtrahitur. Sed hæc plerumque manca sunt, quum per hamum lacerentur, si saxum nimis fit grave, unde melius est, quod urinatores ea manibus vel laqueo adportent. Nullibi copiosiora sunt, quam circa insulas Amblauam, Manipam, & Kelangam, in sinu Amboinensi itidem inveniuntur, sed pusilla, incompta, sinuosa, & maxime laciniata.

Usus. Apud incolas in nullo sunt pretio, sed nostra natio servat ea tanquam res singulares, quem in finem tantummodo eliguntur plana, ramosa, & eleganter rotunda cum adhærente frusto radicis saxosæ. Quæ instar extensi sunt pallei, dicto depurantur modo ad caudicem & crassos ramos, quum eleganter nigra sunt, sed teneri rami calceam tenent crustam, quum haud facile radi possunt.

Protuberantes anguli & laciniæ cultro vel forcipe abscindendæ sunt, & formanda sunt pro lubitu. Conchæ, Ostreæ, aliaque Corallia ramis adcreta sæpe observantur, quæ relinquuntur. Compingi etiam facile possunt, quum flexilia sunt, & deprimi possunt, elegans enim præbent ornamentum Ostracodermati, pellosa enim radice quibusvis adglutinari possunt saxis cum lacte ebutyrato crassiore, ac tenui calce inter sese mixtis. Quum vero hæc ornamenta testacea plerumque humida sunt, viscum hoc non tenet, hinc alterum eligendum est saxosum viscum.

In re Medica ignotus est ipsorum usus, licet judicem, viribus haud multo inferiora esse aliis Calbahariis. Ternatenses saltem tertiæ seu spinulosæ speciei adhibent caudicem & inferiores ramos, qui sunt duri, nigri, & solidi, quos interne propinant eodem modo, quo verum Calbaharium.

Primam Flabellorum marinorum speciem præ aliis descripsit & delineavit *Carol. Clusius exotic. Libr. 6. Cap.* 2. sub nomine *Fruticis marini elegantissimi*, qui per naves Batavas ex India Orientali adlatus fuit anno 1603, ubi *Clusius* putat, hasce arbusculas referendas esse ad species *Palmæ marinæ Theophrasti.*

Elegans horum flabellorum species defertur ex insulis Aroës, atque ad Eurum sitis, illa enim plerumque rotunda sunt, spithamam circiter alta & lata, dense & subtiliter pertexta, & ad oras eleganter simbriata, sed in vilioribus ramulorum extremitatibus parum protuberant. Levia sunt, coloris nigricantis, sed luci obposita, russa, ac brevi & spongiosæ insident basi seu stylobatæ, locumque merent inter res raras.

Tabula Septuagesima nona

Flabellum exhibet *marinum*, quod est Keratophyton maximum cinereum elegantissime reticulatum, *Boerh. Ind. pag. 6.* cujus varietas est Frutex marinus major *Besl. muf. rarior. Tab.* 24. & Frutex marinus, elegantissimus *Clusii exotic. pag.* 120.

Plaats. *Zy wassen wat dieper in zee dan het regte Kalbahaar, en werden meest met een Vishoek uitgehaalt, 't welk gemakkelyk geschiedt, dewyl ze op een brokkelige klomp staan, of een kleine keisteen, die mede opgehaalt werd. Dog gemeenelyk zyn deze geschend, om dat de Vishoek een stuk daar uit scheurt, als de steen te zwaar is. Daarom het beter is, dat ze de Duikers met de handen of met een strop ophalen. Nergens vindt men ze overvloediger, dan omtrent de Eilanden Amblau, Manipa, en Kelang. Den Amboineesse inham geeft ze ook, maar klein, ongeschikt, bogtig, en vol lappen.*

Gebruik. *By de Inlanders zyn ze niet geagt, maar onze Natie bewaart ze tot rariteit, waar toe men alleenlyk uitkiest, die vlak zyn, vol takken, en een mooje ronde gedaante maken, een stuk van de steenige wortel nog hebbende. De groote mantels maakt men op die wys schoon aan den stam en dikke takken, daar ze dan mooi zwart werden, maar de fyne takken behouden hun kalkagtige korste, om dat men in 't schrapen daar niet wel kan by komen.*

De uitsteekende hoeken en lappen moet men met een schaar of mes afsnyden, en zoo wat fatsoeneren. Men vindt ook Schulpen, Oesters, en andere Koraalgewassen aan de takken vast gegroeit, die men dan daar aan laat. Zy zyn ook wel om in te pakken, om dat ze buigzaam zyn, en haar laten neerdrukken, gevende een fraai vercierfel aan het grootwerk, want men kan ze met den huidagtigen wortel op alderhande steenen plakken met het dikke van kernemelk, en fyne kalk. Dog dewyl de grooten meest vogtig zyn, daar dezen lym niet houd, zoo moet men een andere steenlym daar toe gebruiken.

In de Medicyne hebben ze geen bekend gebruik, hoewel ik oordeele, dat ze in kragten niet veel minder zyn dan andere Kalbahaar. Immers de Ternatanen nemen van de derde of steekelige zoorte den stam en onderste takken, die hard, zwart, en massief zyn, gebruikende die binnens lyfs in alle manieren als het opregte Kalbahaar.

De eerste zoorte van Zeewajers ziet onder andere beschreeven en uitgeteekent, by Carol. Clusius exotic. Lib. 6. Cap. 2. *onder den naam van* Frutex marinus elegantissimus, *zynde Anno* 1603. *door de Hollandsche Scheepen uit Oost-Indien aangebragt, alwaar* Clusius *van meening is, dat men deze boompjes behoort te brengen onder de zoorten van* Palma marina Theophrasti.

Een schoone zoorte van wajers brengt men uit de Eilanden van Aroe, en de zoo genoemde Zuid-ooster Eilanden, deze zyn meest regt rond, omtrent een span hoog, en breed, digt en fyn uitgeweven, en aan de kanten aardig gezoomt, dog aan de slegten steeken de eindjes der takken wat uit. Zy zyn ligt van couleur, zwartagtig, dog tegens den dag gehouden, ros, en staan op een kort spongieus voetje, en meriteeren plaats onder de rariteiten.

De negen en Seventigste Plaat

Vertoont de *Zeewajer*, welke is de grootste, gryze, zeer fraje, netsgewys gevlogte Keratophyton van *Boerh. Index pag.* 6. waar van een verandering is de grooter Zeestruik, van *Besl. muf. rarior. Tab.* 24. en de zeer fraje Zeestruik van *Clusius exotic. pag.* 120.

CAPUT VYFDE



CAPUT QUINTUM.

Cupreſſus marina.

Quarta ſpecies Accarbarii nigri eſt elegans & compta arbuſcula, non ultra unum vel ſeſqui pedem alta, ſimplici adſurgens caudice, qui unum alterumve culmum craſſus eſt, ac binos tresve pollices ſupra radicem undique ſeſe dividit in multos brebres & denſos transverſales ramos, quorum quidam ſuperius plani ſunt, & in plures alios minores diviſi, qui ſpinuloſa referunt foliola.

Hujus duplicem obſervavi formam, prima plerumque nigra eſt, externe vix notabili cruſta obducta, ſed mucoſa eſt, quum primum e mari delata ſit. Ejus foliola referunt illa Abietis vel Geniſtæ aculeatæ, ac tota coma Cupreſſum æmulatur feminam, quæ magis extenſa & rotundior eſt mare, ubique firma & ſpinuloſa.

Altera ſpecies multo fungoſior eſt, & levioris ſubſtantiæ, cinerea, & rotundum gerit caudicem, ejus foliola tenuiora ſunt, breviora, ac molliora, coloris ruffi, ita ut tota coma vulpinam referat caudam.

Utræque creſcunt in duriuſculis & puſillis ſaxis, quæ cum ipſis ſimul extrahuntur, ipſarumque radices plus minusve ſeſe ipſis inplantant, nigerrima ex duris, ac ruffa ex vulgaribus excreſcente lapillis.

Nomen. Latine *Cupreſſus marina*; nullum vero gerit Malaienſe & Amboinenſe nomen.

Locus. Hæ arbuſculæ rariſſime inveniuntur, ac fere nullibi niſi in Uliaſſerenſibus & Bandenſibus inſulis, in profundo creſcunt mari, & aliquando per hamum adtrahuntur.

Uſus. In re Medica nullum habent uſum notum, ſed ob elegantem formam omnino dignæ ſunt, quod ſervantur tanquam res rariſſimæ, ad quem ſcopum eligendæ ſunt integræ & rectæ nigræ ſpeciei, ruffæ enim incurvæ ſunt inſtar caudæ vulpinæ, nec elegantes.

Hæ Cupreſſus marinæ, ac binæ ſubſequentes arbuſculæ, meo judicio, habendæ ſunt tanquam ſpecies illarum binarum arbuſcularum marinarum, quæ *Theophr. Libr.* 4. *Cap.* 7. dicuntur *Quercus* & *Abies marina*, præſertim ultima, ſed Theophraſti arbuſculæ nimis herbaceæ videntur, ipſius enim Abieti marinæ altitudinem adſcribit ulnæ, ſimplicem rectumque caudicem, & regulares ramos, folia inſtar illorum Abietis, ſed craſſiora, & intus concava. Quercui tribuit latiorem caudicem, nodoſos ramos, tenuiora foliola, & inſtar Tamariſci diſtincta.

Utriſque colorem adſcribit tanquam purpureum, dicitque creſcere in duris ſaxis, & fragmentis teſtarum, extra Herculis columnam in mari Hiſpanico. Huc usque Theophraſtus. Ex quibus patet in Hiſpanico ſeu Occidentali & Mediterraneo mari multas arbuſculas eſſe herbaceas, quæ in hoc Indico mari ſunt ſaxoſæ vel lignoſæ, licet forma non multum inter ſeſe differant.

Similes tenuiſſimæ ramoſæ arbuſculæ in Oſtreæ teſta excretæ obcurrunt apud *Carol. Cluſium Libr. I. rarior. pl. Cap.* 23. *Abies marina* dictæ, quæ ibi deſcribuntur & depinguntur, & inventæ ſunt in ora marina Flandriæ, quæ pallidæ, nec ultra palmam altæ erant.

VYFDE HOOFDSTUK.

De Zee-cypres.

De vierde zoorte van zwart Accarbaar is een fraai cierlyk boompje, niet boven een of anderhalve voeten boog, met een enkelde ſtam opſchietende, een en twee ſchaften dik, die zig twee of drie duimen boven de wortel rondom in veele korte, en digte dwerstakken verdeelt, zommige boven plat, zommige in een ronde ſpitze toeloopende. De takjes zyn weder in veele mindere verdeelt, die ſteekelige blaadjes gelyken.

Ik heb 'er tweederlei gedaante van aangemerkt. Het eerſte doorgaans zwart, van buiten zonder merkelyke korste, dog ſlymerig, als het uit zee komt. Zyne blaadjes gelyken die van Dennenboom of Gaſpeldoorn, en de geheele kruin na die van Cypresboom het wyfken, dewelke meer uitgebreid, en ronder is dan het manneken, over al ſtyf, en wat ſteekelig.

De andere zoorte is veel voozer en ligter van ſubſtantie, grauw, en rond van ſtam, de blaadjes zyn fynder, korter, en weeker, ros van couleur, zoo dat de geheele kruin een Voſſeſteert gelykt.

Beide groejen op hardagtige en kleine ſteenen, die men daar mede uithaalt, en hunne wortelen ſchieten min of meer in die ſteenen, de zwarſte uit de harde, en de roſſe uit gemeene ſteenen groejende.

Naam. *In 't Latyn* Cupreſſus marina; *in 't Maleits en Amboins heeft het geen eigen naam.*

Plaats. *Men vindt deze boompjes zeer zelden, en ſchier nergens dan in de Oeliaſſarſche en Bandaſe Eilanden, zy vallen wat diep in zee, en werden alleen met een Vishoek uitgetrokken.*

Gebruik. *In de Medicyne hebben ze nog geen bekent gebruik, maar wegens haar fraie gedaante zyn ze alleſints weert voor de beſte rariteit bewaart te werden, waar toe men nog al uitkiezen moet, die geheel en regt zyn, van het zwarte ſlag, dan die van 't roſſe zyn krom als een Voſſeſteert, en niet mooi.*

Deze Zee-cypreſſen en de twee volgende boompjes konnen mynens oordeels voor medezoorten gehouden werden, van die beide Zeeboompjes, dewelke Theophraſtus Lib. 4. Cap. 7. *noemt,* Quercus *en* Abies marina, *inzonderheid van 't laaſtgenoemde, hoewel Theophraſti boompjes te kruidagtig ſchynen te zyn, want zyne Abies marina geeft hy de hoogte van een elle, en enkelde regten ſtam, en welgeſchikte takken, bladeren als die van Dennenboom, dog dikker, en binnen hol. Quercus geeft hy een breederen ſtam, knoeſtige takken, dundere blaadjes, en geſnibbelt als Tamariſcus.*

Aan beide de couleur als purper, en dat ze groejen op harde ſteenen en potſcherven, buiten de colomme van Hercules in de Spaanſche Zee. Dus verre Theophraſtus. Waar uit blykt, dat in de Spaanſche of Weſterſche, en Middelandſche Zee veele boompjes kruidagtig zyn, die in deze Indiſche Zee ſteenig of houtagtig vallen, hoewel ze in gedaante niet veel verſchillen.

Diergelyke fyn getakte boompjes op een Oeſterſchulpe ſtaande, heeft Carol. Cluſ. Lib. I. rarior. plant. Cap. 23. *voor een* Abies marina *beſchreeven en afgeteekent, zynde gevonden op de Zeekuſt van Vlaanderen, die mede bleek, en niet boven een hand hoog waren.*

CAPUT SEXTUM.

Fœnum marinum.

Quinta ſpecies eſt cinereus & lignoſus ac fragilis frutex, ſesqui pedem altus, paucos incurvos & inregulares gerens ramos, plerumque ad unam inclinantes partem, prout a fluxu formantur.

Foliola habet longa ac tenuia, fragmenta filorum referentia, vel inſtar foliolorum arboris Caſuarinæ, cum Equiſeto convenientia, faſciculata inſtar ſetorum, vel ſicci Fœni, ad tactum rugoſa, acſi ex multis lamellis compoſita eſſent, ſi vero flectantur, franguntur.

Rami rugoſi quoque ſunt, obtuſos gerentes apices abruptorum ramorum, coloris terrei, ſubſtantiæ levisſimæ & fragilis. Si recens ex mari ſit protracta hæc planta, multo muco obducta eſt, qui in cute pruritum levem ſeu ardorem cauſſat fere inſtar Algæ marinæ.

Pelloſa ſeſe figit radice in ſaxis fragilibus, in quibus nil ſolidi eſt.

Foliola peculiariter examinata magnam habent ſimilitudinem cum tenuibus ſetis cujusdam ſpeciei Pomi marini, Bœlu babi dicti, h. e. ſetum porcinum, quod ex ſimilibus quoque curtis articulis compoſitum & rugoſum eſt, ſed ſi alicujus cutim tangant hæc ſeta, abrumpuntur, & magnum cauſſant dolorem, qui ictibus depellendus eſt.

Nomen. Latine *Fœnum marinum*, & *Equiſetum marinum*; Malaice *Accarbaar rompot*, h. e. *Accarbaar gramineum* ſeu *fœnaceum*. Quidam id quoque vocant *Daun caſuari laut*, h. e. *Arbor marina caſuarina*, ob ſimilitudinem veræ arboris Caſuarinæ.

Locus. Raro reperitur, potiſſimum vero in ſinu Amboinenſi, neque in aliquem uſum adhibetur, niſi quod elegantiſſimæ arbuſculæ, denſam gerentes comam, aliquando pro raritate ſerventur. Aliquamdiu pluviis & ſoli exponuntur, dein per arenam & aquam trahendæ ſunt, ut mucus ardens ſeparetur. Putoque ex ardente ipſarum natura, interne adſumptas noxias eſſe.

In Boreali Ceramæ plaga in freto ad orchiam aquarum multæ ſimul creſcunt hæ arbuſculæ, ad unius alteriusve ſpithamæ altitudinem, in multos nodoſos ramulos ſeſe dividentes, qui ſpinuloſi ſunt ob ramulos deciduos, ſed ſuperius hi terminantur in ſubtiles pilos, coloris plerumque flaveſcentis.

Tabula Octuogeſima

Ad Figuram primam exhibet *Flabellum marinum Aruenſe*, ſub finem capitis quarti deſcriptum, eſtque Keratophyton majus nigrum fibris tenuioribus elegantiſſime & denſiſſime reticulatum, *Boerb. Ind. H. L. B. pag.* 6. & Planta retiformis *Beſleri Tab.* 24.

Figura ſecunda *Cupreſſum* ſiſtit *marinam.*

Figura tertia *Fœnum* denotat *marinum*, ſeu *Caſuarinam*, & *Equiſetum marinum.*

SESDE HOOFDSTUK.

Het Zee-booi.

De vyfde zoorte is een grauwe, houtagtige, en broſſe heeſter, anderhalve voeten hoog, met weinige kromme en onordentelyke takken, gemeenelyk na eene zyde hellende, zoo als deze ſtroom leid.

Het heeft lange dunne blaadjes, als ſtukken van garen, of gelyk de bladeren van de Kaſuaris-boom, met het Equiſeet over een komende. In bosjes by malkander ſtaande, als bosjes droog hooi, in 't aantaſten ruig, als of ze van veele kleine ſchilfertjes t'zamen gezet waren, dog als men ze buigt breekende.

De takken zyn ook ruig, vol ſtompen van afgebrookene takken, aardagtig van couleur, zeer ligt van ſubſtantie, en breekzaam. Vers uit Zee komende, is het met veel ſlym behangen, de welke op de huid een klein jeuken of brand veroorzaakt, ſchier als Zeekwabben.

Het beveſtigt met een huidagtige wortel, op brokkelige ſteenen, daar aan men niets maſſiefs vinden kan.

De blaadjes in 't byzonder bekeeken, hebben groote gelykeniſſe met de fyne borſtels van zekeren ſlag Zeeappel, Boelu babi, dat is Varkensborſtels genaamt, dewelke ook van diergelyke korte leden gemaakt, en ruig zyn, maar iemand in de huid ſteekende kort af breeken, en grooten pyn veroorzaken, die men met kloppen verdryven moet.

Naam. *In 't Latyn* Fœnum marinum, *en* Equiſetum marinum; *in 't Maleits* Accarbaar rompot, *dat is* gras *of* hooiagtig Accarbaar. *Zommige noemen 't ook* Daun caſuari laut, *dat is* Zee-caſuarisboom, *na de gelykenis van den regten Caſuarisboom.*

Plaats. *Het werd wenig gevonden, meeſt in den Amboinſchen inham, zoo werd het ook tot niets gebruikt, behalven dat de mooiſte boompjes, die digt van loof zyn, somtyds tot raiteiten bewaard worden. Men moet ze een goeden tyd in regen en zonne leggen, daar na door zand en water trekken, om den brandigen ſlym af te ſchuuren. Ik oordeel uit zyn brandigen aart, dat het binnes lyfs gebruikt, ſchadelyk zoude zyn.*

Op de Noord-kuſt van Ceram, op de reven van omtrent een vadem waters, groejen veele ſtruikjes digt by malkander, omtrent een of twee ſpannen hoog, en zig in veele geknopte takjes verdeelende, dewelke ſteekelig zyn wegens de afgevalle takjes, maar boven eindigen ze in fyne hairtjes, en breeken niet ligt, van couleur doorgaans bleek-geel.

De Tagtigſte Plaat

Vertoont in de eerſte Figuur de Arueeſe *Zeewaajer*, aan het einde van het vierde Hoofdſtuk beſchreeven, en is de grooter, zwarte Keratophyton, met dunder vezels, zeer net en dik als een net gevlogten, van *Boerb. Index H. L. Bat. pag.* 6. en de netsgewyze Plant van *Beſler Tab.* 24.

De tweede Figuur vertoont de *Zee-Cupres.*

De derde Figuur betekent het *Zee-booi*, ofte de Zee *Caſuarina*, en *Zee Paarde-ſtaart.*



Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.

CAPUT SEPTIMUM.

Erica marina. Accarbaar ruttu ruttu.

Sexta ſpecies eſt Erica marina, elegantiſſima quoque Marinarum arbuſcularum, licet fragilis ſubſtantiæ, & diverſæ formæ, quas ſub his binis complectar, primo *Tenui*, ſecundo *Craſſa.*

Primo. *Erica marina tenuis*, eſt arbuſcula ample extenſa, plerumque latior quam alta, in tenuiſſimos diſtincta ramulos, ac foliola Ericæ noſtrati ſimilia, obſcure cinerea, & fragilia, ſed ita tamen ut tractari rite poſſint. Binos habet tresve primarios ramos, rotundos, & obſcure ruffos, externe parum rugoſos, lignoſos, ſed fragiles, & facile frangentes, hæcque tenuiſſima gerit foliola cum denſa coma, proxime ad Ericam adcedens.

Granuloſis increſcit ſaxis, ac plerumque fracta adtrahitur, quum caudex tam fragilis eſt, nulla etiam alia arte depurari poteſt, quam quod pluviis & ſoli exponatur, donec mucoſitas ſeparetur, ſervans porro obſcure cineream ſeu terreum colorem, rami quoque ejus inregulariter locantur & transverſales denſa ſua coma varias referentes plumas.

Secundo. *Erica craſſa* plures gerit caudices ac primarios ramos e radicibus adſurgentes, qui etiam obſcure fuſci & rugoſi ſunt, ac quodammodo pungentes per abruptos ramulos. Foliola ejus paulo longiora ſunt, tenuiora, & in faſciculis conlecta inſtar plumarum, ad tactum rugoſa, inſtar ſetorum piloſorum, melius hæc refert Indicum Ruttoe ruttoe, h. e. Muſcum fruticoſum, quam Ericam. Nigrior eſt ſiccata priore, inpoſita quoque fragilibus ſaxis, quum vero ejus caudex durior eſt, hinc tota radix cum fruſto talium ſaxorum ſimul adtrahi poteſt. Si recens e mari adducatur, magis mucoſa eſt priore, ac pruritum quodammodo cutis cauſſat, uti de Fœno marino dictum fuit.

Altera porro obcurrit *Ericæ marinæ* forma, ſed tam rara, ut eam ſemel modo viderim, apud Dom. *Anthonium Hurdtium*, Gubernatorem noſtrum Amboinenſem ſeniorem. Hæc compoſita erat ex quibusdam laciniis, ſeu amplis & anguſtis foliolis complicatis inſtar chirothecæ, ſed ſuperius aperta, durioris ſubſtantiæ utriſque prioribus, tenues gerens ramulos, quorum craſſiſſimi erecti, & ad latus extenſi erant, interſtitia vero cancellata erant, & pertexta aliis ſubtilioribus ramulis, ita ut mixtam gereret formam Flabelli marini & Ericæ marinæ. Duro inpoſita erat lapillo, & reperta erat in Uliaſſerenſibus inſulis.

Nomen. Latine *Erica marina*; Malaice *Accarbaar ruttu ruttu*, & *Ruttu ruttu laut.*

Locus. In Amboinenſi, aliiſque placidis creſcit ſinubus, ac potiſſimum adducitur hamis & Bobbers. Matura ſponte eradicatur per mare in litus projecta & fracta, ſed omnes rami digni ſunt, ut ſerventur, quum peculiares referant arbuſculas, quæ aliis ſaxis inponi poſſunt, nullum enim alium habent uſum, niſi quod tanquam aliquid rarum conſerventur.

Supra quinto Capite dictum fuit, nos tam Cupreſſum, quam ſubſequentes ſpecies Ericæ marinæ congeneres habere *Abietis* & *Quercus marinæ Theophraſti Cap.* 7. *Libr.* 4. ab ipſo deſcriptæ. Atque Erica marina præcipue pro ejus Quercu marina haberi poſſet, cui Tamariſci folia tribuit, & uti videtur, ab Abiete non differt, niſi quod in multos nodoſos ramos ſit diſtincta.

Similem plantam deſcripſit *Carol. Cluſius Libr.* 6. *exotic. Cap.* 5. ſub nomine *Fruticis marini Ericæ facie*, atque hic ipſi ex Norwegia adlatus erat, tantæ magnitudinis, quantam noſtra gerit, cui nullam dedi præciſam menſuram, quum inæqualis admodum reperiatur magnitudinis. Sic ejus caules aliquando concavi & ſpongioſi ſunt. Raſura Ericæ marinæ, ac præſertim Equiſeti marini, quod recens e mari productum cutis pruritum excitat, morſui Millepedum applicata ardorem & venenum extrahit.

SEVENDE HOOFDSTUK.

De Zee-Heide.

De *zesde zoorte is de Zeeheide, mede een van de cierlykſte Zeeboompjes, hoewel bros van ſubſtantie, verſcheiden van gedaante, die ik onder deze twee zal brengen, de eerſte de fyne, en ten tweeden de groffe.*

I. Fyne Zee-Heide *is een wyd uitgeſpreid boompje, gemeenelyk breeder dan hoog, met zeer fyne takjes of bladeren, onze Heide zeer gelyk, donker-grauw, en bros, dog zoodanig, dat ze het handelen verdragen konnen. Het heeft twee of drie hoofdtakken, rond, donker-grauw, van buiten wat ruig, houtagtig, dog bros, en kort afbreekende, dit heeft de fynſte blaadjes, digt van loof, en de Heide naaſt komende.*

Het ſtaat op brokkelyke ſteenen, en werd meeſt afgebroken opgehaalt, om dat den ſtam zoo bros is, daar valt ook geen ander ſchoon maken aan, als dat men 't in regen en zonne legge, tot dat de ſlymerigheid afgaat, behoudende voorts zyn donker-graauwe of aardverwige couleur, ook ſtaan de takken onordentelyk, en dwers van malkander, met haar digt loof verſcheide pluimagien uitmakende.

II. Grove Zee-Heide *heeft meer ſtammen of hoofdtakken van de wortelen opſchietende, die mede donker-grauw en ruig zyn, ook eenigzints ſteekelig door de afgebrooken takjes. Deze blaadjes zyn wat langer, dunder, en ſtaan in bosjes by malkander als bosjes veeren, in 't handelen wat ruig als haire borſteltjes, gelykende beter na 't Ooſt-Indiſche Ruttoe ruttoe, dat is heeſteragtig Mos dan na Heide. Zy droogt zwarter op dan de voorige, ſtaat ook op brokkelyke ſteenen, dog dewyl de ſtam wat harder is, zoo kan men de geheele wortel met een klomp van die ſteenen t'zamen optrekken, vers uit zee komende heeft meer ſlymerigheid dan de voorgaande, die eenigſints jeuken op de huid veroorzaakt, gelyk van Fænum marinum gezegt is.*

Men vindt nog een ander gedaante van Erica marina, *dog zoo zelden, dat ik ze maar eens gezien hebbe, en dat by de* Hr. Anthony Hurdt, *onze Amboins oud Gouverneur. Dezelve was gemaakt van eenige lappen, of breede en platte bladeren, t'zamen gevouwen als een handſchoen, dog boven open, harder van ſubſtantie dan beide voorige, met fyne takjes, waar van de dikſte over eind en ter zyden verſpreid ſtonden, de tuſſenplaatzen waren netsgewys uitgeweven met andere fynder takjes, zoo dat het een gemengde fatzoen hadde van zee-Wajer en zee-Heide, het ſtond op een hard ſteentje, en was gevonden in de Oeliaſſers.*

Naam. *In 't Latyn* Erica marina; *in 't Maleits* Accarbaar ruttu ruttu, *en* Ruttu ruttu laut.

Plaats. *Het waſt in de Amboinſche en andere ſtille bogten, werdende meeſt met Visboeken en Bobbers uitgehaalt, het rype werd van zelfs uitgewortelt, door de zee op ſtrand, en in ſtukken geſmeeten, dog alle de takken zyn bewarens weerdig, om dat ze byzondere boompjes gelyken, die men op een ander klipje kan zetten, want ze hebben geen ander gebruik, dan tot rariteiten te bewaren.*

Boven in 't vyfde Hoofdſtuk is gezegt, dat wy zoo wel de Zee-cypreſſen als de volgende zoorten van Zee-heiden voor medezoorten agten, van Abies *en* Quercus marina Theophraſti *by hem* Cap. 7. Lib. 4. *beſchreeven. Inzonderheid de Zee-Heide, zoude men voor zyne* Quercus *mogen aanzien, dewelke by Tamariſke-bladeren toeſchryft, en zoo 't ſchynt van de Abies niet verſchilt, dan dat ze in veele knoeſtige takken verſpreid is.*

Diergelyk gewas heeft Carol. Cluſ. *beſchreeven* Lib. 6. Exoticorum Cap. 5. *onder den naam van* Frutex marinus Ericæ facie, *dog dezelve was hem uit Noorwegen toegezonden, en wel zoo groot als onze Amboinſe, den welken wy geen precyſe maat geſtelt hebben, om dat men ze van zeer ongelyke grootte vindt. Zoo zyn ook zyne ſteelen zomtyds hol, en ſpongieus van binnen. Het ſchraapſel van Erica marina, en inzonderheid dat van Equiſetum marinum, 't welk vers uit zee komende een jeuken op de huid maakt, op de beten van de Duizentbenen geſtreeken, trekt den brand en het fenyn uit.*

CAPUT OCTAVUM.

Cocus maldivicus. Calappa laut.

Jam oportet, ut Lectori offeramus historiam hujus miri miraculi naturæ, quod princeps est omnium marinarum rerum, quæ raræ habentur, *Cocus maldivicus* dictus, seu *Calappa laut*, nostris Europæis tam parum notus, ut fabulosum putent, quod de eo narratur. Quum vero occasio nondum sese obtulit, ut ejus compos sim factus partim ob ejus caritatem, partim ob ejus raritatem, nec possessores eo velint carere, attamen hoc in loco necesse est, ut conmemoretur, quum sit maris productum, hinc aliorum relatu contentum esse oportet, & ea eligere, quæ a fide dignis hominibus acceperim.

Incolæ, qui ejus optimam habent notitiam, mihi certissimam potuissent dare historiam, si domicilium habuissem eo loci, quo hic invenitur fructus. Sed quum in ista remota ora raro alii perveniunt homines, quique non satis gnari sunt, hinc multæ fabulosæ narratiunculæ mihi obtrusæ fuere, haud dignæ, quam ut hic eas conmemorem.

Attamen quid proferre oportet, ut Lector sciat, quid incolæ de eo sentiant & credant, dein ulteriorem dabo descriptionem depromptam ex scriptis *Wilhelmi Pisonis* & *Francisci Pyrardi*.

Hic itaque Calappus marinus non est fructus terrestris qui casu in mare procidit, ac sic petræsit, uti *Garcias ab Orta* persuadere voluit, sed fructus est, in ipso crescens mari, cujus arbor, quantum scio, hominum oculis ignota & occulta est. Est enim erroneum credere, fructum esse Calapporum, quæ in Maldivensibus crescunt insulis, ubi majores ac minores obcurrunt nuces, ex quibus potatoria vasa & receptacula pro pulvere pyrio formantur, quæ ignorantibus pro vero Coco de Maldiva obtruduntur.

Fructus itaque hic marinus duplex est, major & minor. Major genuinus est *Cocus maldivicus*, vulgo *Cocos de maldiva* dictus, Lusitanice *Coquo de maldiva*. Apud D. *Pisonem* in *Appendice* ad *Bontium*, *Coccos maldivica*, & *Nux medica Maldivensis*. Malayensibus *Calappa laut*, *Boa pausengi*, & *Boa sengi*, quod illi pronunciant *Bootjungi*. Apud incolas Maldivensium, uti *Pyrardus* testatur, vocatur *Tavarcare* & *Tavarcarze*, quæ nomina mihi videntur esse corrupta. Sinice *Hayja*, h. e. *Calappa marina*. De hac majori specie in hoc agam Capite. Minor species est *Cocus melindanus*, vulgo ex Lusitanica lingua *Coquinko* dictus, de quo in subsequenti Capite.

De ejus ortu & loco natali narrant Malayenses, Sinenses, aliique indigeni nautæ, crescere in arbore profunde sub aqua, Calappo simili, cujus coma aliquando & casu conspicitur in placidis sinubus, & circa insulam Sumatram, præsertim in sinu Lamponæ, in Sumatræ parte Zephyrea, sed hic fabula addita est, dicunt enim, si hæc inquiratur arbor, vel ad eam submergant, effugere homines.

Flamines Æthiopes magis fabulosam fingunt narrationem, dicentes, hujus arboris unicam tantum in mundo esse, quæ in Abysso maris ingentis Zephyrei post Javam locatur, quod *Segara* seu *Laut kidol*, h. e. mare Zephyreum vocant, pro quo in quibusdam tabulis erronee legitur regio *Cidol*.

Arbor ipsa iis dicitur *Pausengi*, quæ fronde supra aquam eminet, in ejus ramis habitat *Geruda* avis, quæ Gryps erit, quæque per noctem in hisce volitat regionibus, arripiens rostro & unguibus Elephantem, Tigridem, & Rhinocerontem, vel aliam ingentem bestiam, quam in nidum aufert hujus arboris, undæ quoque ibi omnes adtrahuntur naves, quæque ibi devolvuntur, perpetuo manent, ita ut homines præ fame moriantur, quin *Gerudæ* sint escæ.

Hinc

AGTSTE HOOFDSTUK.

De Maldivische Cocus-noot.

Nu behoorden wy den Leezer mede te deelen, de Historie van dat zeldzame Meesterstuk der natuur, en het hoofd van alle Zee-rariteiten, namentlyk de zoo genoemde Cocos de Maldiva *of* Calappa laut, *onze Europeanen nog zoo weinig bekent, dat ze het meeste deel daar van voor fabulen agten. Maar dewyl myne gelegentheid tot nog toe niet heeft lyden willen, dat ik eene van de Cocos hebbe konnen magtig werden, eensdeels wegens hunne groote duurte, anderdeels wyl men ze zoo zelden vindt, en de Eigenaars dezelve niet missen willen, en egter op deze plaats dient aangehaalt te werden, om dat het een Zeegewas is, zoo moet ik my behelpen met het verhaal van andere, en daar van uitkippen het geene van geloofwaardige Lieden komt.*

De Inlanders, dewelke daar van de beste kennisse hebben, hadden my wel het zekerste berigt daar van konnen geven, zoo ik gewoont hadde ter plaatze, daar de voornoemde vrugt gevonden werd. Maar dewyl aan dezen afgelegen oort weinige derzelve komen, en die dan nog de beste kennisse daar van niet hebben, zoo zyn my veele beuzelagtige vertellingen opgedrongen, onnodig hier al te maal op te halen.

Evenwel moet ik iets aanroeren, op dat den Lezer bekent werd, wat de Inlanders daar van gelooven en houden, daar na zal ik opschaffen een nader beschryvinge, getrokken uit de schriften van Doctor Wilhelmus Piso, *en* Francois Pyrard.

Deze Zee-kalappa is geen Landgewas, 't welk by geval in zee geraakt, en aldus versteent zoude zyn, gelyk men Garcias ab Orta *heeft willen wysmaken, maar het is een vrugt, die in zee zelfs groeit, wiens boom, zoo ik niet beter weet, is tot nog toe voor menschen oogen onbekent, en verborgen gebleeven. Want het is een abuis te meenen, dat het een vrugt zy van de Kalappus-bome, dewelke op de Maldivisse Eilanden wassen, daar men groote en kleine Noten vindt, uit dewelke drinkbekertjes en kruidhoorntjes gemaakt werden, die men de onweetende voor de opregte* Cocos de Maldiva *opdringt.*

Het voornoemde Zeegewas is tweederlei, groote, en kleine, de eerste het grooste, is de eigentlyke Cocus maldivicus, *die in 't gemeen* Cocos de Maldiva *genaamt, in 't Portugees* Coquo de Maldiva, *by Doctor* Piso *in zyn Appendix tot Bontium,* Coccos maldivica, *en* Nux medica Maldivensis. *By de Malyers* Calappa laut, Boa Pausengi, *en* Boa sengi, *'t welk zy Lieden pronuntieeren* Bootjungi. *By de Inwoonders van de Maldivis, zoo* Pyrard *getuigt,* Tavarcarre *en* Tavarcarze, *welke namen my scheenen bedorven te zyn. In 't Chinees* Hayja, *dat is* Zee-calappa. *Van deze groote zoorte zal dit Hoofdstuk spreeken. De kleine zoorte is de* Cocus melindanus, *in 't gemeen uit het Portugees* Coquinko *genaamt, waar van in 't volgende Hoofdstuk.*

Van zyn oorsprong en geboorteplaatze verhalen, de Malyers, Chinesen, en ander Inlandse Zee-vaarders, dat ze groejen aan een boom, diep onder water, den Calappusboom gelyk, wiens kruin zomtyds by geval gezien werd in stille bogten, en rondom het Eiland Sumatra, inzonderheid in de bogt van Lampon, aan Sumatras Zuidzyde. Dog hier moet een fabeltje by gevoegt zyn, want ze zeggen, als men na dezen boom zoekt, of daar na duikt, zoo verdwynt hy weder.

De Moorsche Papen hebben nog een slimmer fabul, voorgevende, dat van deze boom maar eene in de weereld zoude zyn, staande in den afgrond van de groote Zuid-zee agter Java gelegen, die ze Segara of Laut Kidol, dat is Zuidzee noemen, waar voor in zommige kaarten kwalyk geschreeven staat Land Cidol.

Den boom zelfs noemen ze Pausengi, *dewelke met zyn kruin boven water staat. Op zyne takken woont een onbezuisden Vogel* Geruda, *'t welk een Griffioen wil zyn, die snagts in deze Landen vliegt, nemende in zyne poten en bek een Olyphant, Tyger, Rhinoceros of ander groot Beest, dat hy na zyn nest voert, na dezen boom trekken de stroomen van alle kanten, en de Scheepen, die ze mede sleepen, moeten daar eeuwig blyven staan, de menschen van honger vergaan, of den* Geruda *tot roof werden.*

Hierom

Hinc Javani, omnesque, qui Zephyream oram magnarum istarum Orientalium insularum usque ad Timoram inhabitant, anxii sunt sese conferre ulterius tribus milliaribus, vel extra conspectum terræ, comperientes enim, per undam ulterius & ad Zephyream magis plagam propelli, in cymbam sese conjiciunt, relinquentes navem, ac remis in cymba petunt terram, timentes cæterum in abyssum Pausengi devolvi, ex qua nemo redit, ut putant.

Adfirmant porro, Javanos quosdam hoc expertos fuisse, atque Javæ pro vero narravisse, qui navibus nempe eo devenerant, sed qui pennas avis Gerudæ tenentes, ab ipsa Javam feliciter translati fuere.

Fructus vero hujus arboris vocant *Boa pausengi*, vel *Boa sengi*, suntque nuces celebris istius *Calappi marinæ*, quæ contra undas sese elevantes aliquando in Javæ & Solore litora projiciuntur, ubi talem etiam exercent reluctantem vim, ut in ipsa regione usque in ipsas prorepant silvas, ubi homines eas non invenirent, nisi a canibus detegerentur prius, qui contra hasce latrant.

Ex qua fabula Lector facile percipere potest, cur hic fructus tanti æstimetur, ac tam carus sit. Quum ipsis jam objiciebam, per nostras naves longe aliter detectum fuisse, post Javam nempe nullam esse Abyssum in Zephyrea plaga, sed ingentem detectam esse regionem, quasdam præterea naves sub præfecto Abele Taakmanno eandem regionem ad Zephyream partem circumnavigisse, nec ullam detegisse abyssum, multo minus Pausengi, nil aliud regerere poterant, nisi quod talis tamen arbor in ista plaga deberet esse, quum ejus fructus in ista projiciebantur litora.

Quod facile concedi potest, quum inter Javam & istam Zephyream plagam ultra centum milliaria amplum est mare, ubi multæ arbores esse possunt, licet non vero simile sit, talem arborem in Abysso vel maris profundo provenire, sed quidem in fundo ducentarum vel trecentarum orchiarum. Dein enim in capite de Calbahario albo adnotabimus, hanc arbusculam inventam fuisse in profunditate nonaginta Orchiarum, sic quoque credo, hosce flamines verbum Pausengi audivisse ab Arabibus, atque arborem esse crescentem in magno Indico mari, quod Africanam oram Orientalem insulasque Majottos irriguat, quarum incolæ vulgo Zangi seu Zengi, h. e. tosti Æthiopes vocantur, ubi minor horum fructuum species reperitur, quam postea describemus.

Hic quædam oritur difficultas, si Calappa Laut in tantis cresceret arboribus, sequi oportebat, tales aliquando arbores senescentes eradicari, & in litus projici, quod tamen nunquam visum vel auditum est, uti id tamen de aliis observatum fuit arboribus marinis, hinc potius in ea versarer sententia, hosce fructus in profunditate ex duris crescere scopulis sine caudice, vel forte ex crasso curtoque pedunculo, ac maturos decidere. Haud facile enim natura accusanda est, aliquas pretiosas proferre creaturas, easque semper celare hominum visui, in quorum gratiam omnia producta & creata sunt.

Relinquamus itaque incertam istam arborem, & quiescat in matris naturæ abscondito gremio ac thesauro, donec quid certius serus proferat dies, & ad descriptionem ipsius fructus, quem nobis concedit, quique notus est, nos conferamus. Quam maxime itaque convenit cum Calappo terrestri, unde multi præ ignorantia hos utrosque confundunt fructus, eoque magis quum in Maldivensibus insulis in Calappis magni crescunt fructus, item minores oblongi, quamvis quodammodo referunt Calappa laut diversæ magnitudinis, sed notabile satis in iis detegitur discrimen, immo quoad ipsam formam. Omnes enim terrestres Calappi fructus putamen durum, seu Tampoerong crasso obductum gerunt pilosoque cortice.

Calappus vero marinus externe nil aliud habet quam tenuem rugosam seu muscosam pelliculam cum crassis venis putamini incumbentibus, uti in vulgari Calappi putamine, quæ abstrahitur, sub ea putamen seu Tampoerong locatur oblongum, ad unam partem acute desinens, unaque ora magis protuberat altera, quædam vero nuces simplices sunt, quædam geminæ, acsi binæ simul concretæ essent, quales plurimæ sunt. Harum-

Hierom zyn de Javanen, en alle, die de Zuidkust van de groote Eilanden Oostwaart aan, tot Timor toe bewonen, zeer bange, haar verder dan drie mylen of buiten 't gezigte van 't Land te begeven, want bemerkende, dat ze door de stroom wat verder en Zuidwaarts aan gedreeven werden, zullen zig in haar schuitje begeven, laten hunne jonk dryven, en roejen na land toe, uit vreeze dat ze na den afgrond van Pausengi getrokken werden, waar uit geen wederkeeren is.

Zy houden daar by nog staande, dat sommige Javanen zulks ondervonden, en op Java voor een waarheid gerapporteert hebben, die met haar jonk aldaar geweest, en aan de Veeren van Geruda zig vast houdende, van den zelven weder op Java zullen gezet zyn.

De vrugten nu van dezen boom noemen ze Boa pausengi *of* Boa sengi, *en dat zullen die vermaarde* Zee-kalappus *zyn, die tegens stroom opklimmende, somtyds op Javaas en Solors stranden uitgeworpen werden, daar ze nog al zulken tegenstrevenden kragt hebben, dat ze een stuk weegs Landwaart op in 't bos komen kruipen, daar ze de menschen niet zouden vinden, zoo ze niet eerst door de honden ontdekt wierden, die daar voor staan blaffen.*

Uit welke fabel de Lezer afnemen kan, waarom deze vrugt zoo hoog geëstimeert, en zoo duur gehouden werden. Als ik hun nu hier op zeide, dat zulks door onze Scheepen geheel anders ondervonden was, te weten dat agter Java in 't Zuiden geen afgrond, maar een groot Land ontdekt zy, dat ook eenige Scheepen namentlyk onder den Commandeur Abel Taakman het zelve Land in 't Zuiden rondom gezeilt, en nog al geen afgrond, nog Pausengi gevonden hadden, wisten daar op anders niets in te brengen, als dat evenwel die boom in 't Zuiden moeste staan, om dat zyne vrugten op de voorschreeve stranden opgeworpen wierden.

Het welk men ligt kan toestaan, dewyl tussen Java en dit Zuid-land over de hondert mylen ruime zee is, daar veele bomen konnen staan, hoewel 't niet waarschynelyk is, dat dien boom juist in de afgronden of midden in zee voortkomt, maar wel op twee hondert en drie hondert vademen diepte. Want wy hier na in 't witte Kalbahaar zullen schryven, dat het zelve boompje op negentig vademen diepte gevonden is, zoo geloove ik ook, dat deze Moren het woord Pausengi gehoord hebben van de Arabiers, en dat het een boom zy in de groote Indische Zee groejende, die den Africaansen Oost-kust en de Eilanden Majottos bespoelt, welkers Inwoonders in 't gemeen Zangi of Zengi, dat is gezengde Moren genaamt werden, alwaar men het kleinder slag van deze vrugten vindt, die wy hier na beschryven zullen.

Hier doet zig een zwarigheid op, indien de Kalappa Laut aan zulke groote bomen groeiden, zoo moeste volgen, dat somtyds zulke bomen oud werdende tot eenigen tyd uitgewortelt, en op strand gedreeven wierden, 't welk nooit gesien of gehoort is, gelyk wel van alle andere zee-bomen, hierom zoude ik nog liever in die meninge vallen, dat deze vrugten in de diepte uit harde klippen groejen, zonder stam of op een korte, dikke, steel, en dan door rypheid daar van afvallen. Want men niet ligt de natuur beschuldigen moet, dat ze eenige kostelyke schepzelen zoude voortbrengen, en dezelve eeuwig voor s'menschen gezigt ontbouden, om wiens wille alles geschapen is.

Laat ons dan dien onzekeren boom laten varen, en in moeder natuurs verborgene schatkamer berusten, tot dat wat zekerders voor den dag komt, en ons weder tot de beschryving van de vrugte zelfs, die ze ons gunt, en bekent is, keeren. Zy heeft groote gemeenschap met de Land-kalappus, daarom veele uit onwetentheid deze beide confundeeren, te meer alzoo in de Maldivis aan de Kalappus-bomen ook groote vrugten vallen, item kleine langwerpige, welke beide zoo wat gelyken na Kalappa laut, van diverze grootte, dog daar is nog al een merkelyk onderscheid zelfs in de gedaante. Want alle Land-kalappussen hebben de harde schaal, of Tampoerong omgeven met een dikke en hairige bolster.

De zee Kalappus heeft van buiten anders niet dan een dun, ruig, of mosagtig velleken, met grove aderen, die op de schaal leggen, gelyk aan den gemeenen Kalappus-dop, en die afgescheurt werd. Daar onder legt den schaal of Tampoerong, die nog al langwerpig is, aan de eene hoek wat spits toelopende, en de eene zyde huilt meer uit dan de andere, sommige enkel, sommige dubbelt, als of twee Noten aan malkander gegroeit waren, gelyk de meeste zyn. Waar

Harumque hic Figuram exhibeo juxta naturalem magnitudinem delineatam, juxta quam etiam primam formabo descriptionem, est itaque gemina, acsi ex binis composita esset Calappi nucibus, & inter has utrimque sinus est planus.

Binæ superiores extremitates parum rotundæ sunt, ubi puto petiolum fuisse admissum. Binæ inferiores rotundo acutæ sunt, & sinus intermedius aliquando plicas quasdam gerit ad unum latus, unde dicitur, si ab una parte conspiciantur, binas nates viri referre, ad alteram partem effigiem femineam repræsentant.

Totus fructus octo pollices longus erat, & novem latus in Diametro, sed majores etiam sunt, ab uno nempe pede usque ad sesquipedem, sique externe conspiciantur, duplices haud melius comparari possunt quam cum scroto Tauri, inveniuntur enim quidam haud multo majores. Depuratus erat ab exteriore rugositate, politus & niger instar putaminum aliorum Calapporum, quæ in suppellectilem depurantur, ac poliendo nigrescunt. Externe non æqualem habet glabritiem instar vulgaris Calappi putaminis, sed parum gibbosus & inæqualis est ad rotundos angulos. Ad latera ventricosus, & per longitudinem obscuræ flavæque decurrunt striæ, acsi vestigia essent corticis pilosi, sed hæ omnes poliendo glabræ erant.

Figura in medio rotundum exhibet foramen, quod ab hominibus in eo perforatum est, ut interna medulla seu nucleus extrahi posset, & ut elegans res domestica seu suppellex ex putamine formetur. Hoc putamen a vulgari quoque differt Tampœrong quoad substantiam, durius enim est, mixtamque videtur habere naturam ex ligno & saxo instar aliarum plantarum marinarum. Interior nucleus, pretiosissima hujus fructus pars, undique putamini adhæret uti in vulgaribus Calappi nucibus, non albus sed flavescens fere instar casei ovilli dissecti, ac tam durus siccatur, ut corneus quasi fit, qui eximendus, in frusta dissecandus, siccandus, & ad usum Medicum servandus est, nullum peculiarem præbet odorem vel saporem, nisi supra porphyritim cum aqua contritus saporem quodammodo præbet corneum & quasi marinum, sine aliis notabilibus qualitatibus, nisi quod refrigeret.

An vero quidam liquor in interno reperiatur cavo, in hoc detegere non potui, dicitur autem quendam in eo contineri, si recens e mari deferatur. Lympha tum mox ebibitur, nucleus eximitur, & tanquam pretiosum medicamentum servatur, quum nunquam mucidus vel nidorosus fit instar alius Calappi nuclei.

Locus. Ubinam arbor proprie locetur, vel in quibusnam rupibus fructus crescant, huc usque hominum oculos, uti dictum fuit, effugit, sufficiat itaque nobis, quod sciamus, in profundo maris crescere, ac fructus in quædam projici litora, hocque potissimum fit in Maldivensibus insulis, unde & nomen gerunt, sed ibi capitis pœna vetitum est, nullum plebejum eos colligere vel servare, sed omnes, qui inveniuntur, quod & raro etiam fit, regi obferendi sunt, qui carissimo eos vendit pretio, vel alicui dono dat.

In Javæ ora Septentrionali & Zephyrea, præsertim prope sinum Occidentalem Sampanthau, uti & in Zephyrea Sumatræ plaga, ac porro per totam Occidentalem plagam, & a Sinensibus nautis *Kuynsay* dicitur, & circa insulas ante oram Occidentalem sitas, apud incolas vulgo *Nyas* vocatur, & a silvestribus incolis ibi sæpe invenitur & venalis defertur Padangam, Priamangam, & ad alias Metropoles, qui omnes fructus gemini sunt, quales etiam observantur, qui in Javæ ora Zephyrea inveniuntur, a pugni magnitudine usque ad minorem Astam seu ulnam in latitudine.

Hi ultimi venduntur singuli nempe a sexaginta ad centum & viginti inperiales, qui vero æqualis sunt longitudinis & latitudinis, optimi censentur, quorum quivis pedem latus pro centum & quinquaginta inperialibus venditus est. Immo notum est, quosdam reges harum nucum adeo cupidos esse, ut navem onustam pro unica dederint nuce.

An jam *Boa pausengi*, de quo Solorenses jactant per mare Zephyreum in suam projectum fuisse terram, & per canes latrantes in silva detectum fuisse, unum idemque sit cum vero Calappa laut, nondum indagare potui, tot enim fabulas addunt sine vera descriptione, ut alicui tædiosum sit eas audire.

Usus.

Waar van ik een figuur geve, na haar natuurlyke grootte afgeteekent, waar na ik ook de eerste beschryving maken zal, zy is dan dubbelt, als van twee Kalappusnoten t'zamen gezet, en tussen beiden, onder en boven met een keep of vlakken boesem.

De twee bovenste einden loopen wat rond, alwaar ik oordeel den steel in gestaan te hebben. De twee onderste loopen met een ronde spits toe, en de keep tussen beiden heeft somtyds nog eenige ploojen aan de eene zyde. Waar door men zegt, dat ze van eene zyde bekeken twee billen van een man gelyken, aan de andere zyde zullen ze degedaante van een vrouw uitbeelden.

De geheele vrugt was agt duimen hoog, en negen duimen breed, in den Diameter gemeten, dog men vindt ze ook grooter, te weten van een tot anderhalf voet breed. Van buiten aangesien, kan men de dubbelde niet beter vergelyken dan by een klootzak van een stier, want men vindt 'er die ook niet veel grooter zyn. Zy was schoon gemaakt, van de buitenste ruigte gepolyst, en zwart gelyk andere Kalappus-doppen, die men tot huisraad schoon maakt, en door 't polysten zwart werden, zy heeft van buiten geen effene vlakte gelyk gemeene Kalappus-doppen, maar is wat bultig of oneffen, aan de ronde hoeken. Aan de zyde buikkig, en in de lengte loopen donker-geele streepen als of 't voetstappen waren van de hairige bolster, dog alle door 't polysten glad gemaakt.

In de figuur ziet men in het midden een rond gat, 't welk door menschen daar in gemaakt is, om het binnenste merg of pit uit te halen, en een kostelyk huisraad van de schale te maken. Deze schale verschilt ook van de gemeene Tampoerong in de substantie, want zy is harder, en schynt een gemengt wezen te hebben van hout en steen, gelyk andere zeegewassen. Het binnenste pit zynde het kostelykste van deze vrugt, hangt aan de schaal rondom gelyk in de gemeene Kalappus-noten, niet wit, maar bleek-geel, schier als een opgesneede Schapekaas, en droogt zoo hard op, dat het hoornagtig werd, 't welk men moet uitnemen, in stukken snyden, droog maken, en tot de Medicyn bewaren, daar is geen zonderlinge reuk nog smaak in, dan op een steen met water gewreeven, smaakt een weinig hoornagtig, en na de zee, zonder andere merkelyke hoedanigheden dan om te verkoelen.

Of 'er eenige vogtigheden in 't binnenste hol begreepen zyn, en heb ik aan deze niet vernemen kunnen, men zegt egter van ja in andere, als ze vers uit zee komen. Het water werd straks uitgedronken, het pit uitgenomen, en als een kostelyke Medicyn bewaart, om dat het nooit vermuftig of ruikend werd gelyk ander Kalappus-pit.

Plaats. *Waar den boom eigentlyk staat, of op wat klippen deze vrugten wassen, is als gezegt, tot nog toe voor 's menschen oogen verborgen, het zy ons genoeg, dat wy weten, dat ze in de diepte van de zee groejen, en de vrugten op zommige stranden uitgeworpen worden, dit geschiedt meest in de Maldivisse Eilanden, waar van ze den naam dragen. Dog het is aldaar op den hals verboden, dat geen gemeen man dezelve mag oplezen en bewaren, maar alle die men vindt, 't welk ook nog zoo zelden geschiedt, moet men aan den Koning brengen, die ze dan ten duurstan verkoopt, of verschenkt aan die hy wil.*

Op Javas West-en Zuidkust, inzonderheid by de Westhoek Sampanthau, als mede op de Zuidzyde van Sumatra, voorts langs de geheele Westkust, by de Chineese Zeelieden Kuynsay *genaamt, en omtrent de Eilanden voor de Westkust gelegen, by de Inlanders in 't gemeen* Nyas *genaamt, vindt men ze ook, wiens wilde Inlanders dezelve te koop brengen tot Padang, Priamang, en andere Koopsteden, alle dubbelt, gelyk ook zyn, die op Javas Zuidkusten vallen, van een vuist groot, tot een kleine Asta of elle in de breedte.*

Deze laatste verkoopt men het stuk voor sestig tot hondert en twintig ryksdaalders, maar die even lang zyn, werden voor de beste gehouden, waar van het stuk een voet breed, hondert en vyftig ryksdaalders verkogt is. Ja men weet, dat zommige Koningen op deze Noten zoo verzot zyn, dat ze een volgelade Jonk voor eene Noot gegeven hebben.

Of nu Boa pausengi, *waar van de Soloressen roemen, door de Zuidzee op hun land gesmeeten, en door 't blaffen der honden in het bos gevonden wert, een en dezelfde zy met de regte Calappa laut, en heb ik nog niet konnen vernemen, want ze mengen zoo veel fabulen daar by zonder eigentlyke beschryvinge, dat het iemand verdrietig valt het zelve aan te hoören.*

Gebruik.

Usus. Quanti etiam apud incolas æstimetur hic fructus ob exellentes ejus virtutes, quæ ipsi tribuuntur, tam parvi apud nostros fit Europæos, quum hi sibi imaginari nequeunt, tam vilem fructum, qui congener videtur esse vulgaris Calappi, tantas excellentes possidere virtutes. Utraque parte, ut puto, nimis longe receditur, Europæi enim ejus nullam habent experientiam, vel quod impensas vitent, vel quod eum pro pecunia sibi comparare nequeant, omnis enim Calappa laut fructus, uti dictum fuit, capitis pœna Regi vel magnatibus istius regionis obferendus est, tumque nullo modo ab iis recuperari potest. Quis etiam centum & quinquaginta imperiales vellet hic in India dare pro isto fructu, eumque in Hollandiam demittere, quum nesciat, an decima nummorum pars restitueretur.

Licet sciam, & etiam pateat ex *Garzia ab Orta Libr.* I. *Arom. Cap.* 26. ut & ex adnotationibus *Clusii* in istud caput, Lusitanos pluris eum facere, ac Lixboæ tam nuces, quam medullam ipsarum ibi venales esse. Garziam porro miror, ipsum harum nucum non majorem habuisse experientiam, quum eos non dignas censet descriptione vel inquisitione, qui tamen tot Indica remedia, ipsi antea incognita, in India edocta & bono cum successu explorata instituit, & per Lusitanos multo facilius ac minori pretio Cocum conquirere potuit, quum natio Belgica vix eum videre possit.

Contra omnes incolæ tam harum insularum, quam Sinenses eum forte nimis extollunt, quum eum habeant tanquam antidotum generale contra quævis toxica præ omnibus aliis, quæ ipsis nota sunt. Lapidem enim Bezoardicum, Porcinum, similesque nil habent respectu illius. Hujus enim virtutes, licet non sint in summo gradu, certas tamen statuerem de Calappa laut, non tantum ob refrigerantem ejus naturam, qua venena, quæ plerumque calida sunt, exstinguere valet, sed etiam præterea ob peculiarem ejus qualitatem veneno resistere, quod ipsi commune est cum cunctis Corallii speciebus. Plurima ac summa vis est in nucleo seu medulla, quam sicca & vetusta etiam sit. Dein in putamine, seu Tampoerong, sed hoc non facile frangent, sed integrum servant in subsequentem usum.

Medulla modo cum aqua supra porphyritim conteritur, & sic propinatur, sed plerumque ex ea compositum præparatur Medicamentum, ex hoc nempe Calappa laut, albo & cinereo Calbahario, veris Coralliis rubris, Ebore, Cornu cervi, quæ omnia cum aqua conteruntur ac simul potantur.

Garzias concedit quidem cum vino etiam ingeri posse, sed hic non est usus apud omnes incolas, vinum etiam non conduceret in morbis, in quibus Calappa laut adhibetur, hisce enim in terris quam maxime vitandum est vinum, Limonum succum, vel acetum alicui exhibere, qui venenum ingessit, quum experientia docet, omne venenum per ea subtilius reddi, in actum duci, magisque per venas dispergi, qui error nostræ sæpe nationi inputatur, quaque in re incolæ etiam videntur vera loqui, nonne enim satis notum est, ubique in mundo plurimos homines veneno infici per vinum. Hisce in terris semper refrigerantes eliguntur & præferuntur res ad venena exstinguenda, ac dein per vomitus ejicienda, sed præter hanc refrigerationem oportet, ut simul vis specifica & antidotalis adsit, quales præcedentes plantæ marinæ sunt.

Calappa laut porro laudatur contra omnes inflammationes & corporis ardorem tam in febribus quam aliis in morbis, contra Colicam nempe, Apoplexiam, Epilepsiam, & Paralysin, quæ ex ardore suum habent ortum, uti per multos potus calidos & frigidos promiscue potatos, sed neutiquam contra illam Paralysis speciem, quæ *Beribery* vocatur, & ex Luicophlegmatia vel Cacochymia suum habet ortum. Hæc itaque remedia ex medulla præparantur, licet putamen quasdam etiam sed multo minores possideat virtutes, sed magnates nolunt, ut hoc frangatur, sed integrum servant, ut ex eo pretiosa formentur vasa. Per longitudinem in bina secatur segmenta, ita ut inferior pars capsulam, superior operculum formet, quod arcte ipsi incumbit, quin rotundum in medio scindatur foramen, & ex lamella ista operculum fit.

Gebruik. *Zoo hoog deze vrugt by de Inlanders geëstimeert wert wegens de uitnemende kragten, die men hun toeschryft, zoo kleinen geloof vindt ze by onze Europianen, konnende ben niet inbeelden, dat zoo een slegte vrugt, die een medezoorte van een gemeene Calappus schynt te zyn, zulke uitnemende kragten zal hebben. Aan de eene en andere zyde wykt men myns oordeels te verre af, de Europianen hebben 'er geen experientie van, of om dat ze de onkosten schuuwen, of om dat ze dezelve voor geld niet konnen krygen, want, als gezegt, alle Calappa laut, die men hier en daar vindt, moet men op lyfstraffe aan de Koningen en Grooten diens lands behandigen, en dan is 'er geen kans ooit dezelve uit hunne handen te krygen. En wie zoude hondert vyftig ryksdaalders hier in Indiën willen spendeeren, en dezelve naar Holland voeren, daar hy niet weet, of hy 't tiende deel daar voor weder krygen zoude.*

Hoewel ik wel weet, en ook blykt van Garcias ab Orta *Lib.* I. *Arom. Cap.* 26. *en de Aanteekening van* Clusius *op het zelfde Hoofdstuk, dat de Portugeesen meer werks daar van maken, en dat men te Lissabon zoo wel de Noten als het pit daar uit zien, en te koop kan krygen. Voorts over Garcias verwondert zynde, dat hy van deze Nooten geen meerder ervarentheid gehad heeft, dezelve niet waardig agtende om te beschryven en probeeren, daar hy nogtans zoo veele Indiaansche geneesmiddelen, die hem te vooren onbekent waren, in Indiën geleert, en met goed succes geprobeert heeft, en daar de Portugeesen veel ligter en voor minder prys aan de Cocos konnen komen, dan de Hollandse Natie, die ze kwalyk te zien krygen.*

Daar en tegen alle de Inlanders zoo wel dezer Eilanden als Chineesen, verheffen dezelve misschien al te zeer, stellende dezelve tot een souverein Antidotum tegens allerhande venynen, boven alle andere, die hunlieden bekent zyn. Want Bezoar, Verkensteen, en diergelyke agten ze niet daar tegen. Deze kragten, al zyn ze juist niet in de hoogste graad, zoude ik van de Calappa laut ontwyffelbaar stellen, niet alleen wegens hun verkoelende aart, waar mede ze de venynen, die gemeenlyk heet zyn, kan dooden, maar nog daar en boven wegens hun byzondere eigenschap het venyn tegen te staan, gemeen met alle opregte Koraal-zoorten. De meeste en hoogste kragt is in 't pit, het zy zoo droog en oud als het wil. Daar na in de schale of Tampoerong, dog die wil men niet gaarn in stukken breeken, maar liever geheel bewaren tot het volgende gebruik.

Het pit wert slegts met water op een steen gewreeven, en zoo gedronken, dog gemeenlyk wert daar van een gemengt geneesmiddel gemaakt, van Calappa laut, wit en grauw Calbahaar, opregte Bloed-koralen, Yvoor, Hertshoorn, alle met water gewreeven, en t'zamen ingedronken.

Garcias wil wel, dat men 't ook met wyn inneemt, maar dat is geen gebruik by alle de Inlanders, ook zoude den wyn geen nut doen by de ziektens, daar men Calappa laut tegens gebruikt, want men moet zig hier te land wel wagten Wyn, Limoensap, of Azyn iemand in te geven, die venyn in 't lyf heeft, alzoo de ervaring leert, dat alle venynen daar door gesubtiliseerd, gaande gemaakt, en te ligter in de aderen verspreid werden, welk abuis aan onze Natie dikwils getaxeert wert, en waar in ze ook schynen gelyk te hebben: want is het niet genoeg bekent, dat over al in de wereld de meeste menschen vergeven worden, in en door wyn. Hier te land zoekt men altyd verkoelende dingen om de venynen te dooden, en dan door brakinge uit te werpen, dog die moeten by haar verkoeling nog een byzondere antidotale kragt hebben, gelyk de voorgenoemde Zeegewassen zyn.

Voorts wert de Calappa laut *geroemt tegens alle verhittinge en brand des lyfs, zoo wel in koortsen als anders, tegens Colyk, Slag, vallende Ziekte, en Lammigheid, die uit hitte hunnen oorsprong neemt, gelyk door veel heete en koude drank, door malkander genuttigt, maar geenzints tegen die andere lammigheid, die men* Beribery *noemt, uit koude zugt en Cacochymia ontstaande. Deze remedien nu werden uit het pit gemaakt, de schaal of den dop heeft wel eenige dog veel mindere kragten: ook willen de groote Heeren dezelve niet in stukken breeken, maar geheel bewaren om kostelyke vaten, daar van te maken. Men zaagt ze langs heenen in twee stukken, dat het onderste een doos, 't bovenste een dekzel werde, die nauw daar op sluit, of men snyt in de midden een rond gat, en uit het stuk maakt men een dekzel.*

In hoc magnates suum servant Siri pinang, calcem, Tabacum, similiaque, quæ per diem continuo masticant, pro vero credentes, talibus rebus in hoc putamine servatis nunquam aliquid noxii posse adferri, & additum venenum enervari, ac tales, qui has res ex putamine isto masticant, adeo servare, ut nullum venenum ipsis nocere possit. Aqua pro potu in ipso etiam deponitur, quæ aliquamdiu in eo relicta, & potata homines conservat contra istos morbos, semper vero meljus est, ut frustulum medullæ ipsi admisceatur.

Si hæ vires modo semi veræ sunt, meo judicio Calappa laut melius dignum censeo centum inperialibus, quam Lapidem Porcinum, pro quo hodie tanta numeratur pecunia, & inter quos tot spurii sunt.

Apud D. *Wilhelmum Pisonem* in *Mantissa*, quam dedit post descriptionem plantarum Indiæ Orientalis & Occidentalis, obcurrit amplus discursus contractus ex epistolis & relatu variorum doctorum virorum, qui in India Orientali fuerunt. Ex quo patet Calappa laut primis annis, quibus Belgæ Indiam Orientalem frequentaverunt, multo magis notum, plurisque fuisse habitum, quam hodie, quum homines auri fame adeo corrupti sunt, & contra ad res curiosas adeo stupidi facti, ut tam nobile naturæ artificium, ac tam celebre ac primarium remedium videantur oblivisci.

Attamen ex isto Auctore, qui non in omnium manibus versatur, aliquid hic depromere & enarrare utile duco ad majorem notitiam celebris istius fructus, quod non tantum ex aliis sed præsertim per ipsam suam experientiam expertus fuit.

Primo narrat ex scriptis Doctoris *Clusii*, has miras nuces nullibi inveniri, nisi in Maldivensibus insulis, quæ ab octavo gradu Borealis latitudinis maxime ad Zephyream tendunt plagam quatuor graduum Zephyreæ latitudinis, qui tractus ultra ducentas constituit leucas per longitudinem, & triginta vel triginta quinque per latitudinem, atque ex relatu incolarum est numerus 12000 insularum, tam majorum quam minorum, quæ per mare multis angustis finibus in tredecim cohortes vel provincias distinctæ sunt, quarum Boreales inhabitantur, sed Zephyreæ incultæ & inhabitatæ sunt, suntque domicilia avibus marinis, omnesque cinctæ præruptis scopulis.

Hic pretiosa ista nux per mare ejicitur, uti & Ambra grisea, quam incolæ non tam pretiosam habent hisce nucibus, quas nullus privatus capitis pœna colligere vel sibi servare audet, sed statim Regis ducibus exhibendæ sunt, quique regibus eas statim obferunt, atque inter thesauros regios nil tam pretiosum est hac nuce, quam lingua sua vocant *Tavarcare.*

Piso l. c. eam nominat *Nucem medicam maldivensem*, quamque nemini vendere vel donare volunt nisi Regibus, Principibus, vel celebribus Argitalassis, quod etiam satis concedi potest, si hæc nux tam excellentibus gaudeat virtutibus, ut homines ex tam periculosis & lethalibus liberet morbis, quales ipsi adscribuntur, nihil enim re vera pretiosius est sanitate.

Conjectura ortus & generationis hujus nucis, ejus admirationem majorem reddit, incolæ enim, dicit memoratus *Clusius*, nil aliud de iis dicere norunt, nisi quod olim regio fuerit, ad occidentalem Maldivensium partem sita, in qua multæ crescebant Calappi, quæ submersa fuit, ad profunditatem sexaginta orchiarum, supra quam naves fortuito transnavigantes nautæ ejus aliquam partem vident, sed quum eam investigant, detegere hanc non poterant.

Ex hisce submersis Calappis judicant incolæ, fructus longo temporis tractu lapidescere, ac dein per maris feroces undas ab arboribus detrusos in litus projici. Licet jam concedi possit, talem submersam esse insulam, nucesque has iis increscere arboribus, credere tamen nequeo, ex vulgaribus provenire Calappis, quum illarum forma nimis ab hisce differat, ipsæque arbores tempore eradicatæ & projectæ fuissent, uti id supra jam innuimus.

Fran-

Hier in bewaren de groote Heeren haar Siri pinang Kalk, Tabak en andere dingen, die ze over dag gestadig kaauwen, vast gelovende, dat men aan zulken ding in dezen dop bewaart, nooit eenige schadelykheid zal konnen toevoegen, al het bygevoegde venyn kragteloos werden, en den genen die zulke dingen uit dezen dop eten, zoodanig bewaren, dat hem geen vergift schaden kan. Men doet ook drinkwater daar in, en laat het een tyd lang zoo staan, het welk dan gedronken den mensch voor de bovengemelde ziekte bewaart, dog het is altyd beter, dat men een stukje van 't pit daar onder menge.

Zoo nu deze kragten ten minsten half waar zyn, zoo is myns oordeels een Calappa laut beter hondert ryksdaalders waardig, dan een Pedra de Porco, daar men hedendaags zoo veel geld voor geeft, en daar onder zoo veele valsche loopen.

By Doctor Wilhelmus Piso *in zyn* Mantissa, *of toegift die hy agter zyne beschryvinge van de Oost- en West-Indische planten gestelt heeft, vindt men een wydloopig verbaal getrokken uit Brieven, en mondeling verbaal van verscheide Heeren en geleerde Lieden, die in Oost-Indien geweest waren. Waar uit blykt, dat de Calappa laut in de eerste Jaren, dat de Hollanders Oost-Indien gefrequenteert hebben, veel bekender en in meerder estime moet geweest zyn, dan hedendaags, daar de menschen door geldzugt zoo ingenomen, en waar tegen de curieusheid zoo verdooft is, dat ze zulk heerlyk konstuk der natuur, en zoo vermaarden Hoofd-arzeny schynen vergeten te hebben.*

Evenwel uit dien Autheur want die niet in alle mans handen komt, moeten wy iets Copyeren en hier by zetten, 't geene nodig agte tot meerder kennisse van die vermaarde vrugt, het geene hy zelfs uit andere niet alleen, maar inzonderheid door heerlyke experimenten ondervonden heeft.

Eerstelyk verbaalt hy uit de Schriften van Doctor Clusius, *dat deze wonderlyke Noten nergens gevonden werden dan in de Maldivisse Eilanden, die van de agtste graad Noorder-breedte, meest Zuidelyk strekken tot de Zuider-breedte van vier graden, uitmakende ruim twee hondert Leucas of Spaansche mylen in de lengte, en dartig of vyfendartig in de breedte, na 't zeggen der Inlanders, een getal van twaalf duizend Eilanden, zoo groote als kleine, door de zee met meenige nauwe straten, in dertien troppen of Provintien verdeelt, waar van de Noordelyke bewoond werden, maar de Zuidelyke meest woest of Bandits wooningen en Plaatzen voor 't Zeegevogelt zyn, alle omgeven met steile rotzen.*

Hier werd nu de kostelyke Noten door de zee opgeworpen, gelyk ook het Ambar-grys, het welk de Inlanders verre zoo kostelyk niet houden als deze Noten, die ook geen particulier Perzoon op lyfs straffe oprapen, en voor zig zelfs bewaren moet, maar moet ze terstond aan Konings Officiers geven, dewelk ze dan aan hare Koningen behandigen, en is onder de Koninklyke schatten niet dat in zulke estime gehouden werd als deze Noot, die ze in hare Taal Tavarcare *noemen.*

Piso loc. cit. *noemdze* Nucem medicam Maldivensem, *die ze ook aan niemand verkoopen of verschenken willen, dan aan Koningen, Princen en voorname Admiraals, waar in ze eenigsints gelyk hebben, zoo deze Noot van zoodanige uitnemende kragt is, de menschen uit zoo gevaarlyke en doodelyke ziektens te verlossen, gelyk haar toegeschreven werd, want in der waarheid niets kostelyker is dan de gezondheid.*

De onzekerheid van den oorsprong en generatie dezer vrugt maakt hare verwondering nog grooter, want de Inlanders, zegt gemelde Clusius, *weten ons niet anders daar van te zeggen, als dat 'er eertyds een land geweest is, bewesten de Maldivis gelegen, daar veele Kalappusbomen op stonden, 't welk verzonken zoude zyn, tot de diepte van omtrent festig vademen, daar de Scheepen by geval over varende nog iets daar van zien, maar als ze daar na zoeken konden, ze 't zelve niet vinden.*

Van deze verzonke Kalappus-bomen oordeelen de Inlanders, dat de vrugten met langheid van tyd een steenagtige natuur aannemen, en dan door geweld van de Zeebaren van de bomen afgeslagen zynde, opgeworpen werden. Hoewel men nu toestaan kan, dat 'er een zoodanig verzonken Eiland zy, en dat die Nooten ook daar op wassen, zoo kan ik egter niet geloven dat ze van gemeene Kalappusbomen komen, dewyl hare gedaante te veel daar van verschilt, en ook zouden de bomen zelfs met 'er tyd uitgewortelt en opgeworpen werden, gelyk wy daar van al voorens gezegt hebben.

Fran-

Franciscus Pyrardus de la Valla hanc paulo aliter narrat historiam, qualem audivit, quum in Maldivenses per naufragium delapsus esset, ibique per hyemen degeret. Olim fuisset insula quædam *Palloy* dicta, una pulcherrimarum & fertilissimarum ex Maldivensibus non sub aqua sed supra eam eminens, sed quæ nunquam inveniri poterat, quum investigaretur, licet Maldivensis rex sæpe expertos nautas ad eam inquirendam misisset, ac proinde aliquando fortuito sese obferebat, sed difficulter in eam adpellere possunt ob continuam circumferentiam scopulorum præruptorum, quibus cincta est hæc insula, quique forte in eam adpellunt, a malis geniis adeo vexantur, ut vel pereant, vel vix effugere possint. In hac itaque Palloya hæ crescent nuces, sive sub sive supra aquam, & delapsæ in proximas projiciuntur Maldivenses insulas.

Hæ porro nuces nunquam nisi geminæ observantur (supra vero indicavimus aliquando etiam simplicem inveniri) forma binorum Melorum sibi invicem adcretorum, vel forma quorundam vasorum potatoriorum *Cymbia* dictorum, quæ antiquis temporibus ad sacrificia adhibebantur, vel instar Sambucæ, quæ erant binæ planæ naves sibi mutuo junctæ arietes gerentes, quibus Marcellus olim urbem Siracusam oppugnabat.

Hæ autem nuces oblongæ & oviformes, tam firmiter sibi adcretæ sunt, ut separari nequeant, ad internam partem plerumque crassa & cornea medulla concretæ, quæ per septum sibi adhæret, & externe putamini adcumbit, sed ab eo distincta est quibusdam subtilibus & siccis membranis, uti Glandes in cupulis locantur.

Hæc medulla primo tollitur, quum vasa potatoria seu epathos ex iis formare volunt, sed pauca ejus quantitas in fundo relinquitur, ut virtutem aquæ communicare posset, quæ ex iis potatur. Ista vero dura medulla seu nucleus non nisi in frustis ex iis subduci potest, quæ usque ad minimam particulam instar pretiosi medicamenti servantur. Quædam ejus frustula aureo nectuntur circulo, ut in aqua demitti possint, quam potare volunt.

Exterius putamen (supra autem diximus hoc parum rugosum esse, sed non isto crasso & piloso cortice obductum, quo vulgaris Calappi nux obducta est) politur quadam pumicis specie, quæ subtilissime in aqua conteritur, & panno ex lana confecto fortiter fricatur, quo facto elegantissimum, nigrum, & splendentem contrahit colorem, sed nullum oleum adhibendum est, quo putamen hoc rancidum ac nidorosum contraheret odorem.

Rudolphus secundus Romani inperii Cæsar, quam maxime amans quasvis res egregias & raras, edoctus excellentes hujus nucis virtutes, licitatus fuit hanc nucem quatuor millibus florenorum, sed eam conquirere non potuit, quum hæredes Dni. Wolferi, qui eam solam in Belgio possidebant, extra familiam noluerunt alienari.

Hic *Wolferus Hermanides* fuit Archithalassus, qui anno Christi 1602. paucis navibus ingentem Lusitanorum classem sub ipsorum præfecto *Andrea Fortado* de *Mendoza* ante Bantamam profligabat, atque hoc facto urbem liberabat a pertinaci obsessione, quum Pangoraan Bantamæ in hujus liberationis gratitudinem in thesauro suo nil pretiosius poterat invenire, quam Cymbium ex hac nuce constructum, quod Archithalassæ dono mittebat, sed prius operculum superius jusserat tolli, quum pudebat eum sub Archithalassæ oculis obferre fructum, qui tam naturaliter feminæ pudenda referebat, porro exponens ipsi excellentem usum & utilitatem istius nucis, a quo tempore etiam primum in Hollandia innotuit.

Aliud porro exemplum ex memorato Pisone proferre oportet, ex quo deduci potest, quanto in pretio & æstimatione hic fructus habeatur ab Indiæ principibus. Circa annum 1614. Præfectus Petrus Both binos nobiles duces Pangoraan Bantamæ miserat, ut cum eo agerent de quibusdam rebus magni momenti, Joannem nempe Petrum Koen, qui tum erat præses Bantamæ, & Jacobum Spex, qui ambo viri dein functi sunt summo officio primarii ducis. Hi admissi ad Pangoraan, eum inveniebant in conclavi torquentem putamen hujus nucis, ex quo cochlearia & crateres formare volebat, sublata prius medulla in parvis fragmentis, quorum ne particulam vellet perdi, ac pro in nemini famulorum hoc opus fidens ipse id peragebat, inter

Francois Pyrard de la Val, *vertelt deze historie wat anders, gelyk hy ze gehoort heeft, doen hy in de Maldivis door schipbreuk geworpen zynde, aldaar overwinterde. Daar zoude een Eiland zyn* Palloy, *eertyts een van de schoonste en vrugtbaarste onder de Maldivis, niet onder maar boven water, dog nooit te vinden, als men 't zoekt, hoewel den Maldivissen Koning dikwils ervare Zeeluiden daar na toe gezonden heeft, dierhalven maar alleen zig by geval zomtyts opdoende, dog zeer moeyelyk om aan te komen wegens het gedurige onweer en style rotzen, daar mede het omcingelt is, en die daar op aankomen, werden van de booze geesten zoodanig gekwelt, dat ze of om hals raken, of ter naauwer nood wederom ontkomen. Op dit Palloy dan zullen deze Nooten groejen, het zy onder of boven water, en uitgewortelt, aan de naaste Maldivisse Eilanden opgeworpen werden.*

Zy werden nooit gezien dan dubbelt, (wy hebben boven gezegt, dat men ook enkelde vint) in gedaante van twee Meloenen aan malkander gegroeit, of zekere drinkvaten Cymbia *genaamt, die men in oude tyden by de offerbanden gebruikt heeft, of gelyk de Sambuca, 't welk waren twee vlakke Scheepen nevens malkander gevoegt, de stormrammen dragende, waar mede* Marcellus *eertyts de stad Siracusa bestormde.*

Zy zyn langwerpig en eyformig, zoo vast aan malkander gegroeit, dat men ze geenzints separeeren kan, aan de binnenste vlakte doorgaans met een dik hoornagtig merg begroeit, het welk door een scheidmuur aan malkander hangt, die tegens de buitenste schaal aanleggende is, dog van dezelve afgescheiden door eenige dunne en droge huidekens, gelyk de Eekelen in hunne huiskens leggen.

Dit merg werd daar uit genomen, als men drinkvaten daar van maken wil, dog een weinig daar van aan de grond latende, op dat het zyne kragt aan 't water mededeelen kan, 't welk men daar uit drinken wil. Het voornoemde harde hert of merg kan men niet dan by stukken daar uit halen, die men tot het minste schilffertje toe als een kostelyk Medicyn bewaart. Eenige stukjes daar van maakt men vast aan een goude kettingje, om dezelve in 't water te hangen, dat men drinken wil.

De buitenste schale (wy hebben gezegt, dat die wat ruig is, dog zonder de dikke en de hairige holster, die de gemeene Calappus-noot heeft) wert gepolyst door 't rixxel, gants fyn in water gewreeven, en met een wolle lapje sterkelyk over gewist, waar door ze zwart-blinkende wert, maar men moet geen Oly daar toe nemen, waar van deze schaal een garstigen reuk zoude krygen.

Rudolphus de tweede Roomse Keizer, een groot Liefhebber van alle rariteiten, de groote kragten van deze Noot verstaan hebbende, heeft eens vier duizend guldens voor deze Noot geboden, dog heeft ze niet konnen bekomen, dewyl de Erfgenamen van de Wolfers, die ze doen alleen in Holland bezaten, buiten hun geslagt die niet hebben willen laten komen.

Dezen Wolfert Hermanszen *is geweest een Admiraal, dewelke in 't jaar Christi 1602, met weinige scheepen de groote Portugeese Armade onder hunnen Admiraal* Andrea Fortado d'Mendoza, *voor Bantam versloeg, en daar door die stad van een harde belegering ontzettede, wanneer den Pangoraan van Bantam tot dankbaarheid van deze verlossinge in zyn schat niets kostelykers wist te vinden dan een drinkvat van deze Noot gemaakt, 't welk hy aan den Admiraal vereerde, dog alvoorens hadde hy het bovenste deksel laten afzagen, dewyl hy beschaamt was onder 's Admiraals oogen te brengen een vrugt, die zoo natuurlyk een vrouwlykheid verbeelde, en verders hem onderrigtende van het groote gebruik en nuttigheid dezes Noots, van welke tyd zy eerstmaal in Holland is bekent geworden.*

Nog een exempel moet ik uit gemelden Piso uitschryven, waar uit men afnemen kan, in wat groote estime deze vrugt gehouden wert by de Indiaanse Vorsten. Omtrent het jaar 1614. hadde den Generaal Pieter Both twee aanzienlyke Officieren aan den Pangoraan tot Bantam gezonden, om van eenige gewigtige zaken met hem te spreeken, te weten Jan Pieterszen Koen, doenmaals President tot Bantam, en Jacob Spex, beide Heeren namaals den hoogen caracter van Generaal bedient hebbende. Deze ter audientie toegelaten zynde, vonden den Pangoraan in een kabinetje staan drayen aan een dop van deze Noot, daar hy leepels en beekers van wilde maken, zynde het merg met kleine stukjes alvoorens uitgenomen, waar van hy niet een kruimpje wilde laten verloren gaan, en daarom ook

inter torquendum vero multa narrabat legatis nostris de pretiosis & excellentibus hujus nucis virtutibus.

Joan Petr. Koen nescius tanti interesse, quædam sumebat frusta protractæ medullæ, quæ volebat præfecto Both donare, qui post aliquot dies ibi quoque accederet, sed Pangoraan irato vultu illa ex ejus manibus evellebat & auferebat, dicens naturam tam pretiosas res non produxisse mercatoribus, qui nil nisi de lucro cogitant, quales omnes nostros summos duces habebat, sed regibus & principibus, ita ut ne lamellam ipsi donare vellet.

In quadam epistola ad eundem Dm. *Clutium* data per D. *Laurentium Reaal*, circa annum Christi 1615, qui tertius Indiæ fuit præfectus, varii proponuntur Aphorismi, nil aliud exhibentes, nisi similitudinem inter Maldivensem & vulgarem Cocum, quam præterimus, quum multæ in ea obcurrant res, quæ divinationes modo videntur esse.

Doctori porro *Pisoni* honorem tribuimus, primum inter Europæos fuisse, qui multa egregia experimenta de excellentibus hujus nucis virtutibus instituit in variis conclamatis morbis, nullo modo curantes parvam æstimationem, quam non modo vulgus, sed etiam docti Lusitanorum scriptores *Garcias*, & *Christoph. à Costa* fovent de hac nuce. Quum itaque illius sit opus & experientia, hinc ad ejus scripta lectorem ablegabimus. Solummodo hic breviter enarrantes, ad quos morbos eam adhibuerit, ac primo contra assumptum venenum, in specie contra Arsenicum, secundo contra Colicam biliosam, & Mordexi seu Choleram, tertio contra ingentem Cephalæam, quarto contra Spasmum & Epilepsiam, quinto contra febres ardentes, sexto contra partus difficiles, septimo ad fœtum mortuum expellendum, octavo contra Dysentheriam, nono contra Cardialgiam.

Dicit autem rasuram hujus nucis nullum peculiarem habere saporem vel odorem, sique propinetur, nullo modo nauseosa est, vel ardorem in faucibus, vel ventriculi vomitum caussat, neque certam dosim ejus statuere posse, quum certus sit quantitate non peccari, licet nimia vel pauca ingeratur copia, solummodo autem ad normam suam figit dosin a semi drachma ad quatuor scrupulos, quod more Indico nimium est, quum ibi non tam liberales sunt hoc pretioso medicamento.

Dein etiam quædam proponit composita contra varios morbos, in quibus *Cocos maldiva* miscetur cum aliis Medicamentis juxta morbi genium, quæ suo relinquimus loco, quum ea in India non sunt in usu, ubi hæc Cocos solummodo in aqua contrita propinatur, quam maxime enim esset contra opinionem Indicorum Medicorum, hanc rasuram cum Oleo Amygdalarum, vel alia quadam pinguedine ingerere, quasi esset ad vomitum caussandum in adsumpto veneno. Unanimiter enim putant, tales plantas marinas virtutes amittere, vel saltem enervari, si quædam ipsis admisceatur pinguedo, atque an hoc etiam non fiat additione aliorum compositorum medicamentorum, præsertim per ferventia aromata, aliis judicandum relinquo. Ego saltem simplicem præfero Indicum morem, solummodo cum aqua eam propinare.

Præter majorem nucem Calappæ laut alia minor in Java reperitur species, ex eorum relatu per mare Zephyreum projecta, a priore quam maxime diversa, non enim ultra dimidii pedis magnitudinem obtinet, interne paucam vel nullam fere gerens medullam, quæ pro novem vel decem inperialibus venalis est.

Talisque fructus anno 1678 a pueris meis repertus fuit in mari fluctuans, circa insulas Xulanenses, cujus diameter erat quatuor pollices in longitudine & tres in latitudine, duplex quoque, acsi duo Mangii fructus sibi adcreti essent, unde & Maccassarense obtinuit nomen, inferior ejus hiatus pollicem profundus est, ac bina crura tam arcte sibi juncta sunt, ut vix digitus intrudi possit, inferiorque ipsius pars paululum dentata est, inter crura in ipsa nuce foramen est, atque ex eo juxta nucis peripheriam sulcus decurrit, superiorque pars quodammodo etiam denticulata est, postica autem rotundior & gibbosior, in antica parte jussi foramen rotundum scindi, ut in cavitatem internam penetrare possem.

Una

ook niemant van zyne dienaars betrouwende moest het werk zelf doen, onder 't drayen aan onze gezanten veel verhalende van de kostelykheid en kragten dezer Noote.

Jan Pieterszen Koen *niet weetende, dat daar zoo veel aan gelegen was, nam eenige stukjes van 't uitgebaalde pit, wilde dezelve aan den Generaal Both vereeren, die na eenige dagen aldaar stond te verschynen, den Pangoraan met een gramsteurig gelaat rukteze hem die weder uit de hand, zeggende, dat de natuur zulke kostelykheden niet geschapen hadde voor Kooplieden, die niet als op winst denken, gelyk hy alle onze Generaals hielt, maar voor Koningen en Princen, zoo dat hy niet een schilffertje wille laten volgen.*

In een brief aan den zelven Doctor Clutius, *geschreeven door den Heer* Laurens Reaal, *omtrent 't jaar Christi 1615. geweest den derden Generaal van Indien, werden verscheide Aphorismi gestelt, tot niet anders dienende, dan een gelykenisse te maken tussen de Maldivisse en de gemeene Cocos-noot, die wy overslaan, om dat veele dingen daar in verhaalt werden, die op enkelde gissingen steunen.*

Voorts willen wy Doctor Piso *de eere laten, dat hy de eerste onder de Europianen geweest is, dewelke veel heerlyke experimenten van de voortreffelyke kragten dezer Noot in verscheide desperate ziektens gedaan heeft, zig geenzints stootende aan 't slegte gevoelen, 't welk niet alleen de gemeene man, maar ook de geleerde Portugeese Schryvers,* Garcias *en* Christophorus à Costa *van deze Noot gehad hebben. Dewyl het dan zyn eigen werk is, zoo zullen wy den Lezer tot zyne schriften wyzen. Alleenlyk hier in 't korte stellen, waar toe hy dezelve gebruikt heeft, en zyn deze: ten eerste tegens ingenome venyn, in specie tegens Arsenicum, ten twede tegens Colicam biliosam, en het Mordexi of Bordt, ten derde tegens zware Hoofdpyn, ten vierde tegens Spasmum en Epilepsiam, ten vyfde tegens heete Koortsen, ten zesde zware Geboorte, ten zevende doode Vrugt uit te dryven, ten agtste tegens Dysentheriam, en ten negende Cardialgiam.*

Hy zegt, dat het schraapsel van deze Noot geen zonderlinge smaak nog reuk hebben in het drinken, gants geen viezigheid of brand in de keel, nog braken in de maag verwekt, dat men geen vaste dosis daar van stellen kan, als verzekert zynde, dat men in de quantiteit, 't zy te veel of te weinig niet feilen kan, alleen tot een provisioneele regel stelt hy zyn dosis van een halve drachma tot vier scrupels, 't welk na de Oostindise manier te ruim genomen is, daar men met dit kostelyk medicament zoo liberaal niet is.

Hy geeft daar na nog eenige gemengde Compositien voor, tegens verscheide ziektens, daar men de Cocos maldiva, *vermengt met andere medicameuten, na den eisch der ziekte, dewelke wy aan zyn plaats laten, dewyl zulke in Indien niet te pas komen, daar men doorgaans deze Cocos slegts met water gewreeven inneemt, en 't zoude zeer stryden tegens 't gevoelen van alle Indise Geneesmeesters, dat men dit raspel met Amandel-oly of eenige vettigheid zoude innemen, quantswys om hy ingenomen venyn 't braken te verwekken. Want men houd het eenstemmig daar voor, dat diergelyke Zeegewassen haar kragten verliezen, of immers verdooft werden, als men eenige vettigheid daar by mengt, en of zulks niet ook geschiedt door 't bydoen van andere gecomponeerde medicamenten, inzonderheid van heete speceryen, laat ik een ieder oordeelen. Ik voor my houde het met de voorschreeve eenvoudige Indise manier, slegts met water in te nemen.*

Nu heeft men behalven de voornoemde groote Calappa laut, *op Java nog een kleinder zoorte, na haar lieden zeggen door de Zuidzee uitgedreeven, van de bovenstaande vry wat verschillende, want ze is niet boven een halve voet groot, van binnen weinig of geen pit hebbende, waar van men het stuk voor negen of tien ryksdaalders koopen kan.*

Een diergelyke vrugt is anno 1678 door myne jongens gevonden in Zee dryvende, omtrent de Xulase Eilanden, vier duimen lang en drie breed, mede dubbelt als of 'er twee Mangas tegens malkander gegroeit waren, waar van ze den Maccaarsen naam heeft. De onderste kloof is een duim diep, en de twee beenen staan zoo na by malkander, dat men even een vinger daar tussen brengen kan, zynde aan haar onderste eind een weinig gekerft, tussen de beenen in de Noot zelf is een rond gat, van daar gaat langs de Noot een keep rondom, en aan 't boveneind is ze mede wat gekartelt, van agteren is ze wat ronder en bultiger, van vooren heb ik een rond gat daar in laten snyden, om in de binnenste holligheid te komen.

De



Una dimidia pars ad sinistrum latus paulo planior etiam erat, acsi compressa esset, externe nux glabra erat, acsi sæpius tractata fuisset, coloris obscure fusci, fere instar putaminis vulgaris Calappi, cum vestigiis quibusdam venularum, acsi gluma obducta fuisset.

Aperta hæc nux interne vacua erat sine lympha vel medulla, sed in interiore parte variæ protuberantes detegebantur costæ vel dorsa, ejusdem substantiæ & duritiei cum putamine, sed odoratus quidam gratusque odor cum quadam pinguedine exhalabat, instar olei odorati *Minjac mony* dicti, vel instar floris Pandani, qui tertio demum anno evanescebat.

Maccassarenses mihi adfirmabant, apud Magnates suos sese similes vidisse fructus, ejusdemque formæ, qui per urinarios Badjos dictos adferebantur, a Magnatibus auro obducuntur, & ad cistas pro Pinanga adhibebantur. Vocant vero eam *Denang taypa*, Malaice *Sobat mangæ*; Latine *Compar mangæ*; Belgice de *weerga van een Manga*; nec mihi indicare poterant, ullam aliam medullam in ea detegi præter dictas istas costas.

Aliam præterea ex Ternata accepi, angustiorem præcedente, nec multo majorem Manga, sed binæ ejus internæ partes parum planæ erant, acsi tres fructus sibi mutuo adcreti fuissent. Inferius quoque in bina crura distincta erat, quæ abscissa erant, atque in interna putaminis parte similes quoque costæ sentiri poterant uti in priore, porro ejusdem substantiæ & coloris, ac relatu Ternatensium confirmatur, crescere circa insulam Liffam Matolam in ignota arbore sub aqua, qualis arbor quodammodo descripta est sub finem subsequentis capitis.

Quum vero postea expertus fuerim, istud Compar Mangae sæpe inveniri in mari Moluccensi, ac præterea dux Belgicus in litore Orientali Celebis circa Balante id invenerit in litus a mari projectum, hinc occasionem nactus fui, id ulterius describendi, ejus autem forma est uti supra memorata fuit, sed inveniuntur quoque fructus multo angustiores, quorumque crura magis contracta & combinata sunt. Externe autem illi obducti sunt rugosa & lanuginosa crusta instar subsequentis *Coquinho*, sed quæ multo tenuior est, ac facile separari potest, quum nux mox glabra est.

In inferiore foramine intra crura petiolus locatur, quo hæc videtur rupibus fixa fuisse, hic vero pedunculus constructus est ex multis setis instar setorum Porcinorum, vel uti hic Gomuto est, ad aliquam partem longior ipsis cruribus, ubi autem foramini inponitur, solidus est & albus instar Calappi medullæ, sed tam firmiter inhæret, ut non facile sine ruptura evelli possit, interne nil reperitur quam tenuis & mollis nucleus instar Liplap teneræ Calappi nucis, quam Ternatenses volunt per formicas exedi, dicunt enim, si hoc Liplap conputrescat, nucem multum perdere virtutis, an hoc verum sit, inquirendum est, nihil enim adhibent nisi simplex putamen, quod cum aqua supra porphyritim conteritur & propinatur, ipsi cunctas tribuentes virtutes, quæ supra de Coco Maldivensi enarratæ sunt, cujus rei quam maxime tamen dubius sum, licet nil certi de iis producere possim, quum hæc nux ante paucos modo annos in notitiam venit. Potissimum per Soulanenses, circa quorum insulas plurimum reperitur, & in Ternatam venalis defertur, quævis autem nux pro uno venditur inperiali, licet venditores octo vel decem sollicitare audeant.

Tabula Octuogesima prima

Celebrem exhibet *Cocum Maldivensem*, per bina foramina apertum, ut interna conspici possit medulla.

OBSERVATIO.

Augerius Clutius M. D. de hac *Nuce Medica* totum Opusculum edidit *Amstelod.* 1634. in quarto inpressum, cujus Nucis etiam meminit *Valentin.* in *Histor. simpl. Reform. libr.* 2. *cap.* 17. *pag.* 224. reliquosque auctores conlegit *S. Dale* in *Pharmacol. pag.* 295. ad Coccum de Maldiva *Officin.*

De eene helft aan de slinkze zyde was ook wat platter, als of by gedrukt was, aan de buiten zyde glad, als of ze lang gehandelt was, van couleur donker-bruin, schier als een gemeene Kalappus-dop, met eenige voetstapjes van adertjes, als of 'er een bolster omgelegen hadde.

De opgesneedene wierd van binnen ledig bevonden zonder water of pit, dog daar waren verscheide scherpe uitsteekende ribben of ruggen daar in, van dezelfde substantie en hardigheid als de schaal, daar kwam een zoete geurige vettigheid uit, gelyk zeker welruikende Olye Minjac mony *genaamt, of gelyk de bloem van Pandang, welke eerst in 't derde jaar verslapte.*

De Maccassaren verzekeren my, dat ze by hare grooten diergelyke vrugten, en van dezelfde fatzoen gezien hebben, werdende door de watermenschen Badjos aangebragt, van hare grooten met goud beslaan, en tot Pinang-dozen gebruikt, zy noemen ze Denang taypa, *in 't Maleits* Sobat mangæ, *in 't Latyn* Compar mangæ, *in 't Duits de weerga van een* Manga, *en wisten my ook niet te zeggen, dat eenig ander pit daar in gevonden werd, behalven de voornoemde ribben.*

Nog een ander heb ik uit Ternaten gekreegen, smalder dan de voorgaande, en niet veel grooter dan een Manga, dog de twee binnenzyden waren wat plat of vlak, als of 'er drie vrugten tegens malkander gegroeit waren. Beneden was zy ook in twee beenen verdeelt, dewelke afgezaagt waren, en men kon van binnen aan de schaal diergelyke ribben voelen, gelyk aan de voorgaande, voorts van dezelfde substantie en couleur, en het zeggen van de Ternatanen continueert, dat ze zullen groejen omtrent het Eiland Liffa Matola, aan een onbekende boom onder water, diergelyken boom eenigzints beschreeven word in 't einde van 't volgende Hoofdstuk.

Dewyl ik nu naderhand ervaren heb, dat de voornoemde Compar mangæ dikwils in de Molukse zee gevonden werd, en ook een Duits Officier dezelve op den Oost-strand van Celebes, omtrent Balante op strand door de zee uitgeworpen, gevonden heeft, zoo heb ik gelegentheid gekreegen dezelve naarder te beschryven, haar gedaante blyft als hier boven staat, dog men vindt 'er ook die smalder zyn, en de beenen digter by malkander hebben. Buiten zyn ze omgeven met een ruige wolagtige korste, gelyk de volgende Coquinho, *dog veel dunder, en laat zig ligt afschillen, wanneer de noot dadelyk glad werd.*

In 't onderste gat, dat men tussen de beenen ziet, steekt een steel, waar mede ze schynt op de klippen vast gezeten te hebben, dezelve steel is gemaakt van veele borstels als Varkens-borstels, of hier te land als Gomuto, nog een stuk weegs langer dan de beenen. Daar by in 't gaatje steekt, is hy digter, en wit als Calappus-pit, dog steekt zoo vast, dat men het niet wel zonder breeken kan uitkrygen. Binnen vindt men niets dan een dun, en week pit, gelyk het Liplap van een jonge Kalappus-noot, 't welk de Ternatanen willen, dat men door de Mieren zal laten uit eeten, want ze zeggen, als dit Liplap daar in verrot, dat de Noot veel van hare kragt verliest, of ze daar in gelyk hebben, staat te onderzoeken. Immers zy gebruiken niets dan de enkelde schaal, dewelke ze met water op een steen wryven, en indrinken, haar alle de kragten toeschryvende, dewelke boven van de groote Cocus de Maldiva verhaalt staan, waar aan ik zeer twyffele, en egter niets zekers daar van voorbrengen kan, dewyl deze Noot eerst voor weinige jaren in kennisse is gekomen. Meest door de Soulaneesen, omtrent welkers Eilanden zy meest gevonden, en in Ternaten te koop gebragt werden, het stuk voor een ryksdaalder, maar de verkoopers durven wel agt of tien ryksdaalders daar voor eischen.

De een en Tagtigste Plaat

Vertoont de vermaarde *Maldivische Cocus-noot*, door twee gaten geopent, op dat het binnenste merg of pit gezien kan werden.

AANMERKING.

Augerius Clutius, M. D. heeft een geheel Werkje over deze *Indische Noot* uitgegeven, te *Amsterdam* 1634. in quarto gedrukt. Van deze Noot maakt mede mentie *Valent.* in de *Histor. simpl. Reform.* 2. *boek, cap.* 17. *pag.* 224. en de overige Schryvers heeft aangehaalt *S. Dale* in zyn *Pharmac.* in quarto *pag.* 295. by de Cocus de Maldiva der Apotheken.

CAPUT NONUM.

Cocus maldivicus minor, seu Cocillus. Coquinho.

Majorem minoremque Calappam laut in præcedenti descripsimus capite, quæ nempe congeneres sunt, alia autem vel proprie minor restat species a prioribus maxime diversa. Hæc autem nux magnitudinem obtinet Castaneæ vel majoris Pruni, cum gluma cordiformis, ad unam nempe partem plana, ad alteram obtuse acuminata, & ad bina majora latera planiuscula, ad unum vero latus rotundum conspicitur foramen, quo pedunculo fuit nexa, acsi cor transversale locatum esset, aliæ vero nuces istud foramen superius gerunt. Externe corticem habet obscure cinereum, rugosum, & ex uniformibus fibris seu substantia constructum, ultra pennam crassum, sub hoc nullum locatur Tampœrong, sed mox durus & corneus nucleus, parum trigonus, fere instar obliqui cordis, vel instar decorticatæ vetustæ Pinangæ. Si hic dissecetur, cavitas in eo detegitur, in qua pauca stagnat lympha.

Hujus nucis substantia simul cum nucleo mollior est cornu, semi digitum, vel ultra pennam crassa, externe spadicei coloris, interne ex pallide fusco & cinereo colore mixta, intermixtis tenuibus venulis, Cobram vel siccatam Calappi medullam referens. In contrita odor saporque fortior est, magis ad cornu accedens quam in majore Calappa laut. Arbor ejus æque ignota est quam præcedentis, toti enim fructus in litus projecti inveniuntur, æque rari quam Calappa laut, qui denotati sunt in Figura litt. A. B. C.

Nomen. Latine *Cocus maldivicus minor*, & *Cocillus*, juxta Lusitanicum *Coquinbo*, quod denotat Calappum minorem, vocant quoque eum *Coquos de melinde*, & *Coquo das ilhas*, quum e parvis & incultis deferuntur insulis. Malaiensibus ignotus est hic fructus.

Locus ejus est ingens mare circa insulas Maldivenses & Sporades, ante oram Malabarensem sitas, & quæ a nautis inter Maldivas quoque numerantur, maturi itaque hi fructus a mare projiciuntur in litora istarum insularum, Ceylonæ, & Malabaræ, in ora Zephyrea, apud Sinenses Cuysay Cuynsay dicta, ac porro in Java & reliquis Orientalibus insulis meo judicio non inveniuntur, atque hinc Malayensibus ignotus est, sed eo magis apud Lusitanos juxta oram Malabarensem & Indostanam habitantes.

Usus. Ejusdem habetur virtutis cum Calappa laut, tanquam primarium nempe medicamentum ad quævis venena exstinguenda, eaque per vomitum ejicienda, ad ferventem seu biliosam Colicam sedandam in ardentibus febribus & refrigerandum, eodem si adsumatur modo, quo præcedens indicat Caput, sique exterior gustetur pellicula, quæ corneo incumbit putamini, tum levis persentitur acrimonia, sed non urens. Lusitani Goënses hunc *Coquinbo* fructum quam maxime extollunt, quique ipsis dicitur *Coquos de melinde*, a quibus quoddam accepi scriptum de virtutibus *Coquinbo* agens sequentem in modum.

Primo enim hic supra porphyritim cum aqua terendus est, & propinandus, quum Mordexy vel Cholera quis laborat, sive junctus ipsi sit alvi fluxus, sive simplex flatuum ructus, sive ut id compendiose dicam, contra quodvis Mordexy, qualis etiam ejus sit effectus, talesque constipata laborantes alvo non modo relaxabuntur, sed etiam quævis difficultas, quæ Choleram caussat, cessabit.

Secundo conducit, dicto si adhibetur modo contra quævis alvi tormina, & intestinorum lancinationes, sive caussentur per frigus sive per calorem.

Tertio ingeritur, ut per unam alteramve sedem cunctæ acidæ vel biliosæ stomachi eructiones tollantur, sive hæ per nimium cibum, sive per nimium potum ortum ducant.

Quarto.

NEGENDE HOOFDSTUK.

De kleine Maldivische Cocus-noot.

De groote en kleine Kalappa laut hebben wy in 't voorgaande Hoofdstuk beschreeven, te weten die van een geslagt zyn, resteert nog een andere of eigentlyke kleine van de voorgaande merkelyk verschillende. Deze is in de grootte van een Kastanje, of een groote Pruim, met haar bolster wat hartformig, te weten aan 't eene einde wat plat, aan 't andere met een stompe spitze, en aan de grootste twee zyden platagtig, aan de eene zyde ziet men een rond gat, daar ze aan den steel vast heeft gestaan, als of 'er een Hert dwers daar aan zat, dog andere hebben het voornoemde gat boven. Van buiten heeft ze een donker-grauwe bolster, ruig, van een dradige substantie gemaakt, ruim een schaft dik, daar onder leidt geen Tampoerong, maar straks een hard hoornagtig pit, wat drieboekig als een scheef Hart, of als een geschilde oude Pinang. Als men 't zelve doorsnydt, zoo vindt men een holligheid van binnen, daar in wat water schuilt.

De substantie van dit Nootje met eenen het pit zynde, is weeker dan hoorn, een halve vinger of ruim een schaft dik, van buiten Kastanje-bruin, van binnen uit ligt-bruin, en grauw gemengt met fyne adertjes daar tussen, na Cobra of gedroogt Calappus-pit gelykende. Aan 't gewreevene is reuk en smaak wat sterker en hoornagtiger, dan aan de groote Calappa laut. De boom is zoo onbekent als de voorgaande, want men vindt de geheele vrugten op strand gesmeeten, en dat alzoo zelden als de Calappa laut, te zien in de Figuur met A. B. C.

Naam. *In 't Latyn* Cocus maldivicus minor, *en* Cocillus, *na 't Portugeesche* Coquinho, *'t welk wil een kleine Calappus beduiden, dog zy noemen ze ook* Coquos de melinde, *en* Coquo das ilhas, *om dat ze van kleine en onbewoonde Eilanden gebragt werden, by de Malyers is ze onbekent.*

Plaats. *Zyn plaats is de groote zee omtrent de Maldivische Eilanden, en de Sporades, die voor de Malabaarse Kust leggen, en by de Zeelieden mede onder Maldivas gereekent werden. De rype dan werden door de zee uitgeworpen op de stranden van de voornoemde Eilanden, van Ceylon, en Malabaar, op de Westkust by de Chineesen Cuysay Caynsay genaamt, nog op Java en de verdere Oosterse Eilanden werd ze myns oordeels niet gevonden, en daarom is ze by de Malyers onbekent. Maar zoo veel meer by de Portugeesen langs de Malabaarse en Indostaanse Kust woonende.*

Gebruik. *Zy werd van dezelve kragt gehouden als de groote Calappa laut, namentlyk voor een Hoofd-Medicyn om alderhande ingenomen venyn te dooden, en 't zelve door 't braken uit te werpen, het heete of galagtige Kolyk te stillen, in brandige koortzen te verkoelen, gebruikt en ingenomen als in 't voorgaande Hoofdstuk staat, als men 't buitenste velletje proeft, 't welk op de hoornagtige schaal leid, zoo werd men een kleine scherpigheid gewaar, dog niet brandende. De Portugeesen te Goa roemen deze* Coquinho *zeer, die ze ook* Coquos de melinde *noemen, van dewelke ik zeker geschrift bekomen heb, de kragten van* Coquinho *aangaande vervat in de volgende puncten: als*

1. *Moet men dezelve op een steen met koud water wryven, en dan 't gewreevene innemen, als men de Mordexy ofte het Bord heeft, het zy dat ze vermengt is met losse afgank, of alleen maar met overvloedig lossen van winden, ofte in 't kort gezegt tegens alderhande Mordexy, hoe die ook van werkinge mogte wezen, en zullen die geene, die geen stoelgank hebben door voorschreeve inneming niet alleen den zelven krygen, maar zal ook alle moejelykheid, die 't bord veroorzaakt, doen ophouden.*

2. *Is ze goet als vooren gebruikt om alderhande buikpyn, en krimping der darmen te verdryven, 't zy dat ze veroorzaakt is door koude ofte door hitte.*

3. *Werd ze ingenomen om door een of twee stoelgangen alle zuure ofte galagtige opwerping des maags kwyt te maken, 't zy dezelve opwerping door al te veel eeten of drinken oorsprenkelyk is.*

4. Is

Quarto. Valet dicto adsumptus modo, si quis calida vel frigida laboret febri, sed observandum est, ut contritus hic Cocus propinetur, quam primum quis sentiat febrilem paroxysmum, quum nullum dubium est, quin cito homines ab ea liberentur, uti id sæpius experti sunt Goënses anno 1597.

Quinto. Præstat stomacho ferventi, sique hinc cibus adsumptus evomitur.

Sexto. Contra quosvis morsus venenatorum serpentum aliorumve animalium, immo contra ipsum Cobræ Capellæ ictum, sique propinetur, simul nucis frustulum sauciato loco applicandum est.

Septimo. Quam saluberrimum est, si parturienti exhibeatur, sed tum nux loco aquæ cum vino propinanda est.

Octavo. Etiam in usu est ad pedum œdema ac tumorem pellendum, sed uti mox dictum fuit, cum vino contrita.

Alia porro species Coquinho mihi oblata est, quæ dicebatur vera nux *Cocos de melinde* esse, quæ non integra erat, sed superius lamella abscissa erat, magnitudine ovi gallinacei vulgaris, sed paulo magis oblongum instar integræ Pinangæ itam. Externe obducta erat rugosa, flavescente, & lignosa pelle, quæ tamen facile abradi poterat, quibusdam prominentibus figuris tanquam distincta, ac præterea tecta tenui flavescente & splendente pellicula. Interne penitus repleta erat substantia sicca & dura, coloris duri instar Suberis, ac fere ossea.

Per eam decurrebant nigricantes bursulæ seu vesiculæ transversales, quarum extremitates conspiciebantur in exteriore pelle, qua abrasa superficies superflua nigra erat, sique ulterius desquamebatur, gilva erat cum nigris venis seu characteribus distincta, nullus notabilis in ea detegebatur sapor, nec gravis admodum erat.

Hic delineata est cum lamella abscissa, quum nunquam integram eam viderim. Possessor erat dux Germanicus, præ se ferens eam bene noscere, vocabaturque *Cocos de melinde*, dicebatque inveniri licet rarissime sub aqua, in rupibus marinis ante oram Melindes, quæ regio est in Africæ ora Orientali sita, ubi Lusitani mercaturam exercent, atque unde hæc Cocos nux Goam & Zeylanam transfertur. Possessor hic nolebat eam dare pro 50 imperialibus ob unicum experimentum, quod dicebat cum ea instituisse.

Eratque ejus rasura ex capite abscissa præparata & propinata puerperæ, quæ per octo dies frustraneos passa fuerat dolores partus, qua liberata fuit & partum feliciter enixa, ad quam rem prior Coquinho etiam laudatur & adhibetur.

Cingalensis quidam ex Zeylana, qui dicebat diu navigasse in Maldivis, narrabat, arborem, quæ Coquinho proferebat, omnino Calappo similem esse, sed multo humilior hæc erat, nempe non ultra decem pedum altitudinem, sub aqua in rupibus locata, ad profunditatem trium quatuorve orchiarum haud procul a litore, fructumque hunc Coquinho non ex ramis vel coma crescere, uti aliæ Calappi nuces, sed ex radicibus, quæ partim supra rupes nudæ & elevatæ erant, & quibus Coquinho instar nodorum insidet, quod ulteriori examini aliis relinquo.

A vero alienum haud mihi videtur, si modo verum sit, Coquinhos arboribus increscere, & non ex nudis scopulis, eamque arbusculam esse speciem *Corallii nigri* seu *Calbahaar itam*, supra Cap. 2. descripti, quum in ejus ramis aliquando nigræ etiam observantur baccæ, instar magnorum Pisorum, quæ intus concavæ sunt, sed huic sententiæ repugnare videtur, nigrum Calbahaar in iis locis, in quibus Coquinho crescit, saltem quantum novi ignotum esse.

Alium præterea fructum ex Ternata accepi, qui tanquam *Calapput laut* etiam missus fuit magnitudine & forma trium nucleorum, qui in Lontari fructu inveniuntur, cæterum formam habebat oblongi cordis, cujus bina angusta latera planiuscula seu compressa erant, tertia vero pars rotunda, superius rotundum erat foramen, in quo brevia & firma seta locabantur, externe nigricans. In dissecta nuce nil nisi cavitas detegebatur, atque in ea tales costæ, quales supra de *Compari mangæ* dictæ fuere, putamen satis crassum erat, durum, & ex nigro cornei coloris, sine odore vel sapore. Inventa quoque fuit in Moluccensi mari, verus autem locus mihi ignotus est, atque hic proponitur ad ulterius examen, ejus itaque nullam dedi figuram.

Anno

4. Is ze goed op voorschreeve manier ingenomen, als een perzoon den heeten of kouden koorts heeft, dog dit dient waargenomen te werden, dat men den koorts maar voelende, terstond de gewreevene Cocos indrinken, wanneer ook niet te twyffelen zy, of dezelve zal de menschen dadelyk verlaten, gelyk het in den 1597. Jare hier in Goa ondervonden is.

5. Is ze goed voor een, die een verbitte maag heeft, en daar door de gegetene spys uitwerpt.

6. Tegens alle venynige beeten van slangen als ander ongedierte, ja tot de Cobra Capella in kluis, moetende by 't innemen een weinig van de Noot op den gebeeten plaats ook gelegt werden.

7. Is dezelve zeer heilzaam een vrouw in te geven, die in Barens-nood is, dog dan moet de Noot in plaats van water met wyn ingenomen werden.

8. Dient ze ook om de zugt of dikkigheid der beenen te verdryven, mits als voren met wyn gewreeven zynde.

Nog een ander zoorte van Coquinho is my getoont, 't welk men zeide de regte Cocos de melinde *te zyn, dewelke niet heel, maar boven een stuk afgesneeden was, in de grootte van een gemeen Hoenderëi, dog wat lankwerpiger, gelyk een geheele Pinang itam. Van buiten was zy bekleed met een rimpelige, bleek-geele, houtagtige huid, die men egter ligt schrapen konde, met eenige verheve figuren als uitgesteeken, en daar boven met een dun bleekgeel en blinkend velleke bedekt. Binnen was zy geheel uitgevult met een drooge, harde substantie, van couleur hard als kurk, en schier beenagtig.*

Door dezelve liepen zwartagtige beursjes of blaasjes over dwers leggende, wiens uitgangen men zag in de buitenste huid, dezelve huid afgeschraapt zynde, was de resteerende vlakte zwart, en als men verder daar in wreef, zoo wierd ze vaal met zwarte aderen, of karacteren gesprikkelt, daar was geen merkelyke smaak aan, en de zwarte niet boven mate.

Hier nevens is ze uitgeteekent met een afgesneeden hoofd, dewyl ik ze nooit geheel gezien heb. Den Eigenaar zynde een Duits Officier, die zig aanmatigde goede kennisse daar van te hebben, noemde ze Cocos de melinde, *en zeide, dat ze gevonden werden, hoewel zeer zelden onder water, op de zeeklippen voor de Kust van Melinde, een Koninkryk op Africaas Oostkust, daar de Portugeesen handelen, en waar van ze deze Cocos na Goa en Ceylon brengen. Den Eigenaar wil deze voor geen vyftig ryksdaalders missen, wegens een eenig experiment, dat hy zeide daar van te hebben.*

Het welk was, dat het schraapsel daar van zynde het afgenomen hoofd, ingegeven, een vrouw geholpen had, die agt dagen in vergeefze Barens-noot gelegen hadde, waar toe men de eerstgenoemde Coquinho ook roemt.

Zekeren Singalees van Ceylon, die zeide lang in de Maldivas gevaren te hebben, wiste te verhalen, dat den boom, die de Coquinho draagt, t'eenemaal de Kalappus-boom gelyk zy, dog veel lager van gewas, namentlyk niet boven tien voeten hoog, onder water op de klippen staande, drie en vier vademen diep niet verre van strand, dat ook de Coquinho niet aan deszelfs takken of kruin groeide, gelyk andere Kalappus-noten, maar uit de wortelen ontspringe, die ten deele boven de klippen bloot staan, en daar aan de Coquinhos als knoesten zitten, 't welk ik dan tot onderzoek aan andere overlate.

Het komt my niet onwaarschynlyk voor, indien 't maar waar is, dat deze Coquinhos aan boompjes, en niet uit bloote klippen groejen, dat het zelve boompje een zoorte zy van 't zwarte Koraal, of Calbahaar itam, *hier boven Cap. 2. beschreeven, dewyl men zomtyds aan deszelfs takken ook eenige ronde besien vindt, als groote erweten, die van binnen hol zyn, waar tegen egter schynt te stryden, dat het zwarte Kalbahaar in die plaatzen, daar de Coquinho groeit, immers zoo veel ik weet onbekent is.*

Nog een ander vrugt heb ik uit Ternaten gekreegen, mede voor een zoorte van Calappa laut *gezonden, in de grootte en fatzoen van de drie korrels, die men in de Lontar vrugt vindt, anders van gedaante als een langwerpig hert, daar aan de twee smalle zyden wat plat of gedrukt, de derde rond was. Boven op was een rond gat, daar in korte en styve borstels stonden, van buiten zwartagtig. In de doorgezaagde vindt men niets dan een holligheid, en daar in zoodanige ribben, als boven van* Compar mangæ *gezegt is, de schaal was redelyk dik, hard, en zwart, hoornverwig, zonder reuk of smaak. Zy is mede in de Molukse zee gevonden, dog de regte plaats is my onbekent, en werd hier gezet tot nader onderzoek, hebbe dierhalve geen figuur daar van gegeven.*

Anno

Anno 1693. quidam Æthiopicus flamen per suum famulum in Manipa in sinu Taniwaro, nigri Calbahari arbusculam voluit extrahi, sed quum eam dissolvere non posset, puer iste ex ejus tenuibus ramulis fructum avulsit magnitudine vetustæ Pinangæ vel paulo minus, utrinque acuminatum, ac verrucis obsessum, ac striis intricatis distinctum, fere instar Calbaharii, sed substantiæ gravioris, prope abruptam radiculam volvuli isti quoque conspiciebantur sibi invicem impositi uti in alio Calbahario, coloris nigri. Volebat hunc haberi pro *Boa sangi*, de quo supra, atque nobis persuadebat, Sinenses hunc licitavisse pro 24 inperialibus, ut & possessori divitias adlaturum, sed ejus relatio parum suspecta erat, quum ejus populares Bonöerenses multa centena talium arbuscularum evellunt, ac nunquam similes invenerint fructus, uti autem ab eo detectus fuit, in adjecta eum exhibuimus figura.

N. B. *Ne quis decipiatur, attentum esse oportet ad binos fructus, qui externa facie quam maxime sibi similes sunt, minor nempe Calappa laut, ac fructus arboris Nipæ libro primo descripti.*

Hic itaque discrimen eorum notabo, quoad externam faciem, verus enim fructus Calappæ laut, uti dictum fuit, distinctus est in bina crura, inter quæ fasciculus rugosus & pilosus conspicitur, quo, uti videtur, arbori adhæsit, sique hic decidat, rotundum adparet foraminulum, quod concavum penetrat putamen, ex quo, si recens sit, gratus exhalat odor, uti in ejus descriptione dictum fuit.

Contra fructus Nipæ istis binis destituuntur cruribus, sed acute desinunt superius, ubi arbori nexi fuere, ibique rotundum & profundum conspicitur foramen, similibus duris setis obsessum, ac plerumque trigoni sunt hi fructus, quum veræ Calappæ laut plani sint, acsi bini concreti fuissent.

Tabula Octaugesima secunda.

Ad Figuram primam *Compar Mangæ* exhibet, ad finem Capitis octavi descriptum.
Figura secunda *Cocillum* delineat *oblongum.*
Figura tertia *Cocillum* sistit *planum*, seu *Castaneæ formem*, cum ejus *nucleo* A *interno.*
Figura quarta est *Cocus Melindanus minor.*
Litt. B est *Fructus Calbaharii nigri* putatus.

CAPUT DECIMUM.

Accarbarium montanum. *Calbahaar gœnong.*

Nigra Calbaharia raram quandam habent speciem, quam diu fabulosam habui, & nunquam vidi, sed serio relatu talium incolarum, qui ejus etiam oculares fuere testes, incitatus, pro vero simili id accepi, attamen Lectori nullam majorem fidem & certitudinem dare possum, quam ex ipsorum relatu intellexi.

Hoc itaque erit verum nigrum Calbaharium, paucos gerens curtos & crassos ramos, simplicem plerumque erigens truncum, non in mari, sed in saxosis & horrendis montibus excretum circa oras maritimas sitis, atque ubi nullæ sunt arbores densæ.

Ipsis persuadere volebam, forte esse frusta Calbaharii marini per ingens & generale diluvium vel alias extraordinaries inundationes in montes projecta, ac tempore rupibus tecta, vel partim ipsis inradicata, uti in Amboinensibus insulis in similibus desertis montibus inveni multa centena ingentium concharum, quæ *Chamæ decumanæ*, & Malaice *Bia garoe* dicuntur, quarum dimidia pars vix a quatuor vel sex viris tolli poterat, quæ partim in fundo laxæ, partim in rupibus fixæ erant.

Item quævis fragmenta Coralliorum, tam laxa quam scopulis inhærentia, quæ cuncta sine dubio superflua universalis Diluvii sunt monumenta, quod & omnes hi norunt incolæ tam Æthiopes quam gentiles, sed mihi refutabant, dicentes perfecte conspici posse istud Calbaharium montanum ex rupibus esse excretum, quum erectum staret curtis prominens ramis, formamque radicum in iis exhibens.

Simi-

Anno 1693. heeft zeker Moorsen Paap door zynen jonge op Manipa, in de bogt van Taniwaro, een zwart Kalbahaar-boom willen uittrekken, dog den zelven niet konnende los krygen, heeft den jonge van deszelfs dunne takken een vrugt afgebaald, in de grootte van een oude Pinang of wat kleinder, agter en vooren toegespitst, met wratjes bezet, en verwerde streepjes vertoonende, schier als Kalbahaar, dog zwaarder van substantie, by het afgebrookene worteltje zag men ook de rolletjes op malkander, gelyk aan ander Kalbahaar, en zwart van couleur, hy wilde dit voor een Boa sangi *gehouden hebben, en maakte ons wys, dat de Chineesen hem vierentwintig ryksdaalders daar voor geboden hadden, en dat ze den bezitter rykdom zoude toebrengen, dog zyn verbaal valt wat suspect, om dat zyne Landslieden de Bonöers wel hondert diergelyke boompjes uittrekken, en nooit iets diergelyken gevonden hebben. Immers zoo als het van hem gevonden is, hebben wy 't in de nevenstaande figuur willen vertoonen.*

N. B. Om niet bedrogen te werden, moet men bedagt zyn op den onderscheid van tweederlei vrugten, die malkanderen van buiten vry wat gelyken, te weten de *kleine Calappa laut*, en de vrugten van den boom *Nipa*, in myn *Herbarium* lib. 1. beschreeven.

Ik zal hier van alleenlyk het onderscheid zetten, zoo als ze van buiten aan te zien zyn, want de opregte *Calappa laut*, als gezegt, is verdeelt in twee beenen, tusschen dewelke men een ruig hairig bosje ziet, waar mede zy, zoo het schynt, aan de boom vast gezeten hebben, en als het zelve afvalt, zoo ziet men een rond gaatje, 't welk in de holle schale gaat, waar uit, als ze versch zyn, een lieffelyke reuk komt, gelyk in hare beschryving gezegt is.

Daar en tegen de vrugten van Nipa, hebben de twee beenen niet, maar lopen spits toe; boven daar ze aan den boom gezeten hebben, vint men een rond en diep gat, met diergelyke harde borstels bezet, ook zyn ze meest driezydig, daar de regte Calappa laut meest plat zyn, als of ze uit twee te zamen gezet waren.

De twee en Tagtigste Plaat.

Vertoont in de eerste Figuur de *Compar Mangæ*, op het einde van het agtste Hoofdstuk beschreeven.
De tweede Figuur vertoont een *langwerpige Coquinbo.*
De derde Figuur stelt voor een *platte* ofte *Castonjeformige Coquinbo*, met deszelfs *inwendige Pit* A.
De vierde Figuur is de *kleindere Melindische Cocus.*
Lett. B is de Vrugt van het *zwarte Calbahaar* gehouden.

TIENDE HOOFDSTUK.

Het Berg-Calbahaar.

De zwarte Calbabaren hebben nog een zeldzame zoorte, die ik lange voor fabuleus gehouden hebbe, en nooit van my gezien is, dog door het ernstige verbaal van zoodanige Inlanders, die ooggetuigen wilden zyn, aangezet, heb ik 't voor waarschynlyk moeten aannemen, konnende egter den Lezer geen meerder verzekertheid mededeelen, dan ik uit derzelver woorden begreepen heb.

Dit zal een regt zwarte Calbahaar zyn, met weinige korte en dikke takken, dog gemeene, met een enkelde stam, niet in zee, maar op steenagtige en akelige bergen groejende, omtrent de zeekanten gelegen, en daar geen digt geboomte staat.

Ik wilde hun wys maken, dat het misschien stukken van Zee-Calbahaar waren, door de groote Diluvie of andere extraordinary overstromen op de bergen gesmeeten, en met 'er tyd door de klippen bedekt of ten deele gevat, gelyk ik in de Amboinse Eilanden op diergelyke akelige bergen gevonden heb veel hondert groote schulpen, Chama decumana; *in 't Maleits* Bia garoe *genaamt, daar vier en ses mannen aan eene helft op te tillen hadden, ten deele in den grond los, ten deele in de klippen vast gegroeit.*

Item alderhande stukken van Kraalsteenen zoo los als in de klippen vast, welke alle men voor ontwyffelbare overblyfzels houd van de universeele Diluvie, daar alle deze Inlanders van weeten, zoo Mooren als Heidenen. Maar dit streeden ze my af, zeggende dat men perfect zien konde het voornoemde Berg-Calbahaar, uit de klippen gegroeit te zyn als overeind staande, met korte takken uitkykende, en een gedaante van wortelen daar in makende.

Het



B



A



Fig. 4.

Fig. 1.





Fig. 3.

Fig. 2.

Similis itaque erit substantiæ, signaturæ, & coloris cum Calbahario marino, excepto quod in polito ruffæ quædam venæ conspiciantur, cæterum tam politum est quam Ebenum, attamen in polito Ebeno æque ac in Calabahario marino similes quoque vidi venas, quæ componuntur, quum lamellæ seu pelles, quæ sibi incumbunt, findantur in sectione, dicebantque porro, Calbaharium montanum substantiæ esse subtilioris, venasque ejus esse tenuiores, gravius & frigidius etiam esse ad sensum.

Nomen. Latine *Accarbarium montanum;* Malaice *Calbahaar gœnong*, h. e. *Montanum.*

Locus. Huc usque nondum audivi, ullibi crescere quam in Moluccis, in insula magna Gelolo, ibique in regione Kauw, quæ est angulus combustus ad Eurum vergens.

Quidam Æthiops Hitöes jactat, sese invenisse quoque frustum in sicco Oryzæ angulo seu Siël, quæ est Zephyrea ora parvæ Ceramæ, in saxoso itidem monte, quodque albicat, sed id adeo cœlat, ut nemini ostendere id velit.

Usus. Tam rara & pauca invenitur ejus pars, ut meo tempore non plus ejus notum fuerit, quam bina manubria telorum Krissen dictorum ex eo confecta, quorum unum possidebat Rex Ternatæ, alterum Sengadje dicti Kouw; uterque ea nollet dare pro quovis auro vel pecunia, quum tam superstitiosi sunt, ut ipsis nullum supervenire possit malum, qui talia secum gerunt manubria. Illudque porro habent pro specifico remedio ad virile robur confortandum, quod Æthiopes, plures habentes feminas, quam maxime expetunt.

Het zal van substantie, signatuur en couleur het Zee-Calbahaar gelyk zyn, behalven dat men aan het gepolyste zomtyts eenige rosse aderen ziet, anders zoo glad wert als Ebben-hout. Evenwel heb ik aan 't gepolyste Ebbenhout gelykende, Zee-Calbahaar zomtyts ook diergelyke aderen gezien, dewelke gemaakt werden, als men de schilfferen of huiden, die op malkander leggen, in 't scheuren of uitsnyden doorsplyt, hier op zeiden ze, dat het Berg-Calbahaar nog al fynder van substantie was, fynder aderen vertoonende, ook wat zwaarder en kouder in 't gevoelen was.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium montanum; *in 't Maleits* Calbahaar gœnong, *dat is* Berg-Calbahaar.

Plaats. *Ik heb het tot nog toe niet gehoord, dat het elders wast dan in de Moluccos op 't groote Eiland Gelolo, en aldaar in 't district van Kauw, zynde een afgebrande hoek, na 't Noord-oosten strekkende.*

Zekeren Moor van Hitoë geeft voor, dat hy ook een stuk gevonden heeft op den drooge Rysthoek of Siël, zynde de Zuidelykste snuit van klein Ceram, mede in 't steenagtige gebergte, en 't zelve zal witagtig zyn, maar hy is 'er zoo geslooten mede, dat hy 't niemand toonen wil.

Gebruik. *Men vindt 'er zoo weinig van, dat in myn tyd niet meer bekent is geweest dan twee Krisbegten daar van gemaakt, het een by den Koning van Ternaten, het ander by den Sengadje van voorsz. Kouw. Beide zouden ze voor geen goud of geld willen missen, als zynde met die superstitie ingenomen, dat hen geen quaad ontmoeten kan, die zulke Krisbegten by zig dragen; houden ze verders voor een souverein hehulpmiddel, om de mannelyke kragten te versterken, waar na de veelwyvige Mooren eenelyk tragten.*

CAPUT UNDECIMUM.

Accarbarium cinereum ramosum.
Accarbaar pœti caju.

Secunda classis primaria arbuscularum marinarum Corallinarum est cinerea, quæ vulgo etiam vocatur Calbaharium album, quum vero genuinum album multo magis saxosum sit, ac multo aliam gerat formam, hinc ad distinctionem hoc cinereum vocabimus, quorum quinque sunt species.

1. *Accarbarium cinereum ramosum.* 2. *Virgæ sanguineæ.* 3. *Accarbarium cinereum Ericæ forma.* 4. *Flabellum cinereum.* 5. *Accarbarium cinereum unicaule.*

Primo. *Accarbarium cinereum ramosum*, multa, tenuia, longaque emittit flagella, tres quatuorque pedes alta, in paucos laterales ramos distincta, qui transversaliter decurrunt, ipsorumque interstitia inferius paucis transversalibus ramulis concreta sunt, ita ut totus frutex videatur esse fasciculus Juncorum, semper ad fluxus inflexus, ita ut raro erectus sit.

Inferior ejus caudex minimum circiter digitum crassus est, sed mox sese dividit in tres quatuorve majores ramos, ubique externe obductos rubro cortice, ita ut tota planta pro Corallio rubro haberetur. Hic tuber cortex parum granulosus est, & arbusculæ adhæret, licet siccata sit, sed facile cultello abradi potest. Sub hoc verum conspicitur Corallium, externe tenuiter striatum uti in cunctis Coralliis, ex rotundo planiusculum & intortum, coloris læte cinerei, quædam vero ad flavum, quædam ad pallide ruffum tendunt colorem, sique multum tractetur, glabrum redditur, acsi politum esset.

Interne pallide cinereum etiam est cum corde quodam albicante, circa quod multi densi locantur volvuli, substantiæ ex ligno & saxo mixtæ, sed saxosa natura in hoc magis prævalet quam in præcedenti nigro, ac proinde non tam facile inflecti potest quam nigrum, sed facile frangitur instar vitri, aliquando etiam corperit, concavum est, & fragile, præsertim in crassissimis ramis, in quibus volvuli etiam facile separantur frictione.

Inregularis est substantiæ, invenitur enim, quod lignosum admodum, leve, oblique intortum, & obscure cinereum est, sique fricetur, molle, nec lamellas exhibens, sine albo corde seu medulla, paucos emittens ramos, quod optimum censetur. Hoc non crescit in Amboina, sed ex Papuanis defertur insulis. Amboi-

ELFDE HOOFDSTUK.

Het gryze getakte Accarbaar.

Het tweede hoofdtgeslagt van de Koraalagtige Zeeboompjes is het graauwe, dat men in 't gemeen ook wit Calbahaar noemt, dog dewyl het regte witte veel steenagtiger is, en een gants verschillende gedaante heeft, zoo zullen wy tot onderscheid dit het graauwe geslagte noemen, waar van zig vyf zoorten opdoen.

1. Accarbarium cinereum ramosum. 2. Virgæ sanguineæ. 3. Accarbarium cinereum Ericæ forma. 4. Flabellum cinereum. 5. Accarbarium cinereum unicaule.

1. Accarbarium cinereum ramosum, *schiet met veele dunne lange gerten op, drie en vier voeten hoog, in weinige zydetakken verdeelt, die ook regt voortloopen, en hunne tussenplaatzen zyn beneden met weinige dwerstakjes t'zamen gegroeit, zoo dat de geheele struik een bos Biesen gelykt, altyd na den stroom gebogen, en zelden overeind staande.*

Den ondersten stam is omtrent een pink dik, maar verdeelt zig straks in drie of vier hoofdttakken, overal van buiten bedekt met een roode schorsse, zoo dat men 't gantsche gewas voor roode Koraal zoude aanzien. Deze roode schorsse is wat gegranuleerd, en blyft aan 't boompje zitten, al is het gedroogt, dog laat haar ligtelyk met een mesje afschrapen. Hier onder ziet men eerst het regte Koraal, van buiten fyn gestreept gelyk alle Koralen, uit den ronden wat plat, en gedraait loopende, ligtgraauw van couleur, zommige na 't geele, en zommige na 't ligtbruine trekkende, en door 't handelen wert het zoo glad als gepolyst.

Van binnen is het mede ligt-graauw, met een klein witagtig hert, daar rondom veele digte rolletjes leggen, van substantie uit hout en steen gemengt, dog de steenige natuur is hier in meerder, dan in 't voorgaande zwarte, latende zig dierhalven zoo ligt niet buigen als het zwarte, maar breekt kort af als glas, zomtyts is het hert ook vergaan, hol, en bryzelig, inzonderheid aan de dikste takken, daar aan de rolletjes ook ligt afschilfferen door het wryven.

Men heeft het van ongelyke substantie, want men vindt het dat zeer houtagtig, ligt, scheef gedraait, en donkergraauw is, zagt in 't wryven, en niet schilfferende, zonder wit hert, met weinige takken opschietende, 't welk men voor 't beste houd. Dit valt niet op Amboina, maar komt uit de Papoese Eilanden.

Het

Amboinense seu primo descriptum, est longum istud junceum, in quo saxosa pars lignosæ parum prævalet, quam maxime lamellatum, & facile frangens, quodque per gradum vilius est, ex hoc autem eligendum est, quod paucos & rite extensos habet ramos, & ampla radice duris inpositum est saxis.

Bina fragmenta cinerei Accarbarii sibi invicem adfricta, corneum fundunt odorem, multo graviorem nigro, si vero propinetur, nil notabile percipitur. Radix ejus externe plana & glabra est, subtus plurimis foveolis excavata, ac duris inposita silicibus, omne enim cinereum durioribus increscit saxis quam nigrum.

Nomen. Latine *Accarbarium cinereum ramosum*; Malaice *Accarbaar* seu *Calbahaar pœti*, quod nomen cum subsequenti commune est, ad distinctionem vero utriusque hoc cinereum mallem vocari *Accarbaar caju*, quum semper magis lignosum sit vero albo. Ternatenses tamen, Tidorenses, & Papuenses nullum aliud *Calbahaar pœti* agnoscunt, quam hoc cinereum, quum subsequens album *Calbahaar batœ* vocant.

Locus. In Amboina raro obcurrit, nec nisi hic & illic unus alterve fruticulus, circa insulas Manipam, Kelang, Bonoam, & Ceramam Borealem, majori copia circa insulam Oeby, ubi ingentes undique planique sunt portus.

Usus. Accarbarium cinereum apud incolas optimum censetur in usu Medico inter Coralliorum species, apud istos nempe Moluccanos, sed ab Amboinensibus & Maleyensibus verum album præfertur, eandem vero possident virtutem, atque hinc potissimum simul conteruntur supra porphyritim cum aqua, & propinantur in ardentibus febribus ad ardorem minuendum, & cor corroborandum, item contra quemvis noxium & venenatum cibum, contra Choleram, & bilis fermentationem.

Quum vero more Indico cuncta hæc Corallia seu Lithodendra simpliciter sola aqua supra porphyritim conteruntur, quorum parva modo ingeritur quantitas, unde sæpius repetendum est, antequam effectum præstant. Hinc melius esset, si in hisce regionibus ad manus essent mortaria ferrea vel marmorea, ut in iis contundi & comminui possent, tum major ipsorum dosis simul adsumi posset, cuprea enim nimis infectant, larguntur & saporem cupreum hisce plantis marinis. Licet incolis concedere velim, per hanc frictionem supra porphyritim vires Coralliorum efficaciores & recentiores esse, majoremque fundere odorem contusis, si diu servantur, ipsis enim certa lex & regula est, cunctos diu servatos pulveres Coralliorum & lignorum minoribus gaudere virtutibus recenter contritis.

Cæterum *Accarbarium cinereum* nulla arte flecti vel leniri potest, quum nimis participat de natura lapidea, unde & omnes teneri rami abjiciuntur, illiusque nulla servatur pars, quam truncus cum inferioribus crassis ramis in usum Medicum.

In Zephyrea Amboinæ parte alia porro spuria Accarbarii reperitur species, *Accarbaar gabba gabba* dicta, ut & *Accarbaar boa zagu*, Amboinice *Hualapia*, crassos gerens ramos, satisque magnum formans fruticem, sed spongiosa penitus & levis, ita ut facile cultro dissecari possit, externe obducta pellicula tenui & rubra, quæ facile etiam separatur, interne plerumque est cinerea, & distincta in breves & tenues ramos, qui ad extremitates multa gerunt granula, eodem modo quo fructus in Zagu crescunt, sed multo minora sunt, & facile decidunt.

Ubique tam fragilis est hæc species, ut sine fractura vix tractari possit, unde & fere indigna est, ut inter Coralliorum species numeretur, quidam ejus rami superius lati sunt & dehiscentes instar fractæ patellæ, interne striati.

In Leytimoræ parte Zephyrea reperitur in mari aperto ad profunditatem quinque, decem, & sexdecim orgyarum, & cum retibus adtrahitur. Incolæ defectu alius Accarbarii hujus crassos servant ramos in usum medicum, præsertim ad Cephalalgiam tollendam ex ardore ortam, qui cum aqua conteruntur, propinantur, & crassior pulticula fronti adplicatur, hujus autem nullum institui huc usque experimentum, quam diu melius Accarbarium ad manus est.

Het Amboinse of eerst beschreeve is dat lange biesagtige, daar aan den steen even het hout overwint, zeer schilferig, en kort afbreekende, 't welk een graad slegter is, hier onder moet men verkiezen het geene weinige en wel uitgebreide takken heeft, en met een breede wortel op harde steenen staat.

Twee stukken van 't graauwe Calbahaar tegens malkander gewreeven, geven een hoornagtigen reuk, veel sterker dan het zwarte, dog in 't innemen gevoelt men 't niet zonderling daar aan. De wortel is buiten plat, en glad, van onderen vol kuilen, en op harde Kraalsteenen bevestigt, want al het graauwe wil hardere steenen hebben dan het zwarte.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium cinereum ramosum; *in 't Maleits* Accarbaar *of* Calbahaar pœti, *gemeen met het volgende; dog tot onderscheid van beide wilde ik dit graauwe liever genoemt hebben* Accarbaar caju, *om dat het altyd houtagtiger is als het regte witte. De Ternatanen, Tidoreesen, en Papouwen egter willen geen ander* Calbahaar pœti *kennen, dan dit graauwe, vermits ze het volgende witte* Calbahaar batœ *noemen.*

Plaats. *Het wert in Amboina weinig gevonden, hier en daar een struikje, omtrent de Eilanden Manipa, Kelang, Bonoa, en Noort-Ceram, meerder omtrent het Eiland Oeby, daar rondom groote vlakke-reven zyn.*

Gebruik. *Het graauwe Calbahaar wert by de Inlanders voor de beste medicyn gehouden onder de Koraalgeslagten, te weten by de voornoemde Moluccanen, maar de Amboineesen en Malyers houden het regte witte voor beter, trouwens zy hebben schier eenderlei kragt, en werden daarom meest t'zamen gewreeven op een steen met water, en gedronken in brandige koortsen, om de hitte te verminderen, en het hert te sterken. Item tegens alderhande schadelyke en fenynige kost, tegens het Bord, en kooken der Galle.*

Maar dewyl men na de Indise manier alle deze steenagtige gewassen maar slegts met water op een steen wryft, waar van men t'effens weinig inkrygt, zoo moet men 't dikwils herdoen, eer men baat gevoelt; daarom zoude men beter doen, als men hier te land voorzien was met yzere of marmer-steene vyzels om dezelve daar in klein te stooten, en zoo met meerder quantiteit in te nemen, want de koopere vyzels smetten te veel, en deelen hunne kooperagtigen smaak aan deeze Zeegewassen. Hoewel ik de Inlanders mede wil toestaan, dat door hun wryven op een steen de kragten der Koralen wel zoo sterk en vers zyn, ook meer reuk van zig geven dan de gestoote, die men lange bewaart, zynde by haarlieden voor een vaste regel aangenomen, dat alle bewaarde poeyers van koralen en houten minder kragten hebben dan de vers gewreevene.

Anders het graauwe Calbahaar *laat zig door geen konst buigen of leenig maken, om dat het te veel van de steene natuur participeert, daarom men al de fyne takken wegsmyt, en daar van anders niet bewaart dan den stam, met de onderste dikke takken tot de medicyn.*

Men vindt op de Zuidzyde van Amboina nog een bastaart zoorte Accarbaar gabba gabba, *en* Accarbaar boa zagu *genaamt; Amboins* Hualapia, *zynde wel dik van takken, en groot van gewas, maar gants spongieus, en ligt, zoo dat men 't gemakkelyk met een mes doorsnyden kan, buiten met een dunne roode schille bekleedt, die ligt afgaat, binnen doorgaans graauw, verdeelt in korte dunne takken, die omtrent haar uiterste bezet zyn met veele kleine korls, op de manier als de vrugten aan een Zagoekroon staan, dog veel kleinder, en ligt afvallende.*

Het is overal zoo bros, dat men 't kwalyk aanraken kan zonder breeken, daarom schier onwaardig onder de Koraal-zoorten gereekent te worden, zommige takken zyn van vooren breed, met een gapende mond als een gebrooke schoteltje, van binnen gestreept.

Men vindt het op Leytimors Zuidzyde in de openbare Zee, op vyf, tien, en sestien vadem diepte, en wert met de Bobbers opgehaalt. De Inlanders by gebrek van ander Calbahaar bewaren de dikke takken tot de medicyne, inzonderheid om hoofdtpyn te verdryven, dat uit hitte komt, daar van met water gewreeven wat innemende, en het dikste op 't voorhoofdt smeerende, waar van ik nog geen experientie genomen heb, zoo lang ik met beter Calbahaar voorzien ben.



CAPUT DUODECIMUM.

Virgæ ſanguineæ. Accarbaar ſaſappo.

Secunda ſpecies Accarbarii cinerei ſunt *Virgæ ſanguineæ*, a præcedenti non multum diverſæ quoad ſubſtantiam, ſed quidem forma, ex multis enim conſtant flagellis erectis, pedem circiter vel ulnam longis, multis ſimul conlectis inſtar faſciculi Juncorum ſeu ſcopæ. Quædam vero virgæ ſimplices ſunt, quædam bifidæ vel trifidæ, nullisque lateralibus ramis ſibi nexæ. Externe obductæ ſunt cruſta craſſa & rubra, ita ut pro rubro Corallio haberentur, pennam circiter craſſæ, ex multis granulis compoſitæ regulariter & ordine poſitis, amuletum referentes aureum, quod *Siri boa* dicitur.

Cruſta hæc rubra ſiccata ipſis adhæret, quæ neque abradenda eſt, quum fruticulo elegantiam præbet. Interne ſunt quaſi Junci tenues, ex cinereo Calbahario conſtantes, glabri, nec ſtriati, cum præcedenti ejusdem ſubſtantiæ, ſed non digni ut ſerventur, quum adeo tenues ſunt, niſi inferior trunci pars ultra minimum digitum ſit craſſa, qui curtus & incurvus eſt. Hæc planta ampla radicula adglutinata quaſi eſt, ſeu infixa duris ſaxis.

Nomen. Latine *Virgæ ſanguineæ*, ſeu *Juncus marinus ruber*, Malaice *Accarbaar ſaſappo.*

Locus. Raro reperitur, quum profunde in mari locatur, nec facile retibus vel hamis attrahi poteſt.

Uſus ejus nullus eſt in re Medica, quum fere nullam habeat ſubſtantiam internam, ſed tanquam aliquid rarum ſervatur, atque tamdiu pluviis & ſoli exponendum eſt, donec ſalſedo abſit, & rubra iſta cruſta rite ſit ſiccata.

Tabula Octuageſima tertia

Virgas exhibet *ſanguineas*, quæ convenire videntur cum illa, quæ Coralloides fruticoſa, ſeu planta marina erectior vocatur a *J. Baub. Tom.* 3. *pag.* 798. eſtque forte Titanokeratophyton rubrum *Boerhav. Ind. pag.* 8.

TWAALFDE HOOFDSTUK.

De bloedroode Roeden.

De *tweede zoorte van* graauw Calbahaar *zyn de* Virgæ ſanguineæ, *van 't voorgaande niet veel verſchillende in ſubſtantie, maar wel in fatzoen, want het beſtaat uit veele regte gerten, omtrent een voet of een elle lang, veele by malkander ſtaande gelyk een bondeltje Biezen of een bezem. Zommige enkeld, zommige in twee of driën verdeelt, en met geen zydetakken aan malkander vaſt. Buiten zyn ze bekleedt met een dikke roode korſte, zoo dat men 't voor een rood Koraalgewas zoude aanzien, omtrent een ſchaft dik, gemaakt van veele korrels, die ordentelyk en in rygen ſtaan, verbeeldende een ſlag van een goude ketting, die men* Siri boa *noemt.*

Deze roode korſte droogt daar aan vaſt, en men moet ze ook niet afſchrapen, want zy geeft het ſtruikje zyne frayigheid. Binnen zyn maar dunne biezetjes, van graauw Calbahaar, glad, niet geſtreept, met het voorige van een ſubſtantie, dog niet bewarens waardig, om dat ze zoo dun zyn, ten ware de onderſte ſtam ruim een pink dik zy, die dan nog kort en krom is. Dit is geveſt of geplakt met een breed worteltje op harde ſteenen.

Naam. *In 't Latyn* Virgæ ſanguineæ, *of* Juncus marinus ruber; *in 't Maleits* Accarbaar ſaſappo.

Plaats. *Het wert weinig gevonden, om dat het wat diep in Zee valt, en met de hobbers en visboeken niet wel uit te halen is.*

Gebruik. *Het heeft in de Medicyne geen gebruik, om dat 'er geen ſubſtantie in is, maar wert tot rariteiten bewaart, moetende zoo lang in regen en zon leggen, tot dat de ziltigheid afgeſpoelt, en de roode korſte te degen daar aan gedroogt is.*

De drie en Tagtigſte Plaat

Vertoont de *bloedroode Roeden*, welke ſchynen overeen te komen met de ſtruikagtige Coralloides, ofte die een opgeregte Zeeplant genaamt wert van *J. Baubinus hiſtor. der Planten, Tom.* 3. *pag.* 798. en is mogelyk de roode Titanokeratophyton van *Boerhaves Index pag.* 8.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Accarbarium Ericæ forma.

Tertia Accarbarii cinerei ſpecies reliquas comprehendit ſpecies, cum prioribus ſubſtantia convenientes, ſed foliis & ramulis diverſas, unde & non facile ad unam formam referri poſſunt.

Prima & optima ſpecies caudicem emittit tenuem, gracilem, & ſinuoſum, ad latera multis obtuſis & fractis ramulis diſtinctum. Superius ſeſe dividit in ſubtiliſſimos ramulos ac foliola, filamenta & pilos referentia, hic & illic ſimilibus verrucis concreta, forma fragmentorum Flabelli, quædam vero in inregulares lacinias diſtincta ſunt. Cunctaque ſimul Ericam referunt ſubtilem. Altitudinem adtingit fere ſesqui & duorum pedum, externe obductum tenui ac rubra pellicula, interne pallide cinereum & glabrum eſt inſtar alius Accarbarii. Caudex ejus ſatis firmus eſt, ſed tenues ramuli ſeu juli quam fragiliſſimi ſunt, ac facile franguntur, ſi inflectantur, duris inponitur parvisque ſaxis plana radicula quaſi adglutinatum.

Nomen. Latine *Accarbarium Ericæ forma*, licet quædam ſint ſpecies, quarum folia cum Equiſeto comparari poſſunt. Nullum peculiare obtinuit Malaienſe nomen, quin vocaretur *Accarbaar caju alus.*

Locus. In placidis maris ſinibus invenitur, ſed raro integrum cum hamis adducitur. In re Medica nullum habet uſum, quin truncus ſervari poſſet, ſi ſatis craſſus ſit, puto enim, eaſdem habere virtutes cum alio Accarbario cinereo communes.

Altera

DERTIENDE HOOFDSTUK.

Het Accarbaar in de gedaante van Heide.

De *derde zoorte van graauw Calbahaar begrypt alle de andere zoorten, die met de voorgaande wel eene ſubſtantie hebben, maar verſchillen in bladeren en takjes, zynde niet wel onder een fatzoen te begrypen.*

De eerſte en beſte zoorte ſchiet met een dun, rank, en bogtig ſtammetje op, aan de zyde met veele ſtompe en afgebroken takken. Boven verdeelt het zig in zeer fyne takjes of blaadjes, gelyk draden of hairtjes, hier en daar met diergelyke adertjes t'zamen gegroeit, in gedaante van ſtukken van wafertjes, dog zommige hangen onordentelyk aan lappen. Immers alle verbeelden ze een ſubtiele Heide. Zyne hoogten is omtrent anderhalve en twee voeten, van buiten bedekt met een dun rood velletje, binnen ligtgraauw, en glad gelyk andere Calbahaar. De ſtam is redelyk ſtyf, maar de fyne takjes of hairtjes zyn zeer bros, breekende ligt af, als men ze buigt. Het ſtaat op kleine harde ſteenen, met een plat worteltje geplakt.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium Ericæ forma, *hoewel men 'er ook vindt, wiens bladeren met het* Equiſetum *konnen vergeleeken werden. In 't Maleits heeft het geen byzonderen naam, of men moeſte het* Accarbaar caju alus *noemen.*

Plaats. *Men vindt het in ſtille Zeeboezems, en wert met de visboeken zelden geheel opgehaalt. In de Medicyne heeft het geen gebruik, of men moeſt den ſtam bewaren als hy redelyk dik is, want ik oordeele, dat hy dezelve kragten met ander graauw Calbahaar heeft.*

Nog

Altera porro raraque hujus minor species reperitur in Uliasserensibus insulis, quæ arbuscula est, non ultra semi pedem alta, multos gerens tenues firmosque ramulos fere instar *Abietis marinæ*, coloris pallide cinerei, sique modo e mari adducatur, fulget colore Citrino, acsi ex pallido auro esset confecta. Hic vero elegans color sensim perit, ita ut nil nisi cinerei nodosique conspiciantur ramuli, hic & illic parum splendentes.

Ejus substantia dura quidem est & saxosa ad conspectum, sed tamen facile frangitur instar vitri. In profundo crescit mari, e quo adducitur per hamos. In re Medica non adhibetur, unde ambæ hæ species tantummodo servantur pro curiositate, per pluvias enim ablutæ, & ad solem siccatæ indurescunt, & elegantes præbent arbusculas.

Quasdam etiam ex Bandæ insulis accepi, quæ in primariis ramis aureum fulgorem per aliquot servabant annos, sed tenues ramuli etiam in iis abrupti erant.

N. B. Hoc Coralliis adfine *Accarbarium* est forte Corallium geniculatum, capillaceum, apice ramoso, pallide roseum *Boerh. Ind. H. L. Bat. pag.* 4. & Frutex marinus, Ericæ facie *Clusii Exotic. pag* 122. ubi icon.

Nog een andere kleine en rare zoorte vindt men in de Oeliassers, zynde een klein boompje niet boven een halve voet hoog, met veele dunne en styve takjes, schier als een Abies marina, *ligt-graauw, en als het eerst uit Zee komt, hier en daar met een Citroen-geele verwe blinkende, als of het van bleek gout gemaakt was. Dog deze schoone couleur vergaat met 'er tyd, zoo dat men niet dan graauwe knoestige takken ziet, hier en daar nog een weinig blinkende.*

Zyne substantie is wel hard en steenagtig in't aanzien, breekt egter kort af als glas. Het valt vry diep in Zee, daar het met een visboek uitgehaalt wert; in de Medicynen mede ongebruikelyk, dierhalven beide zoorten alleenlyk tot rariteiten bewaart werden, want door den regen afgespoelt, en in de zon gedroogt, werden ze hard en tot fraye boompjes.

Ik heb ze egter uit de Bandase Eilanden gekreegen, dewelke aan de hoofdsteelen een goudverwige glants veele jaren behielden, dog de fyne takjes waren mede kort afgebrooken.

N. B. Dit Accarbaar met het Koraal overeenkomende, is mogelyk het geleedde, hairige, bleekroose Koraal met getakte punten van *Boerh. Ind. H. L. Bat. pag.* 4 en een Zeestruik, in de gedaante van Heyde, by *Clusius Exotic. pag.* 122. alwaar een Figuur is.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Flabellum marinum cinereum. Accarbaar abu abu.

Quarta species *Accarbarii cinerei* sunt *Flabella cinerea*, a prioribus nigris haud multum forma diversa, sed magis quoad substantiam, distincta in majorem & minorem speciem.

Major species est flabellum satis magnum, quatuor & quinque pedes altum, pauloque latius, inferius pollicem crassum, ac porro in raros primarios distinctum ramos, non rotundos sed parum angulosos, hique iterum in alios minores, ipsorumque interstitia dense pertexta sunt crassis fibris sibi mutuo nexis, & instar flabelli planis, sed planitie sua hic & illic sinus formant, ut & aliquando protuberantes etiam lacinias, quæ plantam dedecorant.

Inferior truncus dense concretus est pallide cinereo, fragili, & arenoso cortice, minimum digitum crasso instar Accarbarii nigri, cum alio duro saxoso. Hac in re autem hi utrique differunt cortices, quod ille Accarbarii nigri externe striatus, medicatus, & Corallinus sit, in cinereo autem est inutilis & arenosus. Reliqua hujus flabelli pars obducta est tenui & albicante crusta, quæ in trunco & primariis facile decidit ramis, in tenuioribus vero ramis paulo firmior adhæret, sed tempore separabilis est.

Vera ejus substantia est obscure cinerea, levis, & lignosa, ac facile dissecari potest, interne gerens cor solidum, sine volvulis notabilibus, sed tenues rami fragiles sunt, nec sine fractura ac vix tractari possunt, sique sibi mutuo adterantur, corneum fundunt odorem, sed debiliorem quam in primis speciebus.

Radix cum inferiore trunci parte & crasso cortice cornu cervi refert, cui nexum est frustum cranii. Inferne enim concavum est, & oris suis inhæret magnis rupibus, quæ ex Coralliorum constant saxis, unde ferro vix separari potest, alioquin supra saxosam radicem amputandum est.

Secundo. *Minor species* non ultra spithamam alta est, ex multis laciniis seu fragmentis Flabellorum composita, quæ irregularia sunt, ipsorumque interstitia multis transversalibus ramis pertexta sunt Ipsius substantia est durior, glabrior, & magis saxosa priore, albicans & gilva, facile frangens instar vitri, externe obducta nunc albicante nunc rubente crusta, quæ ipsi adcrescit. Plana radicula adglutinatum est parvis, duris, & russis lapillis, qui simul cum eo extrahuntur.

Nomen.

VEERTIENDE HOOFDSTUK.

De grauwe Zee-wayer.

D*E vierde zoorte van* graauw Calbahaar *zyn* graauwe Wajers, *van de voorgaande zwarte niet veel in gedaante, maar meer in substantie verschillende, verdeelt in groote en kleine zoorte.*

De groote zoorte *wert een tamelyke en grooten Wajer, vier en vyf voeten hoog, ruim zoo breed, beneden een duim dik, en voorts in weinige hoofdtakken verdeelt, niet rond, maar wat hoekig, en dezelve in andere mindere, maar de tussenplaatsen zyn digt uitgeweven met dikke draden, alle aan malkander vast, plat als een wajer, dog met de vlakte hier en daar bogtig staande, zomtyts ook met uitsteekende lappen, die het gewas ontcieren.*

De onderste stam is dik begroeit met een ligt-graauwe, bryzelige, en zandige schorsse, wel een pink dik, gelyk het zwarte Kalbabaar met een harde steenige. Dog hier in verschillen deze beide korsten, dat die van 't zwart Kalbabaar buiten gestreept, medicinaal, en koraalagtig is, maar die aan 't graauwe is onnut, en zandig. De rest van deze wajer is bekleedt met een dunne witagtige korste, die aan den stam en hoofdtakken ligt afgaat, aan de fyne takken zit ze wat vaster, dog laat zig met 'er tyd af bryzelen.

De regte substantie is donker-graauw, ligt, en houtagtig, latende haar gemakkelyk doorkappen, hebbende van binnen een digt hert, zonder merkelyke rollen, maar de fyne takken zyn bros, konnende zonder breeken geen hard handelen verdragen, tegens malkanderen gewreeven, heeft het ook een hoornagtigen reuk, dog slapper dan de eerste zoorten.

De wortel met den ondersten stam en hunne dikke schorsse gelykt wel een gewey ofte heel herte hoorn, daar een stuk van het hoofd of herssenpanne nog aan zit. Want van onderen is ze hol, met de kanten in de groote klippen vast, dewelke van Kraalsteenen zyn, daarom men ze met yzers ligt uitbreeken kan, anders moet men ze boven de steenige wortel afkappen.

2. *De* kleine zoorte *is niet boven een span hoog, uit veele lappen of stukken van wayers gemaakt, die ongeschikt door malkander staan, en de tussenplaatzen met veele dwerstakken uitgeweven. Zyne substantie is harder, gladder, en steenagtiger dan de voorgaande, witagtig en vaal, kort afbreekende als glas, van buiten bekleedt zomtyts met een witagtige, zomtyts met een roodagtige schorsse, die daar aan vast groeit. Het zit met een plat worteltje vast geplakt op kleine harde en rosse steenen, die t'zamen daar mede uitgetrokken werden.*

Naam.

Nomen. Latine *Flabellum marinum cinereum*; Malaice *Accarbaar abu abu*, ac proprie *Accarbaar caju*, quum maxime lignosum sit inter Kalbahaar cinereum, & *Kalbahaar gajang* ob angulosos & sulcatos ramos truncum Gajani referentes.

Locus. Major species raro obcurrit, potissimum vero circa sinus & angulos eminentes, ubi ingentia sunt saxa in profunditate decem orchiarum aquæ, & ubi fluxus sunt copiosi, uti circa insulas Kelang, Manipam, & in periculoso angulo Nussanives. Raro itaque conquiri potest, & casu tantummodo cum retibus adtrahitur. Minor species reperitur in Amboinensi sinu, & juxta oram Hitoes, ubi saxa dura sed parva sunt frequentia.

Usus. Si primæ speciei integra & elegantia adquirantur flabella, servantur tanquam aliquid rarum, si prius pluviis exponantur in solo plano, & pondere quodam sinus deprimantur, ita ut plani siccentur. Juxta oras forcipe anguli dependentes & laciniæ abscindi possunt, tenuisque crusta tenuibus adhæreat ramulis siccata, sed incolæ spernentes res curiosas, non ita æstimant hasce arbusculas, quum modo crassos requirunt ramos, uti in fractis arbusculis nil aliud remanet.

Cuncta enim tenuia & pertexta interstitia abjiciuntur, & crassissimi rami accurate depurantur ab exteriore crusta, in frusta amputantur quatuor vel quinque pollices longa, & in usum medicum servantur. Easdem habent virtutes, quas supra Cap. 11. indicavimus, locumque obtinent juxta secundum Papuense cinereum, & junceo præferuntur.

Minor species vix digna est, ut servetur, licet substantia ejus sit solidior, quin ejus laciniæ essent ordinatæ & regulares, & rupis pars adhærens, cui crusta relinquitur, excepto in caudice, qui poliri potest, ut Accarbarium dignosci possit.

Ternatenses & Tidorenses hoc Accarbarium cinereum carissimo habent pretio, ita ut duplici argenti pondere vix ab iis comparari possit, licet in ipsorum insulis sit copiosius, sed istæ nationes pigræ sunt, ut id investigent, licet nulla adeo æstimat quævis Accarbaria hisce utrisque.

Inter cinereas species magnam statuunt differentiam, optimamque censent, quæ obscure cinerea, levissima, & lignosa est, ita ut pro ligno haberetur, in paucos distincta ramos, non rotunda, sed angulosa & sulcata, uti sunt arbores Gajang & Nissat, quæque facile conteri potest. Secundum locum tribuunt illis frustis, quæ ex cinereis comparantur Flagellis. Tertium dant crassis ramis Ericæ marinæ. Quartum & vilissimum putant esse cinereum junceum, quod frictione lamellas separat, ac plerumque putridum gerit cor.

Præter hasce alias binas numerant raras species ex Papuensibus insulis delatas, sed in Amboina ignotas. Prima est species *Palmijunci albi*, in raros ramos seu potius in obtusos apices distincta. Altera lignosa penitus est & lenta, tenues gerens copiososque ramos, in recenti vel semi salsa crescens aqua, in maximis Papuensium insularum Messoala & Salawata dictis.

N. B. Hujus *flabelli marini* in *Rumphii* opere nulla fuit addita icon, sed, sine dubio idem est, quod *Keratophyton* album, dense reticulatum, fibris latioribus, *Flabellum marinum* vulgo, a *Boerh.* in *Indic. H. L. Bat. pag.* 6. vocatur.

Naam. *In 't Latyn* Flabellum marinum cinereum; *in 't Maleits* Accarbaar abu abu, *en eigentlyk* Accarbaar caju; *dewyl dit het boutagtigste is onder de graauwe Kalbahaar*, en Kalbahaar gajang, *na de boekige en gevoornde takken, den stam van een Gajangboom gelykende.*

Plaats. *De groote zoorte wert weinig gevonden, meest omtrent uitsteekende boeken en kapen, daar groote steenen zyn, op tien vadem water, en daar veel stroom gaat, gelyk omtrent de Eilanden Kelang, Manipa, en op den zorgelyken boek van Nussanive. Men kan het dierbalven weinig krygen, om dat het by geval met de bobbers uitgetrokken wert. De kleine zoorte vindt men in den Amboinsche Inbam, en langs de kuste van Hitoe, daar het vol harde en kleine steenen is.*

Gebruik. *Als men van de eerste zoorte schoone geheele wayers krygt, die kan men tot rariteiten bewaren, als men ze eerst in de regen legt op een platte grond, en met eenig gewigt de bogten neerdrukt, dat ze plat en droog werden. Langs de kanten kan men met een schaar de afhangende boeken en lappen besnoejen, latende de dunne korste aan de dunne takjes zitten, en daar aan opdrogen. Maar de Inlanders, die van rariteiten niet houden, verschoonen deze boompjes zoo niet, want het hun maar om de dikke takken te doen is, gelyk ook aan de geschende boompjes niets anders valt.*

Want al dat fyne netwerk smyt men weg, zuivert de dikste ter degen van de buitenste schorsse, kapt ze in stukken van vier of vyf duimen lang, en bewaart ze tot de medicyne. Zy hebben dezelve kragten, gelyk boven in 't elfde Hoofdstuk gezegt is, en wert hun de plaats na 't tweede opregte Papoese graauwe toegeëigent, en het biesagtige voorgetrokken.

De kleine zoorte is kwalyk bewarens waardig, hoewel ze vaster van substantie is, of de lappen moeten wat geschikt staan, en het aanhangend klipje nog hebben, daar aan men dan de korst laten moet, behalven aan 't stammetje, 't welk men glad kan schrapen, om het Kalbahaar te bekennen.

De Ternatanen en Tidoreesen zyn zeer duur met dit graauwe Kalbahaar, zoo dat men 't voor dubbelt zilvergewigt kwalyk van hunlieden bekomen kan, hoewel het in hunne Eilanden overvloediger valt, maar die Natie valt wat lui in 't opzoeken, hoewel niemand van Kalbahaars zoorten meer houd dan die beide.

Onder de graauwe zoorten maken ze nog een onderscheid, houdende voor 't beste het donker-graauwe, zeer ligte, en houtagtige, zoo dat men het voor hout zoude aanzien, in weinige takken verdeelt, niet ront, maar windisch en gevoorent, gelyk de bomen Gajang en Nissat, gemakkelyk om te wryven. De tweede plaats geven ze aan 't geene van de graauwe wayers komt. Voor 't derde houden ze de dikke takken van de Erica marina. Voor 't vierde en slegtste, het graauwe biesagtige, 't welk in 't wryven schilffert, en gemeenlyk een verrot hert heeft.

Daar en boven hebben ze nog twee andere rare zoorten, uit de Papoese Eilanden komende, maar in Amboina onbekent. Het eerste is een zoorte van Palmijuncus albus, *dog in weinige takken of veel meer stompen verdeelt. Het ander is heel houtagtig en taai, vol fyne takken, groejende in 't versche of half brakke water, mede in de grootste van de Papoese Eilanden Messoal en Salawat.*

N. B. Van deze Zeewajer is geen Figuur in het Werk van *Rumphius* bygedaan, dog is zonder twyffel het witte *Keratophyton*, dik gevlogten, met breeder vezels dat by 't gemeen *Zeewajer*, van *Boerh.* in de *Ind. H. L. Bat. pag.* 6. genaamt wert.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Palmijuncus marinus albus.
Kalbahaar puti lacki lacki.

Quinta fpecies eft *Palmijuncus marinus albus*, quales fupra Capite tertio quasdam nigras defcripfimus fpecies, hæc enim planta marina fimplicem quoque erigit modo caulem, a feptem ad decem & undecim pedes longum, excepto extremo filo, quod plerumque tanquam inutile abruptum eft. Ejus craffities eft a penna ad digitum, inque vetufto inferior pars plerumque trigona eft, fed oris rotundis, fuperior vero rotunda.

Teneri plerumque rotundi funt, per longitudinem ftriati, fed tam fubtiliter, ut vix dignofci poffit. Externe obductus eft cortice rubro, tenui, & quodammodo granulofo, qui inftar pelliculæ ficcatur, ac facile feparari poteft, fub hoc verum reconditur Accarbarium, externe ex cinereo flavum, nunc magis album, nunc magis cinereum.

Color internus idem eft, feu paulo magis obfcurus, fed teneri caules interne magis albent, aliquando pilis magis nigricantibus & decurrentibus notatus. In centro locatur cor tenue & album, circa quod volvuli quidam connexi funt, ipfi arcte incumbentes, fubftantiæ folidioris, durioris, & gravioris quam in nigro Accarbario, ad tactum etiam magis friget. Binaque frufta fibi allifa & adtrita penetrantiffimum præbent corneum odorem cunctorum Accarbariorum, ac præterea toftam olent pinguedinem, ac proinde ingratus eft hic odor.

Aliquando in uno alterove caulis loco prominens confpicitur angulus feu tuber, acfi ramus progerminare voluiffet, quod tamen non ita eft, nunquam enim nigrum vel album Palmijuncum bifidum vidi, licet Moluccani perhibeant, extremum filum aliquando bifurcatum effe, fed quæ extrema pars, uti dictum fuit, nunquam confpicitur, quum a pifcatoribus abrumpitur & abjicitur.

Caulis hic femper rectior eft quam in nigro, paucisque gyris inflexus, excepto ad finem, ubi in magnos finus & circinos inflectitur.

Radix eft tuber conoides, externe glabrum, fubtus concavum, & foraminulis plenum, duris infixum faxis. Teneri caules feu bacelli aliquando tanquam adglutinati funt duris lapillis, immo etiam cœruleis filicibus, qui ictu feparandi funt. Qui vero inradicati funt magnis fcopulis, fine fractura feparari nequeunt, quin fcopulus undique amputandus & cædendus effet. Quo durius fit faxum, cui increfcit, quo durior & gravior eft hæc planta, fed eo minor. Si rubra crufta ficcetur in eo, in hoc uti & in cunctis Accarbariis comperimus talibus cruftis gaudentibus, pluviofis menfibus, vel fi cœlum fit diu humidum & pluviofum femper exfudare & humida effe, unde adjacentibus rebus putredo fæpe cauffatur, hinc optimum eft, rubrum desquamare corticem, & caules rite prius macerari, antequam ficcentur.

Nomen. Latine *Palmijuncus marinus albus*, & *Accarbarium unicaule album*; Malaice *Kalbahaar puti lacki lacki*, h. e. *mas*, pro quo incolæ cuncta habent monoclona Accarbaria.

Locus. Circa infulam Amboinam non vel raro invenitur, majori copia in Boreali & Occidentali Ceramæ ora, in Manipa & Kelanga. Credo autem ibi frequentius crefcere, fed raro adduci, quum profunde locetur, nec facile adtrahi poteft per hamos vel per retia, ac præterea femper fere crefcit in locis, ubi ingentes funt fluxus, ubi & retia deponi nequeunt. In Moluccis & Papoenfibus infulis copiofius eft, fed fere non educitur nifi a Papowis, qui optimi funt urinatores.

Ufus. A noftra natione potiffimum tanquam aliquid rarum fervatur, uti & hoc dignum eft, quum fit planta marina rara, quum radicis fruftum relinquitur, fed rubra desquamatur crufta. Incolæ, ac præfertim Ternatenfes bacellos ex ejus inferiore parte aliquando formant, tres quatuorve pedes longos, qui natura fua fatis recti funt, & manibus tenentur, licet graves quodammodo fint.

Cæ-

VYFTIENDE HOOFDSTUK.

Het witte Zee-Palmbies.

DE *vyfde zoorte is de* witte Palmijuncus marinus, *gelyk wy boven in 't derde Hoofdftuk eenige zwarte befchreeven hebben, want dit Zeegewas beftaat ook uit een enkelde fteel, van zeven tot tien en elf voeten lang, behalven den uiterften draad, die gemeenelyk als onnut afgebrooken is. De dikte is van een fchaft tot een vinger; aan de oude is het onderfte gemeenlyk driehoekig, dog met ronde kanten, boven rond.*

De jonge zyn doorgaans rond, in de lengte geftreept, dog zoo fyn, dat men 't even bekennen kan. Van buiten is het bekleedt met een roode, dunne, en wat korllige fchorsfe, die als een fchelle opdroogt, en haar ligt laat affchillen. Daar onder leidt het regte Kalbahaar, van buiten graauw-geel, zomtyts witter, zomtyts graauwer.

Van binnen dezelve couleur, of wat donkerder, dog de jonge fteelen zyn van binnen witter, zomtyts met eenige zwartagtige hairtjes, die daar door loopen. In de midden ziet men een dun en wit hert, en daar rondom eenige rolletjes vaft en digt op malkander leggende, van fubftantie vaster, harder, en zwaarder dan het zwarte Kalbahaar, ook in 't gevoelen kouder. Twee ftukken tegens malkander gewreeven, geven den fterkften hoornagtigen reuk onder alle Kalbahaars van haar, daar en boven naar gebrand vet trekkende, en dierhalven onlieflyk.

Zomtyds ziet men op een of twee plaatzen van dezen fteel een uitfteekende hoek of knop, als of 'er een tak had willen uitkomen, 't welk egter zoo niet en is, want ik heb nog den zwarten nog den witten Palmijuncus ooit in tweën verdeelt gezien, hoewel de Moluccanen zeggen, dat de uiterfte draad zomtyds zig in tweën klieft als een gaffel, welk eind, als gezegt, men nooit te zien krygt, om dat het van de Vifschers weg gefmeeten werd.

Deze fteel is ook altyd regter dan aan 't zwarte, met weinige bogten, behalven aan 't einde, daar het in groote bogten en cirkulen begint te krullen.

De wortel is een kegelformige knoeft, buiten effen, van onderen hol, en vol gaten, in harde fteenen vaft gewortelt. De jonge ftokjes zitten zomtyds als geplakt op harde fteenen, zelfs op blauwe keifteenen, die men dan met een flag daar van feparеeren kan. Maar die op groote klippen gewortelt zyn, kan men zonder breeken niet afkrygen, of men moet den klip rondom afkappen. Hoe harder den fteen is, daar het op ftaat, hoe harder en zwaarder dit gewas werd, hoewel het klein blyft. Als men de roode korfte daar aan laat drogen, zal men dan dit, gelyk aan alle Kalbahaars, die diergelyke korfte hebben, bevinden, dat ze in de regenmaanden of by langdurig vogtig weer altyd zweeten en vogtig zyn, 't welk dan aan de omleggende dingen dikwils verrotting veroorzaakt, daarom is het beft, dat men de roode fchorffe affchille, en de ftokken ter degen uitverfe, eer men ze bewaart.

Naam. *In 't Latyn* Palmijuncus marinus albus, & Accarbarium unicaule album; *in 't Maleits* Kalbahaar puti lacki lacki, *dat is het* manneken, *waar voor de Inlanders alle de eenfteelige houden.*

Plaats. *Om 't Eiland Amboina werd het niet of weinig gevonden, meerder op de Noord- en Weftkuft van Ceram, Manipa, en Kelang. Ik geloove egter, dat daar wel meer groeit, maar weinig uitgehaalt werd, om dat het diep ftaat, en niets heeft daar aan de visboek of hoorens der hobbers vatten konnen, daar en boven meeft altyd ftaat op plaatzen daar fterke ftroom gaat, daar men dan geen hobbers leggen kan. In de Moluccas en Papoeas valt het ook abundanter, maar werd fchier niet uitgehaalt dan door de Papoewen, dat treffelyke Duikers zyn.*

Gebruik. *Van onze Natie werd het meeft tot rariteit bewaart, gelyk het ook waardig is, als zynde een zeldzaam Zeegewas, wanneer men een ftuk van de wortel daar aan laat, maar de roode korfte affchilt. De Inlanders, inzonderheid Ternatanen maken 'er zomtyds ftokken van den onderften ftam, drie en vier voeten lank, die van natuur redelyk regt zyn om in de hand te dragen, hoewel ze wat zwaar zyn.*

Aders

Cœterum in brevia cædunt frusta, quæ in usum medicum servantur, hocque habent marem Accarbarii albi, uti subsequens femina est.

Nulla arte extendi vel flecti potest; aquæ enim incoctum extendi quodammodo potest, sed frigefactum in pristinos redit sinus & arcus, sique nimis flectatur, instar vitri frangitur & dissilit, uti supra indicatum est *Plinium* testari de *Junco marino*.

In re Medica nullæ peculiares ejus virtutes mihi notæ sunt, uti & Amboinenses de iis nil norunt. Sed Magnates Moluccani quam maxime gloriantur plura ejus novisse arcana ex more ipsorum fidei, ad virile nempe robur confortandum, & Oleo virilitatis admiscendum, quod ipsorum Reges dicuntur adhibere. Ad hocce Oleum, quantum detegere potui, sumunt recens Calappi oleum, quod præparatum est ex talibus Calappi nucibus, quæ in ipsorum arboribus crescunt ad Orientalem plagam, nec in tali ramo plures una alterave nuce oportet esse. Eliguntque tales arbores, quæ in solo crescunt saxoso, præsertim in talibus rupibus, quæ instar insularum in mari sitæ sunt, quales sunt undique circa insulam Sangir & Siau, in quibus Calappi de industria plantatæ sunt, ac suos habent dominos.

Huic oleo porro admiscetur tenuis farina albi & nigri Palmijunci marini, vel si hac destituantur, subsequens sumunt *Accarbarium pelagium*, cum quibusdam aliis lignis & radicibus mihi ignotis. Plurimum vero oleum conficitur ex Calappi oleo & Accarbario albo tam monoclono quam nodoso & articulato. Quod contritum cum aqua propinari quoque potest, quum ejus sapor non tam ingratus est, quam odor.

Aliquando ostreæ & conchæ hisce Palmijuncis adcretæ sunt, quæ relinquuntur, si conservantur tanquam res curiosæ. Si scopulorum fragmenta, quibus increta sunt, non elegantem habent formam, amputanda sunt, aliique magis regulari silici adglutinanda & transplantanda sunt, in quibusvis enim crescunt duris lapillis, argumento ortum ducere non ex saxi substantia, sed per maris viscum ipsis adglutinari, in quo vis seminalis latet, nutrimentum habentia primarium ex aqua marina, ac partim ex ipso saxo per foraminula ipsorum radicibus supposita, unde ipsorum durities ex saxi natura nunc major nunc minor est.

Vulgatissimi baculi quinque pedes longi sunt, sed maximi, quorum unicum modo vidi, undecim fere pedum longitudinem obtinebat, magnaque tenuis extremitatis pars abrupta erat, optimaque ejus pars, octo pedes longa, anno 1682 magno Hetruriæ duci missa fuit.

Æthiopes hoc quoque utuntur tam externe quam interne, contritum nempe cum aqua propinatur, & externe dicto oleo inlinitur, ad quævis flagitia ludibria pellenda, quæ a malignis hominibus alicui inferuntur, ut talis fit inpotens in lusu Venereo, addentes subsequens album.

Ipsius rasura quoque inlinitur ictibus & morsibus venenatorum animalium ad venenum extrahendum.

Anders kappen zy het in korte stukken, die ze bewaaren tot de Medicyne, houdende 't zelve voor het manneken van wit Kalbahaar, gelyk het volgende voor 't wyfken.

Het laat zig met geen konst rekken of buigen, want in heet water gekookt laat het zig wel rekken, maar koud geworden zynde, keert weder tot de oude bogten, en te zeer gebogen breekt als glas, gelyk boven gezegt is, dat Plinius *van de* Juncus marinus *getuigt.*

In de Medicynen zyn my geene zonderlyke kragten bekent, gelyk ook onze Amboineesen niets daar van weeten. Maar de Moluccaanse Grooten roemen daar van veele secreeten te weeten, na haar geloofsmanier, om de mannelyke kragten te versterken, en onder 't Oleum Virilitatis *te mengen, 't welk men zegt hunne Koningen te besigen. Tot dit Oleum, zoo veel ik heb ervaren konnen, nemen ze versche Kalappus-olye, die gemaakt is van zoodanige Kalappus-noten, de welken aan hunnen boom na 't Oosten groejen, moetende daar en boven aan dien tak niet meer hangen dan een of twee Nooten. Zy kiezen ook zoodanige bomen uit, die op steenagtige gronden staan, inzonderheid op zoodanige klippen, die als Eilandekens in Zee leggen, gelyk daar zyn rondom het Eiland Sangir en Siau, daar de Kalappus-bomen al willens op geplant zyn, en hunne Eigenaars hebben.*

Onder die Olye werd dan verders gedaan, het fyne meel van wit en zwart Palmijuncus marinus, of zoo zy die niet hebben, nemen ze het volgende Accarbarium Pelagium, *met nog zommige houten en wortelen, my onbekent. Dog het meeste word gemaakt van Kalappus-olye, en wit Kalbahaar, zoo eensteelig als geleed. Het gewreeven met water kan men ook innemen, hebbende geen zoo viezen smaak als de reuk is.*

Men vindt zomtyds Oesters en Schulpjes om deze Zeerottangs gegroeit, die men dan daar aan laat, als men ze tot rariteit bewaart. Als de klipjes niet mooi zyn, daar ze op staan, zoo mag men ze afslaan, en op een ander fatzoendelyker keisteen plakken, want ze groejen op alderhande harde steenen, nogmaals tot een bewys, dat ze hunnen oorspronk hebben niet uit de substantie des steens, maar uit den slym door de Zee daar op geplakt, daar de zaadkragt in steekt, nemende haar principaal voedzel uit het zeewater, en ten deelen uit den steen door de kleine gaatjes onder aan de wortel zuigende, waar door hunne hardigheid na den steen vermeerdert en vermindert.

De gemeenste stokjes zyn vyf voeten lank, maar de grootste daar van ik maar een gezien heb, was by de elf voeten lank, en nog een groot stuk van 't dunne eind afgebrooken. Zynde het beste stuk daar van agt voeten lank, Anno 1682. aan den groot Hertog van Toskanen gezonden.

De Mooren gebruiken 't ook zoo binnen als buitens lyfs, te weeten het gewreeven met water ingenoomen, en van buiten met het voorschreeve Olye opgesmeert, om alderhande schelmeryen te verdryven, die door kwade menschen iemand aangedaan werden, om ze onmagtig te maken in 't Venus-spel, daar by doende het volgende witte.

Zyn schraapzel werd ook gestreeken op de steeken, en beeten van venynige gediertens, om het venyn uit te trekken.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Accarbarium album. Calbahaar puti.

Tertia classis Indicorum Coralliorum est *album Accarbarium*, quod pro vero albo Corallio habemus, & in binas dividimus primarias species, in articulatam & integram. Articulata, quam in hoc describemus capite, subdivisa iterum est in speciem litoream, & marinam.

Primo. Litorea seu vulgaris species Accarbarii albi arbuscula est, sesqui & binos pedes alta, multis adsurgens incurvis ramis, qui hic & illic sibi adcreti sunt, vel crassos transversales ramos emittunt.

Truncum gerit non erectum, sed plerumque inclinantem, pollicem crassum, cui alii increscunt rami, ac talium truncorum plures sæpe una ex radice progerminant, qui intricatam tum formant arbusculam, omnesque intricati sibi adcrescunt. Occurrunt tamen etiam aliquando quædam, quæ brevem, simplicem, & erectum gerunt truncum, satisque rectos ramos, seu parum ad unum inclinantes latus.

Rami compositi sunt ex brevibus nodis seu articulis, transversalem digitum longis, nunc majoribus, nunc minoribus, externe albis, seu pallide cinereis, & profunde striatis, seu sulcatis. Inter articulos sinus est, quo sibi invicem tanquam collo adhærent, hocque collum nigra pellicula tectum est, tam arcte saxo adcumbente, ut vix abradi possit, atque hæc nigra pellicula ad aliquam partem per albos transit articulos, per quam hi sibi invicem nectuntur, omnes enim articuli non continua, sed contigua substantia sibi cohærent, quivis enim articulus separatim abrumpi potest, tumque extremitates striatæ conspiciuntur, prominensque sulcus articuli quadrat cum incisione alterius, ita ut tota planta coadunata hæreat instar articulorum Equiseti, vel magis proprie instar tertiæ & nodosæ speciei Kaly, in Zelandiæ insulis crescentis, quæ peculiariter *Salicornia*, Zelandis *Soutenelle*, *Souterig*, & *Zeekraal* vocatur.

Rami, articuli, & colla non unicam & regularem habent proportionem, inferiores enim breves sunt, minimum digitum crassi, superiores culmum crassi, ac vix digiti articulum longi, semper brevibus nigris collis intermediis, fere instar articulorum caudæ Scorpionis, quæque in sicca arbuscula facile decidunt, si tractentur. Quædam vero arbusculæ nigra ista colla gerunt longiora articulis, aliæ articulos tam longos, & colla tam angusta, ut unicam continuam partem referant. In trunco & inferioribus ramis nigra ista colla plerumque etiam excreta sunt, sed quæ externe unica pars esse videntur, si vero confringantur vel fricentur, semper residuum istius nigræ pelliculæ detegi potest.

Tota arbuscula externe obducta est cortice crassiusculo, cinereo, fragili, & arenoso, qui arbusculæ sub aqua speciem præbet silvæ junceæ fluxu fluctuantis, atque hinc inperiti judicarunt, cunctas Coralliorum arbusculas in mari adhuc positas herbaceas esse, lapideamque duritiem adquirere primum in aëre; licet concedam, uti sæpius id dixi, sub aqua flexiliores esse.

Arbusculæ recenter protractæ per mensem pluviis & vento exponendæ sunt, ut cinereus cortex mollescat, qui tum facile abradi, vel penicillo detergeri potest. Truncus & inferiores rami sub aqua jam istam amiserunt crustam, sed ibi adcreta est alia calcea substantia, quæ firmior adhæret, nec nisi rasura separari potest. Depurata arbuscula subtus pallide cinerea est, intermixto aliquando cæruleo, aliquando luteo colore, superiores rami albi penitus sunt, interne ex albo glacialem habent colorem cum albo parvo corde instar surculi juncei, circa quod bini tresve volvuli locantur, omnes substantiæ saxosæ & solidæ, quæ supra porphyritim tenuis conteri potest.

Frusta & rami, diu in litore decumbentes, per mare rotundi & glabri redduntur, ita ut striæ fere aboleantur, tantamque adquirunt duritiem, ut non facile frangantur. Si allidantur contra sese invicem, siliceum quasi fundunt odorem, admisto odore tosti panis, quoque odor minus silicinus fit, eo præstantior censetur.

Radix

SESTIENDE HOOFDSTUK.

Het witte Accarbaar.

Het derde geslagt van de Indiaansche Koraal-boompjes is het witte Kalbahaar, *'t welk wy voor een witte Koraal houden. Verdeelt in twee hoofd-zoorten, ten eerste geleedde, en ten tweeden de geheele. Het geleedde, 't welk wy in dit Hoofdstuk beschryven, is weder verdeelt in een strand en zee-zoorte.*

1. *De strand of gemeene zoorte van wit Kalbahaar is een boompje, anderhalf en twee voeten hoog, met veele kromme takken opschietende, die hier en daar aan malkander vast gegroeit zyn, of dikke dwerstakken na malkander zenden.*

Het heeft geen regte, maar gemeenelyk een leggende stam, een duim dik, waar op de andere takken staan, in zulke stammen komen dikwils meer als een uit eenen wortel, die dan een verwert boompje maken, alle met haken en oogen aan malkander vast. Men vindt 'er egter ook, die een korte, enkelde, en staande stam hebben, met redelyke regte takken, of een weinig na de eene zyde hellende.

De takken zyn gemaakt van korte leden, een dwersvinger lang, zommige meer, zommige min, van buiten wit of ligtgrauw, en diep gestreept. Tussen de leden is een keep, waar meede zy als met een hals aan malkander hangt, zynde dezen hals met een zwart huideken bekleedt, zoo digt aan den steen leggende, dat men 't kwalyk afschrapen kan, en gaat dit zwart velleken ook een stuk weegs door de witte leden, doende de zelve aan malkander hangen. Want alle leden zyn niet doorgaande aan malkander vast gegroeit, maar als op malkander vast gezet, want men kan lid voor lid afbreeken, en dan ziet men de eindens gestreept, passende de uitsteekende voor van 't eene lid in de groefjes van 't andere, zoo dat het geheele gewas aan malkander hangt, gelyk de leeden van 't kruid Peerdesteert, of nog eigentlyker, gelyk de derde en geknopte zoorte van Kaly, in de Zeeuwse Eilanden groejende, in 't byzonder Salicornia, *in 't Zeeuws* Soutenelle, Souterig, *en* Zeekraal *genaamt.*

De takken, leden, en halzen, hebben ook niet eenderlei proportie. Want de onderste zyn kort, en een pink dik, de bovenste een stroohalm dik, en schaars een lid van een vinger lang, 't elkens met kleine zwarte halzen tussen beiden, schier als de leden van een Schorpioensteert, en aan 't gedroogde boompje ligt afvallende, als men ze handelt. Wederom hebben zommige boompjes de zwarte halzen langer dan de leden. Andere leden zoo lang, en de halzen zoo smal, dat ze een stuk schynen te zyn. Aan den stam en onderste takken zyn de zwarte halzen ook ordinaris uitgegroeit, van buiten genoegzaam schynende een stuk te zyn, maar als men ze breekt of wryft, zoo kan men altyd eenige restantjes van dat zwarte velleke daar in vinden.

Van buiten is het geheele boompje bekleedt, met een dikagtige, grauwe, brosse, en zandige schorsse, de welke het boompje onder water, de gedaante van een Biesenbos geeft, met den stroom heen en weder dryvende, en de onervarene heeft doen oordeelen, dat alle Koraalboompjes in Zee nog staande, kruidagtig zyn, en de steenhardigheid eerst in de lugt verkrygen. Hoewel ik toesta, gelyk meermaals gezegt, dat ze onder water buigzamer zyn.

De vers uitgehaalde boompjes nu, moet men een Maand in regen en wind leggen, op dat de grauwe schorsse murw werde, die men dan ligt afwryven, of met een borsteltje afschuren kan. De stam en onderste takken hebben al onder water deze korste verlooren, maar groejen van onder op met een ander kalkagtige korste, die 'er vaster aanhangt, en niet dan met schrapen af te krygen is. Het schoon gemaakte boompje is van onderen ligt-grauw, daar zomtyds wat blauws, zomtyds wat geels onderspeelt, de bovenste takken zyn zuiver wit, van binnen is het uit den witten, ysverwig, met een klein wit herte, als een beesem-rysken, daar men twee of drie rollen ziet omleggen, alle van een steenharde en digte substantie, die zig op een steen fyn laat wryven.

De stukken en takken, die lange op strand leggen, werden door de zee rond en glad geschuert, zoo dat ze de streepen schier verliesen, en zoo hard werden, dat ze niet ligt breeken. Tegen malkander gewreeven ruiken een weinig keiagtig, daar den reuk van geroost brood onder loopt, en hoe minder den keiagtigen reuk is, hoe beter men 't houd.

De

Radix cum inferiore trunci parte variis eminentiis & cavitatibus in saxis duris adeo intricata est, ut vix separari possit, unde & radix vulgo projicitur. In ramis hic & illic quædam conspiciuntur verrucæ intus concavæ, acsi vesiculæ essent.

Secundo. Species marina similis est arbuscula, sed tota ejus forma hominibus huc usque incognita est, quum nil nisi frusta & rami ejus conquiri possint, ex quibus deduci potest, non multum a priore abludere, nisi quod ramos gerat majores & crassiores, alioque formatos modo. Inferiores enim rami palmam vel spithamam longi sunt, digitum vel pollicem crassi, ac parva vel fere nulla nigra gerunt colla, si vero parva vi confringantur, semper in articulis franguntur, in quibus juncturæ dignosci possunt, superius alii, sed pauci breves observantur rami, qui albos articulos & nigra gerunt colla, instar prioris, sed hæc firmius sibi adhærent, & magis polita sunt.

Crassi rami utcumque etiam politi sunt, in quibus vix Corallinæ striæ dignosci possunt, oblique, & per longitudinem decurrentes.

Externe squalide flava est instar Eboris sordidi, ac tempore cinereum contrahit colorem, interne album est instar vulgaris Eboris, corde albo sed parvo constans, circa quod obscuri undique conspiciuntur volvuli, cum quibusdam residuis nigræ pelliculæ, præsertim in fractis articulis.

Videtur enim in initio penitus articulatam esse instar prioris, sed dein externe alba obduci, & concretam esse substantia, qua nigræ teguntur pelliculæ, quæ tum internæ sunt. Nunquam cortice tectæ conspiciuntur, quum plerumque vetustæ sunt, si per mare projiciantur, raro enim ipsarum rami cum hamis adtrahuntur, qui nil aliud nisi mucosum quod adpensum habent.

Substantia hujus Accarbarii lapidea penitus est, sed levior præcedente, & frusta sibi invicem allisa obtusum præbent sonitum, acsi lignum ipsis admistum esset, quod enim sonum edit puri saxi, non tam præstans censetur, quale & id est, quod in litore diu volutum est, hoc enim per solem & mare nimis emaciatum est. Ejus qualitas & virtus ex eo quoque detegitur, si inter fricandum paucum fundat silicinum odorem, sed majorem tosti panis, quem etiam in aqua contritum servare oportet, si propinetur. Alia porro hujus experimenta mox subsequentur.

Circa Nussanives angulum, ubi maris fundus quam maxime saxosus est, similis crescit arbuscula in mare profundo, cujus plurima frusta anno 1675 in litore ejus Zephyreo inveni, cuncta eleganter alba instar Eboris, tam glabra erant voluta, ut vix Corallinæ venulæ in iis detegi possent, cunctaque instar saxi dura, & sibi invicem allisa sonora, quædam vero tam subtilia erant quam metallum vel frustum Porcellanum. Diffracta hæc frusta interne articulos suos exhibebant, sed nigræ pelliculæ nil fere supererat, atque cor in plurimis frustis adeo conmolitum erat, ut facile conteri & perterebrari posset, unde & amuleta ex iis confici curabam.

Albissima frusta ultra pennam crassa, & candelæ obversa semi pellucida erant, ita ut distincte nigri articuli in iis notari possent. Puto cuncta hæc frusta non longe dispersa unius fuisse arbusculæ, quæ præcedenti anno per ingentem terræ motum eradicata, & contra durum & ferreum litus projecta in frusta ista fuit comminuta & dispersa. Aliquot dein post annos mense Novembri idem litus per meos pueros jussi examinari, qui alia iterum invenere frusta, sed non tam copiosa quam prima vice, usque in septimum annum.

Ex quibus concludo, plures tales arbusculas in isto locari mari, quarum maturissimi rami quotannis separantur, & in litus projiciuntur, quales in Bandæ insulis, Poeloay, Peloron, & Rossingeyn in quibusdam annis reperiuntur, cunctaque hæc frusta sordide alba, saxea, & polita reddita sunt, non multum diversa a Nussanivensi.

Alia porro primæ speciei varietas a pueris meis in insulis Loessa pynjoe inventa fuit, quæ articulos gerebat longissimos, ac fere sine istis nigris collis, profunde sulcatos, & sonitum edentes, nec facile frangentes, sed odor non tam præstans erat quam prioris. Mare ibi tam vehementes agit fluxus & æstum, ut totæ arbusculæ in litus projici non possint, quum in frusta mox dissiliebant, rami tamen erant ultra pollicem crassi.

Nomen.

De wortel met den ondersten stam is met verscheiden bulten, en bolligheden in den Kraalsteen zoo verwert, dat men ze kwalyk separeeren kan, daarom men de wortel meest weg smyt. Hier en daar aan de takken ziet men eenige wratten, binnen hol, al of het blaasjes waren.

2. De Zeezoorte is diergelyke boompje, dog zyn gehee-le gedaante is de menschen nog meest onbekent, want men niet dan stukken en takken daar van heeft, waar uit men afnemen kan, dat het niet veel van de voorgaande verschille, dan dat het grooter en dikker zy, en wat anders geteekent. Want de onderste takken zyn een hand of span lang, een vinger of duim dik, hebben kleine of schier geene zwarte halzen, egter als men ze met een klein geweld in stukken breekt, zoo geschiedt dat altyd in de leden, daar aan men de t'zamenvoegingen bekennen kan, boven zyn andere, dog weinige korte takken daar aan, die hare witte leden en zwarte halzen hebben, gelyk het voorgaande, dog vaster aan malkander houdende, en glad gesleepen.

De dikke takken zyn ook meest glad, daar aan men effen de Koralyne streepen kennen kan, schuins, en in de lengte gaande.

Buiten is het vuil-geel, als besmeert Yvoor, en besterft met 'er tyd wat grauwagtig, binnen is het wit, gelyk ordinaris Yvoor, ook met een klein wit hertje, daar men rondom donkere rollen ziet, met eenige overblyfzels van 't zwarte vliesje, byzonderlyk in de gebrooke leden.

Want het schynt, dat het in 't eerste altemaal geleedt is, gelyk het voorgaande, maar daar na van buiten met de witte substantie begroeit, waar door de zwarte velletjes binnen steeken, en bedekt blyven. Men heeft ze nooit met een schorsse gezien, om dat het meerendeels oud is, als het door de Zee uitgespoelt werd. Want zelden haalt men takken op met een Vishoek, die niet anders dan een slymerigheid om zig hebben.

De substantie dezes Kalbahaars is wel steenhard, zy moet egter ligter zyn dan het voorgaande, en de stuken tegen malkander geslagen moeten een doove klank geven, als of 'er hout onder gemengt was, want het geene als pure steen klinkt, werd voor zoo goed niet gehouden, gelyk het geene, dat lange op strand gerolt heeft, zynde door de Zon en zee te zeer versteent, zyne deugd kent men ook daar aan, als het in 't wryven weinig van de keiagtigen, maar meer van den geroosten broods reuk heeft, die het ook in 't water behouden moet, als men 't indrinkt, nog andere preuven ziet kort hier naar.

Omtrent de hoek van Nussanive, daar de grond der Zee zeer steenig is, groeit diergelyke boompje diep in Zee, waar van ik anno 1675. op deszelf Zuidstrant veele stukken gevonden hebbe, al te maal schoon wit als Yvoor, zoo glad gerolt, dat men effen de Koralyne adertjes daar aan bekennen konde, al te maal steen hart, en tegens malkander geslagen, klinkende zommige zoo fyn als Metaal of Porcelein. In stukken gebrooken, bevont men, dat ze van binnen hunne leden hadden, dog van 't zwarte vliesken kost men schier niets vinden, ook was het herd in de meeste stukken zoo vergaan, dat men 't ligt bryzelen en doorbooren konde, weshalven ik daar Koralen van liet drajen.

De witste stukjes ruim een schaft dik, tegens een kaarsse gehouden, waren half doorschynend, zoo dat men bescheidentlyk de zwarte leden daar in bekennen konde. Ik giste, dat alle deze stukken niet ver van malkander verstrooit leggende, van eenen boom waren gekomen, die in 't voorgaande jaar door dat groote aardbeeven uitgewortelt, en tegens dien yseren strand in stukken mogte geslagen zyn, maar na eenige jaren in November, den zelven strand door myne Jongens latende visiteeren, hebbe al wederom andere stukken gevonden, dog zoo veel niet als in 't eerste maal, tot in 't zevende jaar toe.

Waar uit ik besluite, dat veele boompjes in dezelve Zee mosten staan, waar van jaarlyks de rypste takken werden afgeslagen en opgespoelt. Zoodanig als men in de Bandasche Eilanden, Poeloay, Poeloron, en Rossingeyn, in zekere jaren veele van deze stukken vindt, alle vuil-wit, steenhard, en glad geschuert, van de Nussanivisse niet verschillende.

Nog een andere veranderinge van de eerste zoorte, heb ik op de Eilandekens Loessa pynjoe, door mynen jongens gevonden. Hebbende zeer lange leden, schier zonder zwarte halzen, diep gestreept, en klinkende, niet ligt breekende, van reuk zoo goed niet als het voorgaande. De Zee brand daar zoo hard aan, dat men geen geheele boompjes aan strand koste brengen, of wierden in stukken geslagen, egter bleeven 'er takken aan, ruim een duim dik.

Naam.

Nomen. Latine *Accarbarium album*; Malaice *Kalbahaar puti parampuan*, h. e. *Femina*, quum præcedens monoclonos pro mare habeatur, ac solummodo *Kalbahaar puti* dicitur.

Carolo Clusio libr. 6. Exotic. cap. 8. vocatur *Hyppuris saxea*, ejusque tenuem depinxit ramulum, sed ex descriptione adparet, ejus naturam & qualitatem tunc temporis nondum fuisse cognitam. Prima species dici posset *Accarbarium album litoreum*. Altera *Accarbarium album pelagium*, & cum ratione etiam *Corallium album Indicum*, nomen enim *Hippuris* minus vile est huic nobili plantæ, licet per articulos suos optime illam æmuletur plantam. Amboinice *Hatuëbu pute*, populis Ceramæ Orientalis *Sgaro futi*. Hitoenses vocant *Accarbarium pelagium* haud male *Hatu luli*, h. e. *Os saxeum*, quum æque ossa quam saxa referat, ipsisque in usu quoque est ad Choleram, omnesque ardores.

Locus. Prima seu litorea species vulgaris est circa Amboinæ & Moluccæ insulas, ubique ubi plana sunt litora, & ingentes portus, in quibus ista alba Corallia frequentia sunt, quæ dein describentur. Nunquam enim, quantum novi, in aliis id vidi crescere lapidibus. Plurimum Amboinense reperitur in fretis Boeronis, Amblauæ, Manipæ, ora Boreali Ceramæ, ac præsertim in sinu Kauwæ, in profunditate binarum & quatuor orchiarum aquæ, immo aliquando defluente aqua nudum conspicitur.

Secunda species carissima est, ac raro reperitur, quum in profunditate sexaginta & nonaginta orchiarum crescit, cujus nil nisi delapsi & abrupti rami conspiciuntur. Optima invenitur circa istas Bandæ insulas, præsertim in submersa Rossingeyna, quæ jam ad profunditatem quarundam orchiarum sub aqua sita est.

Secundum locum obtinet Ternatense, quodque invenitur circa insulam Bonoam, Assahœdi, Kauwan, & sinum Hatœwes. Tertium locum sibi vindicat Nussanivense.

Reperitur quoque in insulis ante Johor sitis, sed raro, ac porro in boreali Borneo & Celebis ora. Ejus pretium est aliquando sesqui, immo duplex pondus argenti, secundæ nempe sive marinæ speciei, prima enim multo vilior est.

Usus. Omne Accarbarium album tam litoreum quam pelagium ab incolis hujus Orientalis Archipelagi in magno habetur pretio, & apud eos tanti fit, quanti apud nos Corallia rubra, immo apud quosdam multo pluris, præsertim apud Ternatenses, cujus rei justam haberent rationem, si vires possideret, quas ipsi tribuunt, sed quæ a nostra natione nondum inquisitæ vel acceptæ sunt, licet incolæ id audacter perhibeant.

Generaliter ipsi virtus tribuitur venenum resistendi, cor confortandi, ardorem febrilem minuendi, ac fervorem stomachi & bilis, ut & quamvis Choleram sedandi. Nullumque antidotum ab hoc Orientali populo præparatur, in quo hoc Accarbarium album non tanquam basis est, licet alias etiam admisceant species, præsertim cineream & nigram, cum quibusdam conchis & ossibus tam marinorum quam terrestrium animalium. Qualia sunt Corallia rubra, Ebur, dentes piscis Doejong, Cornu Cervi, Solenes integri &c. Album sive solum, sive cum nigro mixtum propinatur, si quis adsumpserit fortissima & cerrosiva quasi purgantia.

Item contra Choleram, æstum bilis, & vomitus vehementes, contra quemvis noxium cibum & Boletos. Aurum, argentum, Perlæ, Smaragdæ, & Granatus, vel hisce adfines in minori dosi ipsis admiscentur contrita, hæc non tantum veneno resistunt, sed etiam quibusvis malitiis & vitiis, quæ alicui adferuntur per potus amatorios ex incolarum opinione. Aurum vero & argentum ex meo judicio magis proficuum est crumenæ, quam hominis stomacho.

Album sive solum sive cum cinereo mixtum, & cum aqua contritum, propinatur in ardentibus febribus ad æstum minuendum, & cor confortandum. Post peractam purgationem exhibetur quoque ad Gonorrhæam subprimendam, ut & ad album feminarum fluxum. Ad plura alia vitia & morbos in usu est apud Incolas, sed quorum non tantam habemus experientiam quam priorum.

Quum

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium album; *in 't Maleits* Kalbahaar puti parampuan, *dat is het wyfken, om dat het voorige eensteelige voor 't manneken werd gehouden, en slegts* Kalbahaar puti *genaamt.*

Carol. Clus. lib. 6. Exotic. cap. 8. *noemt het* Hyppuris saxea, *en heeft een dun takje daar van doen afteikenen, dog uit de beschryvinge blykt, dat zyne natuur en deugden doenmaals nog niet bekent zyn geweest. De eerste zoorte mag men noemen* Accarbarium album litoreum. *De tweede* Accarbarium album pelagium, *en met reden ook* Corallium album Indicum, *want de naam* Hyppuris *is te slegt voor dit edel gewas, hoewel 't met zyn leden zeer wel na dat kruid gelykt. In 't Amboinse* Hatuëhu pute, *by de Oost-Cerammers* Sgarofuti. *De Hitænsers noemen het zee Accarbaar niet qualyk* Hatu luli, *dat is een steenig been, om dat het zoo wel beenen als steenen verbeelt, en is by haar in gebruik tot het Bort, en allerhande brand.*

Plaats. *De eerste of strandzoorte is gemeen, omtrent deze Amboinsche en Molukse Eilanden, over al, daar vlakke stranden en groote Reeven zyn, waar op het vol van die witte Kraalsteenen is, die hier na zullen beschreeven werden. Want ik heb het mynes erinners nooit op andere steenen zien wassen. Het meeste Amboinse werd gevonden op de Reeven van Boero, Amblau, Manipa, de Noordkust van Ceram, inzonderheid in de bogt van Kauwa, op de diepte van twee en vier vademen waters, ja zomtyds valt het met laag water schier bloot.*

De tweede zoorte is zeer duur, en werd weinig gevonden, om dat het op festig en tnegentig vademen diepte wast, waar van niets dan de afgevalle, en afgescheurde takken voor den dag komen. Het beste vindt men omtrent de voornoemde Bandase Eilanden. Inzonderheid op het verdronken Rossingeyn, dat nu eenige vademen diep onder water leid.

De tweede prys geve ik aan 't Ternataansche, en het geene gevonden wort omtrent het Eiland Bonoa, Assaboedi, Kauwa, en de bogt van Hatoewe. De derde plaats mag het Nussaniwisse behouden.

Men vindt het ook in de Eilanden, die voor Johor leggen, dog weinig, en voorts op de Noordkust van Borneo en Celebes. Zyn prys is zomtyds anderhalve en dubbelt gewigts silvers, te weeten van de tweede of Zeezoorte, want de eerste is veel slegter.

Gebruik. *Al het witte Kalbahaar zoo strand als zeezoorte, werd by de Inlanders dezes Oosterschen Archipelagus in groote agting gehouden, en by hunlieden zoo hoog geagt, als by ons de roode Koraalen. Ja by sommige nog veel meer, inzonderheid by de Ternatanen, waar toe ze goede reden hadden, indien het van die kragten was, die ze hem toeschryven, dog by onze Natie nog niet ondersogt of aangenomen, hoewel de Inlanders zeer vast daar op staan.*

In 't generaal werd hem de kragt toegeschreeven, het venyn te wederstaan, het hert te sterken, de brand in de koortzen te verminderen, en het woeden van de maag en galle, en alderhande hord te stillen. Daar werd geen tegengift van deze Oostersche Natie toebereidt, daar in het witte Kalbahaar niet het fondament zy, hoewel ze de andere ook mede daar by mengen, voornamentlyk het zwarte en grauwe, met nog eenige Hoornen en Beenderen zoo uit zee als landgediertens. Als Bloed-koralen, Yvoor, Tanden van den Vis Doejong, Herteboorn, Solenes integri, of Zeepypen &c. Het witte alleen, of met de zwarten gemengt, geeft men in, als iemand scherpe Corosyve Purgatien ingenomen heeft.

Item tegens het Bord, woeden der galle, en heevig braken, tegens alderhande schadelyke kost, en Kambernoelien. Gout, Zilver, Peerlen, Smaragden, en Granaten, of hare medezoorten in kleine quantiteid daar onder gewreeven, resisteeren niet alleen het venyn, maar ook alle schelmeryen, en kwalen, die iemand door liefdranken aangedaan werden na de manier der Inlanders. Dog na myn oordeel, gout en zilver meer goet in de beurs als in 's menschen mage doet.

Het witte alleen of met het grauwe gemengt, en gewreeven met water, geeft men te drinken in heete koortzen, om den brand te minderen, en het hert te sterken. Na gedaane zuivering werd het ook ingegeven om Gonorrhæam te stoppen, en den witten vloedt der Vrouwen. Tot veel andere gebreeken meer gebruiken 't de Inlanders, waar van wy zoo veel experientie niet en hebben, als van de voorgaande.

Dewyl

Quum incolæ in ea versantur opinione, Accarbarium diu in litore depositum petræfactum esse, ac multum perdidisse de ejus virtutibus, hinc ad usum medicum nulla alia volunt adhibere frusta, quam quæ ab urinatoribus piscatoribusve per hamos recentia ex mari producta sunt, vel saltem non diu in litore decubuerunt.

Nihilominus tamen de cunctis dubitant frustis, ipsorumque vires explorantur per artem quandam, qua non modo quodvis Accarbarium examinant, sed quasvis etiam mesticas, quæ sunt lapides ex animalibus, fructibus, & lignis petiti, an boni sint valoris nec ne, hoc autem fit per succum Limonum acidorum, quem in finem Limonellus, seu Limon Nipis optimus est, dictæ enim res in eo tentatæ statim ebullire vel bullas undique emittere debent, si ex ipsorum sententia bonæ sint notæ.

Quum vero istud tentamen & experimentum non certum est, multosque elegantes perdit lapillos seu mesticas, quæ splendorem amittunt, ac præterea putamus injustam de Accarbario ferre sententiam, si id habeant enervatum, quum aliquamdiu in litore procubuerit, nisi esset totum petræfactum, cariosum, vel foraminibus exesum, hinc præferimus supra memoratos characteres optimorum frustulorum ad Accarbarium pelagium memoratos (hoc enim fere solum ad usum Medicum eligitur, ac litorea species non nisi defectu pelagii) nempe ne minis saxea sint, neque sonum edant instar lapidis, sed ipsorum pondus fit medium inter lignum & saxum, ac sonus obtusus, & odor instar panis tosti. Attamen Lectori tradam experimenta, quæ cum succo Limonum institui in variis rebus, uti sequentia id indicant exempla.

Nigri Accarbarii ramosi inferiora frusta, binos crassa pollices, in Limonum succo inposita mox ebulliunt copiose, sed superiores rami vix vel non. Hoc idem obtinet in nigro monoclono Accarbario, omnique, quod corneæ est substantiæ. Inter album Accarbarium maxime æstuat Amboinense articulatum, seu litorea species, quæ tamen vilior censeur Pelagio, ac Ternatense articulatum, quod pluris fit, magisque lignosum est, vix ebullit.

Nussaniviense pelagium vix vel tarde ebullit. Ejusque frusta, quæ sonum edebant saxeum, fortiter ebulliebant, uti quoque Corallium rubrum ramosum, quorum optimum censetur, quod per senectutem a mari sponte ejicitur. Cinerea crusta Accarbarii nigri tarde nec copiose ebullit. Sic quoque facit crassa testa Bia Garu, si per aliquot tempus in succo deponatur. Cunctum cinereum & lignosum Accarbarium vix ebullit, sed ramosum magis monoclone. Corallium rubrum spurium cito & copiose ebullit.

Pupilla vel integumentum majoris Matta bœlang, quod *Auris gigantum* vocatur (estque cornu forma Limacis, sed magnitudinem habet capitis infantis, interne elegantis Perlariæ substantiæ, externe rugosum & obscurum) sique in eo tenetur, tarde sed dein fortiter coquit. Cornu, Ebur, dentes, & ossa piscium & animalium nullo modo ebulliunt. Inter Mesticas solummodo eæ coquunt, quæ non pellucidæ sunt, licet claræ & albæ, sed splendorem per eum perdunt succum, unde tentamen per Limonum succum incertum est, & rejiciendum.

Aliæ Mesticæ sive pellucidæ sive obscuræ, duræ, & ex animalibus productæ, & licet genuinæ, nullo modo ebulliunt. Ex quibus Lector determinare potest incertitudinem horum experimentorum, quibus statuitur, verum album Accarbarium oportere ebullire, & ex quibus simul patet, multas præstantes & veras species Accarbarii vix vel non coquere, & contra istud spurium rubrum Accarbarium æstuat quam maxime.

Ut nunc iterum redeamus ad vires albi Accarbarii, sub quo semper binas intelligimus dictas species, licet *Pelagium* præferatur, sic vidi præ aliis id adhibitum fuisse in Amboinensi exercitu, in quo Hæmoptœ & fluxus Dysentericus plerumque prædominant, ad quos morbos Accarbarium quam maxime in usu est, sed potissimum in primo seu Hæmoptœ, uti & in secundo seu isto fluxu, qui suspicabatur ortum suum habere ex noxio quodam & quasi corrosivo cibo, qui in exercitibus aliquando sine discrimine ingeritur.

Hunc

Dewyl nu de Inlanders in dat gevoelen zyn, dat het Kalbabaar langen tyd op strand gelegen hebbende zeer versteent, en veel van zyn kragt kwyt zy, zoo willen ze tot de Medicyne geen andere stukken hebben, dan die door de Duikers of Vissers met een visboek vers uit zee gehaalt zyn, of immers niet lang op strand gelegen hebben.

Niet te min twyffelen ze aan alle stukken, of die nog kragtig zyn, waar toe ze dan een zeker konststukje hebben, om niet alleen al het Kalbabaar, maar ook alle Mesticas (dat zyn steenen uit gediertens, vrugten, en houten gehaalt) te probeeren of ze nog goed zyn of niet, dit geschiedt door sap van zure Lamoenen, waar toe de Limonellus of Limon Nipis de beste is, want de voornoemde dingen daar in gesteeken, moeten terstont kooken, en bobbels rondom haar opwerpen, zoo ze na haar gevoelen nog goed zyn.

Maar dewyl de voorschreeve proeve niet vast gaat, veele mooje steentjes bederft, en van haar glants berooft, daar en boven oordeelen wy, dat ze het Kalbabaar ongelyk doen met het zelve voor kragteloos te houden, als het een tyd lang op strand heeft gelegen, 't en ware dat het geheel versteent, uitgemolsemt, en met gaten doorvreeten was, zoo hou ik 't met myn bovengestelde kenteeken, van de kragtigste stukjes onder het Accarbarium Pelagium (want dit schier alleen tot de Medicyn verkoozen werd, en de strandzoorte niet dan by gebrek van 't Pelagium) te weten, dat ze niet te steenig moeten zyn, nog klinken als steen, maar dat ze een middelzwaarte tussen hout en steen moeten hebben, een doove klank en reuk, als geroost brood. Ik zal egter den Lezer mededeelen, wat voor experimenten ik met het Lamoensop aan verscheide dingen gebad hebbe, gelyk by volgende exempelen blykt.

Van het zwarte getakte Kalbabaar de onderste stukken, twee vingeren dik, in de Lamoensop gestooken, kooken terstont, en veel, maar de bovenste takken weinig of niet. Zoo doet ook mede het zwarte eensteelige Kalbabaar, en al het geene dat hoornagtig van substantie is. Onder het witte Kalbabaar kookt het Amboinsche geleedde of strandzoorte op 't allermeeste, die nogtans voor slegter gebouden werd dan het Pelagium, en het Ternataanse geleedde, dat hooger geagt werd, en houtagtiger is, kookt weinig.

Het Nussanivisse Pelagium kookt matelyk, dog langzaam, en die stukken, die daar onder klonken als steen, kookten sterk, gelyk ook dede het Vaderlantsche Bloed-koraal in takken, waar onder men nogtans voor de beste hout, die door ouderdom van de zee zelfs uitgeworpen werden. De grauwe korste van zwart Kalbabaar kookt langzaam en niet veel. Zoo doet ook de dikke schale van de Bia garu, als men ze wat lange in het sap hout. Alle het grauwe en houtagtige Kalbabaar kookt weinig, dog het getakte meer dan het eensteelige. Het roode bastaart Koraal kookt haastig en veel.

Het oog of dekzel van de groote Matta boelang, anders Auris gigantum, dat is Reusenooren genaamt, (zynde een hoorn van gedaante als een Alykruike, dog zoo groot als een kinder hoofd, van binnen schoon Perlemoer, van buiten ruig en donker) daar in gehouden, begint langzaam, maar kookt daar na sterk. Hoorn, Yvoor, Tanden, en Beenderen van Vissen en Gediertens, willen gants niet kooken. Onder de Mesticas kooken alleenig, die niet doorschynend zyn, hoewel helder en wit, maar verliezen daar door haren glants, daarom deze proeve door Lamoensop verwerpelyk is.

Andere Mesticas, die doorschynend zyn of donker, hard, en uit gediertens komen, al zyn ze opregt, willen egter niet kooken. Waar uit de Leezer afneemen kan de onzekerheid van deze proeve, waar by toegestaan werd, dat het opregte witte Kalbabaar wel kooken moet, maar waar uit ook blykt, dat veele goede en opregte zoorte van Kalbabaar niet of weinig kooken, daar en tegen dat lompen roode Kalbabaar kookt op 't meeste.

Om nu weder tot de kragten van 't witte Kalbabaar te komen, daar onder wy altyd de twee voornoemde zoorten zonder onderscheid verstaan, hoe wel 't Pelagium *altyd voor getrokken werd, zoo heb ik gezien onder anderen 't zelve gebruiken in de Amboinse Veltleegers, daar bloedspouwen en bloedgank gemeenlyk regeeren, tot de welke het Kalbabaar gebruikt werd, dog meest in 't eerste bloedspouwen, als mede in 't tweede, dat gepresumeert wierde zyn oorzaak te hebben uit eenige schadelyke Corrosieve kost, diergelyken in de Leegers zomtyds zonder onderscheid genuttigt werd.*

Hier

Hunc in finem quidam sumunt album & nigrum Accarbarium cum rubri Sandali anatica parte supra porphyritim contrita, quæ pulpa per aliquot dies cum aqua propinatur, & etiam adhibetur in mictu cruento & dolorifico in Gonorrhæa & Dysuria. Contra Hæmoptœn & tussim cruentam, quæ ex acri oritur materie, & alicui ab exteriore causa adlata est, istis Accarbariis jungendi sunt dentes piscis Dœjon, simul cum aqua contriti & propinati.

Ceramlauenses, & incolæ insularum ad Eurum sitarum iis quoque utuntur contra Cephalalgiam ex ardore vel solis æstu ortam, cum aqua contritis & propinatis, unde levis sudor oriri debet, si boni sit successus. Hoc aliaque Accarbaria saxosa neutiquam more Pharmacopæorum in mortariis æneis contundenda sunt, unde ingratum aheneum conquirunt saporem, & vomitum caussant.

Hoc comprabatum fuit mira cura, quam bini milites instituere volebant, quorum unus audiverat in domo mea, album Accarbarium adhiberi contra febres, qui itaque hoc in mortario æneo contundebat, suoque socio id semel bisve exhibebat, qui laborabat febri, qui hinc quam vehementissime vomebat, nec ejus ullam dosin amplius volebat assumere ob ingratum saporem, quem in faucibus caussabat, febris autem cessabat, & hinc ejus socius tanquam Medicus putabatur artem egregie callere. Ipsius febris sine dubio ortum duxerat ex ventriculo depravato, quæ simplici vomitorio erat curanda, quod hic casu per Accarbarium factum est, quodque vim istam vomitoriam per Æs adtraxerat.

Hoc itaque, cunctæque plantæ marinæ, quas propinare quis vult, supra planam, duram, & paulo rugosam porphyritim conterendæ sunt simplici modo in aqua, quæ continuo per canalem effluere debet in cyathum, atque tum sic ingeritur.

Hunc in finem optimæ censentur tales cinereæ porphyrites, quæ ex Sumatra deferuntur, *Batu atschi*, h. e. *lapis Atschinsensis* dictus, & de industria in hunc formantur finem, superne tanquam theca plana cum ora elevata, & apertura seu canalis ad superiorem seu angustissimam partem. Hunc in finem etiam valent frusta Mortavariæ, quæ ad internam partem rugosa sunt instar pellis Lamii piscis.

Ternatenses antea solebant ex albis Accarbariis primum locum dare *Accabario pelagio*, quodque in tam caro habebant pretio, ut non minus quam duplici pondere argenti vellent mutuare; hodie autem amplexi sunt sententiam Tidorensium, qui cinereum lignosumque Accarbarium pro optimo censent, uti supra ex Capite 14. patet.

Tabula Octuogesima quarta

Accarbarium exhibet *album*, seu *pati vulgare* A.

B. est *idem ex profundo maris*, quod optimum censetur, & *Pelagium* dicitur.

C. *idem* est, in quo *nigrum* prævalet *albo*.

OBSERVATIO.

Accarbarium hoc album, Corallii quoque species est, vocaturque Corallium album geniculatum a *Boerh. Ind. H. L. Bat. pag.* 4. & Corallium articulatum *Imperati Hist. pag.* 809, *Hyppuris saxea* a *Clusio exotic. pag.* 124. &c.

Hier toe nemen zommige wit en zwart Kalbabaar met roode Zandel, elks even veel, op een steen gewreeven, en eenige dagen met water gedronken, 't welk men ook gebruikt in 't bloedige en pynelyke wateren, by de Gonorrhea en Dysuria. Tegen het bloed-spouwen, en bloedige hoesten, dat van scherpe materie komt, van buiten iemand bygebragt, moet men by de voornoemde Kalbabaars voegen, de grootte tanden van den vis Doejon, t'zamen met water gewreeven en gedronken.

De Ceramlauwers, en Inwoonders van de Zuidooster Eilanden gebruiken 't ook tegens hoofdpyn, die van hitte en zonne brand komt, met water gewreeven en ingenomen, 't welk een klein zweetje verwekken moet, als 't helpen zal. Men moet dit, en alle steenige Kalbabaars geenzins na onze Apothekers manier in koopere Vyzels stampen, waar door ze een leelyken kooperen smaak bekomen, en braken verwekken.

Dit is geprobeert in een klugtige kure, onder twee Soldaten gepractizeert, van welke de eene hoorende in myn huis, dat witte Kalbabaar tegens de koortze gebruikt wierdt, 't zelve in een kopere Vysel stampte, en zyn Kammeraad een reis of twee daar van ingaf, die de koortze hadde, dewelke daar op aan een sterk braken geraakte, en daar van niets wilde meer innemen, wegens zyn leelyken smaak, die het in de keel maakte. Dog de koortze verliet hem, en zyn Doctoor kreeg de naam, dat hy de konst fiks hadde. Zyn koortze onstont buiten twyffel uit een vervuilde maag, die met een enkeld vomityf was te helpen geweest, 't welk hier by geval door 't Kalbabaar gedaan is, hebbende de brakende kragt van 't kooper aangenomen.

Men moet dan dit, en alle Zeegewassen, die men innemen wil, op een vlakke, harde, of wat ruigen steen wryven, en dat met enkel water, 't zelve telkens door een geute laten afloopen in een kopje, 't welk men zoo drinkt.

Hier toe werden voor de besten gehouden zoodanige grauwe steenen, die men van Sumatra brengt, Batu atschi, *dat is* Atschinsse steenen *genaamt, en expres tot dezen einde gemaakt werden, boven als een vlak bakje, met een verheeve rand rondom, en een openinge of geutje aan 't voorste of smalste eind. Hier toe dienen ook de stukken van gebrooken Martavanen, dewelke aan de binnenzyde ruig zyn, als een Hajevel.*

De Ternatanen plagten voor dezen onder de witte Kalbabaars aan 't Accarbarium pelagium *den voorrang te geven. Zynde daar mede zoo duur, dat men 't niet minder dan tegens dubbeld gewigt zilver uit hunne handen heeft konnen krygen. Dog hedendaags hebben ze aangenomen het gevoelen der Tidoreesen, dewelke het grauwe houtagtige Kalbabaar voor 't beste houden, gelyk boven in 't veertiende Hoofdstuk te zien is.*

De vier en Tagtigste Plaat

Vertoont by letter A. het *witte Kalbabaar*, ofte het *gemeene Pati* genaamt.

B. is het *zelfde*, uit de diepte der Zee gehaalt, het geen het beste gehouden, en het *Zee-Accarbaar* genaamt wert.

C. is het *zelfde*, waar aan meer *zwart* dan *wit* is.

AANMERKING.

Dit witte Kalbabaar is mede een zoort van Koraal, en wert genaamt witte geleedde Koraal van *Boerh. Ind. H. L. Bat. pag.* 4. en geleed Koraal van *Imperat. Histor. pag.* 809. en de steenige Hyppuris van *Clusius exotic. pag.* 124. &c.

CAPUT SEVEN-


B
A
C

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Accarbarium album verrucosum. *Kalbahaar batu.*

Secundà Accarbarii albi species articulis penitus destituitur, sed ad extremitatem verrucas gerit concavas. Optimeque convenit cum Europæo Corallio albo, est enim albissimum, & durissimum instar Marmoris, fine striis istis Corallinis, truncum gerens brevem ac crassum, qui sese mox in plures densos & breves ramulos extendit, quique instar flabelli quodammodo plani sunt, horum autem ramulorum extremitates obtusæ sunt, parum excavatæ foveolis, inque iis stellula radiata conspicitur, qua in re convenit cum Europæo Corallio albo verrucoso, quodque ubique in Pharmacopæis pro Corallio albo venditur, excepto quod Europæum ramos gerat paulo longiores & rotundiores, magisque ad Ebur quam ad Marmor accedat. Interna hujus substantia homogenea est, alba, solida, & instar Marmoris dura.

In Amboina rarissimum est, nec ultra palmam altum. Sed circa Bandenses insulas observatum fuit tres cum dimidio pedes altum, instar flabelli quoque planum, sed ejus rami paululum ad latus recedunt. Ex mari purum mox deducitur, excepto quod superiores rami mucoso tegumento investiti sint, atque in tota arbuscula nullus ramulus est, qui sine fractura inflecti potest.

Nomen. Latine *Accarbarium album verrucosum*; Malaice quidam id vocant *Kalbahaar batœ*, quum inter cuncta Accarbaria quam maxime sit saxosum.

Locus. Raro & in profundo crescit mari, quantumque videtur, in ingentibus & duris scopulis, totum enim evelli nequit, ejusque rami casu per hamos adducuntur. Solummodo fere crescit circa Bandenses insulas, ibique in submersis insulis Rossingeyna & Peelorona. In Amboina parvas modo ejus vidi arbusculas, vix quatuor digitos altas, quæ duris impositæ erant silicibus, & ex Ceramæ boreali ora, Hatuwe nempe, deductæ erant.

Usus. Quum tam raro reperitur, ejus usus potissimum ignotus est, quidam tamen Æthiopes mihi persuadere volunt, vires ejus cum albo Accarbario communes esse, quas indagare nondum potui, quum unicam tantum ejus possideam arbusculam, quam frangere non lubet.

OBSERVATIO.

Simile *Accarbarium* eleganter delineatum est a *Beslero* in *Musæo rarior. Tab.* 25. estque Madreporæ species *Tournefortii*, cujus plures habet *Boerhavius* in *Indice suo*, ubi No. 5. Madrepora ramosa, candidissima, creberrime & tenerrime perforata Amboinensis memoratur, cum hoc sine dubio conveniens.

SEVENTIENDE HOOFDSTUK.

Het witte Accarbaar met Wratten.

De tweede zoorte van wit Kalbahaar is geheel zonder leden, maar aan de einden vol holle wratten. Het komt best over een met het Vaderlants wit Koraal, want het is spier wit, en steen hard als Marmel, zonder Koralinen streepen, met een kort dik stammetje, 't welk zig van onder op in veele digte, en korte takjes verspreidt, die wat plat staan als een wayertje, maar de eindens van deze takjes zyn stomp, wat uitgeholt, met een kuiltje, en daar in gestraalt als een starretje, daar mede over een komende met het Europisse Corallium album verrucosum, en 't geene men over al in de Apotheeken voor wit Koraal verkoopt, behalven dat het Europisse wat langer, en ronder van takken is, meer na Yvoor dan Marmer gelykende. Die binnenste substantie van dit gewas is eenpaarig, wit, masief, en hard als Marmer.

In Amboina valt het zeer zelden, en niet boven een hand hoog. Maar omtrent de Bandasche Eilanden is het gezien, van vierdehalve voeten hoog, mede plat als een wajer, dog de takken springen een weinig ter zyden uit. Het komt straks zuiver uit zee, behalven dat de bovenste takken met een slymerig deksel bekleedt zyn, en aan 't geheele boompje is niet een takje, dat men buigen kan zonder te breeken.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium album verrucosum; *in 't Maleits noemen 't zommige* Kalbahaar batoe, *om dat het onder alle Kalbaharen het steenagtiste is.*

Plaats. *Het groeit weinig, en diep in zee, zoo 't schynt op groote harde klippen, want men kan 't niet geheel uitkrygen, werdende by geval de takken met een visboek opgehaalt. Het wast schier alleen, omtrent de Bandase Eilanden, en aldaar op 't verdronken Rossingeyn en Poeloron. In Amboina heb ik maar kleine boompjes gezien, schaars vier vingeren hoog, die op harde keisteenen stonden, en van Cerams Noordkust van Hatuwe gebragt wierden.*

Gebruik. *Dewyl het zoo zelden gevonden werd, is zyn gebruik nog meest onbekent, dog zommige Mooren willen my verzeekeren, dat het de kragten met het witte Kalbahaar gemeen heeft. Ik heb tot nog toe niet onderzoeken kunnen, dewyl ik maar een klein boompje ryk ben, 't welk ik niet breeken mag.*

AANMERKING.

Diergelyk Accarbaar ofte Koraal wert fraai afgebeeld van *Beslerus* in zyn *Museum rarior. Tab.* 25. en is een zoort van Madrepora by *Tournefort*, waar van de Heer *Boerhave* veel zoorten heeft in zyn *Index*, alwaar by No. 5. een Madrepora, die takkig, zeer wit, en zeer fyn en veelvuldig doorboord, uit Amboin voorkomt, met deze zekerlyk overeenkomende.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Accarbarium rubrum. Accarbaar mera.

Quarta claſſis magis ſpuria quam vera videtur eſſe ſpecies Corallii, ac forte meliore jure poſſet referri ad *Alcyonii* ſpecies. Ob ejus vero formam & communem uſum ad Accarbarii ſpecies eam retuli. Eſt autem quam irregulariſſima & ignobiliſſima, unde & juſte pro Corallio ſpurio habetur.

Craſſum erigit truncum, tres digitos vel brachium craſſum, vulgo autem hic binos modo digitos craſſus eſt, qui ſeſe dividit in binos treſve primarios ramos, quatuor & quinque pedes altos, plerumque ſanguinei coloris, inſtar ſaxi durus ſed facile frangens, foraminulis copioſiſſimis refertus, acſi a vermibus exeſus eſſet, ac porro rugoſus & per excreſcentias aſper.

Interſtitia majorum ramorum denſe pertexta ſunt tenuiſſimis & fragiliſſimis ramulis retiformibus, ſeu inſtar rete ſibi mutuo nexis, externe flavis, & verruculis ſeu ſtellulis copioſis refertis, interne rubris, tamque fragilibus, ut vix tangi vel tractari poſſint ſine fractura.

Tota arbuſcula plerumque etiam plana eſt, & inſtar flabelli extenſa, ad latera autem quaſdam gerit adpendices. Si hujus arbuſculæ partes eſſent firmæ & ſolidæ, ob vivum ſuum rubrumque colorem inter optimas res curioſas optima haberi poſſet, ſed nunc ſpreta eſt, quum ſenſim rami ſubtiliſſimi decidunt, relinquens ſolummodo nudos, rugoſos, ſpinuloſoſque primarios ramos, quorum craſſiſſimi ſervantur in uſum Medicum.

Sique exponatur pluviis & ſoli, ita ut rite maceretur & indureſcat, primo tamen pluvioſo tempore rehumeſcit, unde tenuiſſimi putreſcunt rami, & adjacentia perduntur, craſſique rami, ſi nimis diu pluviis exponantur, ſenſim cinereum & ingratum contrahunt colorem.

Hujus & alia reperitur ſpecies in boreali Ceramæ plaga, ex rubro flaveſcens colore inſtar Coralliorum citrinorum, ſatis dura, ſolida, & foraminulis fere deſtituta, quæque pro Corallio flavo haberetur, ſed raro reperitur & cariſſima eſt. Peculiariter vocatur *Accarbaar djinka*, h. e. *Accarbarium* exaurantio-rubrum, quodque multo tutius interne adhiberi poteſt, quam vulgare verrucoſum ſeu poroſum.

Tertia porro varietas eſt *Accarbarii rubri*, priori fere ſimilis, excepto quod primarii rami in articulos diſtincti ſint, externe ex rubro flaveſcente & arenoſo cortice obducti, interne articuli juncti ſunt uti in albo Accarbario, eodemque ſtriati modo, ſed durioris & magis lapideæ ſubſtantiæ priore, coloris albicantis & interne fungoſi. Ejus truncus ſolidior eſt, & albicans, intermixto rubro colore.

Nomen. Latine *Accarbarium rubrum*, & *Pſeudo-Corallium rubrum fiſtuloſum*; Malaice *Accarbaar mera*, & *Carang mera*; Amboinice *Hatuebu cau.*

Locus. Circa Amboinæ inſulas creſcit in mollibus ſilicibus ad profunditatem ſex vel octo orgyarum, ac ſæpe retibus & inſtrumentis piſcatoriis adtrahitur, non enim rupibus adhæret. Frequens etiam eſt in aliis Indiæ locis, uti circa inſulas, ante Bataviam & Javam ſitas, ac porro ad omnes Zephyreas inſulas a Java usque ad Timoram, atque inde iterum in boreali ora ad Ceramam.

Uſus. Noſtra natio ſæpe tentavit haſce arbuſculas, quum tam elegantem præbent adſpectum, ſiccare & tanquam rem curioſam ſervare, ſed ſemper decepta fuit, quum poſt paucos annos tenuis iſta textura decidit, ſed craſſi rami aliquid ſatis rarum exhibent, quidam enim eorum tam eleganter ramoſi ſunt, ut pro cornu cervi haberentur, magnamque concavæ radicis tenent partem, quæ albicat, & fruſtum cranii refert, incolæ ruberrimos & ſolidiſſimos ſervant ramos in uſum medicum, in pluvia prius, & ad ſolem rite maceratos.

Adhibetur cum aliis Accarbariis & rebus, quæ veneno reſiſtunt, ut ano & cato expellatur. In uſu quoque eſt contra mictum purulentum, putridos enim per urinam ejicit humores. Hunc in finem eligenda ſunt vetuſtiſſima fruſta, quæ ſolidiſſima, & minus verrucoſa, ac leniter ſupra porphyritim conterenda, quum ſunt quam fragiliſſima.

Quum-

AGTTIENDE HOOFDSTUK.

Het roode Accarbaar.

Het vierde geſlagt ſchynt meer een baſtaart, dan een opregte zoorte van Koraalgewas te zyn, en behoorde miſſchien met beter reden onder de zoorten van Alcyonium *gereekent te werden. Dog wegens zyne gedaante en gemeen gebruik, heb ik 't onder de geſlagten van Accarbaar gezet. Maar het is het alleroneedelſte, daarom ook billyk voor een baſtaart Coraal te houden.*

Het ſchiet op met een dikke ſtam, drie vingeren of een arm dik, dog het gemeenſte is maar twee vingeren dik, die zig in twee of drie hoofdtakken verdeelt, vier en vyf voeten hoog, doorgaans bloedrood, ſteen-hard, dog ligt breekende, vol kleine gaatjes, als of het van wormen doorvreeten was, daar by ruig, en vol ſcherpe aanwaſſen.

De tuſſenplaatzen van de hoofdtakken zyn digt uitgeweeven, met dunne en zeer broſſe takjes, nets gewyze door malkander loopende, buiten geel, en vol wratjes, binnen rood, en zoo bros, dat men ze kwalyk aanraken kan zonder te breeken.

Het geheele boompje ſtaat ook meeſt vlak als een waijer, of heeft ter zyden eenige lappen aangewaſſen. Zoo dit boompje aan al zyn deelen een vaſte ſubſtantie hadde, het zoude wegens zyn levende roode couleur onder de beſte rariteiten te houden zyn, maar nu is het veragt, om dat de fyne takjes met 'er tyd al te gaar afvallen, nalatende de bloote ruige, en doornagtige hoofdtakken, waar van men nog de dikſte bewaart tot eenig Medicyn.

Want al legt men 't in reegen en zon, dat het ter degen uitgeverſt, en hartagtig werd, zoo begint het egter met de eerſte regen Moeſſon weder vogtig te werden, waar door de fyne takjes rotten, en de omleggende dingen bederven, ook werden de dikke takken, zoo ze te lange in regen leggen, met 'er tyd grauw en ongezien.

Men vindt nog een andere zoorte hier van, op de Noordkuſt van Ceram, die geheel rood is, als bleeke Koralen, redelyk hard, maſief, en ſchier zonder gaten, die men voor bleeke Koralen zoude aanzien, maar werden weinig gevonden, en duur gehouden. Men noemt het in 't byzonder Accabaar djinka, *dat is oranje-roode Kalbabaar, zynde veel zekerder binnens lyfs te gebruiken, dan het gemeene gegate of poreuze.*

Daar is nog een derde verandering van Accarbaar mera, de voorige ſchier gelyk, behalven dat de hoofdtakken in den verdeelt zyn, van buiten met een rood-geele broſſe en zandige ſchorſſe bekleedt, van binnen zyn de leden aan malkander gezet, gelyk aan 't witte Kalbabaar, ook zoo geſtreept, harder, en ſteeniger van ſubſtantie, dan het voorgaande, witagtig, en van binnen wat voos. Zyn ſtam is maſiever, ook witagtig, met rood gemengt.

Naam. *In 't Latyn* Accarbarium rubrum, *en* Pſeudo-corallium rubrum fiſtuloſum; *in 't Maleits* Accarbaar mera, *en* Carang mera, *in 't Amboins* Hatuehu cau.

Plaats. *Het waſt rondom de Amboinſche Eilanden, op weeke Kraalſteenen, in ſes of agt vademen diepte, werdende dikwils opgehaalt, met de dobbers en dreggen, want het hout niet vaſt aan de klippen. Men vindt het ook veel op andere plaatzen van Indiën, als omtrent de Eilanden, die voor Batavia en Java leggen, en voorts alle de Zuider Eilanden, van Java tot Timor toe, en van daar weder Noorder op naar Ceram.*

Gebruik. *Onze Natie hebben ſteets gepoogt, deze boompjes, om dat ze fraai in 't ooge zyn, te droogen, en tot rariteit te bewaren, maar zyn telkens daar mede bedroogen, vermits na weinige jaren al dat fyne afvalt, dog de dikke takken konnen nog tot een rariteit verſtrekken. Want zommige der zelve zyn zoo raar getakt, dat men ze voor Herten-hoorn zouden aanzien, hebbende nog een groot ſtuk van de holle wortel, die witagtig is, en een gedeelte van het bekkeneels des hoofds verbeeld, de Inlanders bewaren de roodſte, en maſſiefze takken tot de Medicyn, eerſt in regen, en zon ter degen uitgeverſt.*

Het werd gebruikt onder ander Accarbaar, en dingen die 't fenyn tegen ſtaan, om 't zelve naar onderen uit te dryven, en van boven door braken. Men gebruikt het ook als iemand bloedig en etterig piſt, want het zet de vuile humeuren af door den Uryn. Hier toe moet men verkiezen de oudſte ſtukken, die meeſt maſſief, en weinige gaten hebben, ook zagtjes op ſteen wryven, om dat het zeer bryzelig is.

Dewyl



Fig. 1.

Fig. 2.

Quumque vim peculiarem habet diureticam, quæ nullis competit Coralliis, hinc patet, inmerito haberi pro Corallii specie, & ejus loco adhiberi, sed multo propius adcedit & quadrat cum *Alcyonii* natura.

Simile rubrum Corallium videtur describere *Carol. Clusius libr. 6. Exotic. Cap. 12.* sub nomine *Alcyonii primi peregrini*, crescit enim forma cornu Cervi cum Cranii forma ad radicem. Ejus substantia ex fusco rubra erat, saxea quidem, sed rugosa, inregularis, & foraminulis adeo referta, ut in quibusdam locis per ea quis posset lustrare. Saporem præbebat salsissimum, eodemque anno ex America modo adlatum erat.

Videtur, hujus spurii Corallii cuncta esse talia Corallia, quæ nautæ & adnotatores diariorum marinorum prædicant sese vidisse in quibusdam locis Oceani Indici, præsertim juxta Orientalem plagam Africæ, immo in ipso lacu rubro. De quo Arabs quidam mercator *Athanasio Kirchero* declaravit in *Mundo* suo *subterraneo lib. 9. cap. 2. tit. 6.* rubrum lacum tot refertum esse rubris Coralliis, ut pisces inpediant natare, & piscatores retia protrahere nequeant. Quod sine dubio de vero Corallio rubro non intelligendum est, alioquin enim in India multo majorem ejus haberemus copiam, nec tam carum esset, quum omne ex Europa deferri oportet.

Sententiam meam adstruo per *Petrum Bellonium libr. 2. Observ. 67*, qui adcuratus fuit scrutator, & in itineribus suis juxta lacum rubrum ne unum profert verbum, sese invenisse rubrum genuinum Corallium in litore, sed ingentia quidem frusta Corallii spurii, Arabibus *Chaveyn* dicti, quod intus concavum erat, extus foraminibus refertum, & fistulosum, semi album & semi rubrum, atque ipsius maxima & elegantissima frusta ornamento suspendebantur januis ipsorum Mesgidden & Carawenseras, quod puto fuisse supra memoratum spurium Corallium, vel subsequens *Alcyonium rubrum*, quod fistulosum admodum est, & ut audivi, in rubro lacu etiam reperitur.

Contra Hæmoptoën, ex veneno ortam, sequens experimentum institutum est. Recipe Accarbarium album, & si ad manus sit, etiam cinereum, dimidiam dosin hujus Accarbarii rubri, item digitos Echinometræ digitatæ, item tela marina, Malaice Soa sapyro laut dicta, contere hæc subtilissime cum aqua supra porphyritim, ac propina ægro, atque etiam quotidiano potui aliquid Accarbarii cinerei vel albi contritum miscendum est.

Quidquid celeber viator *Pedro della Valla* scribit de rubris Coralliis, quæ in lacu rubro inveniuntur, & de quibus dicit profundas specus & tecta formari, credo, nil aliud esse, quam *Accarbarium rubrum* supra descriptum, atque eum indicare velle, hisce arbusculis ornari antra, idque pellucidum esse, intelligo de istis foraminulis & fissuris.

Certus saltem ego sum, vera Corallia rubra, Malayensibus *Maradjaan* dicta, in Arabia, ac præsertim in Metropoli Mocha tam cara esse, ut auri pretio constent.

Tabula Octuogesima quinta

Ad Figuram primam *Accarbarium* exhibet *rubrum*.
Figura secunda *Alcyonium* sistit *rubrum Indicum*.

OBSERVATIO.

Accarbarium hoc rubrum, videtur esse Corallium, geniculatum, capillaceum, apice ramoso, roseum, *Boerh. Ind. H. L. B. pag. 4.* ubi dicit, hæ species veram referunt Hippuridis articulatæ formam, Microscopio visibilem.

De hisce Accarbariis vide porro D. *Buttnerum* in *Coralliographia subterranea*, Lipsiæ anno 1714 inpressa, ac quidem *Caput* ejus *secundum* de *Coralliis marinis*.

Dewyl het dan een afdryvende kragt heeft, die geene Koralen toekomt, zoo blykt, dat zy 't ten onregte voor een Koraal-zoorte gebouden, en daar voor gebruikt werd, maar veel naarder met de natuur van Alcyonium *overeen komt.*

Diergelyke rood Koraalgewas schynt Carol. Cluf. lib. 6. Exotic. cap. 12. *onder den naam van* Alcyonium primum peregrinum *te beschryven, want het wast in de form van een Hertenhoorn, met een gedaante van de bekkeneel aan de wortel. Zyn substantie was bruin-rood, wel steen hard, egter ruig, lomp, en zoo vol gaatjes, dat men op zommige plaatzen daar door koste zien, zeer ziltig, en in 't zelve jaar eerst uit America gebragt.*

Het schynt dat mede van dit bastaart-Koraal zyn, alle zoodanige roode Koralen, die de Zeelieden en houders van Scheeps-journalen voorgeven, hier en daar in de Indiaansche Oceaan gezien te hebben, inzonderheid langs de Oostkust van Africa, en zelfs in 't roode Meir. Waar van zekere Arabisse Koopman aan Athanasius Kircherus *verklaart heeft in zyn* Mundus subterraneus, lib. 9. cap. 2. tit. 6. *het roode Meer zoo vol roode Koralen te zyn, dat de Vissen het doorzwemmen belet werden, en de Vissers hunne netten niet konnen trekken. Het welke buiten twyffel van geen regt Bloedkoraal te verstaan is, want anders zouden wy in Oostindiën veel grooter quantiteit daar van hebben, en het zelve zoo duur niet zyn als het nu is, vermits alles uit Europa moet gebragt werden.*

Myn gevoelen bekragtige ik met Petrus Bellonius Lib. 2. Observat. 67, *die een naauwkeurig Onderzoeker is geweest, en in zyne reizen langs het roode Meir niet een woord schryft, dat hy opregte roode Koralen aan strand gevonden heeft, maar wel zeer groote stukken van een Bastaart-koraal, by de Arabiers* Chaveyn *genaamt, 't welk van binnen hol was, buiten vol gaten en pypen, half wit, en half rood, werdende de grootste, en fraiste stukken tot een pronk opgehangen aan de deuren van hunne Mesgidden, en Carawanseras, 't welk ik gisse, of het bovenstaande Bastaart-koraal te zyn, of het volgende* Alcyonium rubrum, *'t welk vol pypen is, en mede zoo ik berigt werde in 't roode Meir valt.*

Tegens het bloedspouwen, dat van fenyn of vergift komt, is het volgende geprobeert. Neemt wit Kalbabaar, en zoo men 't heeft ook het grauwe, half zoo veel van dit roode Accarbaar, item vingeren van Echinometra digitata, en Zeepylen, in 't Maleits Soa sapyro laut, wryft het zamen zeer fyn met water op een steen, en geeft het den patient te drinken, en onder zyn dagelykze drank moet men ook altyt wat grauw of wit Kalbabaar wryven.

Al wat den vermaarden Reiziger Pedro della Valla *schryft van de roode Koraalboomptjes, die men in 't roode Meir zoude vinden, en waar van hy zegt diepe holen en verwelfzels gemaakt te werden, geloof ik dat het anders niet zy, dan het bovenstaande Accarbarium rubrum, om dat hy wilde zeggen, dat men met de boompjes de grotten verciert, dat het mede doorschynend zoude zyn, versta ik van de boven genoemde gaatjes en scheurtjes.*

Immers ik ben genoegzaam verzekerd, dat de regte Bloedkoraal by de Malyers Maradjaan *genaamt, in Arabien, en inzonderheid in de Koopstad Mocha zoo duur zyn, dat men ze tegens goud opweegt.*

De vyf en Tagtigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het *roode Accarbaar*.
De tweede Figuur stelt neder het *roode Indische Halcyonie*.

AANMERKING.

Dit roode Accarbaar schynt te zyn het geleedde, hairige, roosrode Koraal, met een getakte punt van *Boerh. Ind. H. L. B. pag. 4.* alwaar hy zegt, deze zoorten hebben de regte gedaante van de geleedde Hippuris, door het Vergrootglas te zien.

Over deze Accarbaars ziet verders de Heer *Buttners onderaardsche Coralliographie*, te Leipzig gedrukt anno 1714, en wel deszelfs *tweede Hoofdstuk* over de *Zeekoralen*.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Halcyonium rubrum Indicum. Batu ſwangi.

Hoc naturæ productum nullam plantæ habet formam, ſed hic memorari oportet ob adfinitatem prioris, ingentes enim glebæ ſunt pugni magnitudine, immo etiam capitis, ex rotundo planæ ſeu tuberculoſæ, atque ex variis ſtratis ſupra ſeſe invicem poſitis compoſitæ.

In ſuperiore parte ex citrino colore rubet, ibique nil niſi rubra conſpiciuntur foraminula ſeu oculi, qui vix culmum minorem continere poſſunt, coadunati, ita ut pro Spongia haberetur, ſi diffringatur, interne innumeri conſpiciuntur tubuli, coadunati quoque, ſed vacua inter hos locantur interſtitia, quæ omnia quadrant cum iſtis foraminulis, vix culmum craſſis, transverſalem digitum longis, binaque ternave horum ſtrata ſupra ſeſe invicem locantur, ſed inferiora foraminula non directe quadrant cum ſuperioribus.

Tota hæc gleba interne ſanguineum habet colorem, & ſaxoſa eſt, ſed facillime in fruſta confringi poteſt. Tubuli enim vix culmi craſſitiem habent, ſapor fere nullus eſt, niſi paululum ſalſus, & inodorus. Tam ingentes aliquando inveniuntur glebæ, ut unica quinquaginta ponderaverit libras, quales intellexi ex rubro deferri lacu, quasque inperiti pro rubro habent Corallio. Hic in Amboina nunquam majores vidi quam capitis magnitudine, licet etiam inveniantur glebæ, quas vix vir adtollere poteſt

Nomen. Latine *Halcyonium rubrum Indicum.* Non enim ulterius determinare audeo, quænam ſit ſpecies *Halcyonii* veterum, quum hi tam obſcure ſuum deſcripſerint. *Dioſcorid.* nempe *libr.* 5. *cap.* 94. quinque habet. *Plinius libr.* 32. *cap.* 8. quatuor enumerat, illique iterum inter ſeſe diſcrepant. Malaice in Amboina *Batu ſwangi*, h. e. *Lapis Magorum* ob rationem ſubſequentem.

Locus. In cunctis fere invenitur inſulis hujus Indiæ Orientalis archipelagi ſatis magna quantitate, ubique in litus projectum. Generatur autem ex ſalſo muco aquæ marinæ in prominentibus angulis Coralliorum vel ſilicum, in quibus deponitur inſtar ingentium tuberum, urente viſco vel muco obductum & repletum, quibus firmiter adhæret, donec ſeneſcat, quum a mari ſeparatur, & in litus projicitur, minora fruſta adcreta quoque reperiuntur teſtis majorum concharum, aliquando etiam minoribus conchis, ita ut eas aliquando totas obtegat. Sic quoque adcreſcit ſcopulis fragilibus, quibus aliæ dictæ arbuſculæ marinæ inſtant.

Uſus. Apud Moluccanos & Amboinenſes vilis eſt lapis, nulli fere inſerviens uſui, niſi ad ſuperſtitionem, quæ ipſis quam familiaris eſt. Hæc enim fruſta ſuis adpendent frugiferis arboribus, quum nemo audit eas adſcendere, fructusque furari, pro certo putantes, ſi quid ex hiſce arboribus auferrent, ipſorum corpus rubra inpetigine affici, qualem colorem hic gerit lapis, quam maxime etiam vitant huic inſidere lapidi, vel corpori eum adpendere, dicentes ex eo contrahere urentem & dolorificum mictum, unde & lapis Magorum dicitur.

Javani tamen & Malayenſes non tam male ſentiunt de hoc lapide, videmus enim minora ejus fruſta vendere in ipſorum Kotta kotta ſeu aromaticis ciſtis, quæque exhibent tam ſenibus quam pueris, ſubpreſſa urina vel dolorifico mictu laborantibus, prius pulveriſata.

Amboinenſes noſtrates id imitare nolunt, quum hic lapis ipſis tam male audit. Certumque eſt prudenter adhibendum eſſe, juſtisque experimentis confirmatum, cuncta enim Halcyonia ex ſcriptorum teſtimonio acrem, fortem, & detergentem habent qualitatem, unde & non facile interne adſumenda ſunt. Præterea que vulgaris mos talia lapidea producta ſupra porphyritum conterendi quodammodo periculoſus eſt, quum tales lapides multos acutos ſervant angulos, qui in corpore noxii eſſe poſſunt. Ita ut porro inquirendum ſit, quo modo tutiſſime interne poſſit adhiberi, quod etiam intelligendum eſt de præcedente Corallio ſpurio.

Cele-

NEGENTIENDE HOOFDSTUK.

Het Indiſche roode Halcyonie.

Dit gewas heeft geen gedaante van een plante, maar moet hier getrokken werden wegens het maagſchap van het voorgaande, want het zyn groote klompen, van een vuiſt tot een hoofd groot, uit den ronden, plat of met bulten, en uit verſcheide lagen boven malkander gezet.

Aan de bovenſte zyde is het beſtorven-rood, en daar ziet men niets dan ronde oogjes, daar pas een kleine ſtroohalm in kan, digt aan malkander, zoo dat men 't voor een Spongie zoude aanſien. Als men 't ſtukken breekt, ziet men van binnen ontelbare pypjes, ook digt aan malkander geſchikt, dog met weinige ſpatien tuſſen beiden, en alle op de voorſchreeve gaatjes reſpondeerende, ſchaars een ſtroohalm dik, en een dwersvinger lang, in twee of drie lagen boven malkander ſtaande, dog de onderſte reſpondeeren juiſt niet op de bovenſte.

De gantſche klomp is van binnen bloedrood, en ſteenagtig, dog laat zig zeer ligt in ſtukken breeken. Want de pypjes hebben kwalyk de dikte van een halm, de ſmaak is niets zonderlings, behalven wat ſiltig, en zonder reuk. Men vindt zomtyts zoo groote klompen daar van, dat 'er eenen vyftig pond gewoogen heeft, gelyk ik berigt werde, dat uit het roode Meir komen, daar het de onervaren voor rood Koraal aanzien. Hier in Amboina heb ik 't nooit grooter dan van een middelbaar hoofd gezien. Dog men vindt 'er ook ſtukken, daar aan een man genoeg heeft om op te tillen.

Naam. *In 't Latyn* Halcyonium rubrum Indicum. *Want ik en durf niet eigentlyk ſtellen, wat voor een zoorte van der ouden* Halcyonium *het zy, dewyl zy het hunne zoo onzeker beſchreeven hebben. Te weten* Dioſcorid. lib. 5. cap. 94. *heeft 'er vyf,* Plinius lib. 32. cap. 8. *heeft 'er maar vier zoorten van, en dan verſchillen ze nog onder malkanderen. Op 't Maleits in Amboina* Batu ſwangi, *dat is* Tovenaars-ſteen, *om reden als hier na.*

Plaats. *Men vindt het ſchier op alle Eilanden van dezen Ooſterſchen Archipelagus, en dat in groote quantiteit over al op ſtrand geworpen. Het werd gegenereert uit een zoute ſlym des Zeewaters, op uitſteekende hoeken van den Kraalſteen, daar het opgezet is als groote bulten, met een brandige kwaal of ſlym bedekt, en vervuild vaſt daar aanhangende tot dat het oud werd, wanneer het door de zee afgeſpoelt en op ſtrand geſmeeten werd, kleine ſtukken vindt men ook vaſt gegroeit op de ſchalen van groote Schulpen, en zomtyds op kleindere Schulpen, zoo dat het bykans dezelve bedekt. Zoo groeit het ook aan de brokkelige klippen, daar andere bovengenoemde Zeeboompjes op ſtaan.*

Gebruik *By de Moluccanen en Amboineeſen is het een veragten ſteen, werdende ſchier tot niets gebruikt, behalven tot een ſuperſtitie, onder hun lieden gemeen. Want ze hangen deze ſtukken aan hunne vrugtboomen, daar dan niemand het herte heeft om op te klimmen, en eenige vrugten daar van te ſteelen, vaſtelyk haar inbeeldende, zoo zy iets van diergelyke boomen ſteelen, dat ze over 't lyf met roode vuurigheid zoude uitſlaan, gelyk deze ſteen van couleur is, zy zullen haar ook wel wagten op dezen ſteen te zitten, of by hen aan 't lyf te dragen, zeggende, dat hun daar door een brandig en pynlyk piſſen zoude over komen, daarom by Tovenaars ſteen genaamt is.*

Egter moeten de Javanen en andere Malyers zoo kwaad gevoelen van dezen ſteen niet hebben. Want men ziet dat ze kleine ſtukken daar van in hunne Kotta kottas of Specerydoosjes verkoopen, en zoo wel oude menſchen als kinderen daar van ingeven, die niet wel of met pyn wateren konnen, al voorens fyn gemalen.

Onze Amboineeſen willen 't hun niet na doen, om dat die ſteen al te kwade naam by hen heeft. En het is zeker, dat men voorſigtig daar mede moet ommegaan, en op goede experimenten ſteunen, want alle Halcyonia volgens getuigeniſſe der Schryvers hebben een ſcherpe, ſterke, en afveegende eigenſchap, die men niet ligt binnens lyf gebruiken moet. Daar en boven is de gemeene manier zulke glasagtige gewaſſen op een ſteen te wryven, wat zorgelyk, om dat zoodanige ſteenen veele ſcherpe hoeken behouden, die in 't lyf zoude konnen ſchaden doen. Zoo dat het nog te onderzoeken ſtaat, hoe men hem op 't zekerſte gebruiken zal, 't welk ik mede van 't voorgaande Baſtaart-koraal wil verſtaan hebben.

De

Celebis incolæ ičti a pisce *Jcan swangi*, vel ab alio quovis venenato animali, hunc conterunt lapidem subtilissime cum aqua, inliniuntque ičtui, quem in finem semper lapidis frustum secum portant tam in mari, quam in silva.

Chimicus quidam hic in Amboina Tincturam ex eo præparavit, qua utebatur instar Tincturæ Coralliorum, optimumque ejus effectum vidit in Colicis affectibus a frigore & flatibus ortis.

De Inwoonders van Celebes gesteeken zynde van den Visch Jcan swangi, *of van eenig ander venynig gedierte, wryven dezen steen fyn met water; en smeeren het op den steek, tot welken einde zy altyd een stuk van den steen by zig dragen, zoo op Zee als in 't Bos.*

Zeker Laborant hier in Amboina heeft daar uit een Tinctuur gemaakt, dezelve als Tinctura Corallorum gebruikende, en byzonder grooten effect daar by gevonden in Coliken van koude en wind veroorzaakt zynde.

OBSERVATIO.

Hoc Halcyonium est vera *Tubularia* purpurea *Tourn. Tab.* 342. & Coralliis affinis, Alcyonium fistulosum, rubrum. *J. Baub. tom.* 3. *pag.* 808. & Coralliis affine Alcyonium rubrum *Morif. hift. tom.* 3. *Tab.* & *Fig.* ultima, & Tubularia purpurea *Imper. pag.* 822. Omnium optimam & integerrimam habet hanc Tubulariam D. Buttnerus in *Coralliographia* sua *subterranea Tab.* 1. *fig.* 3. cui dicitur Tubularia Coralloides, seu Globus Corallinus *pag.* 18. ubi brevis ejus descriptio est.

AANMERKING.

Dit Halcyonie is de opregte purpere *Tubularia* van *Tournef. Tab.* 342. en het Alcyonie met de Koraal overeenkomende, pypig en rood van *J. Baub. tom.* 3. *pag.* 808. en het roode Alcyonie gelyk aan de Korale van *Morison hist. tom.* 3. de laatste Plaat en Figuur, en de purpere Tubularia van *Imperat. pag.* 822. Het beste en heelste van allen heeft deze Tubularia afgebeelt de Heer *Buttner* in zyn *onderaardsche Coralliographie Tab.* 1. *fig.* 3. by wien ze genaamt wert Tubularia aan het Koraal gelyk, ofte de Koraalagtige klomp op *pag.* 18. alwaar een korte beschryving is.

CAPUT VIGESIMUM.

Mutulabatta.

Quum hæc planta ad Corallia quoque refertur, & quantum videtur, ejus quoque species est, hinc ipsi locum hic concedere etiam oportet. Sed quod mirum est, licet inveniatur, ac potissimum producatur in Timora, Solora, & adjacentibus insulis, in quibus Lusitani & Belgæ jam per tot annos mercaturam exercuerunt, & etiam habitaverunt, ipsius tamen ortus & locus natalis Europæis penitus ignotus est, & ab incolis tam incerto & vario modo propositus, ut fere nesciamus, quid de ea commemoraturi simus.

Multum inpendi laborem, ut ejus ortum & naturam investigarem tam apud istarum insularum ipsos incolas, quam per amicos, qui ibi imperium tenebant, quique per dominos quosdam jubebantur illud indagare, sed omnia frusta fuere, uti ex relationibus subsequentibus id Lectori patebit.

Jacobus Wykersloot summus Timoræ gubernator, Cœpanæ habitans, mihi anno 1680 hanc misit relationem. Quid *Mutulabatta* sit, & ubinam inveniatur, non pro certo dici vel indagari potest. Incolæ enim Orientalis plagæ putant ab Occidentali, & illi Occidentalis oræ putant ex Orientalis hujus Timoræ insulæ ripa deferri, si vero antiqui Rottynenses interrogantur, *Mutulabattam* accepissent ex insula, quæ juxta Rotty & Savo defluxit, quæ insula hodie non amplius invenitur, sed hæ sunt modo imaginationes hujus nationis, ita ut nemini notum sit, unde deferatur, vel quænam ejus sint vires.

Sed per fratrem homicidæ Talo intellexi, *Mutulabattam* in Savo ad sclopeti circiter ejectionem a pago Timo in monticulo ex profunda fossa ad viri circiter longitudinem, uti hodie conspicitur, productam fuisse foraminulis refertam & tanquam politam redditam. Quum vero omnes brevi moriebantur, Timœnses, & inter illos ipse Talo fossam lapidibus & terra sibi mistis inpleverunt & obturarunt. Hus usque D. *Wykersloot.*

Radja Salomon, Rex depulsus ex Ade Mantutœ sita in Orientali angulo Timoræ, isto anno hic in Amboina degens, & licet accuratus esset vir, multarumque rerum expers nullum alium mihi dare potuit relatum, quam quod Mutulabatta tam in ejus regione, quam in reliquis insulis ad Orientem sitis, usque ad Tennemmer & Timorlaut vulgare esse amuletum, sed incolæ de ejus ortu nil aliud sciunt enarrare, quam quod ex Occidente deferatur.

Sub finem istius anni hic vir mihi quoque misit amuletum pedem cum quadrante longum, quodque dicebat veram esse Mutulabattam, densaque & contracta erant glabra grana tubulosa, in medio æqualis magnitudinis, ubi flava erant, ad extremitates sensim decrescebant, formam gerentia amuletorum minoris generis, coloris ex aurantio rubri, quædam etiam minii coloris erant, pondusque habebant septem biobulorum, ipsique videbantur digna esse semi theyl auri, seu quinque inperialibus. Qui-

TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Mutulabatta.

Dewyl dit gewas mede onder de Koralen gereekent werd, en zoo ook na den schyn een zoorte daar van is, zoo moeten wy hem alhier mede een plaats geven. Dog 't welk wonderlyk is, hoewel het valt en meest gedragen werd op Timor, Solor, en omleggende Eilanden, daar de Portugeesen en Hollanders nu zoo lange jaren genegotieert, en gewoont hebben. Zoo is nogtans zyn oorspronk, en geboorteplaatze aan onze Europeänen gants onbekent, en by de Inlanders zoo onzeker en variabel voorgestelt, dat men niet weet, wat men daar van schryven zal.

Ik heb 'er veel moeite om aangewent, deszelfs oorspronk en natuur uit te vragen, zoo by de natuurlyke Inboorlingen der voorschreeve Eilanden, als door myne Vrienden, die 't Commando daar voerden, en die het ook door zekere Heeren opgeleid wierde zulks uit te vragen, dog alles te vergeefs, gelyk ik den Lezer uit de navolgende raporten vertonen zal.

Jacob Wykersloot, *opperhooft van Timor, op Cœpan resideerende, heeft my Anno* 1680 *dezen berigt toegezonden. Wat* Mutulabatta *zy, en waar het gevonden werd, zulks kan men niet regt te weeten krygen. Want de Inlanders van de Oost meenen, dat het van de West, en die van de West meenen, dat het van de Oostkant dezes Eilands Timor komt, maar als men de ouden Rottyneesen daar na vraagt, zouden ze de* Mutulabatta *van een Eiland, dat Rotty en Savo was komen voorby dryven, bekomen hebben, 't welk niet meer te vinden is, en dat zyn ook maar presumpties ofte inbeeldingen van deze Natien, zoo dat 'er niemand en weet, waar het van daan komt, nog deszelfs kragt uit te leggen.*

Dog door den Broeder van den Moordenaar Talo verstaan wy, dat de Mutulabatta *op Savo, omttrent een Musquetschoot van de Negory Timo, op een klein Bergsken, uit een diepen kuil, ongeveer een mans lengte diep, zoo als men ze tegenwoordig ziet, met gaatjes en als gesleepen, hebben gehaalt. Maar om dat ze alle in 't korte stierven, hebben die van Timo, en daar onder hy Talo zelfs den kuil met steen en aarde onder den ander gemengt, toegegraven. Dus verre* Wykersloot.

Radja Salomon, *verdreeve Koning van Ade Mantutoe, op den Oostelyken hoek van Timor gelegen, in 't voorschreeve jaar hier in Amvoina present zynde, hoewel een naukeurig man, en van veele dingen experientie hebbende, heeft myn geen ander berigt konnen geven, als dat Mutulabatta zoo wel in zyn Land, als de verdere Eilanden na 't Oosten gelegen, tot Tennemmer en Timor laut toe een gemeene dragt zy, dog weeten de Inlanders van deszelven oorspronk niet anders te verhalen, dan dat het van de West kome.*

In 't einde van 't zelve jaar heeft hy my ook een snoertje gezonden, 't welk hy zeide het opregte Mutulabatta te zyn, vierdehalve voet lang, digt gereegen van gladde pypeformige korrels, in de midden van eene grootte, dewelke geel was, na de eindens allengskens kleinder, van gedaante als Koralen van het kleinste slag, maar Oranje-rood, sommige ook Meeni-rood, wegende zeven dubbeltjes, by hem getaxeert op een halve teil gouts, of vyf ryksdaalders waardig. Eenige

Quidam veri Timoræ & Rotty incolæ a me interrogati, quænam esset hæc planta, mihi tam variabilem dederunt responsionem, ut dicerem ipsorum propositum esse, coram Belgis celare, quænam sit Mutulabatta, & ubi reperiatur, mihi enim non credibile est, tot incolas nescire, undenam talis deferatur res, quæ ipsis in quotidiano usu est.

Rottenenses dicunt, in Timora reperiri in regione montana Sunnaba, vulgo Sunnebay dicta, eo loci, quo aurum detegitur. In montibus autem reperitur, tanquam essent parva & angulosa grana, quæ igni admota colliquescunt, vel ut alii dicunt, non funduntur, sed tantummodo incandescunt & mollescunt, ita ut malleolo forma ipsis præberi possit planorum discorum, & perforari candescente filo ferreo.

Qui perhibent ea colliquescere, dicunt multa grana uni filo ferreo esse adducenda, & supra ignem tenenda, donec colliquescant, & dein alio ferro polienda esse, frigefacta tum longum exhibent tubulum, qui tum ex lubitu in frusta frangitur, quorum extremitates planæ poliuntur, & filis adducuntur. Species tamen quædam est, quæ flava est, externe striata instar Coralliorum, interne perterebrata & nigra, videnturque esse frusta fistularum Tabaci diu usitatarum.

Si jam interrogas Timorenses, uno ore negant, Mutulabattam in sua crescere terra, & ad Savo te ablegant, quum in utrisque forte reperiatur locis.

Ortum itaque ejus seu locum natalem relinquentes, eam describemus, qualis nobis adparuit. Sunt autem granula diversæ formæ, plurima vero sunt quasi lamellæ tenues, quædam casei forma, quædam instar frustulorum fistularum, substantiæ adcedentis proxime ad pallida seu flava Corallia, plurima vero sunt ex rubro colore lutea, quædam magis russa, quædam pallidiora, ita ut haberentur pro amuletis diu gestis, si istam comptam obtinerent formam.

Ipsorum ortus probabilissimus est in montibus, ac proinde mineralis, atque tam in parvis frustulis, quam in longis ramulis inveniuntur, qui naturaliter intus cavi sunt. Quomodo autem per ignem fundantur & formentur, ulteriori relinquemus explorationi, saltem mihi non successit, frustula enim Mutulabattæ igni admota rubebant quidem, sed nullo modo mollia vel ductilia erant, multoque minus candescebant.

In binas dividitur species, maxima enim granula, quæque optime pallidum referunt Corallium, vocabant incolæ istarum insularum *Ua boa*, seu *Waboa*, hæc pauca sunt in una chorda, & cava, horumque grana sunt magnitudine Nucum avellanarum, quorum magnates tria tantum in amuleto circa collum gerunt. Secunda species ipsis dicitur *Tzeda*, quæ sunt granula parva, magis flavescentia quam russa, multoque vilioris pretii.

Præter has binas genuinas species spuria Muttulabatta est, quam ex vilibus formant lapillis. Immo videtur potius esse cocta terra, quam veræ admiscent, ut copia augeatur, alii vero dicunt, hoc spurium Corallium ipsis adferri a Kelings oræ Cormandelæ, quod in ipsorum patria coquitur ex terra quadam. Alia amuleta, quæ vulgus gerit & mulieres circa corpus, tres pedes longa ad extremitates plumbeas habent pyramides, quæ ornamenti gratia dependent.

Hæc amuleta magna ex parte factitia sunt & inter sese mixta, quorum quarta pars vix genuina est, vel bina modo paria magnorum granorum in medio, reliqua mixta est ex Cristallo, Borace, nigro & colorato vitreo Corallio, uti & ex granulis cupreis, a centro sensim decrescentibus, sed omnia certo numero, quam mixturam componunt, ut quivis suum noscat amuletum.

Nomen. Nullo alio nomine nobis vel Indis notum est, quam Malaiensi *Muttulabatta*, seu *Muttulabatte*, quod videtur denotare *Perlas lapideas*. Timorensibus tamen & Rottenensibus hoc nomen ignotum est, sed quidem bina ista *Uaboa*, & *Tzeda*.

Usus. In dictis insulis, Timora nempe, Solora, & adjacentibus usque ad Tennemmeram post aurum nihil carius est, vel in majori pretio hac Mutulabatta, quæ vulgo venditur dimidio pondere vilissimi auri Timorensis. Nullus est Oranghay, vel ejus uxor, quin gerant ad collum grana quædam veræ Uaboæ.

Nil

Eenige natuurele van Timor en Rotty by my na dit gewas ondervraagt, deden daar van zoo variable verhalen, dat men zeggen zoude onder hun lieden een opgestemt werk te zyn voor de Hollanders te verbergen, wat Mutulabatta zy, en waar het valle; want het is by my niet geloofl yk, dat zoo veele Inlanders niet zouden weeten waar dat ding van daan kome, 't welk zy zoo gemeen dragen.

De Rotteneesen zeggen, dat het op Timor valle in het bergagtige landschap Sunneba, in 't gemeen Sunnebay genaamt, omtrent die plaatsen, daar het goud valt. Men vindt het als kleine en hoekige korrels in 't gebergte, die aan 't vuur gehouden t'zamen smelten, of zoo andere zeggen niet smelten, maar alleenlyk gloejend en week werden, dat men ze effen met een hamertje fatzoeneren kan tot platte schyfjes, en dan met een gloejend yzerdraad doorbooren.

Die het smelten staande houden, zeggen dat men veele korrels aan een yzerdraad moet rygen, en over 't vuur houden, tot dat ze aan malkander smelten, en dan met een ander yzer daar over stryken, dat ze effen werden, dit koud geworden geeft een lang pypje, dat men dan na believen in stukken breekt, de eindens plat slypt, en aan draden rygt. Daar loopt egter een zoorte onder die bestorven geel is, van buiten gestreept als Koralen, van binnen doorgeboort, en zwart; schynende stukjes te zyn van lang gebezigde Tabakspypen.

Vraagt gy nu de Timoreesen, die zullen eenstemmig ontkennen, dat Mutulabatta op hun land wasse, en wyzen u na Savo, daar het misschien op beide plaatsen valt.

Zyn geboorteplaatse overslaande, zoo zullen wy het beschryven, gelyk het ons voorgekomen is. Het zyn korreltjes van verscheide gedaante, de meeste als dunne schyfjes, zommige als kaaskens, andere als stukken van pypen, van substantie de bleeke of geele Koralen naastkomende, de meeste rood-geel, zommige wat rosser, zommige wat bleeker, zoo dat men ze voor langgedraagde Koralen zoude aanzien, indien ze de geschikte forme hadden.

Haren oorsprong is na 't waarschynelykste uit het gebergte, en dierhalven mineraal, vallende zoo wel in kleine stukjes als in lange takken, die van natuur van binnen hol zullen zyn. Hoe ze nu door het vuur gesmeet en geformeert werden, zullen wy aan 't nader onderzoek beveelen; immers het heeft my niet willen succedeeren, want de stukjes van Mutulabatta over 't vuur gehouden, wierden wel rood, maar geenzints week en gesmedig, veel min gloejend.

Men verdeelt het in twee zoorten, want de grootste korrels, en die best na het bleeke Koraal geleeken, noemden de Inboorlingen van genoemde Eilanden Uaboa *of* Waboa, *deze zyn weinig aan een snoer, en duur. Men vindt 'er korrels van zoo groot als Haaze-nooten, waar van hunne Orangkayen maar drie aan eenen snoer geregen om den hals dragen. De tweede zoorte hiet by hunlieden* Tzeda, *'t welk zyn kleine korrels, meer van 't geele dan van 't rosse hebbende, en veel slegter van prys.*

Behalven deze twee opregte zoorten heeft men nog een bastaart Muttulabatta, 't welk ze van slegte steentjes maken. Ja het schynt veel meer een gebakke aarde te zyn, dewelke zy onder de opregte mengen om den hoop te vermeerderen: dog andere zeggen, dat deze bastaart-Koraal hunlieden toegebragt werd door de Kelings van de Kust Cormandel, die ze in hun land van een zeker slag aarde bakken. Andere snoeren, die de gemene man draagt, en de vrouwen om 't lyf, zynde drie voeten lang, hebben loode piramiedjes aan de eindens, die zy af laten hangen als kwasten.

Deze snoeren hebben veele schorremorry door malkander gemengt, waar van pas het vierde part opregt is, of twee paar grootere korrels omtrent de midden. Het ander goetje is gemengt van Kristaal, Barnsteen, zwart en gecouleurde Glaskoraal, als mede eenige kopere korreltjes, van het midden kleinder en kleinder afloopende, dog alles in zeker getal, welke vermenginge zy maken, op dat ieder zyn snoer kennen moge.

Naam. *Het is met geen andere naam onder ons en de Indianen bekent, dan met den Maleitsche* Muttulabatta *of* Muttulabatte, *'t welk schynt te willen zeggen een* Steenpaarle. *By de Timoreesen en Rotteneesen is egter dezen naam onbekent, maar wel de twee voornoemde* Uaboa, *en* Tzeda.

Gebruik. *In de voornoemde Eilanden Timor, Solor, en de omgelegene tot Tennemmer toe, is na 't goud niets hooger in waardy dan dit Mutulabatta, 't welk in 't gemeen tegens halve zwaarte van 't slegtste Timoreese goud betaalt wert. Daar mag geen Orangkay of zyn vrouw zyn, of moeten eenige korrels van 't opregte Uaboa om den hals dragen.*

Men

Nil etiam melius inveniri potest Mutœlabatta, qua in istis insulis servi emi possunt, pro binis enim amuletis dictæ longitudinis servus emendus est.

Societas Indica hinc multum inpendit laborem, ut veram formam Mutœlabattæ in insula Savæ majoris ad australem plagam Timoræ sita indagaret, sed hanc ob rem navem perdidit, ac dein istud negotium neglexit & omisit, quum proditio detegebatur, uti supra in relatu D. Wykersloot memoratur.

Quum itaque tanta sit cohors Orangkayen seu Magnatum in Timora & Rotti, ut dicatur, in quodam districtu centum & decem Orangkayen numeratos fuisse, ipsorumque subjectos modo esse centum & novem, ac quivis tamen volebat gerere Mutulabattam, hinc necessario multa factitia & spuria adsunt, quæ illos oportet bene novisse, qui in illis locis mercaturam exercent.

Hæc itaque amuleta diu a sordidis gestata hominibus inpallescunt, & intus nigrescunt, quæ iterum depurant lixivio quodam, in quo hæc leniter fricant, & denuo exsiccant. Hoc etiam tentavi in talibus frustulis, quæ externe striata & tubulosa erant, & comperi depurari quidem, sed dein magis cinerea erant, quam antea fuerant, ita ut forte peculiare sit ipsorum lixivium.

Cœterum nullæ ejus vires medicatæ notæ sunt, ita ut sine dubio unica caussa pretii & valoris sit partim imaginatio & incolarum genius, quamque forte gestant ob sanitatem & fortunam, partim quum tam rara sit & raro obvia. Quomodo etiam sit, certum est, incolas nobis nolle manifestare locum, in quo reperitur, uti natio est quam maxime invidiosa, quæ alias etiam egregias plantas & metalla, suæ patriæ producta, nobis invident & cœlant.

Similis inregularis Corallii species reperitur in Regno Benyn, in magnis fluviis in ipsa regione, sub aqua crescens in saxis instar aliorum Coralliorum, ipsorumque lingua vocatur *Akori*, estque cœrulei coloris, de quo vide *Dapperi Africam pag.* 126. Alii id vocant *Akogria*, dicuntque non modo cœruleum, sed etiam luteum esse, inque ista ora adeo æstimari, ut pro tribus oblongis frustis servus conquiri possit.

Men kan ook niets beters vinden dan Mutoelabatta, om in die Eilanden slaven te koopen, want men voor twee snoeren van bovenstaande lengte een slaaf kan krygen.

De Ed. Compagnie heeft daarom veel moeite gedaan om de regte gedaante van Mutoelabatta op 't Eiland groot Savo, Westzuid-westelyk van Timor gelegen, op te zoeken, maar heeft daar over een schip verlooren, en daar na het werk laten steeken, vermits verradery daar onder liep, gelyk boven in 't verbaal van Wykersloot aangeroert wert.

Dewyl nu zoo een grooten hoop Orangkayen of Regenten op Timor en Rotti zyn, dat hun nagegeven wert in zekere Negorye hondert en tien Orangkayen getelt te zyn, daar haar aller Onderdanen maar hondert en negen waren, en egter een yder dezen de Mutulabatta wilde dragen, zoo moet daar noodzakelyk veel vals goetje onder loopen, het welk dan die geene ter degen moeten leeren kennen, die op die plaatsen handelen.

Deze Koralen lange by de smeerige menschen gedragen, besterven zeer bleek, en werden van binnen zwart, dewelke zy dan wederom zuiveren met een loogwater daar in zagtjes gewreeven, en weder gedroogt. Ik heb zulks geprobeert aan zoodanige stukjes, die buiten gestreept en pypeformig waren, en bevonden dat ze wel zuiver wierden, maar besturven daar na graauwer, dan ze te vooren waren, zoo dat het misschien een byzonder loog moet zyn.

Anders zyn gants geen medicinale kragten daar van bekent, zoo dat buiten twyffel de eenigste oorzaak van hunne extime zy, ten deele de inbeeldinge en inzinnigheid der Inlanders, die ze misschien om gezontheid en goed geluk dragen; ten deele om dat het zoo weinig en zelden gevonden wert. Het zy zoo het wil, het is zeker, dat de Inlanders ons niet willen openbaren de plaats, daar het gevonden wert, gelyk het een zeer nydige Natie is, die nog andere kostelyke gewassen en metalen, op hun land vallende, voor ons verborgen houden.

Diergelyke ongewone zoorte van Koraalgewas vindt men in 't Koningryk van Benyn, in groote rivieren, die landwaart in zyn, groejende onder water op steenen, gelyk andere Koralen, en wert in die landtaal genaamt Akori, *en zal blaauwagtig zyn, waar van ziet* Dappers Africa pag. 126. *Andere noemen 't* Akogria, *en zeggen dat men niet alleen blaauw, maar ook geel vindt, en op de goudkust zoo getrokken is, dat men voor drie langwerpige stukjes een slaaf bekomen kan.*

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Lithodendrum calcarium. Carang bonga.

Secunda classis arbuscularum marinarum nullo modo adfinis est Coralliis, instar plurimarum præcedentium, sunt enim naturæ producta, formam quidem præbentia arbuscularum, fructuum, florum, vel similium, sed non lignosa vel flexilia sunt, sed solummodo saxosam praebent naturam. Atque hæc iterum dividuntur in plures species, quarum plurimum notas enarrabimus, ac primum hoc in capite quatuor producemus Lithodendri species, quæ ad calcem urendam adhibentur.

Primo. *Lithodendrum calcarium erectum*, elegans est planta, ramos adtollens digitum crassos, ad altitudinem binorum vel trium pedum, superius sese dividentes in plures alios minores, & transversaliter alios emittentes, qui proximis adcrescunt ramis, ita ut tota arbuscula quasi cancellata sit.

Externe autem hi obsessi sunt plurimis brevibus & obtusis spinulis, folia referentibus Abrotani, sed quæ superne planiusculæ & stellatæ sunt, omnes obcupantes ramos usque ad ipsorum extremitates, quæ obtusæ sunt, læte violacei seu ex fusco purpurei coloris, quum primum e mari producuntur, sed dein albescunt.

Rami hujus plantæ tam miram obtinent formam, ut quidam Cornu cervi, quidam cancellos, quidam digitos & majores literas referant.

Recens e mari productum nullam peculiarem gerit crustam instar plurimarum Calbaharii præcedentis specierum, sed ubique obductum est ingrato & falso visco, qui plantam facit sordide flavam & cineream, exceptis teneris extremitatibus, quæ violacei sunt coloris,

Post-

EEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

Het Kalkagtige Kraalboompje.

Het *tweede hoofdgeslagt van de Zeeboompjes heeft geene gemeenschap meer met de Koralen, gelyk de meeste voorgaande, maar het zyn gewassen, die wel de gedaante van boompjes, vrugten, bloemen, of andere dingen vertoonen, dog niets van de houtagtige en buigzame, maar alleen steenagtige natuur hebben. Deze verdeelen hun wederom in veele zoorten, waar van wy de meest bekende zullen ophalen, en voor eerst in dit Hoofdstuk vier zoorten van Kraalsteenige boompjes beschryven, die men tot het kalkbranden gebruikt, gelyk volgt.*

1. Lithotendrum calcarium erectum, *of opgeregte* Kraalboompje, *is een cierlyk gewas, met vingersdikke takken opschietende, tot de hoogte van twee of drie voeten, boven zig in veele mindere verdeelende, en dan nog overdwers andere uitschietende, die aan de naaste takken vast groejen, zoo dat het geheele boompje een tralywerk gelykt.*

Van buiten bezet met menigte van korte en stompe doorntjes, gelykende de bladeren van 't kruid Abrothanum of Averrone, dog vooren wat plat en gesternt, alle takken bezettende tot de toppen toe, dewelke stomp toeloopen, en ligt violet of purper-bruin zyn, als zy eerst uit Zee komen, maar daar na wit verbleeken.

De takken van dit gewas loopen zoo wonderlyk, dat zommige Herteboorns, zommige tralien, zommige vingers en groote letters verbeelden.

Vers uit Zee komende heeft het geen eigentlyke korste, gelyk meest alle voorgaande Kalbahaars zoorten, maar is overal behangen met een onlieflyke en pekelagtige slym, die het gewas vuil-geel en graauwagtig maakt, behalven aan de jonge toppen, die violet zyn.

Een

Postquam vero per mensem pluviis fuerit expositum, elegantem albumque contrahit colorem, acsi esset elegans saccharatum opificium, excepto ramo & inferioribus ramis, qui flavescunt, vel cinerei sunt coloris, ac breviores gerunt spinulas ramis, ac multo magis granulosi sunt.

Substantia totius arbusculæ plerumque quidem saxosa & firma est, nihilominus tamen tam fragilis, ut minima vi cuncti avelli possint rami, obtusæ quoque ramulorum spinulæ adeo fragiles sunt, ut primo tactu sæpe frangantur, & digitos etiam quodammodo lædant per acutas oras. Interna substantia albissima est, subtiliter venosa, oblique nempe & transversaliter, porosa, & splendens instar sacchari, omnesque venulæ seu tubuli ad istas excurrunt obtusas spinas, atque ubi hæ non observantur, in minima terminantur foraminula, quibus crassissimi & rotundissimi rami referti sunt, ita ut externe stellati esse videantur.

Secundo. *Lithodendrum calcarium sessile*, substantia sua non differt a priore, sed quidem forma, sunt enim ingentes planique stolones, binos tresve pedes lati, non semper rotundi, sed obliqui & angulosi, in medio fovea excavati instar ingentis floris vel patinæ, basis ejus inferior crassa & curta rupi insidet Corallinæ.

Ex hac crassa basi, externe rugosa & brevibus referta ramis, sensim sese in orbem explicant primarii rami, mox dehiscentes, instar floris sese aperientis. Hi tam dense locantur, totque innumeris transversalibus extensi ramulis, cancellorum modo sibi nexi & adcreti, ut in multis locis unicam forment massam, subtus obsessi brevibus & spinulosis ramulis, sed perpendiculariter concreti sunt innumeris rectis ramulis, minimum digitum circiter longis, & ultra pennam crassis, qui undique obsessi sunt similibus obtusis spinulis, more Abrotani uti in præcedente; in extremitatibus violacei quoque coloris, ejusdemque coloris, si per pluvias fuerit depuratum, ut in priore.

Hæ ambæ species nullam regularem servant formam, sed adeo inter sese mixtæ sunt, ut quædam semi decumbentes, quædam ad dimidium erectæ sint. Ipsarum rami cancellorum more decurrunt plurimis in locis sibi juncti, quorum supremi semper rami plurimis referti sunt spinulis, sed inferiores & crassissimi utcumque rotundi sunt, spinulæque deciduæ, atque in ipsarum loco foraminula stellata sunt, quæ terminantur in internos saxi radios. Quidam crescunt multis curtis crassisque ramis, verrucis & spinis obsessis, inter quas foraminula stellata plurima locantur, quæ simul formam præbent plani bulbi, sed ramuli potissimum eriguntur, & durioris sunt substantiæ utrisque, uti & in durioribus hi crescunt saxis.

Tertio. *Lithodendrum digitatum* ramos gerit breves, rotundos, & crassos instar obtusorum digitorum in vola seu plana palma, vel instar articulorum Zingiberis, nullasque fere gerit spinas, sed planas & stellatas verrucas. Aliquando hi digiti tam crassi sunt, ut chirothecas lanarias referant. Quidam etiam crassi & ramosi instar Cornu cervi. Solidioris sunt substantiæ priore, interne albi quoque & radiati instar sacchari, sed externe non ita albent quam præcedentes, semperque flavescunt, licet diu ad pluvias irrorentur.

Quarto. *Lithodendrum litoreum*, arbusculæ sunt pusillæ, ex plurimis constantes tenuibus ramulis, plurimum erectis, & superius acutis instar subularum, nihilominus fragilibus, verrucis & foraminulis obsessi sunt instar priorum, inque glebis simul locantur, nec penitus albent. Ramuli culmum circiter crassi sunt, crassiores tamen prioribus.

Omnes hæ quatuor species plures habent varietates & miras formas, quas omnes describere nequeo, sed cunctæ raræ & dignæ sunt, ut serventur, si tam durabiles quam elegantes essent, omne enim recens e mari productum in extremitatibus & teneris ramulis haud multo durius est saccharo cantho, sed inferiores & crassi rami satis duri sunt, sed molliores Albastro vilissimo.

Contra omnes hæ species diu in litore decumbentes lapidescunt, ita ut frangi nequeant, ac duritiem fere obtinent Calbaharii albi, præsertim si per mare politæ sunt redditæ, unde & inperiti eas pro Calbahario habent, sed discrimen facillime detegitur, omne enim lapideum Carang rotunda & stellata exhibet foraminula, ac verum Calbaharium externe strias obsert Corallinas. Saxosum Carang etiam nunquam in Limonum succo forti bullas emittet, uti Calbaharium.

Nomen.

Een maand daar na in regen gestaan hebbende, wert alles schoon wit, als of het een konstig gebakken zuikerwerk was, behalven den stam en onderste takken, die geelagtig of graauw blyven, ook kortere doorns hebben, dan de takken, zynde veel meer met korreltjes bezet.

De substantie van 't geheele boompje is wel doorgaans steenagtig en styf, niet te min zoo bros, dat men met de minste moeite alle takken kan afbreeken, ook bryzelen de stompe doorntjes der takken, zoo dra men ze handelt, snydende zomtyts wat in de vingers met hunne scherpe kanten. Binnen is de substantie spier wit, fyn geadert, schuins en dwers, poreus, en glimmende als zuiker, loopende alle adertjes of pypjes na de voorsz. stompe dorens, daar dezelve niet zyn, eindigen ze in kleine gaatjes, daar de dikste en rondste takken vol van zyn, en van buiten gesternt schynen.

2. Lithodendrum calcarium sessile, *of platte Kraalboompje, verschilt in substantie niet van 't voorgaande, maar wel in gedaante, want het zyn groote platte stoelen, van twee en drie voeten breed, niet altyd rond, maar scheef, en geboekt, in de midden met een kuil, gelyk een groote bloem of schootel, beneden met een dikken korten voet, die op de Kraalklippen vast staat.*

Van dezen dikken voet, die van buiten ruig en vol korte takken is, verspreiden zig allengskens in 't ronde de hoofdtakken, schielyk van malkander gapende, gelyk een opengaande bloeme, of gelyk een doopsteen. Deze staan zoo digt, en met ontelbare dwerstakken, traaljesgewyze aan malkander vast gegroeit, dat ze op veele plaatzen een stuk maken. Van onderen bezet met korte en steekelige takjes, maar regt overeind zyn ze begroeit met ontelbare regte takjes omtrent een pink lang, en ruim een schaft dik, rondom bezet met diergelyke stompe doorntjes, Averoons gewys, gelyk aan 't voorgaande, aan haar toppen mede violet, en van dezelve couleur, als het door den regen schoon gemaakt is, gelyk het voorige.

Deze beide zoorten houden geen vaste gedaante, maar vermengt zig door malkander zoo, dat zommige half leggende, en half staande zyn. Hunne takken loopen traaljesgewyze door malkander, op de meeste plaatzen aan malkander vast, waar van altyd de bovenste takken met de meeste doorntjes bezet zyn, maar de onderste en dikste zyn meest rond, de doorntjes afgevallen, en in derzelver plaats ronde gesternte gaatjes zyn, waar in de binnenste stralen des steens eindigen. Zommige groejen met veele korte dikke takken, vol wratten en doorns, en daar tussen vol gesternde gaatjes, uitmakende de gedaante van een platte bol, dog de takjes staan meest overeind, zyn harder van substantie dan de beide voorgaande, gelyk ze ook op hardere steenen groejen.

3. Lithodendrum digitatum *heeft korte, ronde, dikke takken, als stompe vingeren, aan een vlakke hand, of als de klaauwen van Gember, heeft geen zonderlyke dorens, maar platte en gesternde wratten. Zomtyds werden deze vingeren zoo dik, dat ze wanten of wolle handschoenen gelyken. Zommige ook zoo dik, en getakt als Herteboorns. Zy zyn vaster van substantie dan de voorgaande, van binnen mede wit, en gestraalt als zuiker, maar van buiten willen ze zoo wit niet werden als de voorige, blyvende geelagtig, al bleekt men ze lange.*

4. Lithodendrum litoreum *zyn kleine boompjes, uit veele dunne takjes gemaakt, die meest over eind staan, boven spits als elssen, niet te min bros, met wratten en gaatjes bezet als de vorige, staande in klompjes by malkaar, en werden ook niet regt wit. De takjes zyn omtrent een stroobalm dik, en egter styver dan de vorige.*

Alle deze vier zoorten hebben nog veel meer veranderingen, en zeltzame gedaantens, die ik niet alle beschryven kan, alle raar en waardig om te bewaren, indien ze zoo duurrabel als schoon waren. Want al wat vers uit zee gehaalt werd, is aan de toppen en teere takken niet veel harder dan gebakken zuiker, maar de onderste en dikke takken zyn redelyk hard, dog nog al weeker dan de slegste Alabast.

Daar en tegen alle deze zoorten, die langen tyd op strant leggen, werden steenhard, zoo dat men ze niet breeken kan, gewinnende schier de hardigheid van wit Kalbahaar, zonderlyk door de zee glad gesleepen zynde, hoe dat ze de onervaare voor Kalbahaar oprapen, dog het onderscheid blykt zeer ligt, want al het versteende Karang vertoont altyd zyne ronde en gesternde gaatjes, en het opregte Kalbahaar zyn Koraline streepen van buiten. Zoo zal ook de versteende Karang nooit in zuure Limoensop kooken, gelyk het Kalbahaar doet.

Naam.

Nomen. Latine *Lithodendrum calcarium*, generali nomine; *Carol. Cluſius libr. 6. cap. 7.* id vocat *Plantam ſaxeam Abrothanoidem*, quæ delineata eſt ad fruſtulum ex India Orientali delatum. Belgice *witte Kraalboompjes.* Malaice *Carang bonga*, h. e. ſaxum Corallinum, quod forma floris vel plantæ excreſcit. Prima vero ſpecies peculiariter vocatur *Lithodendrum calcarium erectum*; ſecunda *Lithodendrum calcarium ſeſſile.* Utræque Malaice *Carang bonga*; tertia *Lithodendrum digitatum*; Malaice *Carang alea*, ſeu *Zingiberiforme ſaxum Corallinum*; quarta *Lithodendrum litoreum*; Malaice *Carang panthey.*

Sub aqua hi Fungi obducti sunt crasso visco instar Papedæ vel amyli, quorumque plicæ elevatiores gerunt oras instar denticulati limbi acicularum, quo feminæ utuntur, hi insuper obsessi sunt innumeris oblongis vesiculis ex eadem Papeda formatis, in quibus aliquid vivum seu insectum observatur, si adcurate sub aqua examinentur, quam primum vero extra aquam protrahuntur, hic mucus & vesiculæ inter plicas latent, & deliquescunt instar placentæ marinæ, teterrimum causantes fœtorem, antequam per pluvias abluantur.

Depu-

SES EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Steenige Cambernoelje.

Nu volgen eenige zoorten van Kraalsteenen, die juist geen eigentlyke gedaante van bloemen en vrugten, maar van eenig ander Landgewas vertoonen, inzonderheid van den Fungus of Cambernoelien, waar van wy drie zoorten zullen vertoonen.

1. Fungus saxeus; *in 't Duits* Steen-Cambernoelien, *al zoo genaamt na hunne gedaante, want het zyn ronde en platte schyven, boven wat verheven, zommige hooger, zommige platter, beneden een weinig hol, en aldaar in de midden zomtyds een voetje vertoonende, waar mede ze op de klippen dog niet vast zitten.*

De bovenste vlakte is gemaakt van ontelbare scherpe plooijen, gelyk men onder aan de onderste Land Cambernoelien ziet, klein en groot door malkander in de dikte van perkement, steen-hard, en snydende, met veele ronde tanden, zaags-gewys verciert, en alle t'zaamstootende, omtrent de middelste kloove als om een centrum.

De onderste zyde is digt, met korte, dog met stompe doorentjes of wratjes bezet, zoo ruig, dat ze moejelyk te handelen zyn.

Onder water zyn ze bekleedt met een dikken slym, als Papeda of Styfzel, en welkers plooijen verhevener kanten hebben, schier als speldewerk van vrouwen, die zyn daar en boven behangen, met ontelbare langwerpige blaasjes, van de zelfste Papeda gemaakt, daar aan men eenig leven bespeurt, als men ze nauw onder water bekykt, maar zoo dra men ze buiten 't water brengt, zoo zakt dezen slym, en blaasjes tussen de ploojen in, en versmelt als andere zeequallen, makende een zeer stinkende lugt, eer het door den regen afgespoelt werd.

De

Depurati albescunt, & instar saxi indurescunt, sed qui diu per litora devolvuntur, obtusi sunt, cinerei, & eo magis lapidescunt. Plurimi plani incumbunt rupibus Corallinis, locum non mutantes, licet ipsis non fixi sint, videturque hisce productis mediam tribuendam esse naturam inter saxum & Zoophytum, quum sub aqua cum adhærente muco instar aliorum Zoophytorum videntur vivere, nec tamen tam completi sunt veris Zoophytis, quæ viventem & moventem vim distinctius repræsentant. Alioquin hæc saxa habenda essent pro sceleto semi viventis Fungi.

Secundo. *Fungus saxeus oblongus*, a præcedente haud multum differt, excepto quod ex rotundo oblongus & multo major fit, unum nempe & sesqui pedem longus, semipedem latus, subtus concavus, superius alto & elevato dorso notatus, & juxta id sulcatus, ex quo plicæ undique ad oras excurrunt. Quidam longi & angusti sunt, quosdam habentes sinus & elevatum caput nec altum dorsum, optime referentes prorepentem vermem vel limacem, quidam elevatissimi sunt, & subtus concavi instar crateris, quum invertantur. Oræ in hac specie elegantius fimbriatæ sunt & subtilius excavatæ quam in priore, sed non tam album conquirunt colorem ad insolationem, sub aqua obducti sunt simili muco, qui mox deliquescit, quum extrahuntur. Laxe etiam Corallinis incumbunt saxis, nec locum mutant.

Tertio. *Mitra polonica*, Belgice *Poolsche Mutzen*. Similes sunt saxei Fungi, altius elevati prioribus, ac præterea variis eminentiis & tuberculis inæquales, & acutis plicis armati, quæ non tam inregulariter decurrunt, parumque spinulosæ sunt. Intus quam maxime concavi, & ob copiosas obtusasque spinulas spinulosi, ita ut vix tractari possint, substantiæ saxeæ, ac durissimi, per insolationem non albentes, sed sordide cinerei sunt. Quidam sine tuberculis tam alti & elevati sunt, ut veram referant Campanam, digitum circiter crassi, nihilominus tamen durissimi, & sonitum edentes, ac primi optime mitram æmulantur Polonicam, & tales pileos, quales nautæ gerunt, ac plerumque tantæ magnitudinis, ut capiti inponi possint, quidam aquam continent, alii non, si in inversis aqua effundatur.

Nomen. Latine *Fungus saxeus*, vel Græco verbo *Mycetolitos*, quod nomen primæ proprie competit speciei. Malaice *Carang culat*, h. e. Fungus lapideus. Secunda species dicitur *Fungus saxeus oblongus*, atque sub hoc numeratur *Limax saxea*, Malaice *Batu barudan*, quum adhibetur ad radices radendas. Tertia species vocatur *Mitra polonica*, & sub hoc comprehenditur *Campana saxea*, Belgice *Poolse* seu *Gedrummelte Mutsen*. Malaice *Carang carpoessa*, seu *Carpoessa batu*.

Locus & Usus. Ubique circa Amboinenses inveniuntur insulas, sed in nullo peculiari sunt usu, excepto quod secundæ speciei tales eligantur, quæ diu in litore decubuerunt, satis insolatæ & semi obtusæ sunt, quibus mulierculæ utuntur, ut ad acutas plicas virides quasdam radices & fructus radant vel poliant, uti Zingiber viride, Curcumam, viridem Limonem Nipis, qui pro condimento præparatur, sed cavendum est recentia saxa, plenas habentia plicas, ad hoc opus adhibere, horum enim plicæ papyri tenuitatem habent, inque ramenta dissiliunt instar vitri.

Cæterum omnes hæ species tanquam aliquid rarum servantur, præsertim si plicæ elegantibus fimbriis ad normam denticulati limbi operis acicularum ornatæ sunt.

Mitræ Polonicæ a Sinensibus etiam æstimatæ sunt, quoque rugosiores & tuberculosiores sunt, eo majori ab iis habentur in pretio, proponunturque ab iis instar monticulorum naturalium ante Idola, quibus semper rarissimas, quas conquirere possunt, offerunt res, atque in ipsorum sulcis inponunt candelas thuriferas.

Nautæ, aliique, quorum opus est in maris limbo ambulare, anxii sunt hos calcare Fungos, quum pedes vehementer lædunt & lacerant, frustaque ipsis tanquam vitri ramenta inhærent.

Carol. Clusius libr. 6. exotic. Cap. 10. tres quoque describit *Fungi saxei* species, quas ex aliorum relatu dicit crescere partim in mari, partim in Nylo, qui ultimus locus mihi suspectus est, quin deberet esse in ejus ostio, ubi aqua marina adfluit, & ingentes locantur scopuli.

Nam

De schoongemaakte werden wit, en steenbard, maar de welke zeer lange op strant rollen, werden stomp, graauw, en versteenen hoe langs hoe meer. De meeste leggen plat op de Kraalklippen, van plaats niet veranderende, al zyn ze daar aan niet vast, en het schynt, dat men deze gewassen een middelnatuur moet geven, tussen steen en Zoophytis, om dat ze onder water met haar aanhangende slym als andere zeequallen schynen te leven, en egter nog zoo volkomen niet zyn als de regte Zoophyta behooren te zyn, die de levende en roerende kragt duidelyker vertoonen. Anders moeste men deze steenen voor een geraamte van een half levende Fungus houden.

2. Fungus saxeus oblongus, *verschilt van de voorgaande niet veel, behalven dat hy uit den ronden, langwerpig, en veel grooter werd, te weten een en anderhalve voeten lang, een halve voet breed, van onderen hol, boven met een hooge verhevе rugge, en langs de zelve een kloove, van waar de ploojen rondom na de kanten loopen. Zommige zyn lang en smal, met eenige bogten, en een verheeve hoofd, niet hoog van rugge, zeer wel verbeeldende een kruipende worm of een wegslakke, zommige zyn zeer hoog, en van onderen hol, gelyk diepe bakken, als men ze omkeert. De ploojen aan deze zoorten zyn frajer gekant, en subtielder gesneeden dan aan de voorige, dog werden zoo wit niet in 't bleeken, onder water zyn ze met diergelyke slym bedekt, die dadelyk weg smelt, als men ze uithaalt. Zy leggen ook los op de Kraalklippen, en veranderen van plaatze niet.*

3. Mitra polonica, *in 't Duits* Poolsche Mutsen. *Zyn diergelyke steenen Fungi, nog hooger verheven dan de voorgaande, en daar en boven met verscheide bulten of heuveltjes oneffen, en met scherpe ploojen bezet, die zoo ordentelyk niet loopen, ook wat steekeliger zyn. Van binnen zeer hol, en wegens de veele stompe doorens mede steekelig, zoo dat men ze kwalyk handelen kan, steenhard van substantie, door geen bleeken wit wordende, maar blyven leelyk graauw. Zommige loopen zonder bulten zoo hoog, dat ze een regte klok verbeelden, omtrent een vinger dik, niet te min zeer hard, en klinkende; de eerstgenoemde gelyken zeer wel de Poolsche Mutsen, of ook Drummelte Mutsen, die de Matroosen dragen, gemeenlyk zoo groot, dat men ze op 't hoofd zetten kan, zommige houden water, zommige niet, als men in de omgekeerden water giet.*

Naam. *In 't Latyn* Fungus saxeus, *of met een Griekschen naam* Mycetolitos, *welken naam de eerste zoorte eigentlyk toekomt. In 't Maleits* Carang culat, *dat is Steene Kambernoeliën. De tweede zoorte hiet* Fungus saxeus oblongus, *en daar onder de* Limax saxea; *in 't Maleits* Batu barudan, *om dat men ze gebruikt om groene wortelen daar op te raspen. De derde zoorte hiet* Mitra polonica, *en daar onder de* Campana saxea, *in 't Duits* Poolse *of* Gedrummelte Mutsen; *in 't Maleits* Carang carpoessa, *of* Carpoessa batu.

Plaats en Gebruik. *Men vindt ze overal rondom de Amboinsche Eilanden, en werden tot niets zonderlings gebruikt, behalven dat men van de tweede zoorte neemt zoodanige, die langen tyd op strant hebben gelegen, ter degen uitgeverst, en half stomp gesleepen zyn, die de vrouwtjes dan gebruiken om tegens die scherpe ploojen eenige groene wortelen en vrugten klein te raspen, of effen te maken, als groene Gember, Curcuma, groene Limon Nipis, die men tot het inleggen bereiden wil. Maar men moet zig wel wagten, versche steenen, die haar volkomen ploojen nog hebben, hier toe te nemen, wiens ploojen zoo dun als papier zyn, en in stukken springen als glas.*

Anders werden alle deze zoorten tot rariteit bewaart, inzonderheid als de ploojen met fraaije kanten na 't fatzoen van Speldewerk verciert zyn.

Drummelte Mutsen zyn by de Chineesen ook wel gewilt, hoe ruiger en met meer bulten, hoe hooger ze die agten, zetten dezelve als natuurlyke bergkens voor hunne Afgoden of Joosjes, aan die zy dog altyd het raarste presenteeren, dat ze krygen konnen, boven op in de klove plantende eenige rookkaarsjes.

De Vissers, en andere, die in zee moeten wandelen, zyn mede bange op deze Fungos te trappen, dewyl ze de voeten fel doorsnyden, en de stukjes als glas daar in laten steeken.

Carol. Clus. Lib. 6. exotic. Cap. 10. *beschryft ook drie zoorten van den* Fungus saxeus, *die hy uit het verhaal van andere zegt te groejen, ten deele in de zee, ten deele in de Nyl, aan welke laatste ik zeer twyffele, of het moeste in de mond van den Nyl zyn, daar het zeewater komt, en groote klippen staan.*

Want

Fig. 4.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Nam suum Nyloticum fungum describit ejusdem formæ cum nostro Amboinensi, qui in aperto crescit mari, brevi gaudens pedunculo, uti supra dictum fuit, quique rarissime invenitur. Tertia ipsius species in eodem descripta Capite videtur esse *Amarantus* noster *saxeus*.

Non possum concedere, uti quidam sustinent docti, cunctas arbusculas marinas & Corallia primo fuisse vegetabiles herbas, ac dein per lapideum succum in aqua marina latentem in saxum degenerata fuisse, uti & memoratum Fungum, & Amarantum saxeum proprie fuisse antea plantas terrestres, ac casu in mari projectos in saxum mutatos fuisse, uti legitur in censura ad plantas meas marinas raras Berolinum missas, in *Ephemerid. Germ.* anno 1684. *obs.* 21. De Coralliis falsum esse supra variis in locis ostendi. De Fungis saxeis multo minus verum esse potest, quum aliam penitus obtinent formam terrestribus Fungis, ac nunquam in terra tantus conspectus fuit Fungus, quantus supra descriptus est sub Batoe baroedan, & Mirta polonica.

Sub prima specie complectitur etiam *minor Fungus saxeus*, formam habens placentularum quarundam, quæ *Barua* dicuntur, & ad potum Thee obferuntur, forma denarii vel semi inperialis, in superiore parte gibbosus & striatus instar primæ speciei subtus concavus, sed glaber & politus, sub specie quarta in Figuris obcurrunt hæ.

Want zynen Nytolissen fungus beschryft by t'eenemaal van het zelve fatzoen, als onzen Amboinschen heeft, die in de openbare zee wast, en een kort voetje had, gelyk gezegt is; dat zeer zelden gevonden wert. De derde zoorte van hem in 't zelve Hoofdstuk beschreeven, schynt onzen Amarantus saxeus *te zyn.*

Dat zommige Geleerden sustineeren, dat alle Zeeboompjes en Koraalgewassen niet alleen in 't eerst een groeijend kruid zyn geweest, en daar na door den steenzap in zeewater schuilende, in steen verandert, maar ook de bovenstaande Fungus en Amaranthus saxeus eigentlyk landgewassen zouden zyn geweest, en by geval in zee komende in steen zouden verandert zyn, gelyk men lezen kan in de Censura, op myne Zeerariteiten na Berlyn gezonden, in Eph. Germ. *anno* 1684. obs. 21. *kan ik niet toestaan, dat het met de Koraalboompjes niet zyn kan, heb ik boven op verscheide plaatsen getoont. Met de Fungis saxeis kan het veel minder zyn, dewyl dezelve een geheel ander gedaante hebben dan de land Campernoelien, en nooit is 'er op 't land zoo groote Fungus gezien, als wy hier boven den Batoe baroedan, en de Drommelte nu beschreeven hebben.*

Onder de eerste zoorte behoort nog een kleine Fungus saxeus, *van gedaante als zekere koekjes* Barua *genaamt, die men by de Theebak opschaft, in de gedaante van een schelling of een halve ryksdaalder, aan de bovenzyde bultig, en gestreept als de eerste zoorte, aan de onderste zyde hol, dog effen, en niet ruig, in de figuur zyn ze te zien onder de vierde zoort.*

Tabula Octogesima octava

Fungos saxeos exhibet, quorum species prima ad Fig. 1. species 2. ad Fig. 2. species tertia ad Fig. 3. & species quarta ad Fig. 4. exhibentur. Primaque etiam a *Valent.* in Indiæ literatæ *Epistola* 47. *No.* 9. describitur, & *Tab.* 9. *fig.* 2. delineatur. Fungosque marinos etiam habet *Beslerus* in *Museo* suo *Tab.* 27 & 28. & *D. S. Buttnerus* in *Dissertat* de *Coralliis fossilibus, pag.* 13. omniumque plurimos & elegantissimos Cl. Boerhavius in Indice H. L. Batavi.

De agt en Tagtigste Plaat

Vertoont de *Steenige Campernoeljes*, waar van de eerste zoorte by de eerste Figuur, de tweede zoort by de tweede Figuur, de derde zoort by de derde Figuur, en de vierde by de vierde Figuur vertoont wert. En de eerste zoort wert ook van *Valentyn* in zyn geleert Indiën, 47. *Brief No.* 9. beschreeven, en op de 9 *Plaat fig.* 2. afgebeeldt. Andere Zee-Campernoeljes heeft ook *Beslerus* in zyn *Museum Tab.* 27 en 28. en de Heer *D. S. Buttnerus* in de Dissertatie over de Coralen *pag.* 13. en de meeste en fraaiste van allen, de vermaarde Heer *Boerhave* in zyn *Index* van de Leidsche Tuin.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Saxum calcarium marinum. Carang.

Hæc saxa non amplius plantarum formam habent, sed hic ea oportet locare, tam ob ipsorum naturam vegetabilem, quam quod bases sint cunctorum præcedentium Calbahariorum.

Sunt autem saxa sordida & inregularia, multis prominentibus angulis seu eminentiis, & foveolis ac foraminibus excavata, externe rugosa, sordide virentia & nigricantia, fœtente muco marino obducta, interne albissima instar Albastri, subtiliter striata seu venosa instar sacchari albi, quæ venæ non regulares & homogeneæ sunt, sed hic & illic decurrunt. Recenter e mari producta, mollissima sunt, ita ut obtusis majoribus cultris Parrang dictis & securibus formari possint, uti lubet, sed ob profundas foveas raro potest inveniri ora glabra.

Dissecta cito contrahuntur, inque aëre magis magisque indurescunt. Interne haud solida sunt, sed præter istas foveolas alias porro habent cavitates, in quibus oblongi nigrique locantur musculi, rotundi, & ex binis formati segmentis, instar vaginæ formati & digitum longi, in quo piscis musculinus albus reperitur, præstantis saporis, quique describitur in *libro* nostro *quarto* de *animalibus*, sub nomine *Pholæ*, seu *Asusseng batu*.

Hic musculus in ista cavitate tam eleganter & artificiose reconditur, acsi ad hanc formatus esset, semper tamen tubi quidam concavi per saxum decurrunt, per quos aquam marinam sugit. In aliis apertis foveis degunt plerumque *Brissi*, qui sunt Echini marini minores, curtas durasque gerentes spinas.

Hæc porro saxa nullam regularem habent formam, sunt enim inregulares glebæ, binos, tres, quatuorve pedes magnæ, quædam planiusculæ sunt instar mensæ amplæ, quoque hæc saxa in mari profundiora locantur, eo majores sunt rupes, quibus increscunt Calbaharia nigra & cinerea plerumque, quæ vero non habent ultra binas orgyas aquarum, obducta sunt istis albis Coralliis, quæ proprie habentur vera producta horum scopulorum.

SEVEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Zee Kalk-steen, of Kopsteen.

Deze stenen hebben geen gedaante meer van planten, dog moeten hier gezet werden, zoo wel om haar ligtgroejende natuur, als om dat ze de Bases of grondstenen zyn van alle de voorgaande Kalbahaars.

Het zyn leelyke ongeschikte steenen, vol uitsteekende hoeken of koppen, en daar tussen vol kuilen en gaten, buiten ruig, vuil-groen, en zwartagtig, met een stinkende zeeslym bedekt, binnen spierwit als Albast, fyn gestreept, of geadert als witte zuiker, welke aderen niet eenparig, maar hier en daar loopen. Vers uit zee komende zyn ze zeer week, zoo dat men ze met stompe parangs en bylen gemakkelyk behouden kan, in wat fatzoen men wil, dog wegens de kuilen, die diep ingaan, kan men zelden een zyde vinden, die effen is.

De bekapte besterven graauw, en werden in de lugt hoe langer hoe harder. Zy zyn binnen ook niet massief, maar behalven de voorsz. kuilen hebben ze nog andere holligheden, daar in langwerpige zwarte Mosselen leggen, rond, van twee deelen gemaakt, gefatzoeneert als een scheede, en een vinger lang, daar in een witte Mosselvis gevonden wert, goed van smaak, in ons Dierboek Lib. 4. *beschreeven, onder den naam van* Pholas *of* Asusseng batu.

Deze Mossel leit in de holligheid zoo net, als of ze daar na gemaakt was, egter altyd met eenige holle pypen door de steen, waar door zy 't zeewater zuigen. In de andere open kuilen houden zig meest op de Brissi, *dat zyn kleine Zee-Egels, met korte en harde steekels.*

Deze stenen nu hebben geen zekere fatzoen, want het zyn allegaeer ongeschikte klompen, van twee tot drie en vier voeten groot, zommige vallen platagtig, als breede tafels, en hoe dieper in zee hoe grooter klippen het worden, waar op dan de zwarte en graauwe Kalbahaars-boompjes meest hunne zitplaats hebben, maar die niet boven twee vadem waters hebben, zyn begroeit met de voorsz. witte Kraalboompjes, dewelke men voor 't eigentlyke uitspruitzel van deze klippen houd.

Non vere numerari possunt sub vulgari saxorum natura, sed ad vegetabiles quodammodo pertinent res, ortum enim ducunt, & crescunt ex crassa, & terrestri salsedine aquæ marinæ, ac nutrimentum porro hauriunt ex subjecta arena, cui etiam non infiguntur uti aliæ rupes marinæ, sed plerumque laxe ipsi incumbunt, nunc magis elevata nunc magis profunda, prout magna sunt, hisce tota freta referta inveniuntur, sed non sibi mutuo nexa, sed inregulariter locantur, & ubi uno anno protrahuntur, ibi post decursum aliquot annorum alia regerminant, quod in vulgaribus non ita obtinet saxis.

Peculiaris porro species est horum saxorum, quæ magnum litoris obcupat spatium, ita ut unica videatur esse cohors lapidea, seu continuatio saxorum instar magnæ placentæ extensa. Hæc species solidiorem & duriorem habet substantiam, non profunde sub aqua locata, unde aliquando nuda conspicitur, terræque fixa est, magisque convenit cum saxis terrestribus, unde & huic nulla increscunt Corallia, sed plures Algæ species.

Hæ placentæ quidem sibi mutuo adhærent, ipsarum tamen fissuræ & venæ denotant, unicum neutiquam constituere corpus, quoque terræ propiores, eo solidiores & planiores sunt, quo vero profundiores in mari, eo rugosiores, magisque tuberculosæ sunt. Sub iis plerumque arenosa locatur tabula, inque ea foramina instar puteorum, in quibus pisces natant sub saxo, ex quo detegitur, hæc saxa subtus concava esse, atque hinc fit, talia litora terræ motu abrumpi, & fundum petere.

Nomen. Latine *Saxum calcarium marinum*; Belgice *Kopsteen*, *Kalk*, en *Kraalstenen*, item *Katskoppen*, ex forma prominentium & rotundorum angulorum, qui minora referunt capita. Malaice *Carang*, quod primo denotat proprie hæc Saxa calcaria, secundo omnes tales saxosas plantas marinas, tertio cuncta talia saxa, quibus toti montes cincti sunt, nostratibus dicta *Speldewerk*, quarto collectionem florum, uti supra de Lithodendro dictum fuit. Quum non majora sunt capite, vel minora & tuberculosa, nec aliis juncta saxis, peculiariter *Carang oeby* seu *Batu ubi* vocantur ex forma majorum Ubii radicum, quas naturaliter referunt.

Nostrates ea vocant *Katskoppen* seu felium capita, quæ ad calcis ustionem optima censentur, quum substantia ipsorum sit densior & solidior magnis Corallinis rupibus. Secunda plana & durior species dicitur *Carang ticcar*, seu *Batu ticcar*, h. e. saxum calcarium latum, instar storeæ extensum. Belgice *Pannekoeken*.

Locus. Saxum hoc Calcarium amat crescere in planis & arenosis litoribus, in quibus lapilli inveniuntur, quæque sensim tota obcupat, sed in præruptis litoribus, & in quibus rotundæ jacent silices, non invenitur, ibique plerumque magnas latasque format ligulas. Ubi vero arena tenuis & solum cœnosum est, non cohortatim sibi invicem junguntur, sed hic & illic unum alterumve caput ex arena prominet, uti in mollibus Malaccæ fundis, & Orientali Sumatræ plaga, sed circa insulas Archipelagi Moluccani mare multo copiosiora ea profert in magnis cohortibus & tantis in frustis, ut totæ columnæ atque sippi ex iis formari possint, elegantissima autem & latissima in Uliasserensibus inveniuntur insulis, quæque etiam minimas gerunt foveas, magna tamen tubera aliis duris conspiciuntur increta rupibus sub aqua. Carang latum, seu *Batoe tickar* potissimum in Uliasserensibus invenitur, uti & undique circa mille insulas, ad Borealem Javæ & Bataviæ plagam sitas.

Usus. Hoc saxum per totam Indiam aquosam in multo usu est, præterquam enim quod omnis calx ex eo uratur, quæ adhibetur ad exstruendas arces & majora ædificia, sic quoque cuncti muri urbium & castellorum ex ea construuntur, quod ab inperitis incredibile videretur, ex tali nempe molli saxo in mari crescente præstantem calcem muralem, immo ipsos durabiles muros formari posse. Sed sciendum est, istud saxum mensis spatio per pluvias irrorari & macerari, antequam ad calcinationem adhibeatur, & per semi anni spatium, in terra pluviis exponi, antequam ad muros exstruendos adhiberi possit.

Novi

Zy konnen niet wel onder de gemeene natuur van andere stenen gerekent werden, maar behooren eenigzints onder de groejende dingen, want ze hebben hunnen oorsprong, en wassen uit de grove aardagtigste ziltigheid des zeewaters, nemende voorts hun voedzel uit het onderleggende zant, daar in ze ook niet vast steeken, gelyk andere Zeeklippen, maar leggen gemeenlyk los daar in, na hunne grootte min of meer gezakt. Men vindt wel geheele reven daar van, dog die zyn niet aan malkander vast, maar leggen hol over hol op malkander, daar men ze het eene jaar uitbreekt, zullen na verloop van jaren weer andere groejen, 't welk met gemeene stenen zoo niet en geschiedt.

Daar is nogtans een byzondere zoorte van deze Kraalstenen, dewelke een groot einde van het strand beslaat, zoo dat het een doorgaande plaaister, of eenen steen schynt te zyn, gelyk grootte pannekoeken. Deze zoort is massiver en harder van substantie, niet diep onder water, weshalven deze pannekoeken zomtyds bloot vallen, zyn aan 't lant vast, en hebben meer gemeenschap met de landstenen, daarom hier op ook geen Kraalsteen wast, maar veelderlei zoorte van Alga.

Deze koeken hangen wel aan malkander, egter hunne scheuren en aderen bewyzen, dat ze geenzints een ligbaam uitmaken, hoe nader aan 't lant, hoe vaster en platter; hoe dieper in zee, hoe ruiger en hultiger. Onder hun hebben ze gemeenlyk een zandplaat, hier en daar gaten als putten, daar de vissen onder den steen doorzwemmen, waar uit men bespeurt, dat ze van onderen meest hol leggen, hier door gebeurt het ook, dat zoodanige stranden by een aardbeving gemeenlyk afbreeken, en zakken.

Naam. *In 't Latyn* Saxum calcearium marinum; *in 't Duits* Kopsteen, Kalk, *en* Kraalsteen, *item* Katskoppen, *alles van de menigte der uitsteekende ronde hoeken, die na kleine koppen gelyken. In 't Maleits* Carang, *'t welk beduid voor eerst eigentlyk dezen Kraalsteen, ten tweede, alle andere Kraalsteenige gewassen uit zee, ten derde alle scherpe stenen, waar mede men geheele bergen vindt bezet, by de onze genaamt* Speldewerk, *ten vierde een ruikertje van bloemen gemaakt, gelyk boven in Lithodendrum gezegt is. Als zy niet grooter dan een kop, en kleinder zyn, rontom met veele bulten bezet, en aan geen andere stenen vast, zoo werden ze in 't byzonder* Carang oeby, *of* Batu ubi *genaamt, na de gedaante van groote Ubis-wortelen, die zy zeer naturelyk verbeelden. De onze maken 'er* Katskoppen *van, werdende tot kalkbranden voor de beste gehouden, dewyl ze digter en massiver van substantie zyn dan de groote Kraalklippen. De tweede vlakke en hardere zoorten noemen ze* Carang ticcar, *of* Batu ticcar, *dat is breede Kraalsteen, als een matte uitgebreid, in 't Duits* Pannekoeken.

Plaats. *De Kraalsteen wil wassen op vlakke zandige stranden, met kleine steentjes gemengt, dewelke hy met 'er tyd geheel beslaat, maar op style stranden, en daar ronde keistenen leggen, vindt men hem niet, makende gemeenelyk groote breede reven op zig zelfs. Daar fyn zant en slykerige grond is, vindt men ze niet met geheele reven aan malkander, maar hier en daar met koppen uit het zant steeken, gelyk op de weeke gronden van Malacca, en het Oosterdeel van Sumatra gezien werden, maar rondom de Eilanden van den Moluksen Archipelago, brengt ze de zee veel overvloediger voort, te weten met geheele reven en zoo groote stukken, dat men pilaren en zarksteenen daar van maken kan, vallende de schoonste en breedste wel in de Oeliassers, die ook de minste kuilen hebben; evenwel ziet men ook groote knoesten op andere harde klippen onder water gegroeit. De breede Carang, of* Batoe tickar, *valt ook meest in de Oeliassers, als mede rond om de duizend Eilanden, benoorden Java en Batavia leggende.*

Gebruik. *Deze steen heeft door gants Water-Indiën een groot gebruik, want behalven al den Kalk daar van gebrant wert, die men tot metselen van Fortressen en massieve gebouwen gebruikt, zoo werden ook alle mueren van Steden en Kasteelen daar van gemaakt, het welk voor de onervare ongelooflyk zoude schynen, dat uit zulken weeken steen en die nog in zee groeit, een goede metselkalk en durabele mueren zoude konnen gemaakt werden. Hier op moet men weeten, dat die eerst een maand door den regen te degen moet uitgeverst zyn, eer men hem tot het Kalkbranden neemt, en wel een half jaar op 't land in de regen uitgespreit leggen, eer men hem tot metselen mag besigen.*

Ik

Novi architectos nostros in India non ita præcise hoc observare tempus, sed cogunt incolas recenter cæsa & exempta saxa urere, & ad muralem structuram adportare. Sed certus sum multa fabricare corruptioni obnoxia opera, hæc enim calx & saxa non rite macerata & recenter adhibita, diu suam servant salsedinem, qua muri semper humidi & virides sunt, & quævis ipsis adposita corrumpunt, uti & trabes ac postes, licet ex optimo fabricati sint ligno, hi intra paucos perduntur annos.

Dico autem hæc saxa Calcaria utilia esse ad calcinationem talis calcis, quæ ad muros exstruendos adhibetur, quem in finem cunctæ prominentiæ & tubercula obtusis securibus in frusta contunduntur, & in furno calcario laxe sibi invicem inponuntur, ita ut flamma penetrare possit. Superne injiciuntur Lithodendra calcaria supra *Cap.* 21. descripta, frusta nempe tertiæ speciei *Carang allea* dictæ. Si vero subtilis requiratur calx, solummodo alba eliguntur calcaria Lithodendra, quæ adhiberi possunt ad muros dealbandos & masticationem Pinangæ, uti latius id in isto indicatum fuit capite. Ad murorum porro exstructionem hæc saxa apta sunt, si aliquamdiu pluviis fuerint exposita, quum pauco labore dissecari possint, atque sensim per aërem adeo indurescunt, & calcem tam apte adtrahunt, quam aliud quodvis saxum terrestre, licet primum albastri mollitiem habeant. In muris primo cinerea sunt, dein per pluvias nigrescunt & muscosa sunt.

Hinc quum muri elegantes desiderantur ex hisce lapidibus, dense incrustandi sunt calce, & sæpius dealbandi, quod tamen in magnis arcibus non ita convenit, quum albi tales muri tempore obsessionis & pugnæ iis, qui iis instant, nocent, & per albedinem oculos horum obfuscant, putoque hinc melius esse, muros magnorum castellorum non dealbatos esse, non modo ob dictum incommodum vitandum, sed etiam quum saxum calcarium in aëre quo diutius eo durius fit, & adcrescens Muscus facile abradi potest.

Non facile fractura in muris etiam formari potest, quum globi sclopetarii molliter in eos invadunt, nec magnam caussant conmolitionem, fere instar murorum ex coctis lateribus constructorum. Mollities porro hujus saxi non permittit, quod gradus ex iis formentur, postes fenestrarum vel columnæ, quin esset in locis, in quibus nullum sustinere opus est pondus, & ubi continuo dealbantur, sic quoque ex solidioribus frustis elevata sepulchreta & tabellæ, in quibus aliquod epitaphium inscribitur, formari possunt.

Hoc saxum aliquando tam inregularem incomptamque habet figuram, modumque crescendi, ut speciem hominis vel animalis referat, uti meo tempore saxum inventum fuit, semi hominis formam æmulans, quod incolæ magis magisque sensim poliebant, ita ut ingens de eo spargeretur rumor, dicebantque exstirpatione vocem emisisse. Sine dubio etiam clam illud subduxissent, & idolum ex eo fabricassent, præsertim Sinenses, si non justo tempore abstulissem. Nomen hujus imaginis noverant, multasque de ea narrabant fabulas indignas, ut hic commemorentur.

Caput autem ejus arenæ inpositum erat inversum, eratque tuber concretum istis lithodendris saccharinis. Brachia, digiti & mammæ, videbatur, ab hominibus fabricatæ, licet negarent. Suprema hujus saxi pars, quod corporis inferiorem referebat partem, foveolis & ramis excavata erat.

Quumque dona dabam adlatoribus, brevi post similis mihi obferatur imago ex eodem saxo, recenter e mari petita, in qua non quidem manus aliæve hominum partes conspiciebantur, sed artus tam inregulares erant, ut hallucinari quis deberet, caputque inversum arenæ inpositum erat. Saxum hoc calcarium licet aliquamdiu aëri exponatur, ita ut exsiccatum sit, aptum tamen est ad calcem exurendam, si modo in frusta contundatur, nunquam enim tam lapidescit, quam alia saxa.

Aliquid rarum hic etiam enarrare oportet de hoc saxo Calcario & ramis Coralliorum in altis Amboinæ montibus inventis plerumque in iis locis, qui aciculæ opus dicuntur, aliis acutis silicibus mixta, sed ab iis separata, in frusta dispersa, quæ nulla alia occasione ibi translata potuerunt esse quam communi Diluvio, quo in istos locos etiam delatæ fuere ingentes incomptæque

Ik weet wel dat onze bouwlieden in Indiën deze precisiteit niet observeeren, maar dwingen de Inlanders de versgekapte stenen te branden, en ook tot het metselwerk aan te brengen. Dog ik verzekere ze, dat ze ook veele bedorven werken maken, want deze kalk en stenen nog niet ter degen uitgeverst gebesigt zynde, behouden hunne brakkigheid zeer langen tyd, waar door de mueren vogtig en groen blyven, ook al het goed, dat 'er tegens aan gezet wort, bederven, als mede balken en stylen, ook van 't beste hout gemaakt, bederven daar innen binnen korte jaren.

Ik zegge, dat deze Kraalsteen tot het branden dient van zoodanige kalk, die tot het metselen verbesigt werd. Tot welken einde alle de koppen en knoesten met stompe bylen tot groove stukken werden geslagen, en op den Kalkoven losselyk op malkander gestapelt, zoo dat de flamme daar door slaan kan. Boven op smyt men de boven gemelde Kraalboompjes cap. 21. *beschreeven. Item de gebrooke stukken van deszelfs derde zoorte* Carang allea. *Maar als men fyne Kalk wil hebben, zoo neemt men daar toe alleen de witte Kraalboompjes, die men tot het witten en eeten van Pinang gebruiken kan, gelyk breeder in 't gemelde Hoofdstuk beschreeven is. Voorts tot het metselwerk werden deze stenen bekwaam, als ze ter degen uitgeverst zyn, om dat men ze met kleine moeiten behouwen kan, werdende met 'er tyd door de lugt zoo hard, en nemen de Kalk zoo wel aan als eenig Landsteen doen kan, hoe wel ze in 't eerste zoo week als albast zyn. In de mueren besterven ze eerst graauw, daar na door den regen werden ze zwart, en mosagtig.*

Daarom als men eenige zinlyke mueren van dezen steen wil hebben, moet men ze dik pleisteren, en dikwils witten, 't welk egter aan groote Kasteelen niet wel en past, daar de witte mueren in tyd van beleegeringe, en vegten, die geene die daar op staan niet veel goeds doen, met haar wittigheid de oogen verblindende, en ik agte het beter, dat men de mueren van groove Kasteelen ongewit laat, niet alleen om het voorgaande ongemak te vermyden, maar ook om dat den Kraalsteen in de lugt hoe langer hoe harder wert, en het aangroeiende mos kan men ligtelyk afschrapen.

Ook zal men niet ligt een bresse in deze mueren maken, om dat de Kanonkogels zagt daar in gaan, en geen groote bryzelinge maken, schier gelyk de mueren van gebakken steenen. Verders laat de weekheid van deze steen niet toe, dat men trappen daar van maken, stylen van vensters en colommewerk, of het moeste op plaatze staan, daar het niet veel te dragen heeft, en met witten gedurig onderhouden wert, en zoo kan men uit de masiefste stukken ook verheeve Zarksteenen maken, en tafels daar in eenige opschrift zal komen.

Men vindt dezen steen zomtyds van zoo antiekze en snaakze form, van natuur gegroeit, dat men gedaanten van menschen en dieren daar aan vinden kan, gelyk by mynen tyd zekeren steen gevonden wierd, de gedaante van een halve mensch uitmakende, die de Inlanders met 'er haast wat holpen, en een groot geroep daar van maakten, dat het in 't uittrekken eenige stem van zig hadde gegeven. Zy souden 't ook na alle apparentie heimelyk weggesleept, en een Afgod daar van gemaakt hebben, waar toe hem de Chineesen ook al zogten, had ik 't niet by tyds uit hunne handen gekreegen. Zy wisten de naam van dit beelt, en veele fabeltjes daar by te vertellen onweerdig hier te verhaalen.

Het stont met het hoofd omgekeert in het zant, zynde een ronde bol, begroeit met de voornoemde Wafelsteen. De armen, vingeren, en borsten waren zoo het scheen, door menschen gefatzoeneert, hoewel zy 't ontkenden. Het bovenste van dezen steen, 't welk het onderlyf zoude zyn, was vol kuilen en takken.

En dewyl ik eenige vereeringe aan den brenger gaf, wierde my kort daar na nog een diergelyk Beelt gebragt, ook van Kraalsteen, en vers uit zee gehaalt, daar aan men wel geen handwerk van menschen konde bekennen, maar de leden waren ook zoo onfatzoenelyk, dat men daar na raden moest, zoo had het mede omgekeert met het hoofd in den zant gestaan. Den Kraalsteen al legt hy zomtyts lange op 't land, en is heel uitgedroogt, blyft egter bekwaam om Kalk daar van te maken, als men hem maar in stukken slaat, want hy versteent nooit, zoodanig gelyk andere stenen.

Nog moet ik iets zeltzaams hier aanhaalen, dat ik deze Kraalstenen en takken van Kraalboompjes ook in 't hooge gebergte van Amboina heb gevonden, gemeenelyk op die plaatzen, die men speldewerk noemt, onder de andere Keistenen gemengt, maar daar van los, met stukken en brokken hier en daar verstrooit, dewelke door geen andere gelegentheid daar henen kunnen gebragt zyn, dan door de algemeene

tæque istæ conchæ *Chamæ decumanæ* dictæ, quarum una pars seu concava dimidia pars aliquando a quatuor viris vix adtolli potest.

Sic quoque Coralliorum ramulos rupibus incretos inveni, sed haud longe a litore positos, & uti videtur, antiquis temporibus molles, ita ut undarum inpetus hæc frusta ibi dejecerit.

N. B. Horum saxorum etiam meminit *Valent.* in *India literata pag.* 509. binasque elegantes species delineavit *Tab.* 9. *fig.* 1. & 3. quas etiam habet *Besslerus* in *Museo* suo *Tab.* 26.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Saxum aquosum. Carang ayer.

Præcedenti saxo calcario adfine est saxum aquosum, quod ingentia sunt tubera, sed non adeo angulosa, plerumque instar frustorum abruptorum, saxosa quidem, sed fistulosa penitus, & referta penetrantibus tubis. Hi tubi non tam recti, rotundi, & concavi sunt quam in Halcyonio rubro supra *Cap.* 9. descripto, sed qui inregulariter decurrunt per totam saxi longitudinem, plani & compressi, ac valvulis ubique distincti, ita tamen, ut aqua ubique perfluere possit.

Crescunt instar alius Halcyonii in litore anteriore non profunde sub aqua, laxe plerumque in arena, ac dein in litus projiciuntur, ubi cinerei sunt coloris & indurescunt, & ab inperitis pro saxo calcario habentur. Plurima pars levis est, ita ut aquæ innatet, licet frusta magnitudinem habeant capitis bovini. Alia sunt solidiora, duriora, & graviora, ac proinde aquæ vix innatant. Horum species quædam albissima est, regulariter per longitudinem tubulis distincta & striata, adeoque levis, ut pro saccharo spumoso haberetur.

Nomen. Latine *Saxum aquosum*, *Halcyonium* quoque *album* vocari posset, est enim saxum cito vegetans & crescens ex salsedine aquæ marinæ. Belgice *Watersteen*; Malaice *Carang ayer.*

Locus. Non copiose invenitur, hic & illic frustum unum alterumve saxo calcario mixtum, & in litus projectum.

Usus ejus nullus notus est, excepto quod alba frusta saccharum spumosum referentia tanquam res raræ serventur, si pluviis prius aliquamdiu fuerint exposita, quum & elegantem albumque servant colorem. Est autem ingens error apud inperitos cæmentarios, qui hoc saxum aquosum habent pro supra memorato saxo calcario, uti & ab incolis sibi invicem mixta adportantur. Hoc autem saxum aquosum non valet ad muros, quum aquam marinam tamdiu recondit in tubis concavis, ita ut nunquam fere exsiccetur.

In hac saltem Amboinæ regione antiquos muros jussi destrui, in quibus hæc saxa humida penitus erant. Majusque damnum adferunt, si in muris trabes vel postes tangant, quum putredinem cito caussant, licet ex optimo sint Syderoxylo, quod vitium lignum hoc præter hanc caussam habet, si inter ista calcaria saxa deponitur, quum non rite sint exsiccata, ad hoc vitium præcavendum dein excogitatum fuit lignum obducere lamellis plumbeis, quousque muros tangit, quod tamen non etiam successit, quum plumbum nullam exsiccat humiditatem.

Unde ulteriore examine compertum fuit, optimum esse, si lignum lateribus coctis & calce in muris exstruatur, ita ut nullibi tangatur ab ullo albo, vel calcario vel aquoso saxo. Operæ pretium itaque est rite cognoscere hæc saxa, ut in exstructionibus similia vitentur vitia & errores.

Alia porro inveniuntur saxa aquæ innatantia, cum hoc saxo aquoso non convenientia, sunt enim Pumices, qui ex ardentibus montibus tanta copia projiciuntur, ut instar minorum insularum in mari fluctuent, ubi ab aqua marina adeo circumvolvuntur, ut externe glabri sint, conchis aliisque rebus adeo concreti, ut vix

gemeene Zundvloed, *waar door terzelver plaatzen ook gevoert zyn, de groote en onbezuisde schulpen* Chamæ decumanæ *genaamt, aan welkers eene helft of lege schaal zomtyds vier mannen op te tillen hebben.*

Zoo heb ik ook takjes van de Kraalbomen, in de klippen vast gegroeit bevonden, dog die niet ver van strant stonden, en zoo 't scheen in oude tyden nog week waren geweest, zoo dat het gewelt van de zeebaren deze stukken daar in heeft konnen slaan.

N. B. Van deze steenen heeft ook gewag gemaakt *Valentyn* in zyn gelettert *Indie pag.* 509. en twee fraye zoorten daar van afgetekent op de 9. *Plaat fig.* 1. en 3. welke *Besler* in zyn *Musæum* op de 26. *Plaat* ook vertoont.

AGT EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Watersteen.

Uit de maagschap van de voorgaande Kalksteen is mede dezen watersteen, zynde groote klompen, dog zoo hoekig niet, meest als afgebrooken stukken, wel steenagtig, dog gants fistuleus, en vol doorgaande pypjes. Deze pypjes zyn zoo regt rond en hol niet gelyk aan 't bovenstaande Halcyonium rubrum cap. 9. beschreeven, maar lopen onordentelyk, egter door de geheele lengte des steens gaande, zyn plat gedrukt, en over al met schotdeurtjes onderscheiden. Zoodanig nogtans, dat het water over al zynen doorgang kan hebben.*

Zy groejen als een ander Halcyonium op de voorste strant, niet diep onder water, meest los in het zant, en werden daar na op strant gedreeven, daar ze graauw en hart werden, en van de onervare voor Kalksteen aangesien. De meeste zyn ligt, zoo dat ze op 't water konnen dryven, al zyn de stukken zoo groot als een Ossenkop, andere zyn massiever, harder, en zwaarder, dierhalven op 't water qualyk dryvende. Een slag hier van is spier-wit, ordentelyk in de lengte met pypjes gestraalt, en zoo ligt, dat men 't voor schuim-zuiker zouden aanzien.

Naam. *In 't Latyn* Saxum aquosum, *men mag het ook wel voor een* Halcyonium album *houden, want het is een schielyk groejende steen uit de ziltigheid des zeewaters. In 't Duits* Watersteen; *in 't Maleits* Karang-ayer.

Plaats. *Men vindt ze niet veel, hier en daar een stuk onder den Kraalsteen, meest op den strant geworpen.*

Gebruik. *Daar van is niets bekent, behalven dat de schoone witte stukken, die het schuim-zuiker gelyken tot rariteiten bewaart werden, als men ze in den regen eerst ter degen laat uitverssen, wanneer ze ook schoon wit blyven, voorts is het een groot misverstant van de onervare Metzelaars, dat ze deze watersteen voor de bovenstaande kop of kalksteen aansien, gelyk ze ook van de Inlanders door malkander opgebragt werden. Want dezen watersteen gants niet deugt in eenige mueren, om dat hy 't zeewater zoo lange in zyne holle pypen verborgen hout, ja schier nimmer opdroogt.*

Immers ik heb in de Amboinsche Quartieren oude mueren laten afbreeken, en daar in deze steenen nog al vogtig gevonden. Nog meer schade doen ze, als zy in 't muerwerk eenige balken of stylen komen te raken, daar ze de verrotting zeer schielyk inbrengen, al zyn ze van 't beste yzerhout gemaakt, welk gebrek het hout, behalven dit over komt, als het tussen de voornoemde Kraalstenen legt, die niet der degen uitgeverst zyn. Om dit kwaad voor te komen heeft men namaals gepractiseert, het houtwerk met loode plaaten te bekleeden, zoo ver het in de muer komt, 't welk al mede niet gedeugt heeft, vermits geen loot eenige vogtigheid opdroogt.

Waar op men by nader speculatie nog best bevonden heeft, het hout met gebakken steenen en goede kalk in te metzelen, dat het nergens geraakt werde van eenig witten, nog kalk, nog watersteen. Het is dan de pyne waart dezen steen te leeren kennen, om in 't bouwen en metzelen diergelyke fouten niet te begaan.

Men vindt nog andere steenen, die op 't water dryven, met den voornoemden watersteen geen gemeenschap hebbende, want dat zyn anders niet dan Pumices of dryfsteenen, dewelke uit de brandende Bergen, zomtyts in zulke menigte uitgeworpen werden, dat ze als kleine Eilanden in zee dryven, daar ze dan 't zeewater zoodanig rolt, dat ze van

vix dignosci possint. Tempore autem solidiores sunt, duri, & graves, quum fundum petunt, & peculiarem saxorum constituunt speciem.

N. B. De hoc etiam vide *Valent. Ind. Literat. pag.* 509. No. 4. & *Imperati Hist. natur. pag.* 833. & 834.

van buiten effen werden, met schulpen en lankbalzen zoodanig begroeit, dat ze qualyk te bekennen zyn. Met 'er tyd werden ze masief, hard, en zwaar, wanneer ze zinken, en een byzonder slag van steenen maken.

N. B. Over deze Steen ziet mede *Valentyn* in zyn gelettert Indie *pag.* 509. No. 4. en Imperatus in zyn Historie der Natuur *pag.* 833. en 834.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

Basta marina. Basta laut.

Huc usque binæ primariæ plantarum marinarum descriptæ sunt classes, quarum prima mixtam habet ligni & saxi naturam, altera penitus saxosa est. Tertia jam superest, quæ utriusque nullam gerit naturam, sed spongiosa est, cujus quatuor modo describemus species, quum reliquæ ad has referri possunt.

Prima species est *Basta marina*, quæ extensa instar panni est planta, sed texturam habet crassissimam instar crassæ semique obsoletæ Bastæ, quæ species est panni rudis Indici cum Indigo tincti, coloris ex cœruleo nigricantis. Instar Flabelli extensa est, sed humida, & ad oras in multas inæquales lacinias distincta, fere instar foliorum Socci. Inferior ejus pars firma est, sed laciniæ flaccidæ sunt, ipsiusque textura composita est ex multis cancellis, quæ oras gerunt acutas, & in medio pellucidæ sunt, crassitie vulgaris panni, sub aqua mollis & mobilis est instar folii, coloris obscure rubentis, sed supra aquam mox nigrescit, obscure rubens tamen color in cancellis detegi potest, si luci obvertantur. Supra aquam etiam exsiccatur firma, laciniis paululum convolutis, tota vero planta aliquando corrugatur, & laciniæ fragiles sunt, in aqua vero macerata iterum mollescit & sese expandit, inferior pars crassissima est, ibique caudicem format brevem, qui spongiosa radice infixus est grumo minorum lapidum, ac proinde facile extrahitur.

Vulgo sesquipedem alta & lata est, aliquando regulares gerens lacinias, eleganter extensas, aliquando vero irregulares & intortæ sunt. Frusta quoque ejus sunt quinque pedes alta & lata, crassitie panni duplicis, quæque humida in assere extenditur, adhærentes vero & fissæ laciniæ tum abscinduntur & fissis ramentis arundinis Bamboes vel Gabbæ gabbæ extensæ servantur, donec sicca sit, tumque forma extensi pallii conquiri potest. Minores arbusculæ ita exscinduntur, ut referant semi obsoletam tuniculam Bastiæ, manicis, & brevibus finibus ornatam. Licet quam maxime exsiccata fuerit, pluvioso tamen tempore flaccidissima est, penetrantemque fundit odorem marinum, haud ingratum, & ad unguem odoratum accedentem, carbonibus vero imposita magis accedit ad odorem tostarum squillarum.

Nomen. Latine *Basta marina*; Belgice *Zee-basta*; Malaice *Basta laut*, quum cum nulla re melius quam cum isto rudi panno comparari possit.

Locus. In mari crescit ad profunditatem octo decemque orchiarum aquæ, potissimum in pusillis & convolutis lapillis, in quibus tamen amplam format radicem. Optima & maxima reperitur in sinu Hatœwes in Ceramæ ora boreali, circa parvas insulas in ejus sinu sitas.

Usus ejus nullus apud incolas notus est, sed hæ arbusculæ tanquam res raræ servantur, magnæ vero lanæque instar pallii extensæ raro inveniuntur, unde & in magno habentur pretio.

Tabula Octogesima nona

Bastam exhibet *marinam*, quæ *Keratophyti*, seu *Flabelli marini* quoque species est, de quo vide Cl. *Boerhavii* Indicem, & *Besleri Museum*, ejusque *Tab.* 24.

NEGEN EN TWINTIGSTE HOOFDSTUK.

De Zee-Basta.

Dus verre zyn twee Hoofdgeslagten van de zeegewassen beschreeven, te weeten eerstelyk die een gemengde natuur hebben van hout en steen, en ten tweeden die gants steenig zyn. Resteert het derde Hoofdgeslagt, 't welk geen van beiden is, maar een spongieuse natuur heeft, waar van wy maar vier zoorten beschryven zullen, konnende de andere daar onder betrokken werden.

De eerste zoorte is de Zee-basta, *een uitgebreit gewas als een doek, dog zeer grof van geweef, gelyk een halfsleete groove Basta, zynde een slag grof linnen in Indiën, met Indigo zwart-blaauw geverft. Het staat uitgebreid als een wajer, dog vogtig, en aan de kanten in veele ongelyke lappen gesneeden, schier als de bladeren van den boom* Soccum. *Het onderste deel is styf, maar de lappen zyn slap, zyn geweef is gemaakt van veele ruitjes, die scherpe kanten hebben, en in de midden doorschynend zyn, in de dikte van ordinaris linnen, onder water is het week, en beweegelyk als een blad, donker-rood van couleur, maar boven water besterft het terstont zwart, of men kan de donker roode couleur nog beter bekennen in de ruitjes, als men 't tegens den dag houdt. Boven water droogt het ook styf op, rollende de lappen wat in malkander, maar het geheele gewas krimt zomtyts t'zamen, en de lappen werden bryzelig. Egter in water gedoopt, werd het wederom week, en laat zig uitbreiden, beneden is het op 't dikste, formeert een korten stam, die met een spongieuse wortel op gruis van kleine stenen gevestigt is, en dierhalven ligt uitgetrokken werd.*

In 't gemeen is het anderhalve voet hoog en breed, zomtyds met geschikte lappen, die mooi uitgebreit staan, zomtyds loopen ze gekrult door malkander. Men vindt 'er ook stukken, vyf voeten hoog en breed, in de dikte van dubbelt laken, die men nat zynde, op een plank uitbreidt, de aanbangende en meest gescheurde lappen afsnyt, met gespleete Bamboezen of Gabba gabben uitgestrekt houdt, tot dat het opdroogt, zoo kan men de gedaante van een uitgebreide mantel daar uit krygen. De mindere boompjes snyt men zoodanig uit, dat ze een half sleeten Bastas rokje met zyn mouwen en korte schootjes verbeelden. Al is het nog zoo zeer gedroogt, zoo werd het in de regen Moesson even wel zeer slap, en geeft een sterken zee-reuk van zig, niet onaangenaam, maar na Unguis odoratus trekkende, dog op koolen trekt 't meer naar gebrande Garnalen.

Naam. *In 't Latyn* Basta Marina; *in 't Duits* Zee-basta; *in 't Maleits* Basta laut, *om dat het met niets beter dan met die zoorte van grof linnen kan vergeleken werden.*

Plaats. *Het groeit in zee, op agt en tien vadems waters, meest op kleine en t'zamengerolde stenen, daar op het egter een breeden wortel formeert. Het beste en grootste vindt men in de bogt van Hatoewe op Cerams Noord-kuste, omtrent de kleine Eilanden in deszelfs bogt gelegen.*

Gebruik. *Daar van is by de Inlanders nog niets bekent, werden dierhalven de boompjes tot rariteiten bewaart, dog de groote breede mantels werden zelden gevonden, en dierhalven in exstime gehouden.*

De negen en Tagtigste Plaat

Vertoont de *Zee-basta*, welke ook een zoort is van de *Keratophyton*, ofte *Zeewajer*, waar over ziet *Boerh. Index H. L. Bat.* en het *Museum* van *Besler* op de 24. Plaat.

CAPUT TRIGESIMUM.

Spongia infundibuli forma. *Tsjatsjoran laut.*

Sæpius in litore inveni nigerrimos quosdam fructus paulo majores nucibus Myristicis, quorum quidam plani, ac quidam compressi erant & angulosi, sed exterius putamen multo profundius sulcatum erat prioribus, qui per mare in litus projecti erant, & cunctis Amboinensibus ignoti, quosque comperi a prioribus differre, licet exterius putamen quam maxime inter sese conveniat. No-

AGTSTE HOOFTSTUK.

Boa Massy.

HIer van staat een eenigen Boom by oud Amahussu, met een regten stam, als een Calappusboom, dog zoo groot niet.

De takken zyn vol gladde en korte ryskent, daar aan de bladeren van agteren verwisseld, van voren tegen malkander staan met twee en twee, dog bouden deze ordre niet precies.

De voorste zyn de grootste, en die van Lansen gelyk, zes en zeven duimen lang, drie vingers breed, maar aan de bovenste of voorste ryskens zynze pas half zoo groot, boven glad, van onderen met scherp uitbuilende en zeer schuinse ribben langs de kanten met bogen sluitende, en de middel-zenuwe deelt het blad in ongelyke deelen, zoet en moeskruidagtig van smaak.

Het bloeizel komt voort aan groote en getakte trossen, gelyk Mangas-bloeizel, zynde eerstlyk geelgroene knopjes, wat grooter dan Mostard-zaad, dewelke zig openende vertoonen de gedaante van bloempjes, meest bestaande uit enkelde korte en geele vezeltjes, voortkomende in de maand Maart; daar van komen een of twee Vrugten tot perfectie, langwerpig, en grooter dan een duiven-ei, buiten digt beze: met stekeltjes als een jonge durioen; onder de groene bolster leid een dikke witte huid, uit twee deelen gemaakt als een opene beker, weshalven hy maar de agterste helft van de binnenste Vrugt bedekt, dezelve is nog grooter dan een Nootemuschaat, bekleed met een harde, eerst Castaniebruine, daar na zwarte schaal, van buiten met keepen of groeven, gelyk de schaal van een Nootemuschaat, daar de foely afgenomen is. Het binnenste is uitgevuld met een drooge witte keest, dog nog al met een bruin velleke omgeven, die zig in tweën laat deelen, van smaak t'eenemaal als Castanien, of gelyk onze Amboinezen zeggen als Tsjampadaha korrel.

Dies men uit het fatsoen van de Vrugt en de smaak zoude oordeelen, dat het een soort van Castanie moeste zyn. Die van Amahussu hebben die korrels voor veele Jaaren ontfangen van de Amblauwers, en daar van twee boomen geplant ten westen Batoe Loeban, met den naam van Boa Massy; de onze maken 'er een Castanie van. De jonge bladeren zyn eetbaar, en worden gebruikt tot moeskruid.

De Vrugten met de harde schaal kokenze tweemaal in water, en eeten van den binnensten keest met smaak; dog ik heb geleerd, dat dit onnodig is, en dat men ze maar slegts op koolen kan braden als Castanien.

Het hout is zeer hard, en daar men 't in quantiteit heeft, tot timmerwerk gebruikelyk. De Vleermuizen eeten de meeste Vrugten, en de uitgevallene uit den bolster hebben aan 't agterste eind een knobbel, alwaar zy uitschieten eerst een regte wortel na den grond, en daar na een of twee stammetjes om hoog, 't welk zy met de Castanie gemeen hebben.

Ik hebbe dikwils op strand gevonden eenige pikzwarte Vrugten, ruim zoo groot als Nootemuschaten, zommige plat, zommige gedrukt en hoekig, dog de buitenste schaal was veel dieper gekeept dan de vorige, door de Zee op strand geworpen, en by al de Amboinezen onbekend, dewelke ik bevinde van de bovenstaande te verschillen, hoe gelyk ook de buitenste schaalen malkander zyn.

 Naam.

Nomen. Vocatur Boa Massi, seu potius *Amassi*, h. e. fructus dulcis, nostrates, uti dictum fuit, habent eam pro Castanea Boeronensi, licet in Orientali Celebis ora quoque nota sit, arborque prope radices alata est instar Lansiorum silvestrium, constatque ex duro & subtili ligno, ita ut majores cultri Parangh dicti, & secures ad id hebetari possint. Fructus decerpti non ultra spatium viginti quatuor horarum integri servari possunt, quin in bina dehiscant segmenta, mediusque nucleus in cratere aperto diu remanet, qui crater quodammodo etiam edulis est.

Locus. Reperitur potissimum in Amblauwa, unde prius in Amboinam, uti dictani fuit, delata est, uti & in Zephyrea Boeronis plaga. Compertum est, si nimis copiosi edantur ejus fructus, præsertim si per aliquot decubuere dies, ita ut propullulare incipiant, nauseam movere.

Tabula tertia

Ramum exhibet arboris, quæ *Boa Massi* incolis dicitur.

Naam. *Men noemd het Boa Massi, of beter* Amassi, *dat is, zoete Vrugt; de onze, als gezegt, maken 'er Boeronese Castanie van, hoewelze op de Oostkust van Celebes ook bekend zyn, en de boom heeft by de wortel vlerken als wilde Lansen, van een fyn en hard hout, zoo dat men parrangs en bylen daar op beschadigen kan. De afgebrokene Vrugten kan men niet boven een etmaal geheel behouden, dan berstenze in twee deelen, en de middelste korrel in zyn beker blyft daar lang in staan, welke beker ook eenigzints eetbaar is.*

Plaats. *Men vindze meest op Amblauw, waar van ze voor dezen, als gezegt, in Amboina gekomen zyn, als mede op het Zuiderdeel van Boero. Men heeft ervaren, als men 'er wat rykelyk van eet, inzonderheid alsze eenige dagen gelegen hebben, en wat uitgesprooten zyn, dat men 'er kwalyk van wert.*

De derde Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke *Boa Massi* by de Inlanders genaamt wert.

CAPUT NONUM.

Radix Etter. Accar Mera.

EX Timoræ parte Orientali, uti & ex insulis Etter seu Wetter, & Kisser radix defertur *Accar Mera* dicta, quæ apud Bandanenses in magno est usu, cujus anno 1684 ramuli quidam mihi translati sunt, unde concludere poteram, exoticam esse plantam, in Amboina ignotam.

Hi ramuli plurimis gaudebant pinnis plurimum erectis, quarum folia pusilla erant, ac cum nullis melius comparari poterant quam cum illis *Sotulo*; binos nempe transversales digitos longa, pollicem lata, superius subrotunda, seu parum bifida, tenuia, paucisque subtilibus venulis notata, quæ oblique admodum decurrebant, subtus albicantia, & splendentia, solitaria locata erant, inordinata, longeque distabant. Fructus mihi nondum oblati vel indicati sunt.

Radix, quæ sola in usu est, pollicis crassitiem obtinebat, peculiaris formæ, multos habens parvos sulcos, incurva & inregularis, per albicans lignum obducta cortice rubro, qui externe parum cinereus siccatur, saporis viscosi cum levi adstrictione, proxime conveniens cum officulis Prunorum.

Sine dubio ingentes erunt frutices seu arbusculæ, crescentes in solo argilloso rubro vel fusco, lapillis mixto in declivi montium parte, tam circa litus, quam in ipsa regione istarum insularum.

Usus. Ab istis adhibetur incolis ad quasvis Dysenterias, cum Pinanga masticata, ejusque succus deglutitur, vel cum aqua supra porphyritim conteritur & sic propinatur. Aqua, cum qua conteritur vel coquitur, rubescit, licet in ipsa radice ac præsertim ejus ligno non multa adpareat rubedo. Vero simile est, per dulcem & mucosam qualitatem, sauciata demulcere intestina, & levi corroborare adstrictione.

Insula *Etter*, nostratibus sic dicta, incolis *Wetter* vocatur, sita ad borealem plagam Timoræ orientalis, ab hujus incolis Bandanenses edocti

B sunt

NEGENDE HOOFTSTUK.

De Wortel Etter. Accar Mera.

V*An Timors Oosterdeel, als mede van de Eilanden Etter of Wetter en Kisser, wert een Wortel gebracht,* Accar Mera *genaamt, by de Bandanezen in groot gebruik, waar van my Anno 1684 eenige takjes toegebragt zyn, bewyzende, dat het een vreemde plante was, in Amboina onbekend.*

Deze takjes waren vol dunne ryskens, die meest overeind stonden, de bladeren waren klein, en met niet beters te vergelyken dan met die van Solulo, *namentlyk twee dwers vingers lang, een duim breed, van voren rond of een weinig gekloost, dun, met weinige subtile adertjes bezet, die zeer schuins liepen, van onderen witagtig, en wat glimmende; zy stonden aan de ryskens enkeld, zonder order, en verre van malkanderen. De Vrugten zyn my nog niet getoond of beduid.*

De wortel, dewelk alleen in gebruik is, was een duim dik, van een byzonder fatsoen, vol kleine bogten, krom en zeer ongeschikt, bekleed over 't witagtig hout met een roode schorsse, dewelke van buiten wat grauw bestersft, van smaak smeerig met een kleine adstrictie, zeer na komende met de smaak van de keesten uit Pruimesteenen.

Het zullen groote struiken of kleine boomen zyn, groeijende op een roode of bruine klei-grond, daar steenen onderlopen, op 't laage Gebergte, zoo wel omtrent het strand, als landwaart in op de voornoemde Eilanden.

Gebruik. *Zy wert gebruikt by dezelve Inlanders tegens allerhande bloedloop des buiks, met Pinang geknauwt, en den Zap ingezwolgen, of met water op een steen gewreven en gedronken. Het water, daar in men ze wryft of kookt, wert rood, hoewel aan de wortel, inzonderheid van 't hout, niet veel rood gezien were. Het is waarschynlyk, datze met haar zoete en smeerige eigenschap de verzeerde dermen zalft, en dan met matige adstrictie versterkt.*

Het Eiland Etter, *by de onze zoo genaamt, heet by de Inwoonders* Wetter, *gelegen benoorden het Oosteind van Timor, van dezelve hebben de Banda-*

nezen

TAB. III.

TAB. IV.

sunt ejus virtutem, qui quotannis hanc radicem ab illis expetunt ad usum Pharmacopœarum, atque nullibi hucusque observata fuit quam in istis tribus insulis.

Anno 1690 trans Bandam ex Etter alii mihi transmissi sunt ramuli, quorum folia, eorumque situs cum prioribus conveniebant, sed multo majora erant, tres nempe quatuorque transversales digitos longa, ac binos lata, superius quoque obtusa, ac quædam parum bifida, ubi folia decidebant, unus alterve sentiebatur hamulus in pinnis, fere instar illorum Bardanæ. Nulli aderant fructus, nec quidquam de iis quoque scripserant.

Tabula Quarta

Ramum exhibet cum Radicibus, ETTER Rumphio dictis.

CAPUT DECIMUM.

Arbor Sebi. Cadoja.

Arbor Sebi altissima est, truncum gerens rectum, juxta Javanorum relatum folia gerit, quæ quidam comparant cum illis Dammaræ, sed majora sunt & crassiora, alii ea similia esse putant illis Boa Rau, sed glabriora sunt, crassiora, nec dentata.

Fructus sunt instar minorum Lansiorum, sed rotundiores, primo ex nigro virentes, dein rubentes, inmaturi acidi sunt, maturi aciduli, nec nisi delectamenti caussa eduntur, interne in quibusdam ossiculum locatur, in aliis quatuor & quinque.

Arboris lignum cum illo Lingoæ convenit, ex longis constans fibris, satisque grave est, circa cor refertum est oleoso liquore, qui exstillat, si profunde secetur. Ossicula quoque contunduntur, & nuclei manibus vel prelo compressi, spissum exstillant oleum, sed ut copiosum conquiratur oleum, vetusti trunci vulgo cæduntur, lignumque in longa finditur segmenta, quæ ad solem & ventum siccantur, atque sub una parte magis elevata ignis subponitur, & sub altera depressiore parte vas ponitur, tum crassum in id destillat oleum, quod in arundinibus Bamboes effunditur, in quibus crassescit ad Sebum, pinguedini vaccarum simillimum, fine notabili odore vel sapore.

Nomen. Latine *Arbor Sebi.* Belgice *Ongelboom.* Javanice *Cadoja*, oleum seu sebum ex ea destillatum Malaice dicitur *Minjac Cawan*, & *Taccawan.*

Locus. Javæ remotis in montibus crescit haud copiose, ubi incolæ montani eam cædunt, & post Djipan deportant ac vendunt. Majori copia reperitur post Malaccam, & in circumjacentibus Malaiensibus insulis.

Usus. Oleo Javani utuntur ad pisces in eo elixandos, sed non nisi defectu Olei Calappi, sebum vero condensatum ad id opus non adhibetur, hoc curat fissuras labiorum, quæ ab acribus caussantur ventis, vel post febres oriuntur.

Anno 1685 Ingens fluvius ex regione veteri Hatives pluviosissimo anni tempore in Hitauwensibus montibus, ingentia fragmenta montium devastavit, & varias arbores in litus abripuit, inter

nezen geleerd, dewelke nu Jaarlyks deze wortelen eissen tot gerief van haar Medicaments Winkelen, zynde tot nog toe nergens elders gevonden, dan op voorn. Eilanden.

Anno 1690 zyn my over Banda van Etter andere takjes toegezonden, waar aan de stand der bladeren met de voorgaande overeen kwam, maar zy waren merkelyk grooter, te weeten drie en vier dwers vingers lang, twee dito breed, mede van voren stomp, en zommige weinig gekloven; daar de bladeren afvielen voelde men een à twee kleine haakjes aan de ryskens, schier gelyk de klitsjes hebben. Daar waren mede geene Vrugten aan, en wierd my daar van ook niets geschreven.

De vierde Plaat

Vertoont een Tak met de Wortels, ETTER van Rumphius genaamt.

TIENDE HOOFTSTUK.

Ongelboom. Cadoja.

Ongelboom wert zeer hoog, en regt van stam, na 't verhaal der Javanen met bladeren, dewelke zommige vergelyken met die van onze Dammarboom, dog grooter en dikker, andere by die van Boa Rau, dog gladder, dikker, en ongetand.

De Vrugten zyn als kleine Lanzen, dog ronder, eerst zwart-groen, daar na roodagtig, de onrype zuur van vleesch, in de rypheit ryns, en werden niet dan uit plasier gegeten; binnen leid in zommige een harden steen, in zommige vier en vyf.

Het hout van den Boom gelykt ons Lingoo, langdraadig, en redelyk zwaar, omtrent het hart zwanger met een olyagtige vogtigheit, dewelke daar uit loopt, als men diep daar in kapt, de steenen werden insgelyks geklopt; de keesten met handen gekneet of met een persse uitgedrukt, zoo krygt men mede een dikke oly daar uit, dog in 't gemeen om veel oly te hebben, werden de oude stammen omgekapt, het hout in lange stukken gekloofd, in de Zon en wind gedroogt; onder 't eene eind, 't welk wat verheven leid, wert een vuur gestookt, en onder 't laage eind een vat gezet, zoo loopt de dikke oly daar in, 't welk men in Bamboezen giet, daar in het besterft tot een witten Ongel, het Koeyen-ongel zeer gelyk, zonder merkelyke reuk of smaak.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Sebi, *op 't Duitsch* Ongelboom, *Javaans* Cadoja; *het Oly of Ongel daar uit getrokken, heet in 't Maleits* Minjac Cawan, *en* Taccawan.

Plaats. *Hy wast op Java, verre in 't gebergte, en dat niet veel, alwaar het de Bergwoonders agter Djipan af en te koop brengen. Meerder vind men hem agter Malacca; en inde omleggende Maleitse Eilanden.*

Gebruik. *Het oly gebruiken de Inwoonders om haare Vissen daar in te bakken, dog niet dan by gebrek van Calappus oly, maar het gestolde Ongel wert daar toe niet meer gebruikt; het zelve geneest de scheuren aan de lippen, dewelke door scherpe winden veroorzaakt werden, of na 't eindigen der koortze komen.*

Anno 1685 heeft de groote Rivier van oud Hitives-land, by een zware regemousson, in het Eitaeëse gebergte groote stukken van de bergen afgespoelt, en verscheide Boomen op den strand afgevoerd, daar

ter illas lignum reperiebatur, pallido Lingoæ ligno simillimum, sed nulla aderant folia, ita ut incolæ detegere non possent, ex quanam esset arbore.

Ex corde seu medulla hujus ligni spissum subducebant sebum, Butyro Batavo simile, quale in hisce regionibus reperitur, cujus mihi duplicem obferebant formam, una erat crassa instar Sebi, sordida, ligno & terra mixta, qualis ex arbore sublata erat. Altera species magis liquida erat instar spissi olei, viscosa, nec condensabatur, quæ ex ligno isto liquefacta erat, odorem saporemque habebat butyri vetusti.

Licet incolæ hanc investigarent arborem, eam detegere non poterant, quum folium ejus non viderant, ac forte remotis in montibus locatur. Ipsi nomen inponebamus arboris Butyri, Javani etiam declarabant, optime eam convenire cum Cadoja, ita ut spes sit hanc arborem etiam detegendi in Amboina.

Minjac Taccawan incolæ quoque utuntur, si quis laboret faucibus exulceratis, vel si quis læsus sit contusionibus vel lapsu, sique interne quis sit vulneratus, pisciculos elixant in liquefacto hoc Sebo, quod edunt pro ordinario cibo.

daar onder wiert een hout gevonden, het bleeke Lingoo gants gelyk, dog zonder bladeren, zoo dat de Inlander niet bekennen konde van wat boom dat het was.

Uit het hert dezes houts haaldenze een dik smeer, de Hollandse Boter gelyk, zoo alsze hier te land is, waar van ze my tweederlei gedaante gebragt hebben, het eerste was dik als Ongel, vuil, met hout en aarde gemengt, zoo als zy het uit den Boom gehaald hadden; het ander was dunder, als dikke Oly, wat kleeverig, en stolde niet; 't welk uit het hout gesmolten was, was van reuk en smaak als oude Boter.

Hoewel de Inlanders dezen Boom zochten, hebbenze hem egter niet vinden konnen, dewyl 't blad onbekend was, en misschien verre in 't gebergte te zoeken. Wy gaven hem den naam van Boter-hout, en de Javanen verklaarden, dat het zeer wel overeen kwam met het voorn. Cadoja; zoo dat 'er hoope is, dat deze Boom in Amboina nog zal ontdekt werden.

Het Minjac Taccawan *gebruiken de Inlanders ook, als ymand een verzeerde keel heeft, of door stooten en vallen zig binnens lyfs verzeert gevoelt, dan bradenze kleine vischjes in dit gesmolten ongel, en eeten zulks tot een ordinaris kost.*

CAPUT UNDECIMUM.

Papaja Silvestris.
Papaya Utan Aynywer.

HÆc descripta reperitur *libro* 1. *cap.* 44. *pag.* 149. *Tab.* 53. nec non *Papaja litorea Tab.* 52.

ELFDE HOOFTSTUK.

Wilde Papaja-Boom.
Papaja Utan Aynywer.

D*Eze* Papaja-Boom *wert beschreven gevonden in het* eerste Boek, Cap. 44. pag. 149. Tab. 53. *als mede de* Strand Papaja-Boom *op de* 52. Plaat.

CAPUT DUODECIMUM.

Arbor Calappoides Sinensis.

DEscripta est *libro* 1. *cap.* 22. *Tab.* 24.

TWAALFDE HOOFTSTUK.

Sineesche Calappus-Boom.

D*Eze Sinecse Calappus-Boom wert beschreven in het* eerste Boek, Cap. 22. Tab. 24.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Morus Indica. Babesarang.
Caju Besaar.

MOrus Indica rectum, & crassum, sed non altum format truncum, qui cortice obducitur succoso, ex fusco & cinereo colore mixto, qui si cædatur, succus exstillat lymphaticus & viscosus.

In initio magis frutescit quam arborescit, ac stipites sese dividunt in multos laterales surculos, qui amputandi sunt, si simplex & rectus desideratur truncus, sed amputati surculi transplantari quoque possunt.

Folia solitaria locantur longis & rotundis in petiolis, cum illis Morus nostratis satis convenientia, inferius nempe lata, ac superius acuminata, quinque pollices longa, ac tres lata, in junioribus vero majora sunt, ad oras undique profunde

DERTIENDE HOOFTSTUK.

Indische Moerbesien-boom. Babesarang.
Caju Besaar.

D*E Indiaansche Moerbesien-boom heeft een regten, dikken, dog geen hoogen stam, bekleed met een zappige schorsse, uit den bruinen en grauwen gemengt, en als men daar in kapt, zoo loopt 'er een weiagtig kleeverig zap uit.*

Hy is in 't begin meer struikagtig dan boomagtig, en de stammen verdeelen hun in veele zyde scheutjes, die men afkappen moet, als men een enkelde en regten stam hebben wil, dog die afgekapte scheutjes kan men wederom verplanten.

De bladeren staan enkeld op lange ronde steelen, onze Vaderlandse Moerbesie genoegzaam gelyk, te weeten, agter breed en voren toegespitst, vyf duimen lang, en drie dito breed, dog aan de jonge zynze grooter, aan de kanten rondom grof gezaagt, met veele

TAB. V.

funde dentata, multis obliquis costis inferius notata, quæ sese in alias iterum dividunt, rugosa, flaccida ad tactum, suporis fatui & oleracei.

In binas distingui posset species, Japonensis enim potissimum frutex est, Maccassarensis vero arborescit, sed foliis & fructibus non differunt.

Fructus sine julis excrescunt, qua in re ab Europæa differt, ad quodvis enim folium in brevi pedunculo simplex excrescit fructus, granulosus, inæqualis, & tuberculosus, cui curta insident fuscaque cilia, quæ florum locum obtinent.

Post horum casum fructus magnitudinem fere obtinet Nucum avellanarum, ex multis quasi granulis compositus & compactus, primo albus, dein ruber, ac tandem nigricans, succosus, & grati saporis, nunquam tam rotundus, quam Europæus, sed oblongus magis, raro etiam bini fructus simul ad unum progerminant folium.

Radices copiosæ sunt, intricatæ, & transversaliter prorepentes, luteæ, & in articulos distinctæ instar radicis Anticholericæ, succosæ quoque, & lentissimæ, quale & trunci lignum est, nulla in hoc detegitur amarities uti in Europæa, sed sapor ipsius est dulcis, & oleraceus. Per ramos, uti dictum fuit, transplantatur, præsertim pluviosis mensibus, quum tam cito & læte progerminat quam Salices, & licet modo frutex sit, fructus tamen profert.

Nomen. Latine *Morus Indica.* Malaice, quod & etiam apud Maccassarenses & Javanos audit, *Babesaran*, *Bobesaran*, & *Caju Besaar.* Sinice dicitur *Zong Zay.*

Locus. Hic in Amboina proprie exotica est, sed in eam delata ex Java & Maccassara tam per ejus surculos, quam per glebam radicum intricatarum, quæ surculos quosdam gerebant, & læte hic progerminat.

Usus. Excepto quod fructus delicatum præbeant saporem, folia ejus tenera in olus etiam adhiberi possunt, conducuntque præsertim lactantibus ad ipsarum lac augendum. Infantibus propinata expellunt mictum materiæ calceæ. Cortex ejus vel radix aquæ incocta cum Aniso, Pulasari, & Sandalo rubro mictum curat cruentum, uti & puris in Gonorrhæa.

Sinenses hic habitantes dicunt eandem esse arborem, qua aluntur vermes sericei.

Tabula quinta

Morum exhibet *Indicam.*

veele schuinze ribben van onderen, die zig al wederom in andere verdeelen, ruig, slap in 't aantasten, smets en moeskruidagtig van smaak.

Men zoude het in twee soorten kunnen verdeelen, want het Japansche blyft meest een struik, maar het Maccassaarsche wert meest een Boom, in bladeren en Vrugten niets verschillende.

De Vrugten komen voort zonder kattekens, waar in hy van den Europischen verschild, want by ieder blad op een kort steeltje komt een enkelde Vrugt voort, korrelig, oneffen en hobbelig, waar op korte bruine hairtjes staan, dewelke in plaats van bloeizel zyn.

Na 't afvallen derzelver wert de Vrugt schaars zoo groot als een Hazenoot, en als uit veele korreltjes te zamen gezet, eerst wit, daar na rood, ten laatsten zwartagtig, zappig en aangenaam van smaak, nooit zoo rond als de Europische, maar langwerpig; ook komen zelden twee beziën by een blad voort.

De wortelen zyn veel, verwert, en dwerskruipende, geel, en in leden verdeelt, gelyk de wortel van Anticholerica, binnen mede zappig, en zeer taai, gelyk ook het hout van den stam is, daar aan is gantsch geene bitterheit, gelyk aan de Europische, maar een zoet en moeskruidagtig van smaak. Hy wert, als gezegt, met takken verplant, zonderlyk in de regemousson, wanneer het zoo ligt opschiet als de Wilgen, en nog een struik zynde Vrugten voortbrengt.

Naam. *In 't Latyn* Morus Indica, *of Oost-Indische Moerbesie-boom; in 't Maleits, 't welk ook voor Maccassaars en Javaans gelt*, Babesaran, Bobesaran, *en* Caju Bezaar; *de Sineezen noemen hem* Zong Zay.

Plaats. *Hy is hier in Amboina uitlands, maar daar ingebragt van Java en Maccassar, zoo met geplante scheutjes als met een klomp van verwerde wortelen, daar aan maar eenige uitspruitzelen zyn, en groeid alhier weelderig.*

Gebruik. *Behalven dat de Vrugten een lekker eeten geeven, zoo kan men de jonge bladeren ook tot moeskruid gebruiken, dienende inzonderheit de zogende Vrouwen om de melk te vermeerderen. De jonge kinderen ingegeeven, verdryft het kalkagtig pissen. De schorsse of wortel in water gekookt met Anys, Pulasari en rood Sandel, geneest het bloedpissen en etterpissen in Gonorrhæa.*

De Sineezen alhier woonagtig, zeggen dat het dezelfde Boom zy, waar mede de Zydewormen gevoed werden.

De vyfde Plaat

Vertoont de Indische *Moerbeye-Boom.*

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

Cortex Acris. Sapela.

Sapela est arbor alta, recta, sed non crassa, externe ex cinereo fusca, in trunco albas gerens maculas. In ramis uti & in junioribus arboribus cortex glaber est, fuscior, ac similibus notatus maculis.

Rami sese dividunt in plura brevia flagella inordinata. In his folia locantur solitaria, inordinata quoque, undique circa ea in brevissimis petiolis. Hæc vulgaris sunt formæ, illis Varingæ minoris quodammodo similia, sed paulo ma-

VEERTIENDE HOOFTSTUK.

De scherpe Schorsse. Sapela.

SApela *is een hooge, regte, dog niet zeer dikke Boom, van buiten grauw bruin, aan den stam met witagtige plekken. Aan de takken, als mede aan de jonge Boomen, is de schorsse effen, bruiner, en met diergelyke plekken bezet.*

De takken verdeelen hun in veele korte ryskens, die zonder order staan. Aan dezelve ziet men de bladeren enkeld, mede zonder order, rondom de ryskens op korte voetjes; dezelve zyn van gemeen fatzoen, de kleine Waringa eenigzints gelyk, dog wat grooter, drie en vyf

majora, tres & quinque pollices longa, binos ac binos cum dimidio lata, oris æqualibus & notabili apice, superne glabra & polita, inferne paucas gerentia obliquas admodum costas, quarum binæ inferiores ultra folii medium sursum excurrunt. Superiora vimina prope ortum folium gerunt brevius & rotundius reliquis.

Folia hæc inferius albicant seu læte cinerea sunt, fere instar illorum Vertifoliæ, costarumque interstitia subtilibus venulis pertexta sunt, ita ut rugosa esse videantur. Inferiora folia pedunculis retroflexa sunt, seu intorta. Ipsorum sapor fervidus est, os vellicans, ita ut vesiculas excitent. Flores fructusque huc usque ignoti sunt.

Trunci cortex in longa filamenta decorticari potest, quæ subtilia sunt, ac vix pennam crassa, siccaque firma sunt, si vero frangantur, vel masticentur, granulosa sunt, sapor autem fervidus est, & os urens, sed fervor non ita in initio percipitur quam in subsequenti *Cortice igneo*. Lignum albicat, solidum est, ac grave.

Radix sequenti sese habet modo. Anno 1697 ex Caybobbo mihi deferebatur frustum corticis ex radice desumptum, quum tota arbor ab Alphorensibus decorticata erat. Hic cortex satis durus erat, minimum digitum crassus, gravis, & transversalibus crassis costis notatus, ac si rugosus esset. Ore masticatus primo non admodum fervebat, sed dein acris & ingratus percipiebatur sapor, qui salivam maxime adtrahebat, saporque hic per semi diem in ore supererat.

Nomen. Latine *Cortex Acris*. Indigenum nomen in Caybobbo est *Sapela*, quod quadrare videtur cum *Sapal Laubali* h. e. *Vertifolia*. In Sepa vocatur *Appacau*.

Locus. Nullibi hactenus inventus est, quam in districtu Caybobbo, sito in Ceramæ ora Occidentali, ac potissimum in remota ejus regione.

Usus. A Caybobbensibus nil aliud edoctus fui, quam quod corticem cum aqua contritum fronti inliniant ad Cephalalgiam tollendam. Ceramenses eo etiam utuntur contra Cephalalgiam cum Caryophyllis aromaticis masticato, quemque fronti inliniunt.

Monendum est, hunc *Corticem acrem* non confundendum esse cum subsequenti *Cortice igneo*, quod Ceramenses multi faciunt.

vyf duimen lang, twee en twee en een half breed, met effene kanten, en een merkelyke spits, boven glat en effen, beneden met weinige zeer schuinze ribben, waar van de twee agterste over de helft van 't blad loopen na vooren toe. De voorste ryskens by haaren oorspronk hebben een blad, korter en ronder dan de andere.

De bladeren zyn beneden witagtig of ligt aschgrauw, byna gelyk die van Vertifolia, en de tussenplaatzen der ribben zyn met fyne adertjes doorweven, zoo datze ruig schynen. Men ziet ook de agterste bladeren met haare voetjes na agteren gedraaid. Haar smaak is heet, en in de mond bytende of brandende, zoo datze ook blynen optrekken. Bloemen en vrugten zyn voor eerst nog onbekend.

De schorsse des stams laat zig in lange stukken afschillen, dun, en kwalyk een schaft dik, droogt styf op, dog in 't breeken of knouwen brokkelig. De smaak is heet, en in de mond brandende, dog men werd hem ten eersten zoo niet gewaar, gelyk aan de volgende Cortex igneus. *Het hout is witagtig, massyf, en zwaar.*

De wortel is als volgt. Anno 1697 wierde my van Caybobbo gebragt een stuk schorsse van de wortel genomen, dewyl de geheele Boom door de Alphoerezen geschilt was. Deze schorsse was redelyk hard, een pink dik, zwaar, en over dwers met dikke ribben bezet, als ofze rimpelig was. In de mond geknouwt hadze in 't eerst geen zonderlyke brand, maar daar na wiert men een scherpe en vieze smaak gewaar, dewelke veel speekzel uittrok, en de smaak bleef wel een halve dag in de mond.

Naam. *In 't Latyn* Cortex Acris: *den Inlandschen naam op Caybobbo is* Sapela, *het welke zwymt na* Sapal Lauhauli, *dat is*, Vertifolia. *Op Sepa noemen ze het* Appacau.

Plaats. *Het is tot nog toe nergens anders gevonden, dan in het district van Caybobbo, aan groot Cerams Westhoek gelegen, en dat meest ver landwaart in.*

Gebruik. *Van de Caybobbers heb ik tot nog toe niet anders geleert, dan datze de schorsse met water gewreven op het voorhooft smeeren, om de hooftpyn uit te trekken. De Cerammers gebruikenze mede tegens hooftpyn, met Nagelen geknouwt, en op 't voorhooft gesmeert.*

Men moet gewaarschouwt zyn, dat men deze Cortex Acris *niet confundeere met de volgende* Cortex Igneus, *gelyk veele Cerammers doen.*

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Cortex Igneus. Culit Api.

CEramenses Orientales ex Aroe, aliisque ad Eurum sitis insulis corticem deferunt aromaticum, qui mixtam gerit formam Culit Lawan & Massoy, uti & color inter hos medius est, sed durior est, magisque acrem habet saporem utrisque. Ex ramulo mihi adducto ex Sepa in Ceramæ ora Zephyrea sita detegebam ab utrisque differre, ac peculiarem esse arborem. Est itaque arbor alta, crassitie Mangæ, cortice obducta glabro & cinereo, qui decorticari potest instar Massoy.

Folia ejus erant longa & angusta, a septem ad undecim pollices longa, ac vix binos lata, oris æqualibus, & subtilibus costis oblique sursum excurrentibus, illis Codilii simillima, excepto quod tenuiora essent ac molliora, firmumque gerant

VYFTIENDE HOOFTSTUK.

De Vuur Schorsse. Culit Api.

DE Oost-Cerammers brengen van Aroe en andere Zuidooster Eilanden een Speceryagtige schorsse, hebbende een gemengd fatzoen van Culit Lawan en Massoy, gelyk het ook de coleur tussen beiden heeft, dog harder en scherper van smaak, dan die beide. Uit een takje, my toegebragt van Sepa, op Cerams Zuidkuste, bemerkte ik, dat het van die beide verschilde, en een byzondere Boom op zig zelfs uitmaakte. Het zal een hooge Boom zyn, in de dikte van een Mangasboom, bekleed met een effene ligt-grauwe schorsse, dewelke zig laat afschillen gelyk Massoy.

De bladeren waren lang en smal, van zeven tot elf duimen lang, en schaars twee breed, met effene kanten en subtiele ribbetjes schuins na voren lopende, die van Codilio zeer gelyk, behalven datze dunder zyn, en een styve middelzenuwe hebben, staande aan haare rys-

Fig. 2.
Fig. 1.

rant nervum medium, ac solitaria & inordinata ramulis insident, subtusque cinerea sunt.

Flores fructusque mihi huc usque ignoti sunt, sed juxta Incolarum relatum fructus pusilli ac rotundi sunt instar Piperis, increscuntque simplicibus racemis, instar fructuum Lussa Radja vel Ribesiorum.

Cortex inde deductus, nec crassior culmo, sapore convenit cum Massoy, sed magis adstringens est, ac majorem in ore excitat ardorem quam Massoy, aliquisque salsus ipsi admistus est sapor. Contra crassiora frusta magis ad Culit Lawan saporem adcedunt, sed multo duriora sunt, & si frangantur, in ramenta dissiliunt spinosa.

Arbor radices suas quam amplissime extendit, hæque fibrillas emittunt transversales, paucas quidem, sed longissimas.

Nomen. Latine *Cortex igneus*, sive *Piperinus.* Malaice *Culit Api*, h. e. *Cortex igneus* ab acri ejus sapore. Orientales Ceramenses & Gorammenses eum vocant *Eyk*, quod nomen etiam dant *Culit Lawan*; Sepanenses eum nominant *Mockulhäulo*, h. e. Suffimigium, vel aroma Alphorensium ob sequentem rationem.

Locus. Ceramenses Orientales dicunt, sese eum deferre ex insulis ad Eurum sitis, & ex Aroe, quem optimum censeo, & ex eorum relatu etiam cresceret in insula Manabocka prope Goram sita; ubique in montibus investiganda est hæc arbor, ibique etiam raro obcurrit, uti Alphorenses & Sepenses corticem hunc remote ex montibus Nuaclu petunt.

Quantum recordor, anno 1665 in parvæ Ceramæ montibus Way-poeti talem corticem inveni, sed quantum etiam inpendi laborem, tales arbores ibi invenire non potui, quem corticem adhuc servo, quique post viginti septem annorum spatium eandem possidet vertutem ac duritiem.

Usus. Cortex hic adhibetur ad calidum Boborri unguentum, ad frigidos & œdematosos artus calefaciendos, fronti vero inlinitus Cephalalgiam expellit ex frigore ortam, sed teneri homines ardorem ejus tolerare nequeunt. Quam maxime expetitur ab Alphorensibus, qui corticem circa brachia gestant, quum in bellum eunt. Aqua contritus etiam propinatur contra alvi tormina.

Sepanenses siccatum corticem in pulverem redigunt, huncque aquæ infundunt, qua mulierculæ & juvenes caput lavant, ut gratus ipsis concilietur odor. Pulvis hic diu in arundinibus Bambu servari potest, quum gratum spargit aromaticumque odorem.

Tabula sexta

Ad Figuram primam ramum exhibet arboris, quæ *Cortex igneus* per excellentiam Rumphio dicitur.

Figura secunda ramum exhibet arboris, quæ *Caju Panu* vocatur & *Cap.* 17 describitur.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

L*imonellus* Madurensis, supra *libro* 2. *cap.* 40. describitur, & *Tab.* 31. exhibetur.

ryskens enkeld en zonder order, en zyn aan haar onderste grauwagtig.

Bloeizel en Vrugten zyn my nog onbekend, dog na 't zeggen van de Inlanders zullen de Vrugten zyn klein en rond als Peper, staande aan enkele trosjes, gelyk de Vrugten van Lussa Radja, of onze Aalbesjen.

De schorsse van daar gebragt, nog niet dikker zynde dan een strooihalm, komt aan smaak de Massoy nader, dog heeft meer zamentrekking, en brand heviger in de mond dan Massoy, zynde iets braks daar onder gemengd. Daar en tegen de dikkere stukken smaken meer na Culit Lawan, dog veel harder, en in 't breeken worden zy splinteragtig, als scherpe doornen.

De Boom verspreid zyne wortelen zeer ver, en over dwers met weinige, dog lange vazelingen daar aan.

Naam. *In 't Latyn* Cortex igneus, *of* Piperinus. *In 't Maleits* Culit Api, *dat is*, Vuurschorsse, *van zyn scherpe smaak. De Oost-Cerammers en Gorammers noemenze* Eyk, *welken naam zy de* Culit Lawan *ook geeven. Die van Sepa noemenze* Mockulhäulo, *dat is, Reukwerk of Specery der Alphoereozen, om volgende reden.*

Plaats. *De Oost-Cerammers zeggen, datze dezelve brengen uit de Zuidooster Eilanden en van Aroe, dewelke ik voor de beste houde, en na haar lieden verhaal, zoude ze ook vallen op 't Eiland Manabocka, by Goram gelegen. Overal moet men ze in 't gebergte zoeken, en dan isze nog weinig te vinden, gelyk de Alphoereezen van Sepa de haare ook ver uit het gebergte van Nuäclu halen.*

Na myn geheugen, heb ik Anno 1665 op klein Ceram, in 't gebergte van Way-poeti, een zulke schorsse gevonden, dog wat moeite ik aanwende, heb ik diergelyke Boomen niet vinden konnen; welke schorsse ik nog bewaare, zynde na 27 jaren nog in haar volle kragt en hardigheit.

Gebruik. *De schorsse werd gebruikt tot heete Boribori Salve, om koude en zugtige leeden te verwarmen; op 't voorhooft gesmeert, trekt de hooftpyn uit, die van koude komt, dog tedere menschen konnen die brand niet verdragen. Zy werd zeer gezogt van de Alphoereezen, die de schorsse om de armen dragen, als zy ten oorlog gaan; met water gevreeven, werdze ook ingedronken, tegens eenige ziekte van buikpyn.*

De Sepaneezen pulveriseeren de gedroogde schorsse, waar mede de Vrouwkens en Jongmans het hooft wasschen, om het zelve een goede reuk te geeven. Het zelve poeder kan men lange in bambousen bewaren, alwaar het een aangenaame Speceryagtige reuk van zig geeft.

De zesde Plaat

Vertoont in de eerste Figuur een Tak van een Boom, welke de *Heete Schors* by uitstek van Rumphius genaamt is.

De tweede Figuur wyst aan een Tak van een Boom, welke *Caju Panu* genaamt wert, en in het 17. Hoofdstuk beschreven is.

ZESTIENDE HOOFTSTUK.

D*E Madureesche* Liemis-Boom *is boven in het* tweede Boek, Cap. 40. *beschreven, en op de* 31. Plaat *vertoond.*

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Caju Panu. Aylausiën.

CAju Panu, in Leytimora *Aylausiën*, in Loehoe *Aylausean* dicta, arbor est neque alta, neque crassa, foliaque bina sibi sunt obposita, & oblique cruciata, crassa, firma, uti in Tali Bacompol, sed longiora & acutiora, saporis dulcis, quorum cunctæ sursum protuberant costæ.

Fructus in corymbis excrescunt uti in Petasitide, ejusdemque magnitudinis, sed rotundiores, albi penitus, ac quævis bacca bina gerit officula fusca, striata, & ab una parte plana.

Teneris foliis cutis teritur ad maculas *Panu* pellendas. Lignum inservit ad opera, sed non durabilia, atque invenitur prope Ayer Matti, qui rivulus est siccus juxta Castellum Victoriam.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Cortex fœtidus. Caju Cutana. Anasser.

HÆc arbor itidem humilis est, corticem gerens glabrum & sordide album.

Rami sese dividunt utcumque in quatuor firma flagella, glabra quoque, & cortice albicante obducta.

Folia coacervata, & per strata quasi suprâ sese invicem posita sunt, quatuor, quinque, & sex simul, non in orbem sed parum supra sese ad palmæ circiter latitudinem, usque ad subsequentem collectionem, sed non certum observant ordinem.

Folia longitudinem habent sex, octo, & novem pollicum, binos lata sunt, utrimque acuminata, oris æqualibus, brevibusque insident petiolis, superne glabra, inferne costas habent laterales protuberantes.

In ramulorum summo, uti & ex transversalibus breves sed firmi excrescunt racemi, vix digiti articulum longi, in quibus rari conspiciuntur flores, suntque potissimum capitula albicantia instar seminis Anisi, quorum quodvis calici insidet, & in flosculos videtur excrescere albos.

Fructus plerumque solitarii sunt, aliquando tres, quatuor, & quinque simul juncti, vix ovi Columbini magnitudinem habentes, superius apicem gerentes durum & brevem, externe glabri, & primo virentes, dein intense aurantii coloris, atque maturi in bina dehiscunt æqualia segmenta.

Sub putamine crasso & carnoso cavitas reperitur magnitudine nucis Avellanæ, in qua plura reconduntur nigra & splendentia grana, mucosa obducta carne uti in Globba durioen, odoris penetrantis & ingrati, idem hic odor in succoso quoque detegitur cortice, quem incolæ comparant cum verme quodam in *libro nostro de Animalibus*, dicto *Scolopendra ferrea*, Amboinice *Laolin*.

Lignum solidum est, satis durum, & durabile, ejus radices raræ sunt, & aliquando nudæ supra rupes decurrunt.

Nomen. Latine *Cortex fœtidus*, Malaice *Caju Cutana*, in Leytimora vocatur *Anasser*; in Oma *Uru Weru*, juxta istum vermem.

Qui-

ZEVENTIENDE HOOFTSTUK.

Caju Panu. Aylausiën.

CAju Panu, *op Leytimor* Aylausiën, *op Loehoe* Aylausean, *wert een Boom niet hoog nog dik, de bladeren staan twee en twee tegens malkanderen in een schuins kruis, dik, styf, gelyk aan Tali Bacompol, dog langer en spitzer, zoet van smaak, waaraan alle de ribben boven uitsteeken.*

De vrugten komen aan dollen, gelyk Petasites, ook van dezelfde groote, dog ronder, gants wit, ieder besie heeft twee bruine steenen van binnen, gestreept, en aan de eene zyde plat.

Met de jonge bladeren wryft men de huid, om de plekken Panu *te verdryven. Het hout dient tot kort duurende werken, en men vind het by Ayer Matti, een droog Riviertje bezyden het Casteel Victoria.*

ACHTIENDE HOOFTSTUK.

De stinkende Schorsse. Caju Cutana. Anasser.

D*It wert geen groote Boom, met een effene vuilwitte schorsse.*

De takken verspreiden hun meest in vier styve ryskens, mede even en witagtig van schors daaraan.

De bladeren staan troepswyze en met beurten boven malkander, vier, vyf en zes in een troep, geenzints in een kring, maar een weinig boven malkander, en dan omtrent een hand breed spatie tot aan de naaste troep, houdende geen precise ordre.

De bladeren zyn van zes tot acht en negen duimen lang, twee dito breed, agter en voren toegespitst, met evene kanten, en op korte voetjes, boven glad, van onderen met uitsteekende zyde ribben.

Aan 't voorste der ryskens, als mede dwers ter zyde uit dezelve, komen korte, dog styve trosjes, schaars een lidt van een vinger lang, daaraan men weinig bloeizel ziet, bestaande meest in witachtige knopjes, als Anyszaad, ieder in een kelkje staande, waaruit schynen kleine witte bloempjes te worden.

De vrugten hangen meest enkelt, en somtyds drie, vier, en vyf by malkander, schaars zoo groot als duive eieren, met een kort hard spitsje boven op, van buiten even en eerst groen, daarna hoog Oranje-rood, dewelke ryp zynde, openen haar wyd in twee gelyke deelen.

Onder een dikke vleeschagtige schille heeft men een bolligheid in de groote van een Hazelnoot, daarin leggen veele zwarte en blinkende korrels, omgeven met een slymerig merg, gelyk in Globba doerioen, sterk en onaangenaam van reuk; denzelven reuk vind men ook in de zappige schorsse, denwelken de Inlanders vergelyken by zekeren worm, in ons Dierboek *genaamt* Scolopendra ferrea, *in 't Amboinsch* Laolin.

Het hout is massief, redelyk hard, en durabel; zyne wortelen zyn weinig, en lopen somtyds bloot over de klippen.

Naam. *In 't Latyn* Cortex fœtidus, *Maleitsch* Caju Cutana, *op Leytimor noemt men hem* Anasser, *op Oma* Uru Weru, *mede na de voorschreve Worm.*

Zom-

Quidam inde formant *Oeken Ewan*, sed erronee. Odor ejus comparari quoque potest cum pisce *Cutana*, unde ipsi tribui nomen *Caju Cutana*. Quidam eum vocant *Caju Say Ambon*.

Locus. In montibus reperitur saxosis, in locis apertis, sed nunquam in densis silvis, qualis plerumque insula Oma est.

Usus ejus est ad postes ædium breves, ut & ad tigna, gracilis enim & recta est arbor, sed incolæ raro eam adhibent, quum nimis gravis sit.

Tabula septima

Ramum exhibet arboris, quæ *Cortex fœtidus* Rumphio dicitur.

CAPUT DECIMUM NONUM.

Cortex filarius. Malowassi.

HÆc est arbor fruticosa, corticem gerens glabrum, lentum, & succosum, qui facile decorticari potest uti Salicum. Folia ejus solitaria sunt, brevissimis insidentia petiolis, suntque glabra, firma, & splendentia, illis Ebeni quodammodo similia, a tribus cum dimidio ad quatuor & quinque pollices longa, vix binos lata, superius subrotunda, subtilibus & parallelis venis notata, uti in Bintangora, quæ prope oras sinus formant.

Flores huc usque ignoti sunt; Fructus itidem rarus est, ac solitarius dependet, ex foliorum alis magnitudine Pruni rotundi, in medio sulcatus, ubi & dehiscit, atque in uno & minimo segmento bina oblonga & mollia locantur officula. Altera pars repleta est medulla succosa, ex qua serosus exstillat liquor, si comprimatur. Folia fructusque amarissimum habent saporem, cum odore Pisorum viridium.

Nomen. Latine *Cortex filarius*, quum ex ejus cortice subtilia formantur fila. In Uliasserensibus insulis nota est hæc arbor nomine *Malowassi*.

Locus. In levibus crescit silvis, ubi solum est saxosum.

Usus. Interior tenax, & albus liber ligno proxime adcumbens tenerorum truncorum & crassorum ramorum abraditur; ex quo in Uliasserensibus insulis per fissionem longitudinalem subtilia norunt componere fila, quæ ipsis inserviunt loco filorum crassiorum, quæque miscent cum illis ex Sagus teneris foliis compositis, atque ex hisce mulierum texunt vestes, *Ute Ute* dictas, amplas gerentes strias ex nigro, luteo, & rubro colore mixtas, postquam utraque fila prius tinxerunt.

In Leytimora Emenses vocant *Lewani*, quod vulgo *Tsjedacho*, seu bracteæ linteum dicitur, quum silvestres Ceramenses ex simili materie sua lintea bractearum formant.

Zommige maken een Oeken Ewan *daar van, dog abusivelyk; men kan den reuk ook vergelyken met den Visch* Cutana, *daarom ik hem den naam van* Caju Cutana *gegeeven heb. Sommige maken een* Caju Say Ambon *daar van.*

Plaats. *Men vind hem in 't gebergte, daar het Kraalsteenig is, en in opene plaatzen, maar nooit in 't digte Bosch, gelyk doorgaans het Eiland Ona is.*

Gebruik. *Zyn gebruik is tot korte stylen van Huizen, als mede tot sparren, want hy schiet heel rank en regt op, dog de Inlanders neemen hem zelden wegens zyn zwaarte.*

De zevende Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, welke de *stinkende Schors* by Rumphius genaamt wert.

NEGENTIENDE HOOFTSTUK.

De Touwdragende Schorsse.

DIt is een heesteragtige Boom, met een effene, taaije, en zappige schorsse, die zig laat afschillen als van de Wilgen. De bladeren staan enkeld op zeer korte voetjes, en zyn glad, styf, en blinkende, die van Ebbenhout wat gelyk, van drie en een half tot vier à vyf duimen lang, schaars twee breed, van voren wat rond toelopende, met fyne en parallele ribbetjes, gelyk die van Bintangor, dewelke digt aan de kanten een zoompje maken.

't Bloeizel is nog onbekend; de Vrugt is ook raar, en hangt enkeld, uit den schoot der bladeren, in de grootte van een ronde Pruim, in de midden met een klove gedeelt, langs dewelke ze openberst, zynde in de eene en kleinste helft twee langwerpige en weeke korrels. De andere helft is uitgevuld met een zappig merg, waar uit weiagtige melk komt, als men 't drukt. Bladeren en Vrugten zyn zeer bitter van smaak, met een reuk van groene Erweten.

Naam. *In 't Latyn* Cortex filarius, *om dat men uit zyn bast fyne draaden maakt. In de Uliassers is hy bekend met de naam* Malowassi.

Plaats. *Hy groeid in de ligte Bosschen, daar 't wat steenagtig is.*

Gebruik. *De binnenste teere en witte bast, die digt op 't hout legt aan de jonge stammen en dikke takken, wert afgeschild, waar uit men in de Uliassers, door splyten in de lengte, subtiele draaden weet te maken, hun lieden dienende voor grof garen, 't welk ze mengende met dat van jonge Sagoe-bladeren gemaakt, weeten zekere Vrouwe kleedjes daar uit te maken,* Ute Ute *genaamt, met breede streepen, van zwart, geel, en rood, na datze die beide gemelde garens alvorens geverwt hebben.*

Op Leytimor noemen 't die van Ema Lewani, *'t welk in 't generaal* Tsjedacko *of broek-band heet, dewyl de Wilden van Ceram uit diergelyke stoffe haare broek-banden maken.*

CAPUT VIGESIMUM.

Camean.

HÆc humilis est arbor, cujus rami sese dividunt in multos breves surculos, atque hi iterum in alios minores, quibus folia adstant tria ac quatuor plerumque solitaria, ac pauca sibi invicem juncta, illis Gnemonis similia, sed firma & glabriora, a quatuor ad septem pollices longa, ac binos lata cum apice longo.

In surculorum summo racemi excrescunt, semi pedem longi, in tres quatuorve corymbos distincti, quibus fructus increscunt duplicis formæ, superiores enim vix magnitudinem obtinent Cataputiæ seu Lathyris, suntque trigoni, & obscure ruffi, intus in tres cellulas distincti inanes. Post hos majores & rotundiores locantur, in quibus anguli vix conspici possunt. Sub exteriore obscure rubente pellicula binæ aliæ locantur membranulæ, cætera pars excavata est sicca, & dura substantia instar Pisi, quæ viridis quoque est.

Cortex glaber est, ac tam firmiter ligno adcumbit, ut non nisi in frustis abstrahi possit, saporis amarissimi, qualia etiam folia sunt. Lignum durissimum est, & subtilibus ex fibris constat, ex albo rubens, circa cor in vetustis truncis nigricans.

Nomen. Leytimorenses hanc vocant *Camean.*

Locus. In ventosis crescit montibus circa fluvium Elephantem in districtu Oerimessing, nunquam aliis adstans arboribus, sed semper sola in locis solitariis, soli quam maxime expositis.

Usus. Lignum est durabile pro tigno ad postes ædium, si tam rectum conquiri potest, quod raro fit, ex truncis & ramis amputatis pauca exstillat pellucida lympha, quæ amara est, ac primo effluere eam sinunt, antequam truncos domum deferant.

Quidam hanc referunt ad Ebenum, *Caju Mean* enim denotat *Ebenum nigrum*, uti & trunci cortex ex cinereo niger est, & cor nigricat, trunci autem plerumque sinuosi sunt ac breves.

Tabula octava

Ad Figuram primam ramum exhibet arboris, quæ *Camean* Rumphio dicitur.
Figura secunda ramum exhibet *Arboris Nussalavicæ*, subsequenti capite descriptæ.

TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

Camean.

DIt is een laage Boom, wiens takken zig in veele korte ryskens verdeelen, en dezelve al weder in andere kleindere; hier aan staan drie à vier bladeren, meest enkeld, en weinige tegens malkander, die van Gnemon gelyk, dog styver en gladder, van vier tot zeven duimen lang, en twee dito breed, met een merkelyke spits.

Aan 't voorste der ryskens komen de Trossen voort, een half voet lang, in drie à vier takjes verdeelt, daar aan staan de Vrugten, van tweederlei gedaante, want de voorste zyn schaars zoo groot als die van Cataputia of Lathyris, te weeten driekantig, en donker-ros, van binnen in drie celletjes verdeelt, die wan zyn. Agter dezelve zynze wat grooter en ronder, dat men even de hoeken nog merken kan. Onder 't buitenste donker-roode schelletje leggen nog twee andere vlieskens; de rest is uitgevuld met een drooge, harde substantie, als van Erwete, dog groen.

De schorsse is effen, en leid zoo digt aan 't hout, dat men ze niet dan met stukken daar van krygen kan, zeer bitter van smaak, gelyk ook de bladeren; het hout is zeer hard en fyndradig, uit den witten na 't roode trekkende; omtrent het hert in de oude stammen zwartagtig.

Naam. *Die van Leytimor noemen het* Camean.

Plaats. *Het groeid op lugtige Bergen, omtrent den Olyphant, in het district van Oerimessing, nooit onder andere Boomen gemengt, maar op eenzame plaatzen, die veel ter Zonne staan.*

Gebruik. *Het is durabel timmerhout tot stylen van Huizen, als men 't zoo regt krygen kan, het welk zelden gebeurd; uit de afgekapte stammen en takken loopt een weinig klaar water, 't welk bitter is, en men laat het zelve uitlopen, eer men de stammen na huis draagt.*

Zommige tekenen 't onder de zoorten van Ebbenhout, want Caju Mean *wil zeggen* zwart hout, *gelyk ook de schorsse des stams uit den grauwen zwart is, en het hert zwartagtig; de stammen vallen bogtig en kort.*

De agtste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur een Tak van den Boom, welke de *Camean* van Rumphius genaamt wert.
De tweede Figuur verbeelt een Tak van den *Nussalavischen Boom*, in het volgende Hoofdstuk beschreven.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

Arbor Nussalavica. Caju Nussalauw.

HÆc est arbor silvestris alta, ejusque rami superius plures gerunt surculos, sine ordine positos, quibus folia adstant directe sibi obposita, in brevissimis ac vix conspicuis petiolis per decem ac duodecim paria. Cum illis autem Boa-Rau conveniunt, sunt vero glabra, tenuia, & æqualia, quinque sexve pollices longa, binos lata digitos.

Post foliorum pinnas flores in ramis excrescunt in racemis ramosis binis simul positis, qui tamen huc usque mihi ignoti sunt.

Fructus copiosi simul dependent, viginti ac tri-

EEN-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Nussalavische Boom.

DIt wert een hooge Wout-Boom; de takken hebben aan 't voorste veele ryskens, zonder order agter malkander, daar aan staan de bladeren regt tegens malkander aan korte en pas kennelyke steeltjes, met tien en twaalf paren. Zy gelyken die van Boa-Rau, dog zyn glad, dun, met effene kanten, vyf en zes duimen lang, twee vingers breed.

Agter de ryskens aan de takken komt het bloeizel voort, aan getakte Trosjes, twee en drie by malkander, welk nog onbekend is.

De Vrugten hangen veele by malkander, twintig à dertig

Fig. 2.
Fig. 1.

triginta simul in racemo, referuntque fructus Caprifici asperæ, vel saltem illos Mamussut.

Maturi magnitudinem obtinent Pruni majoris, seu in hisce terris instar semi perfecti Limonis Nipis, externe russi, & quatuor obscuris sulcis cruciatis distincti, raro tribus vel quinque, juxta hosce sulcos fructus dehiscit, & sub crasso sed fragili putamine reconduntur tria quatuorve magna ossicula, carnosa obducta membrana, externe spadicei coloris, instar majoris officuli Ricini, sed sine maculis.

Interne sub putamine osseo albus ac solidus reconditur nucleus, qui in bina dividi potest segmenta.

Trunci cortex ex nigro viridis est & rugosus, ac facile separari à ligno potest, sed facile frangitur. Lignum vulgaris est substantiæ & coloris, longum, & ex crassis constat fibris, ac proinde facile per longitudinem finditur.

Nomen. Latine *Arbor Nussalavica*, juxta Malaiense *Caju Nussalauw*, Ambonienses eam vocant *Caju Somin*, seu *Ay Somin.*

Locus. In Amboina reperitur, sed raro, hic & illic unica arbor in altis silvis, majori copia in Nussalauwa, & parva Cerama.

Usus. Apud Amboinenses in raro est usu. Teneri vel semi completi trunci per longitudinem fissi, palis & sepibus inserviunt, sed ad tignum non satis durabile est lignum. Ex vetustis truncis asseres quoque formari possunt.

dertig aan een Trosje, en gelyken de Vrugten van Caprificus Aspera, of immers van Mamussut.

De rype werden zoo groot als een groote Pruim, of hier te Land een halfwasse Lemon Nipis, van buiten ros, en met vier donkere vooren in 't kruis gedeelt, weinige met drie en vyf; langs deze voorens splyt de Vrugt open, en onder een dikke, dog brosse bolster vind men drie à vier groote korrels, omgeeven met een vleezig vlies, van buiten Castanjebruin, een groote Ricinus-korrel gelyk, dog zonder plekken.

Binnen onder een houtagtige schaal leid een witte massieve kern, die zig in tweeën laat deelen.

De schorsse des stams is zwart-groen en ruig, gaat ligt van het hout af, en breekt kort af. Het hout is van gemeene substantie en coleur, lang en grofdradig, en dierhalven ligt in de lengte te splyten.

Naam. *In 't Latyn* Arbor Nussalavica, *na 't Maleitsche* Caju Nussalauw. *De Amboineezen noemen het* Caju Somin, *of* Ay Somin.

Plaats. *Men vind het op Amboina zelden, hier en daar een Boom in 't hooge Wout, meer op Nussalauw, en klein Ceram.*

Gebruik. *By de Amboineezen is het in weinig gebruik. De jonge en halfwasse stammen in de lengte gespleeten, dienen tot paggers of heiningen, maar in den huisbouw is het niet durabel. Uit de oude stammen kan men ook planken maken tot prauwen.*

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Lansium Montanum supra *libro* 1. *cap.* 47. describitur, & *Tab.* 56. ejus Figura exhibetur.

TWEE-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Berg-Lanse Boom is boven in het eerste Boek, Cap. 47. pag. 154. *beschreven, en op de* 56. Plaat *deszelfs Figuur vertoont.*

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

Oleander Sinicus. Codibo Tsjina.

Ex Sina in Bataviam, & inde huc delata est species quædam Oleandri, cujus binæ subdivisæ sunt species, major, & minor.

Major species Oleandri Sinici gracilis est frutex, octo & novem pedes altus, plerumque binos emittens rectos truncos e radice, brachium infantis crassos ad viri altitudinem, antequam sese in ramos dividant. Cortex glaber est, ac sauciatus pellucidum sed viscosum emittit liquorem.

Truncus in tres sese dividit ramos, atque hi iterum in tres minores, sed aliquando quartus præternumerarius observatur.

Folia tria simul in triangulo locantur, sed non regulariter, unum enim nunc altius nunc magis declive ponitur quam in triangulo. Tres superiores surculi non rotundi sunt, sed plani parum cum acutis angulis, ac medius sese erigens ramus trigonus est. Folia optime referunt illa Codilii parvifolii, sed parum angustiora sunt, quinque sexve pollices longa, unum lata digitum, crassa & firma, glabra, & parum sinuosa, superne intense virentia, inferne pallide virentia, in superiore parte in acutum desinunt apicem instar acus. Nervus medius superius non protuberat, atque inferius innumeræ subtiles & transversales decurrunt venulæ.

In

DRIE-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Sineese Oleander.

Uit Sina is op Batavia, en van daar herwaarts gebragt een zeker zoort van Oleander, waar van men twee onderzoorten heeft, groot, en klein.

1. *De groote zoorte van Oleander Sinicus werd een ranke Struik, agt en negen voeten hoog, gemeenelyk met twee regte Stammen uit de wortel opschietende, een kinder arm dik, en een man hoog, eer ze haar in takken verdeelen; de Schorsse is effen, en gequetst zynde geeft een klaar, dog kleverig Zap uit.*

De Stam verdeelt zig in drie takken, en dezelve al wederom in drie regte ryskens, dog hier en daar loopt 'er wel een vierde buiten de order.

De bladeren staan insgelyks met hun driën in een triangel, ook niet prezis, want zomtyds staat het eens hooger of lager, dan den triangel uitwyst. De drie bovenste ryskens zyn niet rond, maar wat plat met scherpe kanten, en de middelste opschietende tak is driekantig, de bladeren gelyken best na onze kleenbladige Codibo, dog wel zo smal, vyf en zes duimen lang, een vinger breed, dik en styf, glat of een weinig bultig, boven hoog-groen, beneden ligt-groen, aan het voorste einde met een styve spits als een naelde, de middelzenuwe puilt boven geenzins uit, en van onderen ziet men ontelbare fyne en dwersslopende adertjes.

Aan

In ramorum summo flores excrescunt in racemo post sese invicem positi, & calicibus insident ex sex virentibus apicibus compositis, parvasque referunt Rosas, duodecim flaccidis petalis completas, ita ut majora sint exteriora, ac tria subsequentia in altero ordine claudunt oras exteriorum; tertius vero petalorum ordo ex tribus quoque constans petalis cum primo parallelus est, ac quartus cum secundo. Quodvis petalum in interiore parte tria gerit subtilia stamina sibi adcumbentia, ipsorum color est incarnatus, seu pallidus sine odore.

Fructus sunt siliquæ longæ & angustæ, quatuor pollices longæ, ultra pennam crassæ, ab utraque parte externe per longitudinem sulcatæ, ubi maturæ dehiscunt, sed utrimque clausæ manent, fere instar fructuum Hirundinariæ. Intus locatur semen oblongum, tenue, & fuscum, fere instar Cumini gracilis, molli obductum lanugine instar Gossypii, qualis in vero etiam conspicitur Oleandro. Radix simplex est, in paucas distincta fibrillas radicales.

Secundo, *Oleander minor*, cum priore convenit forma, excepto quod folia gerat multo minora, & luteis maculis notata, fere uti in Codilio.

Nomen. Latine mihi dicitur *Oleander Sinicus.* Malaienses eum vocant *Codiho Tsjina*, ac nomine nimis generali *Bonga Japon.* Bataviæ *Anale* nominatur, quod nomen videtur esse Malabaricum. Sinenses eum vocant *Too Kocki Tsjap-tec*, h. e. truncus instar arbusculæ *Too*, & folium instar Arundinis.

Locus. Uti dictum fuit, ex Sina & Japana prius Bataviam delatus fuit, in Sina enim crescit, ac silvestris est, sed ob elegantem formam foliorum ac florum circa ædes ubique plantatur.

Usus ejus haud mihi multum notus est, nisi quod ornamenti caussa prope ædes locetur. In Batavia radix ejus noxia, immo lethifera censetur, præsertim canibus. Ex quibus omnibus qualitatibus facile concludi potest, hanc plantam Oleandrum esse.

Aan 't opperste der takjes komen de bloemen voort agter malkander aan een tros; zy staan in huisjes van zes groene spitsen gemaakt, en gelyken kleene Roosjes, gevult met twaalf slappe blaadjes, zoodanig dat de grootste buyten staan, en de drie volgende in de midden, zy sluiten de kanten van de buitenste; de derde zyn mede uit drie bestaande, loopen paralel met de eerste, en de vierde met de tweede, yder bladt heeft aan zyn binnenzyde drie subtiele draatjes tegen zig aanleggen, haare coleur is incarnaat, of lyfverwig, en zonder reuk.

De Vrugten zyn lange smalle houwen, vier duimen lang, en ruym een schaft dik, vier wederzyden, van buiten in de lengte met een geut, langs dewelke de rype houwen splyten, niet te min agter en voren gesloten blyvende, schier als de vrugten van de Swaluwe-wortel, binnen vind men een langwerpig, dun, en bruin Zaat, schier als magere Comyn, omgeven met een zagte wolagtigheit gelyk Capock, of gelyk men aan den regten Oleander ook ziet. De wortel is enkeld, en in weynige vazelingen verdeelt.

2. Oleander *het kleene, is het voorige in gedaante gelyk, behalven dat het kleenere bladeren heeft, die met geel gespikkeld zyn, schier als aan Codilio.*

Naam. *Ik noem't in 't Latyn* Oleander Sinicus; *de Malyers noemen ze* Codiho Tsjina, *en met een al te gemeene naam* Bonga Japon. *Op Batavia hiet ze* Anale, *'t welk schynd een Malabaarze naam te zyn, de Sineezen zelfs heeten ze* Too Kocki Tsjaptec, *dat is stam als het Boompje* Too, *en blad als Bamboes.*

Plaats. *Als gezegt, is het uit Sina en Japan eerst op Batavia gebragt, groejende in Tsjina in 't wild, dog wegens de mooje gedaante van bladeren, en bloemen werd het ook rondom de huizen geplant.*

Gebruik. *Hier van is my nog niet veel meer bekend, dan het voornoemde tot Cieraat by de huisen. Op Batavia werd de wortel schadelyk, ja doodelyk gehouden, inzonderheit voor de honden; uit alle welke eigenschappen men genoegzaam besluiten kan, dat dit gewas een* Oleander *moet zyn.*

Tabula nona

Ad Figuram primam Oleandrum exhibet *Sinicum*, qui Nerii Indici species est, cujus plures in *Thesauro meo Zeylanico* recensentur.

Figura secunda ramum exhibet fruticis, qui *Parens Muscarum* Rumphio dicitur.

De negende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den *Sinische Oleander*, welke een zoort is van het Indische Nerium, waar van meer zoorten in onze *Thesaur. Zeylan* vermelt werden.

De tweede Figuur verbeelt een Tak van een Struik, welke de *Vader der Vliegen* by Rumphius genaamt wert.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

Parens Muscarum. Ay Lala.

Hic frutex truncum gerit vix brachium infantis crassum, ex quo rami dependent longi, recti, & rotundi, in nullos laterales ramos distincti, excepto quod in ipsorum summo surculi excrescant.

Folia vulgaris sunt formæ, utrimque acuminata, a septem ad novem pollices longa, tres lata digitos, oris æqualibus, subtus costis donata sinuosis, & acute protuberantibus.

Solitaria & inordinata locantur, sed hic & illic bina simul proveniunt. Ex trunco spongiosa excrescit materia instar crustæ tenuis, cui insident multa, inregularia, & angulosa tubercula, magnitudine baccarum Juniperi, ad tactum dura, externe russa, ac quodvis peculiari insidet brevi pe-

VIER-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Vader der Vliegen.

Deze Heester krygt een stam, schaars een kinderarm dik, en daar aan hangen lange, regte, en ronde takken, in geen zyde-takken verdeelt, behalven boven aan 't eind komen korte ryskens uit.

De bladeren zyn van gemeen fatzoen, agter en voren toegespitst, van zeven tot negen duimen lang, drie vingers breed, met effene kanten, van onderen met bogtige en scherp uitbuilende ribben.

Zy staan enkeld en zonder order, dog hier en daar ziet men twee neffens malkander. Uit den stam groeid een spongieuse materie, als een dunne korste, en daar op veele ongeschikte hoekige knobbeltjes, in de grootte van Geneverbesien, hardagtig van gevoelen, van buiten ros, en ieder met een byzonder kort steeltje, uit

Fig. 1.
Fig. 2.

petiolo, ex trunci cortice propullulante, hic vero ipsi inhæret cortici. Si hæc tubercula adhuc integra aperiantur, in alba membranula musca reperitur albicans, ad corpus virescens, quæ petiolo adhæret. Hæc musca vivax ex viridi nigrescit, sese circumvertit, & caput ad petiolum inflectit, quem arrodit, quum avolat, dein tale tuberculum fissuram patitur, inque quatuor dehiscit segmenta, ac durum & lignosum est, talique modo ramis inhæret, sed verrucæ hæ siccæ facile extrahi possunt.

Hæc tubercula copiosa simul locantur, ac formam præbent verrucarum coadunatarum, sub quibus rami quidam progerminant terram petentes, ita ut hæc arbuscula circa radices multos ramos in terram demittat instar Pandani, ac proinde non facile eradicari possit. Cortex ejus tenuis est, ac sub hoc densum ac solidum latet lignum.

Nomen. Latine *Parens Muscarum*, juxta Amboinense *Ay Lala*, h. e. *lignum Muscarum.*

Locus. Circa Way reperitur. In Amboina circa & in agris Coes Coes dictis teneræ hæ arbusculæ magna inveniuntur copia sub vetustis fruticibus ad spithamæ circiter altitudinem, dictis ornatæ foliis. In ipsarum summo ista tubercula, seu pustulæ inveniuntur tam solæ, quam undique circa tenera foliola, elegantissime fructus referentes, quarum juniores virides, & vetustæ obscure ruffæ sunt, sed cunctæ ex teneris progerminant foliis vel arbuscularum verticibus.

uit de schorsse des stams voortkomende, egter met dezelve in de schorsse steekende. Als men deze knobbeltjes, nog geheel zynde, opent, zoo vind men in een wit vlieske een gedaante van een Vliege, aan 't lyf groen, en aan den steel vast: deze Vliege leevend werdende, verliest de groente, en wert zwart, keert haar om met den kop na den steel, alwaarze die doorbyt, en daar uit vliegt; daar na splyt het knobbeltje van malkander in vier deelen, en wert hard en houtagtig, blyvende aldus aan den tak zitten, dog de drooge wratten kan men gemakkelyk uittrekken.

Deze knobbelen staan veele by malkander, en maken de gedaante van een troup wratten, onder dewelke eenige takken uitkomen, beneden na den grond schietende, zoo dat dit Boompje omtrent zyne wortelen veele takken in de aarde heeft, gelyk een Pandang, en daarom niet wel uit te graven is. De schorsse is dun, en daar onder een digt massief hout.

Naam. *In 't Latyn* Parens Muscarum, *na 't Amboinsch* Ay Lala, *dat is*, Vliegenhout.

Plaats. *Men vind het omtrent Way. Op Amboina omtrent en in de Coes Coes Velden, vind men deeze jonge Boompjes onder de oude struiken met menigte, omtrent een span hoog, met de bovenstaande bladeren bezet. Aan 't opperste der zelven vind men de voorn. knobbeltjes of puystjes, zoo wel alleen als rondom de jonge blaadjes, zeer aardig eenige Vrugten verbeeldende, waar van de jonge nog groen, en de oude donker-ros zyn, dog alle uit de jonge bladeren, of uit het opperste gegroeid.*

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

Arbor Vespertilionum. Caju Morsego.

HÆc non in altam excrescit arborem, multos emittens breves nodososque ramos, qui pinnas emittunt folia inordinata gerentes, quæ brevibus insident petiolis, prope ortum geniculatis.

Folia vulgaris sunt formæ, quinque pollices longa, binos lata, ad oras parum dentata, sed per intervalla, ac sinuosa & inregularia, crassa, superne glabra, inferne paucis obliquis costis donata.

Flores ignoti sunt, sed quantum videtur, ex brevibus excrescunt simplicibus racemis. Fructus magnitudinem Lansiorum obtinent, sed superius obtuso apice constant, ruffescentes, ab una parte sulcati, ubi dehiscunt. Sub lignoso putamine ingens locatur nucleus, substantiæ siccæ & flavescentis, qui oblique in bina segmenta dividi potest, sine notabili sapore, sed parum est adstringens, inferiorque ejus dimidia pars verrucis obsessa est, sed superior glabra est.

Lignum nullum peculiarem habet usum, sed radices contunduntur, & dolentibus inponuntur dentibus.

Fructus avide a vespertilionibus comeduntur, unde nomen gerit, & in Leytimora *Carong Lamamam*, h. e. *Vespertilionum cibus* vocatur. Malaice *Caju Morsego.* Latine *Arbor Vespertilionum.*

In altero ramo ex silva deducto folia sibi erant obposita, tres quatuorque pollices longa. Fructus quatuor & quinque simul in uno locabantur racemo, quivis longo insident petiolo instar fructuum Laharon, sed non majores erant parvis Bardanæ capi-

VYF-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Vleermuizen-Boom.

DIt wert geen hooge Boom, met veele en korte knoestige takken, en daar aan korte ryskens, bezet met bladeren, zonder order, staande op korte voetjes, by haar oorspronk met een knietje.

De bladeren zyn van gemeen fatzoen, vyf duimen lang, twee dito breed, aan de kanten een weinig getand, dog wyd van malkander, en voorts bogtig en ongeschikt, dik, boven glad, beneden met weinige schuinse ribben bezet.

Het bloeizel is onbekend, zoo 't schynd aan korte trosjes, zonder zyde-takken, voortkomende. De Vrugten zyn in de grootte van Lanzen, dog van voren met een stompe spits, na den rossen trekkende, aan de eene zyde met een naad, daarze openbersten. Onder een houtagtige schaal leid een groote korrel, droog, en geelagtig van substantie, die zig schuins in tweeën laat deelen; zonder merkelyke smaak, met eenige zamentrekking, en de agterste helft is met wratten bezet, maar de voorste is glad.

Het hout is van geen zonderling gebruik, dog de wortelen werden gekneust, en op zeere tanden gelegt.

De Vrugten werden greetig door de Vleermuyzen opgegeeten, waar van het den naam heeft, en op Leytimor Carong Lamamam *heet, dat is*, Vleermuyzen kost. *In 't Maleits* Caju Morsego. *In 't Latyn* Arbor Vespertilionum.

Aan een anderen tak, uit het Bosch gebragt, stonden de bladeren meest tegens malkander, drie à vier duimen lang. De Vrugten stonden vier en vyf by malkander aan een tros, yder op een lange steel, gelyk de Vrugten van Laharon, dog niet grooter dan kleine

capitulis, rotundi, & externe notati, uti supra indicatum fuit. Fructus videbatur esse inmaturus, attamen nux interna tam dura, lignosa, & crassa erat, ut vix cavitas interna detegi posset. In plurimis autem racemis unicus modo nucleus longo insidet petiolo, reliquum enim, uti videtur, a vespertilionibus comestum erat.

Tabula decima

Ramum exhibet *Arboris Vespertilionum.*

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

DAmmara Leucomelæna supra *libr.* 3. *cap.* 8. *pag.* 172. descripta est.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Pauw.

HÆc arbor rotundos gerit ramos, quibus folia adstant inordinata, ac densa, sed coacervata, pollicem circiter lata, quævis vero foliorum cohors separata est. Cum illis arboris Durionis conveniunt, & longiusculis insident petiolis, a quindecim ad octodecim pollices longa, ac quatuor lata, vetustiora vero octo & novem pollices modo longa sunt, ac binos cum dimidio lata, glabra, firma, ac nervus medius ab utraque protuberat parte, oris æqualibus, utrimque acuminata. Quum rami amputantur vel diffringuntur, copiosus effluit liquor, odoris gravis.

Flores in longis excrescunt racemis instar Mangæ, sed racemi paulo longiores sunt, eodemque modo fructus progerminant, tres quatuorve simul in racemo, brevibus insidentes pedunculis, ac peculiaris sunt formæ, sunt enim latiores quam alti, unde pedunculo transversaliter videntur inpositi, magnitudine Mangæ, unus vero angulus altior est altero, atque humilior in maturitate plerumque dehiscit.

Exterius putamen est uti in Manga, sed durius, gravemque fundit odorem, uti in Manga cum Durione mixtum.

Nullibi noti sunt hi fructus quam in Banda, ubi magnopere expetuntur, ac maturi crudi eduntur cum oblectamento, transmissæque arbores jam fructus in Amboina etiam proferre incipiunt.

Tres hujus arboris inveniuntur species. *Primo Pauw Carbouw*, cujus fructus magnitudinem habent maximorum Pomorum dulcium, saporis aquosi & fatui, ac proinde non magni fiunt.

Secundo Fructus medii jam descripti sunt instar Mangæ, in arbore duri, sed per binos dies in domo depositi mollescunt, & crudi eduntur, saporemque habent optimæ Mangæ.

Tertio minimi ejusdem sunt saporis, sed non majores ovo. Trunci hujus arboris in Amboina tanti fuere, ut quinque viri eos ulnis vix complecti possent, dominusque talis arboris, ex ipsius ligno totum construxit calcis furnum quatuordecim orchiarum in circumferentia.

Fructuum officula non abjiciuntur, nuclei enim exi-

kleine klitsjes, rond, van buiten ruig, en getekent, als boven staat. Het scheen, dat de Vrugt nog onryp was, en egter was dat binnenste nootje zoo hard, houtagtig, en dik, dat 'er kwalyk een holligheit van binnen te vinden was. Aan de meeste trosjes staat maar een korl op een lange steel, zynde de rest, zoo het schynt, van de Vleermuyzen opgegeeten.

De tiende Plaat

Vertoont een Tak van de *Vleermuyzen-Boom.*

ZES-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

D*E Leucomeleense Dammar is boven in het* derde Boek, Cap. 8. pag. 172. *beschreeven.*

SEVEN-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Pauw-Boom.

D*Eze Boom heeft ronde takken of ryskens, daar aan staan de bladeren zonder order, en digt op malkander, dog met troupen, omtrent een duim breed, ieder troup van malkander; zy gelyken de stinkerbladeren, op langagtige steelen, van vyftien tot agttien duimen lang, en vier breed, dog de oudere zyn maar agt en negen duimen lang, twee en een half breed, glad, styf, en de middel-zenuwe built ter wederzyde uit, met effene kanten, agter en voor toesmallende. Als men de takken afkapt, of afbreekt, zoo loopt 'er rykelyk Zap uit, van een geilen reuk.*

Het bloeizel komt voort aan lange ranken, gelyk het Mangas-bloeizel, dog de steel of ranken zyn wat langer. Zoo komen ook op dezelve manier de Vrugten voort, drie en vier aan eene rank, op korte dikke voetjes, hebbende een byzonder fatzoen, te weeten, breeder dan hoog, waar door ze op haar steel schynen dwers te staan, in de grootte van een Manga, dog de eene hoek is hooger dan de andere, en de laage barst doorgaans open in de rypheit.

De buitenste schel is gelyk aan de Mangas, dog harder, van een geile reuk, gelyk Mangas en Stinker door malkander gemengt.

Zy zyn anders nergens bekend, dan in Banda, alwaar men veel werk daar van maakt, en de rype rauw met smaak eet; en de overgebragte Boomen beginnen in Amboina nu ook te dragen.

Men heeft 'er drie zoorten van. 1. Pauw Carbouw, *zynde zoo groot als de grootste zoete Appel, wateragtig en lof van smaak, en dierhalven niet veel geagt.*

2. *De* Middel-Pauw, *zyn de beschrevene als een Mangas, aan den Boom hard van schaal, dog een paar dagen in huis leggende, werdenze murw, en werden rauw gegeeten, van smaak als de beste Mangas.*

3. *De* kleinste *zyn van het zelfde fatzoen, dog niet grooter dan een ei. De stammen heeft men in Banda zoo groot gehad, dat 'er vyf mannen een moesten omvademen; en den eigenaar heeft van een Booms hout een geheele kalk-oven gemaakt, van veertien vademen in de rondte.*

De korrels smyt men ook niet weg, want men neemt de

Tab. X.

eximuntur, & per noctem in aqua macerantur marina, qui dein ad solem siccantur, ut indurescant, tum contusione farina tenuis ex iis formari potest, ex qua puls atque delicatæ placentæ præparantur, hæc vero farina cibusque ex ea præparatus in Banda *Botatto* dicitur.

Est inter maximas & altissimas arbores, ac sine dubio circa Ceramam quoque crescit. Similis autem farina e Mangæ nucleis quoque formari potest, sed ex medulla fructuum Pauw marmelada, seu conditum componi potest gratius quam ex Nucibus Myristicis.

de keesten daar uit, weektze een nagt in Zeewater, droogtze in de Zon, datze hard werden, zoo kan men met stampen een fyn meel daar uit maken, waar van men bry en andere smakelyke koekjes formeert; dit meel en kost, daar van gemaakt, noemenze in Banda Botatto.

Het wert een van de grootste en hoogste Boomen, en het is waarschynlyk, datze tegen over op Ceram ook groeyen. Diergelyk meel kan men ook uit de Mangas-keesten maken, maar uit het vlees van Pauw maakt men Marmelade, aangenamer dan die van Nootemoschaten.

Tabula undecima

Ramum exhibet arboris, quæ *Pauw* Rumphio dicitur.

De elfde Plaat

Vertoont een Tak van een Boom, die *Pauw* van Rumphius genaemt wert.

CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM.

Xylophyllos Ceramica. Daun Caju Lima Turi.

HÆc mira arbuscula est peculiaris naturæ, non altior frutice, ejusque truncus vix brachium crassus est, multis sese extendens irregularibus & rotundis ramis, lignum habens durum, solidum, & longis ex fibris constans, primarii vero rami vix digitum crassi & rotundi sunt.

Superior ejus pars sese dividit in varia longa & angusta folia, illis Codilii angustifolii quodammodo similia, quorum primaria quatuordecim & octodecim pollices longa sunt, & semi digitum circiter lata, juxta oras distincta in varias incisiones seu crenas, quales gradus sunt in Calappi trunco, alternata, & prope ortum gerunt firmum apicem tanquam spinam.

Primarium hoc folium sese dividit in lateralia quædam folia ejusdem formæ, sed non ultra semi pedem longa, & semi complicatum referunt quodammodo flabellum, totusque frutex elegantem præbet formam, ac si plura talia flabella sibi mixta essent.

Binas porro peculiares habet qualitates, quibus ab aliis differt plantis. Prima est, quum lateralia progerminarunt folia, tum primarium mutatur folium, vel potius crassus ejus nervus medius in lignosum penitus degenerat ramulum, in quo folii vestigium ad laterales alas diu dignosci potest, ac dein sic etiam lateralia folia, ita ut cuncta sensim in ramulos degenerent.

Altera proprietas est, quod fructus proferat ad apices prope crenas foliorum, atque ex binis constant partibus. Inferior pars calix est, minorem referens Caryophyllum, coloris rubri, huic insidet oblongo-rotundus fructus instar Baccæ Lauri, vel instar Abrus Alpini, viridis & durus cum brevi apice in summo. In aperto nucleus reperitur instar grani Oryzæ pedunculo fixus, saporis dulcis instar Nucis avellanæ, alba obductus pellicula.

Fructus & ramuli foliosi facile decidunt, & ad minimum tactum franguntur, sed lignum satis durum est, ac tenera folia pallide virent, seu glauca sunt, vetusta intense virent, & abrupta fuscescunt.

Nomen. Latine *Xylophyllos Ceramica.* Alphorenses

AGT-EN-TWINTIGSTE HOOFTSTUK.

De Ceramische Xylophylle.

D*It is een zeldzaam Boompje, van een byzondere natuur, op zig zelfs, niet hooger dan een struik, en een stam pas een arm dik, met veele onordentelyke en ronde takken uitgespreid, van een hard en fyndradig massief hout, waar van de hooft-takjes schaars een vinger dik en rond zyn.*

Het bovenste verdeelt zig in verscheide lange en smalle bladeren, die van het smalbladige Codiho eenigzints gelyk, waar van de hooft-bladeren veertien en agttien duimen lang zyn, en omtrent een halve vinger breed, verdeelt langs de kanten in verscheide keepen, gelyk de trappen aan een Calappusstam gemaakt, verwisselt tegens malkander, en by haar begin met een kort en styf spitsje, als of het doornen waren.

Dit hooft-blad verdeelt zig in eenige zyde-bladeren van het zelfde fatzoen, dog niet boven een half voet lang, en verbeelden eenigzins een halfgevouwe wayer, en den geheelen struik maakt een cierlyke gedaante, als of veele diergelyke wayers door malkander stonden.

Nu heeft hy nog twee zeldzame eigenschappen, waar mede hy van andere planten verschild. De eerste is, wanneer de zyde-bladeren voor den dag zyn gekomen, zoo verandert het hooft-blad, of veel meer zyne dikke middel-zenuwe in een formeel en houtagtig takje, waar aan men de voetstappen des blads aan de zydevlerken nog lang bekennen kan, en vervolgens de zydebladeren ook, zoo dat gevolgelyk alle de bladeren met den tyd in takjes veranderen.

De tweede eigenschap is, dat hy zyne Vrugten voortbrengt aan de spitze, by de keepen der bladeren, en zyn van twee deelen gemaakt. Het onderste is een voetje, als een kleine Garioffel-nagel, van coleur rood, daar op zit een langwerpige ronde Vrugt, als een Bakelaar, of roode Boontjes hier te Land, groen, en hard, met een kort spitsje boven op. In de geopende vind men een andere korrel, als een ryst-korrel, aan 't voetje vast, zoet van smaak als een Hazenoot, en omgeeven met een wit vlieske.

Vrugten en bladdragende takjes vallen ligt af van dit gewas, en op het minste handelen breekenze, maar het hout is redelyk hard, en de jonge bladeren zyn bleek-groen, na den blaauwen trekkende; de oude hoog-groen, en de afgebrokene werden bruinagtig.

Naam. *In 't Latyn* Xylophyllos Ceramica. *De Al-*

ses eam vocant *Lima Turi*, h. e. quinque Corre Corren, quam vero ob rationem me latet, unde ipsi nomen, uti dictum fuit, tribui nempe Χυλοφυλλος *Ceramica*. Malaice *Daun Caju*, h. e. *folium lignosum*, quum ejus folia in lignum degenerent. Convenire quodammodo videtur cum *Ligno Emano*, seu *Essoir*, quod est lignum solidum & durum, sed ejus truncus raro crassior est pede.

Locus. Nullibi inventur nisi in altissimis, saxosis, & frigidis montibus Ceramæ, qui Nussainam vocantur, & permeare oportet, si a Bessi ad Borealem plagam itur ad Sepæ partem Zephyream, quæ via est decem milliarium Germanorum.

Cum Xylophyllo hoc convenire quodammodo videtur mira arbor, a Dappero in Madagascara sua *pag.* 26 descripta, quæ durum & gilvum gerit lignum, *Tokanbola* dicta. Hujus folia longa sunt instar Amygdalorum, sed incisa per quinque sexve crenas, quarum quævis florem profert, ejusdem coloris & formæ cum illo Rosmarini, sed qui inodorus est, atque dein in fructum excrescit, quod rarum præbet adspectum, flores nempe undique ad foliorum extremitates seu crenas conspicere. Atque hi fructus canes enecant.

Alphoereezen noemen hem Lima Turi, *dat is, vyf Corre Corren, uit wat reden is my nog onbekend; weshalven ik hem den naam, als gezegt, gegeeven heb van* Χυλοφυλλος Ceramica, *in 't Maleits* Daun Caju, *dat is,* Houten-blad, *dewyl zyne bladeren in hout veranderen. Het schynd eenige overeenkomst te hebben met* Lignum Emanum, *of* Essoir, *welk een digt en hard hout heeft, dog de stam is zelden dikker dan een been.*

Plaats. *Hy wert nergens gevonden dan op het hoogste, koude, en steenagtige gebergte van Ceram, het welk men Nussainam noemd, en passeeren moet, als men van Bessi aan de noordzyde, overgaat na Sepa aan de zuidzyde, zynde een weg van tien duitse mylen.*

Met dit Xylophyllum schynt eenige overeenkomst te hebben een wonderlyke Boom, by Dapper *in zyn* Madagascar, pag. 26 *beschreeven, met een hard en muisverwig hout, genaamt* Takanhola; *de bladeren zyn lang, gelyk die van den Amandelboom, maar geschaart, met vyf of zes insnyzelen, yder insnydzel met een bloem beladen, van de zelve coleur en gestalte als de bloem van den Rosmaryn, dog zonder reuk, die daar na in een Vrugt komt te veranderen, 't geen wonderlyk staat, de Vrugten rondom aan de einden der bladen te zien. Deze Vrugten zullen de honden doen sterven.*

Tabula duodecima

Ramum exhibet arbulusculæ, quæ *Xylophyllos Ceramica* Rumphio dicitur.

De twaalfde Plaat

Vertoont een Tak van een Boompje, het welk de *Ceramische Xylophyllos* van Rumphius genaamt wert.

OBSERVATIO.

Phyllanthus hodie hoc genus vocatur, similisque arbuscula occurrit descripta in *H. Amst. part.* 1. *Tab.* 102. *Seba Thes. part.* 1. *Tab.* 13. *Fig.* 2. *Catesb. Tab.* 26. quæ in *H. Cliff. pag.* 439. vocatur *Phyllanthus* foliis lanceolatis serratis, crenis floriferis.

AANMERKING.

Dit geslagt wert hedendaags *Phyllanthus* genaamt, en diergelyk Boompje wert beschreven gevonden in het *eerste deel* van de *Hortus Amstelod. Tab.* 102. en in de *Thes.* van *Seba, eerste deel, Tab.* 13. *Fig.* 2. als mede by *Catesb. Tab.* 26. het welk in de *Hort. Cliffort. pag.* 439. genaamt wert *Phyllanthus*, met langwerpige gezaagde bladen, uit de keepen der bladeren bloemen dragende.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

SAngius supra *libro secundo, cap.* 54. describitur, & *Tab.* 46. ejus icon exhibetur.

NEGEN-EN-TWINTIGSTE HOOFTST.

D*E Sangieboom is boven in het* tweede Boek, Cap. 54 *beschreven, en op de* 56. Plaat *zyn Figuur vertoont.*

CAPUT TRIGESIMUM.

Ay Assa.

CRassitiem obtinet Calappi, corticem gerens albicantem intermixto sordide cinereo colore, odoris gravis, ad pisces accedentis, sensim vero cor gerit durum, præbetque postes ædium; sed totum lignum aptum est, ex quo carbones exurantur.

Ejus folia cum illis Canarii conveniunt, septem pollices longa, tres digitos lata, ac solitaria simplicibus insident flagellis. Ex ipsorum alis longus tenuisque excrescit corymbus, novem & decem pollices longus, in paucos laterales racemos distinctus, ex quibus flosculi excrescunt.

Fructus solitarii dependent in illorum extremo, ac semper in inferiore parte bini concreti sunt, felis scrotum referentes, maturi obscure lu-

DERTIGSTE HOOFTSTUK.

Ay Assa-Boom.

W*Ert zoo dik als een Calappusboom, witagtig van schorsse, met vuil-graauw gemengt, van een sterke visschagtige reuk, gewind met den tyd een hart hert, bequaam tot stylen van Huizen, dog het geheele hout is bequaam om koolen daar van te branden.*

De bladeren gelyken na die van Canary, zeven duimen lang, ruim drie vingers breed, en staan enkeld aan dunne ryskens; uit haren schoot komt een lange dunne steel, negen en tien duimen lang, in weinige zyde-takjes verdeelt, daar aan klein bloeizel voortkomt.

De vrugten hangen maar enkeld aan 't uiterste derzelven, en zyn altyd agter twee aan malkander gegroeid, verbeeldende het Scrotum van een Kat, in de rypheit donker-geel, met een naad rondom, langs de-

welke



obſcure lutei, ſulco notati, ubi dehiſcunt, & tenui putamine obducti ſunt. Una fructus burſula plerumque inanis eſt, altera nucleum gerit majorem bacca Lauri, qui ſub alba pellicula alterum durum & nigricantem abſcondit nucleum, odoris & ſaporis ingrati.

Locus. In litore potiſſimum creſcit circa Way, quod Honimoa dicitur.

Uſus ejus potiſſimum conſiſtit in trunci cortice, qui contunditur, cum cineribus miſcetur, & in ſtagnantibus locis aquæ marinæ projicitur ad piſces enecandos.

Ejus convenientiam noſce cum arbore Euonymo Theophraſto dicta, quæ illam habet qualitatem, quod capras enecet, licet vulgaris Euonymus id non efficiat.

welke ze open gaat, van een dunne ſchaal gemaakt. Het eene beursje is gemeenlyk ydel, het ander heeft een korrel, grooter dan een Bakelaar, dewelke onder een wit vlies een ander hard en zwartagtige korrel verbergt, mede vies van reuk en ſmaak.

Plaats. *Hy waſt meeſt op ſtrand, omtrent Way, genaamt Honimoa.*

Gebruik. *Zyn gebruik is meeſt in de ſchorſſe des ſtams, dewelke men klein ſtoot, met aſſche vermengt, en op de ſtaande plaſſen van Zee-water ſtrooid, om de Viſſchen daar in te dooden.*

Beziet zyn overeenkomſt met den Boom Euonymus van Theophraſtus, welke de eigenſchap zal hebben om de Geiten te doen ſterven, hoewel zulks de gemeene Vaderlandſche niet doet.

CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM.

Lignum Vinoſum. Caju Larat.

HIc frutex in Amboina exoticus eſt, ac nullibi, quantum novi, notus niſi in Rottea, quæ inſula eſt ad Occidentalem Timoræ plagam ſita, unde & pro parte eum modo deſcribere poſſum, quantumque de eo cognovi.

Eſt itaque frutex, cujus formam Rottonenſes vel non norunt, vel nobis indicare nolunt, hinc modo radices exhibent, quæ minimum digitum craſſæ ſunt, lignoſæ, lentæ, externe nigræ, ſeu terreæ. Ipſarum ſapor dulcis eſt quodammodo, & linguam vellicans.

Nomen. Latine mihi dicitur *Lignum Vinoſum* ab ejus uſu. Rottonenſes eum vocant *Caju Larat*, ſeu *Caju Laro.*

Locus. In iſta creſcit inſula hic & illic in campis, dicunt vero, ſenes & expertos viros eum tantum modo noviſſe, & effodere, quique tam ruſtici & invidioſi ſunt, ut ramos nunquam noſtro propulo voluerint oſtendere, licet ſæpius rogati fuerint.

Uſus. Ejus radices in magno ſunt uſu apud iſtos Rottonenſes, in fruſta enim eas diſſecant digitum longa, infunduntque potui Golæ, qui elicitur ex arbore Lontaro ſeu Goly, ſimilemque adfundunt aquæ quantitatem, tum ſtatim bullas emittit, & fermentat.

Si ſub veſperam præparatur, matutino tempore hic potus aptus eſt, requirit enim modo ſpatium octo vel decem horarum, ac dein per pannum cribratur, hocque potui præbet gratum acidulum & vinoſum ſaporem fere inſtar vini Hiſpanici, cujus colorem quoque æmulatur, ac ſimul inebriat, ſi nimium potetur.

Hoc vero lignum continuo loco humido & frigido ſervandum eſt, quoque vetuſtius eſt, eo melius, ſiccum viro vires ſuas amittit.

Manipulum itaque hujus radicis uni lagenæ, ſeu Calabas infundunt ipſorum potui Goela, vel Saccharo aquæ mixto, ſique aceſcat, aliquoties lagena eluenda eſt.

Ipſi tribuitur vis ad urinam in Hydrope leniter ſubducendam, ſi radices Ligni Colubrini addant. Idem cum radice ligni Colubrini in binis tertiis partibus aquæ, & una tertia parte potus Goelæ infuſus, qui in Rotta coquitur ex Toak, nutriens eſt & diureticus, uti prior potus.

EEN-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

Het Wyn-Hout.

DEze Heeſter is vreemd in Amboina, en nergens mynes weetens bekend dan op Rotte, een Eiland ten weſten Timor gelegen; dies ik ze maar ten deele kan beſchryven, en zoo veel my daar van voorgekomen is.

Het is een Heeſter, wiens gedaante de Rottoneezen of niet allen kennen, of ons niet willen openbaren; daarom neemen ze maar de wortelen, dewelke zyn een pink dik, houtagtig, taay, van buiten zwart, of aardagtig. De ſmaak is een weinig zoet, en ſcherp op de tong.

Naam. *Ik heb 't in 't Latyn genaamt* Lignum Vinoſum, *van zyn gebruik. De Rottoneezen noemen het* Caju Larat, *of* Caju Laro.

Plaats. *Het waſt op gemeld Eiland, hier en daar in de Velden; maar zy zeggen, dat onder haar de oude en ervarene lieden dezelve alleenlyk konnen en moeten uitgraven, die dan boeragtig en nydig zyn, zoo datze de takken nooit aan ons Volk aldaar hebben willen toonen, hoewel dikwils daarom verzogt zyn.*

Gebruik. *De wortelen daar van zyn in groot gebruik by gemelde Rottoneezen, want zy ſnyden ze in ſtukjes, een vinger lang, en werpen ze in haar drank Goela, van den boom Lontar of Goly getapt, en gieten daar nog even zoo veel water op, zoo begint het terſtond te koken, en werpt veel geſt op.*

Des avonds gezet zynde, is des ogtens bequaam om te drinken, want het behoeft maar agt à tien uuren te ſtaan, en wert daar na door een doek gezeegen; dit geeft den drank een aangenaame rynze of wynagtige ſmaak, byna als Spaanze wyn, wiens coleur 't ook heeft, en maakt insgelyks dronken, zoo men daar veel af nuttigt.

Maar dit hout moet geſtadig op een vogtige koele plaats bewaard werden; hoe ouder het dan is, hoe beter het dan wert, maar droog geworden zynde, verlieſt het zyn kragt.

Zy doen gemeenlyk een hand vol in de Calabas, en zetten altyd haar drank op met Goela, of andere Zuiker, met water vermengt; zoo 't zuur wert, moet men 't altemets uitſpoelen.

Hem wert toegeſchreeven een uitdryvende kragt om de waterzugt af te zetten, als zy 'er wat wortelen van Slangenhout bydoen. Het zelfde met de wortel van Slangenhout in twee derde water, een derde Goela gedaan, die ze op Rotte van Toack kooken, is voedzaam en afdryvend als vooren.

Virides rami lamina ferrea plani compressi, dein carbonibus ignitis impositi nigram exsudant aquam, qua Rottonenses dentes nigros reddunt, quod ipsis ornamento inservit.

Cum hoc forte convenit planta in Baleya crescens, ibique *Pangel Boaja* dicta, h. e. Crocodili dens molaris; saltem Baleyenses Rottonensium radices hic conspicientes, cum ea comparare has volebant, sed dubito, ipsorum enim *Pangel Boaja* arbuscula est, ultra pedem crassa. In Baleyæ parte Zephyrea circa pagum Lebe juxta litus & ripas aquarum crescit, quæ folia gerit angulis spinulosis armata, dentes Crocodili referentia, qualia Rottonenses in suo Caju Larat non observant, nulla quoque ejus pars ad potum adhibetur, sed cortex contusus subtilis redditur in pulpam, quæ ædematosis & tumidis inlinitur pedibus, unde detumescunt.

De groene takken met een yzere plaat geperst, daar op gloeiende koolen gelegt, zweeten een zwart water uit, waar mede de Rottoneezen haare tanden zwart verwen, welk by haar voor cieraad gehouden wert.

Hier mede komt misschien overeen een plante, op Baly wassende, en aldaar Pangel Boaja *genaamt, dat is, Kaymans kies; immers de Baliers der Rottoneezen, wortelen by my ziende, wilden ze daar mede vergelyken, dog ik twyffel daar aan, want haar* Pangel Boaja *wert een Boompje, ruim een been dik. Op Balys zuidzyde, omtrent de Negory Lebe, langs strand en waterkanten groeiende, met bladeren, die in lange steekelige hoeken verdeelt zyn, de tanden van een Kayman verbeeldende, diergelyke de Rottoneezen aan haar Caju Larat niet hebben; men gebruikt ook niets daar van om in den drank te doen, maar wel de schorsse gestampt, wert fyn gewreeven tot een pap, en op zugtige gezwolle beenen gesmeerd, die het doet slenzen.*

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Stercus Squillarum. *Tay Udang.*

HÆc arbuscula est magnitudine Granati. Ejus ramuli sese dividunt in multos breves & subtiles ramulos, paulo crassiores filo velorum, quorum binæ tertiæ inferiores partes nudæ sunt per decidua folia, superior tertia pars folia gerit per binos ordines alternata, quæque longa sunt & angusta, illis Roffu quodammodo similia, sed minora, tres pollices longa, excepto superiore longo apice, vix unum lata, ad oras subtiliter & dense serrata, brevissimis insidentia petiolis.

Inter folia capitula progerminant, ex quibus flosculi excrescunt, ex octo concavis & albicantibus petalis compositi, quos insequuntur baccæ parvæ, primo virides, cum brevi apice in summo, per maturitatem nigræ, & molles sine stilo, magnitudine grani Piperis minoris, ac glabræ, intus succosæ, & tenui arena repletæ, odoris ingrati.

Lignum firmum est ac durum, sed nodosum, & non multum rectum. Fructus mense Martio proveniunt.

Nomen. Latine *Stercus Squillarum.* Malaice *Tay Udang*, juxta Amboinense *Moelet Tayn*, quum juniores fructus comparant cum stercore Squillarum.

Locus. In Laha crescit in collibus ventosis.

Usus. Trunci ad ædium exstructionem expetuntur, quum sint quam durabilissimi, sed raro recti sunt.

TWEE-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Drek der Garnaalen.

DIt wert een klein Boompje, in de grootte van een Granaat-Boompje. De takken verdeelen hun in veele korte subtiele ryskens, wat dikker dan Zylgaren, waar aan de twee agterste derdepart bloot staan door de afgevalle bladeren, 't voorste derdepart is bezet met bladeren, in twee ryen verwisseld tegens malkander, dezelve zyn lang en smal, die van Roffu eenigzints gelyk, dog kleinder, drie duimen lang, behalven de voorste lange spits, schaars een breed, aan de kanten fyn en dik gezaagt, op zeer korte steeltjes.

Tussen de bladeren komen kleine knopjes voort, waar uit worden kleine bloempjes, van agt holle witagtige blaadjes, hier op volgen kleine besien, eerst groen, met een kort styletje boven op, in de rypheit zwart en week, zonder styletje, in de grootte van een Peperkorrel, en glad, binnen zappig, en met fyn zand gevuld, en wat vies van reuk.

Het hout is styf en hard, dog knoestig, en niet veel regts daar aan. De Vrugten vind men in Maart.

Naam. *In 't Latyn* Stercus Squillarum. *In 't Maleits* Tay Udang, *na 't Amboinsche* Moelet Tayn, *dewyl ze de jonge Vrugten vergelyken by strontjes van Garnaelen.*

Plaats. *Het wast in de Laha, op lugtige heuvelen.*

Gebruik. *De stammen werden tot den Huisbouw genomen, dewylze zeer durabel zyn, dog men kan 'er weinig regts aan vinden.*

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

Hystrix Frutex. *Caju Landac.*

HÆc Javanica arbuscula crassitiem habet digiti, altitudinem fruticis adtingens, nomenque obtinuit a copiosis spinis, quæ eam tam spinosam & intractilem reddunt, ut sit instar Landæ seu Hystricis, ejus ramuli breves ac firmi sunt, bini sibi oppositi ad majores ramos, ubi protuberantes formant nodos seu genicula, atque illi etiam in tales nodos distincti sunt.

Hisce

DRIE-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

Yzerverke-Struyk.

DIt Javaans Boompje is in de dikte van een vinger, in de hoogte van een struikje, en heeft zynen naam van de veele doornen, dewelke hem zoo steekelig maken, en ontastelyk, gelyk een Landa of Yzerverken; zyne takjes zyn kort en styf, met twee tegens malkander aan de hooft-takken, alwaar ze uitsteekende knietjes maken, en zy zelfs zyn in diergelyke knietjes verdeelt.

Aan

Hisce folia adstant bina sibi obposita, illis Caryophylli arboris quodammodo similia, inferius nempe angustata, oris æqualibus, ultra quatuor pollices longa, ac binos lata digitos, superne glabra, inferne quatuor paribus obliquis admodum & sinuosis costis donata, quarum binæ inferiores ultra folii medium excurrunt, inter folia ad bina nuda latera ramuli, binæ cohortes, seu collectiones locantur longarum, mollium, sed acutissimarum spinarum, binæ autem harum majores & exteriores in angulo acuto locantur, inter has binas duæ aliæ minores cruciatæ conspiciuntur, ita ut in quovis articulo quatuor, sex, imo octo locentur spinæ, totaque collectio quatuor spinarum simul abrumpi potest, unde hæc arbor tam difficulter tractari potest quam Javanorum Hystrix, seu porcus echinatus.

Ex ala cujusvis folii brevis excrescit surculus, plura minora gerens folia, digiti articulum longa, flaccida, & cruciata quoque, cum quibus sensim quoque spinulæ adsurgunt; Foliorum sapor non admodum gratus est, fatuus, cum levi adstrictione & amaritie, accedens ad illum Bajang Baduri, quique leviter os vellicat. In ramulorum summo collectio quinque sexve florum provenit coadunata, quivus vero ad suum ortum bina gerit brevia & spinulosa foliola, totusque racemus porro alia majora & viridia profert.

Quivis flosculus digiti unguem longus est, tubulosus, & in quinque petala lutea superius distinctus, intus tria locantur stamina, quorum quodvis superius oblongum gerit capitulum, ex ala inferioris floris simplex quoque erigitur flosculus, quatuor similibus spinulis armatus.

Vetusta folia floriferorum ramulorum multo breviora sunt, nec ultra tres pollices longa. Fructus gemini simul proveniunt ex alis superiorum foliorum, Cucumeris semen magnitudine æquantes, sed latiores, quadrati, & acuminati instar pyramidis, sub tenui pellicula bina reconduntur officula seminalia sibi juncta & cordiformia, intus repleta nucleo albo, qui bifidus est, & quam maxime amarus.

Nomen. Latine *Hystrix Frutex.* Malaice *Caju Landac.* Javanice *Wonga Landac*, quum plurimæ spinæ circa florem locentur.

Usus. Contra alvi tormina adhibetur, & lateris dolorem, tum supremus sumitur surculus cum teneris foliis & spinis, qui conteritur cum pauxillo Coriandri, Mussi, Deringo, Bangle, Cuning, & Tsjonker in aqua, per pannum filtra, & propina, residuumque lateri dolenti applicatur.

Anno 1687 per semen ex Java in has modo delata est terras, ac satis in horto nostro sese propagat per semen deciduum.

Tabula decima tertia

Fruticem exhibet, qui *Hystrix* Rumphio dicitur; estque Prionitis *Linnæi* in *H. Cliffort*, *pag.* 487. quæ Barleria foliis integerrimis, spinis lateralibus a *Royeno* in *Prodr. Fl. Leid. pag.* 291. vocatur: in *Thes. Zeyl. pag.* 8. ad Adathodas retuli, mihique dicitur Adhatoda ad alas spinosa & florifera, ubi vide reliqua, uti & in *Hort. Cliffort.*

A *Linnæo* etiam nunc ad Barlerias relata est, ipsique dicitur Barleria spinis axillaribus quaternis, foliis integerrimis in *Spec. Plantar. pag.* 636.

Aan dezelve staan twee bladeren, tegt tegens malkanderen over, de Nagel-bladeren eenigzints gelyk, namentlyk na agteren toesmallende, met effene kanten, ruim vier duimen lang, en twee vingers breed, boven gants glad, beneden met vier paar zeer schuinse en bogtige ribben, waar van de twee agterste over de helft van 't blad lopen; tussen de bladeren aan de twee blote zyden van 't rysken staan twee troupen, of vergaderingen van lange, weeke, dog zeer scherpe doornen, te weeten, de twee buitenste en grootste in een winkelhaak, tussen deeze twee staan nog twee andere kleindere in 't kruis, zoo dat aan ieder knietje van vier, zes, tot agt doornen staan, en men kan den geheele troup van vieren te gelyk afbreeken, waar van deezen Boom zoo zorgelyk is om aan te tasten, als het Javaanse Yzerverke.

Uit den schoot van ieder blad komt een korte scheute van veel kleinder bladeren, een lid van een vinger lang, slap, en mede in 't kruis, waar nevens zig allengskens de doorntjes openbaren. De smaak der bladeren is niet zeer lieflyk, laf, met een kleine zamentrekking en bitterheit, na die van Bajang Baduri trekkende, en een kleine scherpigheit in den mond latende. Aan 't einde van de takjes komt een tros van vyf à zes bloempjes voort, op malkander gedrongen, dog ieder heeft by zyn oorspronk twee korte steekelige blaadjes, en de geheele tros heeft nog andere, wat grootere, en groen.

Ieder bloempje is een nagel van een vinger lang, gemaakt van een halsje, en verdeelt zig van vooren in vyf geele blaadjes, van binnen ziet men drie styletjes, dragende ieder boven een langwerpig knopje; uit den schoot van de agterste komt mede een enkeld bloempje voort, gewapend met vier diergelyke spitzen.

De oude bladeren aan de bloemdragende takjes zyn veel korter, en niet boven drie duimen lang. De Vrugten komen twee tegens malkander uit den schoot der voorste bladeren, zoo groot als een Komkommerzaad, dog breeder, vierkant, toegespitst als een piramietje; onder een dun velletje leggen twee zaadkorrels tegens malkander, hertformig, van binnen uitgevuld met een witte keest, die zig in twee blaadjes laat deelen, en is zeer bitter van smaak.

Naam. *In 't Latyn* Hystrix frutex. *In 't Maleits* Caju Landac; *Javaans* Wonga Landac, *om dat de meeste steekels rondom de bloem zyn.*

Gebruik. *Het wert gebruikt tegens buikpyn en zydesteeken; neemt het voorste scheutje met de jonge bladeren en doornen daar tussen, wryft het met een klein weinig Coriander, Mussi, Deringo, Bongle, Cuning, Tsjonkor, wryft het met water, klynst het door een doek, het doorgeklynste drinkt, en de rest smeerd op de plaats, daar de pyn is.*

Anno 1687 *is het met zaad van Java eerst in deeze Landen gebragt, en vermeerdert zig nu redelyk in onze Tuynen door 't afgevalle zaad.*

De dertiende Plaat

Vertoont een Struik, die de *Hystrix* van Rumphius genaamt wert, en is de Prionitis van *Linnæus*, in de *Hort. Cliffort*, *pag.* 487. welke Barleria met geheele bladeren, en doorens uit de kanten genaamt wert in de *Prodr. Fl. Leid.* by *van Rooyen*; in de *Thes. Zeyl. pag.* 8. heb ik ze gebragt by de Adhatoda, en wert van my genaamt Adhatoda uit de hoeken der bladeren doorens en bloemen gevende; alwaar het overige ziet, als mede in de *H. Cliff.*

Van *Linnæus* in zyn *Spec. Plantar. pag.* 636. is ze thans mede tot de Barleria gebragt, en wert genaamt Barleria Spinis axillaribus quaternis, foliis integerrimis.

CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM.

Madorius. Madori.

HÆc arbuscula in Amboina exotica est, & circa annum 1680, ut puto, ex Bima primum delata: Densum vero format fruticem, qui sese mox supra radicem dividit in varios truncos, brachium circiter crassos, incurvos, & irregulariter extensos.

Rami sunt herbacei & rotundi, instar serici molles & lanuginosi, quod instar farinæ abradi potest, inque medio cor gerunt humidum.

Folia bina sibi sunt obposita, & quatuor simul cruciata sunt, & sessilia. Cum illis Verbasci quodammodo conveniunt, sed glabriora sunt, a septem ad octo & novem pollices longa, quatuor cum dimidio lata, costis admodum obliquis & sinuosis donata, quæ concurrunt, superne vero obscure virent, inferne albicant per lanuginem, quæ abradi potest, & cohæret, superius lata, inferius angustata, odoris fortis & ingrati.

Ex tota planta, in quavis parte sauciata, lac tenue & album exstillat, amaricans, adstringens, ac tandem in ore nauseosum, dulcescens, sine ulla tamen ardore vel acredine, sed diu in lingua relinquit saporem ingratum.

Inter folia ac semper ad unam rami partem longus excrescit albusque caulis, quinque sexve gerens flores racemosos, qui peculiarem habent formam, ab aliis floribus penitus diversam, primo enim quinque gerunt petala extensa, quorum oræ deorsum inflexæ sunt, formam exhibentia linguæ gallinæ, coloris purpurascentis, in extremo autem aliquid cæruleum admistum est, in centro mira conspicitur compositio, pedem exhibens salinarii argentei, componitur nempe ex quinque circinnis coloris læte purpurei, ac superne gerit pentagonum ac viridem caseolum, inque ejus centro viridis insuper capsula bifida.

Flos diu viget, sed inodorus est.

Hic in Amboina fructus nunquam protulit, qui ex aliorum relatu sequenti sunt modo.

Fructus hi cum nulla re melius comparari possunt, quam cum reniformibus seu semilunatis placentulis, quæ in plateis venduntur, aliquando simplices, sed plurimum gemini in triangulo positi, ipsorum longitudo est circiter trium pollicum, ac latitudo binorum digitorum, externe virentes, rugosi, & gibbosi, lactescente obducti gluma, atque sub hac durum locatur putamen, ex multis fibris compositum, quibus exteriori nectitur. Intus reperitur gleba ex tenuibus, planis, & oblongis seminibus constans, oblique sibi junctis instar cancellorum, quæ undique nectuntur columnæ, quodvis porro semen superius penicillum gerit, ex subtili alba lanugine compositum.

Quamdiu fructus immaturus est, cuncta hæc semina tenui inclusa sunt sacculo, si vero hic per maturitatem juxta dorsum rotundum dehiscit, tum dispergunt sese hæc penicilla, ac manipulum albæ ac subtilis lanuginis exhibent, tenuioris illa Gossypii, ac per ventum dissipantur, instar fructuum Amboinensis *Nummulariæ lacteæ majoris, libro 9.* descriptæ.

Lignum album est, molle, & alba repletum medulla instar Sambuci.

Ra-

VIER-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Madorie-Struyk.

D*It boompje is in Amboina uitlants, en omtrent Ao. 1680, zoo ik gisse, van Bima eerst ingebragt. Het maakt een dikke struik, verdeelende zig kort boven de wortel in verscheide stammen, omtrent een arm dik, krom, en ongeschikt uitgebreid.*

De takken zyn kruidagtig, en rondt, en in 't aantasten ruig als fulp, 't welk men als meel afstryken kan, en in de midden hebbenze een vogtig hert.

De bladeren staan twee en twee tegens malkander, en met hun vieren in 't kruis, zonder steelen. Zy gelyken eenigzints na die van 't wolle-kruid (Verbascum), dog gladder, van zeven tot agt en negen duimen lang, vier en een half breed, met zeer schuinze en bogtige ribben, dewelke na malkander toelopen, boven donker-groen, beneden witagtig wegens een zekere wol, die men afstryken kan, en zamen kruimelt, van voren breed en agter smal, van reuk sterk en onaangenaam.

Uit den geheelen plant, waer men ze quetst, loopt een dunne witte melk, bitteragtig, adstringerend, en in 't laatste eenige walgelyke zoetigheit in de mond nalatende, wel zonder eenige brand of scherpigheit, dog met een lange en vieze na-smaak op de tonge.

Tussen de bladeren, en altyt aan een zyde des taks komt een witte lange steel voort, dragende vyf à zes bloemen in een kroontje, deze hebben een byzonder fatzoen, van andere bloemen veel verschillende, zy bestaan voor eerst uit vyf uitgebryde blaadjes, welkers randen neerwaarts gebogen zyn, of in de gedaante van Haane-tongen; van coleur peers-verwig, aan 't uiterste met een weinig ligt-blauw vermengt; in de midden is een vreemd gestel, verbeeldende den Voet van een zilver zout-vat, te weeten, gemaakt van vyf krullen, van coleur ligt-purper, hebbende boven op een vyfhoekig groen kaesje, in des zelfs midden nog een groen dopje in tweeën deelbaar.

De bloem blyft lang in haar wezen, dog is zonder reuk.

Hier in Amboina heeft het nooit Vrugten willen dragen, dewelke na 't Verhaal van andere aldus zyn.

De Vrugten kan men by niets beter vergelyken dan by niereformige of halfmaans-wyze pastytjes, dewelke men langs de straat verkoopt, zomtyts enkeld, dog meerendeels twee tegens malkander in een Triangel, de lengte is omtrent drie duimen, en twee vingeren breed, van buiten groen, rimpelig, en bultig, omgeven met een melkagtige bolster, en daer onder een harde Schaal met deel-draaden aan de buitenste vast, daar binnen vind men een klomp van dunne platte langwerpige zaaden, schuins tegens malkander gestapelt als Scalien, allegaar vast rondtom aan een pilaar, en ieder zaadje geeft voor aan een penceeltje van fyne witte wol.

Zoo lang de Vrugt onryp is, zyn alle deze zaaden in een dun zakske besloten, maar als de Vrugt in haar rypheit langs de ronde ruggen openberst, dan verspryden zig deze penceeltjes, en geven een goede hand vol fyne witte wol, subtielder dan Capok, of verstuiven met den wind, gelyk men ziet gebeuren in de Vrugten van den Amboinse Nummularia lactea major, *in 't negende Boek beschreven.*

't Hout is wit, week, en gevuld met een wit merg als Vlier.

De

Radices externe cinereæ sunt, lactescentes, & fungosæ. Arbuscula hæc non ultra viri altitudinem obtinet, inferius raro crassior brachio.

Nomen. Latine *Madorius*. Malaice, Javanice, & Baleyice *Madori*, & *Modori*, in Bima *Core*. Javæ vocatur *Sidagori*.

Locus. Notus est in Baleya, Java & Bima, sponte crescens, ac potissimum in silvis, præterquam in Baleya, ubi prope ædes plantatur. Hic in Amboina per ramulos propagatur, qui facile progerminant & excrescunt.

Usus. In Bima maximus ejus est usus, primo enim subtile fructuum lanugine, quæ Gossipium superat, pulvinaria inplentur. Secundo summum est antidotum contra morsus quorumvis venenatorum serpentum, si radix in ore masticatur, ejusque deglutiatur succus, ac pasta masticata vulneri applicatur. Tertio guttæ quædam ejus lactis vaccino lacti infusæ, hoc coagulant optime, quum ad cibum aptum est. Apud Baleyenses utilis, sed ridiculosus usus est, floribus enim insecta quædam aluntur, ipsis *Jangkring*, Lusitanis *Antrinjo* dicta, quæ species est Cicadæ, hæc insecta alunt Baleyenses magna industria, ac quodvis peculiari insidet arundini Bamboes, quod sonitu quodam prodit, & cum adversario certat, quum magna certamina ineunt, eodem modo, quo Gallorum gallinaceorum sunt certamina.

Baleyenses hi ex ligno carbones subtiles exurunt, quibus utuntur ad pulveris pyrii confectionem.

Chirurgus quidam, qui diu in Zeylana habitaverat, mihi indicare poterat, eandem hanc arbusculam ibi notam quoque esse nostræ nationi, nomine Arboris pulveris pyrii eandem ob rationem, quum ex ejus ligno carbones pro pulvere pyrio conficiantur. Sic etiam pro certo adfirmabat, uti putabat, radicem ejus adhiberi contra morsus venenatorum animalium, qualis ibi est *Cobra Cabelo*.

Puto hanc esse arbusculam, de qua anglus Robertus Knockius in itinerario *Zeylanico*, *pag*. 7. mentionem facit, dicens medicatum ejus esse odorem, & crescere in cunctis Zeylanæ provinciis, excepta prvoincia Ouvah, atque vaccas Ovahæ in alias delatas provincias intra breve temporis spatium mori, uti putatur per odorem foliorum hujus arbusculæ, quæ revera fortem spirant odorem, & ingrata sunt, quumque pecora aliarum provinciarum inmunia sunt, forte quum ipsi adsueta sunt.

Totam porro arborem ulterius vide descriptam apud eundem auctorem *pag*. 23. ubi dicit. *Capita Gauha* folia gerit læte virentia, rugosa, subrotunda, & palmæ magnitudinem habentia. Nullum aninal hæc depascit, immo ne capræ quidem, atque per ea moriuntur vaccæ Ouvahaenses.

Lignum flammam concipit, licet sit viride, & auri fabri carbones ex eo conficiunt, in cunctis crescit provinciis, excepta Ouvaha.

Incolæ Bimæ, uti dictum fuit, ejus masticant radicem contra morsus serpentum, ejusque deglutiunt succum, hoc autem Europæo non suaderem, quum lac ejus suspectum est, gustum præbens ingratum, vertiginem & nauseam movens.

In *Hort. Malab. part*. 2. *cap*. 31. hæc planta describitur sub nomine *Ericu*, ac secunda species albos gerens flores *Bel Ericu* dicitur, ibique ejus folia laudantur oleo inlinita, & adplicata Podagræ do-

De wortelen zyn buiten graauw, mede melkagtig, en voos. Het Boompje wert niet boven een man boog, beneden zelden dikker dan een arm.

Naam. *In 't Latyn* Madorius; *op 't Maleits, Javaans, en Balisch* Madori, *en* Modori; *op Bima Core. Op Java heet het ook* Sidagori.

Plaats. *Het is bekend op Baly, Java, en Bima, van zelfs en meest in 't wild wassende, behalven op Baly, daar men 't by de huyzen plant. Hier in Amboina plant men 't met takskens voort, dewelke ligt vatten, en opschieten.*

Gebruik. *Op Bima heeft het wel het meeste gebruik, want voor eerst met de fyne wol der Vrugten, in fynigheit den Capock overtreffende, vuld men de slaapkussens. Ten tweede is het de hoogste tegenbaat tegens de beete van allerhande venynige Slangen, als men de wortel in den mond neemt, 't zap inzwelgt, en het knouwzel op de beete bind. Ten derde, eenige droppen van deeze melk in Koemelk gedaan, doet dezelve behendig stremmen, wanneerze dan tot de kost bequaam wert. By de Baliers is een nodig, dog belachelyk gebruik; want met de bloemen werden gevoed zekere beestjes, by haar lieden* Jangkring, *by de Portugeezen* Antrinjo *genaamt, zynde een zoort van Krieke; deeze diertjes voeden de Baliers met groote neerstigheit op; ieder diertje is in een byzonder Bamboes, 't welk op een zeker geluit voor den dag komt, en met zyn tegenparty stryden moet, waar op dan groote weddingen geschieden, op de zelfde manier als met het Haanevegten geschied.*

De zelfde Baliers branden uit het hout subtiele koolen, dewelke zylieden tot het maken van Buschkruid gebruiken.

Zeker Chirurgyn, die lang op Ceilon gewoont heeft, wist my te berigten, dat dit zelfde Boompje op Ceilon ook bekend zy by onze Natie, met de naam van Polverboom, om de zelve reden, wyl men uit zyn hout Buskruits-koolen maakt. Zoo wist hy ook voor zeker, zoo hy meende, dat de wortel gebruikt wert tegens beeten van de allervenynigste Slangen, gelyk aldaar is de Cobra Cabelo.

Ik gisse, dat dit het Boompje zy, waar van den Engelsman Robbert Knox, in zyn Ceilons Reisboek, pag. m. 7. *gewag maakt, zeggende: dat het van een artzenyagtige reuk is, en in alle Provintien van Ceilon groeie, behalven in de Provintie Ouvah; en dat de Koebeesten van Ouvah in andere Provintien gebragt zynde, in 't korte sterven, zoo men geloofT door het rieken van de bladeren deezes Booms, dewelke in der daat sterk rieken, en onlieflyk zyn, daar nogtans de beesten van dezelve Provintie geen letzel daar van hebben, misschien om datze daar aan gewend zyn.*

Den geheelen Boom ziet breeder beschreeven by den zelfden Autheur, pag. m. 23. *en luyd aldus:* Capita Gauha *heeft helder-groene bladeren, ruig, rondagtig, en zoo groot als een vlakke hand: geenerlei beest eet van deezen Boom, zelfs de Geiten niet, en hier van sterven de Koeyen van Ouvah.*

Het hout brand, al is het groen, en de Goudsmeeden maaken 'er koolen van; hy groeid in alle Provintien, behalven in Ouvah.

De Inlanders van Bima, als gezegt, knouwen wel deeze wortel tegens de beete van de Slangen, en zwelgen een deel daar van in; dog ik zou een Europeaan niet raaden iets van deeze melk binnen 't lyf te laten komen, dewylze den smaak leelyk bederft, duyzelyk, en walgelyk maakt.

In de Hort. Malab. tom. 2. Cap. 31. *wert deeze plant beschreeven onder den naam van* Ericu, *en de tweede zoorte daar van met witte bloemen,* Bel Ericu, *aldaar werden zyne bladeren gereemt, met oly*

dolorem sedare, item radicem cum aqua contritam, & elotam curare morsus serpentis Cobra Cabello dicti.

Joan. Commelinus in adnotationibus in id caput optime notat eandem esse plantam, apud *Prosp. Alpinum* in libro de plantes Ægyptiis descriptam sub nomine *Beid El Ossar*, dicens crescere in Ægypto circa urbem Alexandriam in humidis locis ad sinum Nili fluvii, alii docti Botanici, & inter eos *Clusius*, hanc numerant inter species Apocyni Syriaci recti, & Apocyni Ægyptiaci, a quo tamen nimium differt, quum Apocynum sit planta convolvulacea, nec frutex.

Idem Commelinus dicit, Beid-El-Offar quoque conspici in patriæ hortis, florentem Augusto, sed nunquam semina vel fructus proferre.

Sidagori Javanorum duplices quoque profert flores, albos nempe & purpureos. In Java nullius fere est usus, nisi quod succus foliorum sub cineribus tostorum, & auribus instillatus surditatem tollat. Radix cum aqua propinata convulsiones curat, & dentium constrictionem, seu spasmum.

Copiosissime quoque crescit in insula Coromandela, ubi *Erikeli* vocatur, tam sponte in silvis, quam circa ædes tanta quantitate, ut sufficiens præbeat lignum, quo pulvis pyrius formari possit. Ibi raro quoque fructus profert, qui erant bursulæ coronatæ, plerumque solitariæ, & intus repletæ subtili Capock.

Tabula decima quarta

Ad Figuram primam *Madorium* exhibet.
Figura secunda ramulum exhibet fructicis *Catsjopiri* dicti.

OBSERVATIO.

Madorius Apocyni species est, quod Apocynum erectum, majus, latifolium, Indicum a *Plukn.* in *Almag. Bot. pag.* 35. vocatur, cujus Figura obcurrit in *Phytogr. Tab.* 175. *Fig.* 3. estque Asclpias foliis amplexicaulibus, oblongo-ovalibus *Linnæi Fl. Zeyl. pag.* 112. & *Spec. Plant. pag.* 214. Vide & *Thes. Zeyl. pag.* 24.

CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM.

Catsjopiri.

Sub nomine *Catsjopiri* bini intelliguntur flores, major nempe & minor, quorum majorem hic describemus, ac minor descriptus est *libro* 6. sub nominis *Manda Kacki.*

Verum itaque, seu genuinum *Catsjopiri* frutex est, viri altitudinem circiter adtingens, non crassus, sed variis adsurgens stipitibus, ac præter hos multi quoque surculi ex radicibus, seu inferiore trunci parte exsurgunt.

Cortex ejus obscure fuscus est, seu nigricans, quales etiam radices externe sese obferunt, quæ plerumque transversaliter decurrunt. Rami ejus incurvi sunt, nodosi, & inferius plerumque nudi, in superiore autem parte folia locantur, bina

oly gesmeert, en opgelegt tegens de Podagra-pyn, als men ze daar op bind; item de wortel met water gewreeven, en daar mede gewassen de beeten der Slangen Cobra Cabello, geneest dezelve.

Johannes Commelinus, *in zyn Aantekening op 't zelfde Capittel, merkt zeer wel aan, dat het de zelfde plant zy, by* Prosper Alpinus *in zyn Boek de Plantis Ægyptiacis beschreeven, onder den naam van* Beid El Offar; *zeggende, dat het mede wel groeid in Egypten, omtrent de Stad Alexandria, in vogtige plaatzen, aan een arm van den Nyl; andere geleerde Kruiden-beschryvers, en daar onder* Clusius, *rekenen 't onder de zoorte van Apocynum Syriacum rectum, en Apocynum Ægyptiacum, waar van het nogtans te veel afwykt, dewyl Apocynum een slingerend Gewas is, en geen Struyk.*

De zelfde Commelinus zegt, dat Beid-El-Offar mede in de Vaderlandsche Thuynen gezien wert, in Augustus bloeiende, dog nooit zaaden of vrugten voortbrengende.

Het Javaansche Sidagori *is mede tweederlei van bloemen, namentlyk wit en peers: heeft op Java byna geen gebruik, als dat het zap van de bladeren, onder de asse gebraden, en in de ooren gedruipt, geneest de hardhoorendheit; de wortel met water ingenomen, geneest de stuypjens, en sluyten der tanden.*

Het groeid mede zeer veel op de Kust Coromandel, alwaar het Erikeli *heet, in zulk een menigte, zoo wel in 't wild, als omtrent de huyzen, dat men genoeg hout daar van heeft om Buskruits-koolen daar van te branden; aldaar ziet men het ook zelden met Vrugten, dewelke zullen zyn gehoornde zakjes, meest enkeld, en van binnen met fyne Capock gevult.*

De veertiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Madorie-Boom.*
De tweede Figuur wyst aan een Tak van een Struik, *Catsjopiri* genaamt.

AANMERKING.

De Mandorie is een zoort van Apocynum, het geen van *Plukn.* in zyn *Almag. Bot.* genaamt wert groote breedbladige, regtopgroeiende, Indische Apocynum, welkers Figuur in zyn *Phytogr. Tab.* 175. *Fig.* 3. te vinden is; en is de Asclepias foliis amplexicaulibus, oblongo-ovalibus van *Linnæus*, in zyn *Fl. Zeyl. pag.* 112. en in de *Spec. Plant. pag.* 214. Ziet ook myn *Thes. Zeyl. pag.* 24.

VYF-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Catsjopiri.

Onder den naam van *Catsjopiri verstaat men twee Bloemen, de groote en kleine, waar van wy de groote alhier beschryven zullen, en de kleine staat beschreeven in 't 6.* Boek, *onder den naam van* Manda Kacki.

De regte of eigentlyke Catsjopiri *dan wert een Struyk, omtrent een man hoog, niet dik, maar met verscheide stammen opschietende, en behalven dat, nog met veele scheuten uit de wortelen, of het onderste des stams bezet.*

De schorsse is donker-grauw, of zwartagtig, gelyk ook de wortelen van buiten zyn, dewelke meest dwers loopen. De takken zyn krom, knoestig, en staan agter meest bloot, aan 't voorste staan de bladeren, twee en twee by malkander, niet regt in 't kruis, nog in

Fig. 1.
Fig. 2.

bina simul juncta, non directe cruciata, nec sibi obposita, sed parum obliqua, sessilia fere, hic & illic tria etiam simul proveniunt, vetusta & inferiora binos ac tres pollices longa sunt, binos lata digitos, brevi apice donata, subtus multis protuberantibus costis donata, quæ folium ab utraque parte rugosum & sinuosum formant, suntque porro firma, crassiuscula, non lactescentia, oris æqualibus, quæ deorsum sese inclinant, superne intense virentia, inferne pallida.

Flos Caryophyllum hortensem refert, seu hisce in terris uti *Manda Kacki*, sed major utrisque, ex octodecim compositus albis, & pinguibus petalis, quorum sex exteriora oris suis deorsum inflectuntur, & retrorsum dependent, sed sex subsequentia magis extensa sunt, reliquorum sex subsequentium bina interiora concavum formant cucullum, quum introrsum flexa sunt, abscondentia flavum capitulum, circa quod stamina quædam brevia locantur, quodvis porro petalum externe acutum format dorsum.

Odor floris penetrans est, sed jucundus, quique diu superest. Floris tubus cinctus est sex viridibus & angustis petalis, dorsum acutum gerentibus, atque hinc hexagonum formant calicem, quæque arcte flori adcumbunt, nulli autem subsequuntur fructus.

Rami terra aliquamdiu obvolvendi sunt, dein amputandi, & transplantandi, nulla quoque folia abrumpenda sunt, donec adulti sunt, & flores proferant.

Nomen. Nullo alio innotuit nomine nisi Malayensi *Catsjopiri*, vel *Catsjopiring*, nec adhibetur, quantum huc usque novi, nisi ad ornamentum & oblectamentum, unus enim alterve flos odore suo totam cameram replet per binos continuos dies. In Amboina quondam fuit exotica hæc planta, ac primum ex Batavia ibi delata.

OBSERVATIO.

Catsjopiri Rosæ Sinensis, seu Ketmiæ, vel Hibisci hodie species est, de quo vide *Thes. Zeyl. pag.* 133. & *Hort. Malab. part.* 6. *Tab.* 38. &c. estque Hibiscus foliis ovatis, acuminatis, serratis, caule simplicissimo petiolis floriferis, *Linn. Spec. Plant. pag.* 693.

CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM.

Lussa Radja.

HÆc planta est, cum qua *Rex Amaroris* supra *libro* 2. descriptus certat ob ejus amaritiem, sed hic exotica est, ac quum jam apud ipsos Europæos in magno est usu, hinc describere eam hic volui juxta formam, quam observavi in plantula ex Java delata, quæ in horto meo feliciter progerminavit. Binæ ejus sunt species. Prima & optima ex Solora defertur. Altera Javanica est, quam hic describam, a Solorensi haud multum differens.

Est itaque arbuscula, binos viros alta, simplicem ac rectum gerens truncum, binos circiter digitos crassum, si nempe in talibus crescat silvis, in

in ryen, maar wat schuins, zonder merkelyke steelen of voetjes, hier en daar ziet men ook drie by malkander, de oudste en agterste zyn twee en drie duimen, de voorste vier en vyf duimen lang, twee vingers breed, met een korte spits, van onderen met veele uitsteekende ribben, die het blad ter wederzyde rimpelig en bultig maken, voort styf, dikagtig, zonder melk, met evene kanten, dewelke onderwaarts gebogen staan, boven hoog gras-groen, beneden bleek-groen.

De bloem is als een Angelier, of hier te land die van Manda Kacki, *dog grooter dan die beide, gemaakt van agttien witte en vette blaadjes, waar van de zes buitenste met harde randen nederwaarts gebogen zyn, en agterwaarts hangen, maar de zes volgende zyn meer uitgebreid, van de zes daar op volgende maken de twee binnenste een hol huiske, dewylze inwaarts gebogen zyn, verbergende daar in een geel knopje, om 't welke eenige korte draaden staan, en ieder blaadje heeft van buiten een scherpe rugge.*

De reuk is sterk, dog aangenaam, dewelke haar lang by blyft. De hals van de bloem is omgeven met zes groene en smalle blaadjes, ook een scherpe rugge hebbende, en daar door een zeshoekige kelk uitmakende, digt tegens de bloem aanliggende, en daar volgen geen vrugten op.

Men moet de takken een tyd lang omwinden met aarde, dan afsnyden, en verplanten, men moet ook geen bladeren daar van aftrekken, tot dat het zyn volkomen wasdom heeft, en bloemen draagt.

Naam. *Het is met geen andere naam bekend dan met den Maleitse* Catsjopiri *of* Catsjopiring, *en wert ook zoo veel tot nog toe bekend is, tot niets anders gebruikt, dan tot cierade en vermaak, want een of twee bloemen konnen met haaren reuk een geheele kamer vervullen, en dat twee dagen lang. Zy is in Amboina eertyts vreemd geweest, maar eerst van Batavia ingebragt.*

AANMERKING.

De Catsjopiri is een zoort van Sineese Roos, die Ketmia, ofte Hibiscus hedendaags genaamt wert, waar van ziet myn *Thes. Zeyl. pag.* 133. en de *Hort. Malab. part.* 6. *Tab.* 38. &c. en is de Hibiscus met ronde, puntige, getande bladeren, eenvoudige steel, en bloemdragende steeltjes, in *Linn. Spec. Plant. pag.* 693.

ZES-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Lussa Radja.

D*It is de plante, die onzen* Rex Amaroris *boven in 't* 2 Boek *beschreven, wil uitdagen om den prys van bitterheit, dog alhier uitlants, en dewylze nu zelfs by de Europeanen in groot gebruik is gekomen, zo heb ik ze hier willen beschryven na die gedaante, dewelke ik bevonden heb aan een plantje van Java gebragt, en in myn thuin gelukkig opgekomen. Men heeft 'er twee zoorten van: de eerste en beste komt van Solor. De tweede is de Javaense, dewelke ik beschryven zal, van 't Solorese niet veel verschillende.*

Het wert een boompje, omtrent twee man hoog, met een enkelde en regte stam, omtrent een paar vingers dik, te weeten als het in zodanige bossen voort-

in quibus a beſtiis non læditur, vel pedibus calcatur, talis enim humilis eſt, ac ſeſe dividit in humiles truncos.

Rectus truncus multos gerit laterales ramos, qui ſine ordine undique circa truncum locantur, ac quivis ramulus ſex ſeptemve gerit foliorum paria, directe ſibi obpoſita, brevibus inſidentia petolis, cum impari extremo.

Folia quinque pollices longa ſunt, binos lata, & longo apice donata, ad oras profunde dentata, ac ſubtus multis coſtis donata, ſuperne viridia, inferne pallida, mediusque nervus non recte per folii mediam partem decurrit. Mollia ſeu lanuginoſa ſunt ad tactum inſtar ſerici, quales & rami ſunt, uti & truncus rugoſus eſt. Quodammodo hic convenit cum frutice *Caju Sanka*, ſupra libro ſexto deſcripto.

Superiores rami oblique eriguntur, ſed inferiores dependent. Ex foliorum alis ſimplex erigitur racemus, quinque ſexve pollices longus, inſtar illius Ribeſiorum. Hic racemus inferiore ſua ac nuda parte in ſinu decumbit ad ramum lateralem, ita ut quis putaret, non directe ex foliorum alis, ſed ex rami ortu provenire. In eo conſpiciuntur prius capitula rubra inſtar ſeminis Sinapios, quæ ſeſe aperientia rubrum exhibent calicem in quatuor apices diſtinctum, cui inſidet alterum oblongum & viride capitulum, per longitudinem in quatuor ſulcos diſtinctum, qui ſeſe ſenſim ſeparant, & in tot peculiares fructus excreſcunt.

Quodvis horum quatuor capitulorum viride gerit foliolum, & cuncta quatuor ſimul cruciatim poſita floris formam exhibent peculiari in petiolo poſita, qui longior excreſcit ipſis fructibus.

Fructus ſunt baccæ parvæ, duæ, tres, & quatuor ſimul junctæ, quot nempe ex uno ſimul floſculo excreſcunt, magnitudine grani Tritici, cum reſiduo floris tanquam apice in ſummo, diu virentes, dein per maturitatem fumei coloris, ac tandem nigræ, ſub tenui ſed dura pellicula ſimplex locatur granulum, formam fructus gerens, durum & ſiccum, ſed per morſum facile comminui poteſt, ſaporis amari inſtar Abſynthii.

Hæc amarities in cunctis plantæ partibus detegitur, ſed quam maxime in granis, dein in radice, quæ amarities fere convenit cum illa, qualem habet *Rex Amaroris*, ſeu *Soulamou*, ſed gradu debilior, atque eo magis gratior eſt.

Primaria radix in paucas diſtincta eſt ramificationes, quæ incurvæ & ſinuoſæ ſunt, & ad latera multas emittunt fibrillas, externe pallidas, ſeu albicantes inſtar Soulamæ, ſuntque leves, ſed duræ, nec facile diffringi poſſunt, ſaporis amaricantis, ſuntque diebus ſiccis effodiendæ.

Mauri ex ipſorum ſuperſtitione volunt effodi die Veneris, & rite depuratas & ſiccatas ſervari, alioquin enim intra paucorum annorum ſpatium ſuam perdunt amaritiem. Incolæ Bataviæ non altius eam excreſcere ſinunt viro, totamque tunc exſtirpant arbuſculam, atque radices & fructus ſervant in uſum Medicum.

Solorenſium *Luſſa Radja* haud multum differt a deſcripta, excepto quod arbuſcula hæc ramos ſuos extendat plures, & latiores, foliaque ejuſdem ſint formæ, & lanuginoſa quoque.

Sed racemus ſimplex pedem, immo ulnam longus eſt, ſimiles proferens flores ac fructus, ſed hi ſunt majores, magisque oblongi. Sapor in omnibus ſuis partibus amarior eſt, ac proinde efficacior habetur Javanica.

No-

voortkomt, daar het van de beeſten niet verbroken, of vertrapt wert, want zodanig blyft klein, en verdeelt zig in lage ſtammetjes.

De regte ſtam heeft veel regte zyde-takken, dewelke zonder order rondom den ſtam ſtaan, en ieder takje draagt zes of zeven paar bladeren, regt tegen malkander, op korte ſteeltjes, met een voor uyt alleen.

De bladeren zyn vyf duimen lang, twee dito breed, met een lange ſpits, aan de kanten grof-getand, en van onderen met veele ribben, boven gemeen-groen, en van onderen wat vaal, ook loopt die middel-zenuwe niet regt door het midden. Zy zyn zagt, of wolagtig in 't aantaſten als ſulp, gelyk ook alle de takken en ſtam wolagtig of ruig zyn. Het komt eenigzints overeen met het ſtruikje Caju Sanka, *in 't* 6. Boek *beſchreven.*

De bovenſte takken ſtaen ſchuins overeind, maar de onderſte hangen nederwaarts. Uit den ſchoot der bladeren komt een enkelde tros voort, van vyf à zes duimen lang, gelyk die van Aalbeſien. Dit trosje legt met zyn onderſte en bloote deel in een knopje aan de zyde tak, zoo dat men meenen zoude, het kome niet regt uit den ſchoot, maar uit het begin van de tak voort, hier aan ziet men eerſt roode knopjes als Moſterd-Zaad, dewelke haar openende een rood voetje vertonen in vier ſpitſen verdeelt, daar op ſtaat een ander langwerpig en groter knopje, langs heenen met vier keepen afgedeelt, dewelke zig allengskens ſepareren, en tot zoo veel byzondere vrugten werden.

Ieder van deze vier knopjes draagt een groen blaadje, en alle vier t'zamen maken ze in 't kruis de gedaante van een bloem uit, op een byzonder ſteeltje, dewelke langer wert, als die vrugten voortgroeyen.

De Vrugten zyn kleine beſien, twee, drie, en vier by malkander, te weten, zoo veel uit een bloempje voortkomen, zynde in de groote van een tarwe-korrel, met een reſtant van een ſpitsje boven op, langen tyd groen, daarna in haar rypheit rook-verwig, en ten laaſten zwart, onder een dunne dog hardagtige ſchaal leit een enkeld korreltje van gedaante als de vrugt, hard en droog, dog ligt om te byten, en bitter van ſmaak, regt gelyk Alſſem.

Deze bitterheid vind men in alle de deelen van deze plant, en wel meeſt in de Zaadkorrels, daar na in de wortel, zynde een kleine bitterheid ten naaſten by als in ons Rex Amaroris, *of* Soulamou, *of wel een graad ſlapper, en zoo veel aangenamer.*

De hooftwortel is in weinige takken verdeelt, die krom en bogtig lopen, en ter zyden met veele veezels bezet zyn, van buyten bleek of witagtig gelyk Soulamoe, ligt, niet te min hard, en laat zig niet ligt doorbreeken, van een klare bittere ſmaak; men moet ze op drooge dagen uitgraven.

De Mooren willen na haar ſuperſtitie, dat zulks op den Vrydag geſchieden moet, en dan wel gezuivert, en gedroogt bewaart worden, want anders verliezen ze binnen weinige Jaaren haare bitterheit. De Inwoonders van Batavia latenze niet veel hooger worden dan een man, graven als dan het geheele boompje uit, en bewaaren de wortelen en vrugten tot de Medicyne.

De Soloreſe Luſſa Radja *verſchild niet veel van de bovenſtaande, behalven dat het Boompje zig wyder, en met meerder takken uitbreid, zynde de bladeren van het zelfde fatzoen, en mede wolagtig.*

Maar de enkelde tros is wel een voet of een elle lank, voortbrengende diergelyke bloeyzel en Vrugten, dog de Vrugten zyn wat grooter en lankwerpiger. De ſmaak in alle zyn deelen is nog bitterder, en wert daarom voor kragtiger gehouden dan het Javaanſche.

Naam

A

Nomen. Nullo alio innotuit nomine nisi *Lussa Radja*, quod proprie est nomen parvæ insulæ, ad borealem partem magnæ insulæ Endæ sitæ, & oportet pronunciari *Nussa Radja*, h. e. insula regia, quum ibi plures minores Reges habitant, hic prius Lusitani hanc radicem detegerunt, & eam dein invenerunt quoque in Larentoqua, Solora, Timora, & adjacentibus insulis, dein quoque per demonstrationem Javanorum eam invenerunt circa Metropolim Bataviam in anteriore silva, ubi nulli adhuc sunt horti.

Javani eam vocant *Catilang*.

Usus. Radix potissimum ad usum medicum adhibetur, & habetur pro primario & specifico medicamento contra adsumptum venenum, & noxium cibum; item contra febres, sique tria jejuno stomacho grana masticantur, e corpore eliminant quævis vitia.

Folia contrita, & externe inposita, ac propinata lateris lancinationem curant.

Hujus radicis lignum lentissimum est, ac vix diffringi potest, unde in lamellas conscindendum est, si cum Pinanga id masticare velimus, vel etiam cum aqua supra porphyritim teritur.

Inferior trunci pars prope radicem non admodum amara est, sed cum aqua contrita, haud ingrate spirat, odoremque fundit instar *Unguis odorati*, qualem quoque fundit *Rex Amaroris* recenter effossus, vel siccata ejus radix cum aqua supra porphyritim contrita.

Siccati nuclei contundi vel conteri possunt, & cum Arack vel alio potu misti extractum præbent, amaritiem habens Absynthii, quodque eodem usurpatur modo.

Tabula decima quinta

Plantam exhibet, quæ *Lussa Radja* Rumphio dicitur, ubi Litt. A. fructus naturali magnitudine demonstrat.

CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM.

Radix Mustelæ. Raiz de Mongo.

HÆc nobilis planta cum præcedente Lussa Radja in Amboina exoticæ sunt, sed anno 1693 ad meam pervenere notitiam, per plantulas ex Batavia adlatas, quæ hic feliciter progerminarunt, dividitur autem hæc in albam & rubram speciem, hujusque alba præfertur.

Primo *Raiz de Mongo alba*, fruticulus est, non ultra binos pedes altus, simplici plerumque adsurgens trunco, pennam vel minimum digitum circiter crasso, si vero primus frangatur, vel deflagretur, bini tresve alii regerminant. Inferius durus est & lignosus, sed superior ejus pars herbacea est sine ullis lateralibus ramis. Huic folia bina sibi opposita adstant, brevibus in petiolis, & quatuor simul crucem formant.

Hæc quodammodo conveniunt cum illis Pule, seu Ligni scholaris, superius nempe lata, obtuso apice, & inferius angustata, a quatuor ad septem pollices longa, ultra binos lata, oris æqualibus, superne glabra & extensa, inferne multis sinuosis costis adeo protuberantia, acsi ipsis inpositæ essent, superne intense virentia, inferne albicantia, saporis oleracei cum levi amaritie.

So-

Naam. *Het is met geen andere naam bekend dan met* Lussa Radja, *'t welk eigentlyk een naam is van een klein Eiland, aan de noordzyde van het groote Eiland Ende gelegen, en behoord uitgesproken te werden* Nussa Radja, *dat is, Konings Eiland, dewyl aldaar veele Koningen woonen; alhier hebben de Portugeezen eerstmaal deeze wortel leeren kennen, en dezelve namaals ook gevonden op Larentoque, Solor, Timor, en de omleggende Eilanden; namaals heeft men ze mede, door aanwyzing van de Javanen, gevonden omtrent onze Hoofstad Batavia, in het voorste Bosch, daar nog geene Thuynen gemaakt zyn.*

De Javanen noemen de haare Catilang.

Gebruik. *De wortel wert meest tot de Medicynen gebruikt, en gehouden voor een Hooft-Medicament en tegenbaat voor allerhande ingenome venyn, en schadelyke kost; item tegens de koortzen; drie korrels dagelyks nugteren gegeeten, verdryven alle resteerende krankheit uit het lyf.*

De bladeren gewreeven, en van buiten opgesmeert, en ingenomen, verdryven het zydesteeken.

Het hout van deze wortel is zeer taay, en qualyk om te breeken, waarom men ze in kleine schilffertjes moet snyden, als men ze met Pinang knouwen wil, of anders met water op een steen wryven.

De onderste stam naast de wortel heeft een weinig bitterheit, dog met water gewreeven zynde, riekt niet onlieflyk, maar als Unguis odoratus, *gelyk mede doet den* Rex Amaroris, *versch uitgegraven, of de gedroogde met water op een steen gewreeven.*

De gedroogde korrels kan men stampen of wryven, en met Arak of knyp gemengt, een Extract daar van maken, alzoo bitter als dat van Alsem, ook op de zelfde manier gebruikt werdende.

De vyftiende Plaat

Vertoont een Plant, welke *Lussa Radja* by Rumphius genaamt wert, alwaar Lett. A. de Vrugten in hun natuurlyke groote verbeelt.

ZEVEN-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Inkhoorens Wortel.

DEeze edele Plant, met de voorgaande Lussa Radja, zyn in Amboina uitlands, dog Anno 1693 *tot myne kennisse gekomen door plantjes, van Batavia aangebragt, en alhier gelukkig opgeschooten; men verdeeld ze in witte en roode zoort, waar van men de witte zoort voor de beste houd.*

1. Raiz de Mongo witte *wert een Struikje, niet boven twee voeten hoog, meest met een enkeld stammetje opschietende, een schaft of schaars een pink dik, dog wanneer het eerste stammetje gebroken of verbrand wert, zoo schiet het met twee of drie anderen op. Beneden is het hard en houtagtig, maar het bovenste deel kruidagtig, en zonder zyde-takken. Hier aan staan de bladeren twee en twee tegens malkander, op zeer korte steeltjes, en met hun vieren eenigzints in 't kruis.*

Zy komen eenigzints overeen met die van Pule, of Lignum Scholare, te weeten, van vooren breed, met een stompe spits, en na agteren toesmallende, van vier tot zeven duimen lang, ruim twee dito breed, met evene kanten; boven glad en uitgebreid, beneden met veele bogtige ribben zoodanig uitbuilende, als ofze daar op gelegt waren, boven hoog-groen, beneden witagtig, van smaak moeskruidagtig, met een kleine bitterheit.

H

Zy

Solem tolerare nequeunt, quo flacceſcunt, ſed ſub veſperam reviviſcunt quaſi, ex abruptis, uti & ex ſauciato trunco tenuis exſtillat, ſed pauca lympha.

In trunci ſummo flores excreſcunt in coronula ex multis floſculis compoſita, qui comparari poſſunt cum illis Caprifolii, pollicem nempe longi, & longo tubo donati, externe pallide rubri, & prope baſin geniculati, & in quinque alba petala diſtincti, quorum extremitates parum introflexæ ſunt, interne concavi, & parum lanuginoſi.

Ex inferiore nodo, ſeu capitulo fructus excreſcit, ex binis quaſi conſtans ſegmentis, acſi bina Piperis grana coadunata eſſent, pedunculusque inter hæc tranſit, externe autem nigra ſunt & glabra. Sub tenui pellicula reperitur medulla aquoſa, & in hac bini anguloſi nuclei, acuminati utrimque, magnitudine Catjang, externe flaveſcentes, qui tam durum gerunt putamen, ut vix dentibus confringi poſſit, inque illis medulla lutea, ſaporis Nucum avellanarum ſine ulla amaritie.

Si fructus fere ſint maturi in una coronula, truncus excreſcit ad digiti longitudinem, foliaque quædam nova profert, ac novam coronulam, quæ priorem ad latus comprimit, ac ſic porro alia iterum nova regerminat, unde in una arbuſcula binæ tresve ſimul coronulæ conſpici poſſunt, inferiores fructum gerentes, ac ſuperiores florentes.

Radices optimam hujus plantæ conſtituunt partem, eſtque plerumque ſimplex, ac perpendicularis, ſed variis brevibus gyris circinnata, curtis & paucis fibrillis gaudens, atque hoc peculiare habet, quod inferius craſſior ſit quam ſuperius ſub trunco, externe flaveſcens, eſtque rugoſa & lanuginoſa, interne gerit lignum ſatis durum, quod facile frangitur, & inſtar vitri diſſilit.

Sapor ejus eſt purus & amarus, ſed minor quam in præcedente Luſſa Radja. Horum gyri, juxta Javanorum relatum, minores ſunt naturales, ſed majores accidentales, qui hinc cauſſantur, quum hæ nullas alius arboris radices tangere volunt per naturalem antipatiam, unde ad latera incurvantur.

Si magnæ deſiderantur radices, attendendum eſt, quum primus truncus vel crematus eſt, vel per feras deſtructus, tum poſt aliquod tempus ſurculi quidam excreſcunt, quum craſſiſſimæ ſunt & efficaciſſimæ radices, quo tempore effodiendæ ſunt, neutiquam vero quum hæc arbuſcula fructus vel flores profert.

Secundo. *Raiz de Mongo rubra*, forma foliorum, florum, ac fructuum non differt a præcedente, excepto quod folia ſint firmiora, ac ſubtus rubentia, ac plerumque ternata, in triangulo poſita, ac per ſtrata viciſſim locantur, uti in ramis arboris Puli.

Flores non differunt a priore, excepto quod eleganter minii ac rubentis ſint coloris, radix etiam ejusdem eſt formæ, ſed non tam amara, ac debilior habita. Copioſe ſatis ex hac planta ſemen colligi poteſt, ſed raro progerminat, unde in ipſa Batavia plantulæ cum adhærente terra effodiendæ ſunt, & in hortis transplantandæ. Quæ vero ſponte in ſilvis creſcit, efficacior cenſetur.

Nomen. Latine *Radix Muſtelæ*, juxta Luſitanicum *Raiz de Mongo.* Malaice *Accar Ticos*, Javani autem eam vocant *Pule Pandac*, tam ob formam & ſitum foliorum, quam ob lac, quod fundit inſtar arboris Pule.

Scien-

Zy konnen gants geene Zonne verdragen, waar door ze ſlap werden, dog 's avonds werden ze weder verſch; uit de afgebrokene, als mede uit den gequetſten ſtam, loopt een weinig dunne melk.

Aan het opperſte van het ſtammetje komt het bloeizel voort, zynde een kroontje, van veele bloemen gemaakt, die men vergelyken kan met die van Camperfoely, of Caprifolium, te weeten, een duim lang, met een langhalzig bloempje, van buiten ligt-rood, en by 't voetje met een knietje, verdeelende zig in vyf witte blaadjes, welkers einden wat binnewaarts gebogen ſtaan, en een weinig ruig zyn.

Uit het onderſte knopje wert de Vrugt, dewelke als uit twee deelen beſtaat, of als waren twee Peperkorrels tegens malkander gedrukt, werdende den ſteel tusſen beide ingelaten, buiten zynze zwart en glad. Onder een dun velleke vind men een wateragtig merg, en daar in twee hoekige korrels, agter en voor ſpits, in de grootte van een Catjang, van buiten geelagtig, zoo hard van ſchaal, dat men ze qualyk in ſtukken kan byten; daar in vind men een geele keeſt, van ſmaak als Hazenoten, zonder eenige bitterheit.

Als de Vrugten ten naaſten by ryp zyn aan 't eene kroontje, zoo ſchiet den ſtam weder op, een kleine vinger lang, gewind eenige bladeren, en een nieuw kroontje, drukkende het voorige wat ter zyden, en zoo voorts al wederom een ander, waar door men aan een Boompje twee en drie kroontjes te gelyk zien kan, de onderſte met Vrugten, en de bovenſte met bloempjes.

De wortelen zyn 't beſte deel aan deeze plant, en is enkeld, meeſt regt neergaande, dog met verſcheide korte bogtjes gekruld, met korte en weinige vazelingen bezet, en heeft dit byzonders, datze beneden dikker is dan boven onder den ſtam, buiten bleek-geel, en wat ruig, als wolagtig, binnen is een redelyk hard hout, 't welk kort afbreekt, al knappende als glas.

De ſmaak is zuiver bitter, dog minder dan die van Luſſa Radja. Van deeze bogten, na 't zeggen der Javanen, zyn de kleine natuurlyk, maar de groote toevallig, dewelke bykomen, om dat deeze wortelen geene andere Booms-wortelen aanraken willen, door een natuurlyke viezigheit, daarom zig ter zyden krommen moeten.

Als men groote wortelen wil hebben, zoo moet men opletten, als den eerſten ſtam of verbrand, of door 't wild gedierte vertrapt is, en een tyd lang daar na nieuwe ſpruitjes uitſchieten, zoo is de wortel op 't dikſte en kragtigſte, alsdan moet men ze uitgraven, maar ter contrary als het Boompje vrugten of bloeizel draagt.

2. Raiz de Mongo roode, *verſchild in fatzoen van bladeren, bloemen, en Vrugten van het voorgaande niet, behalven dat de bladeren wat ſtyver zyn, en van onderen roodagtig, ook gemeenlyk drie by malkander in een triangel ſtaan, met beurten boven malkander, gelyk aan de takken van den Boom Puli.*

Het bloeizel verſchild niet van het voorgaande, behalven dat het ſchoon Minie-rood is; en de wortel is van de zelfde gedaante, dog min bitter, en voor ſlapper gehouden. Men kan wel genoegzaam zaad van deeze plant hebben, dog dat komt zelden op; weshalven men zelfs op Batavia de kleine plantjes, met haar eigen aarde moet uitgraven, en in de Hoven verplanten. Dog het geen in 't wild groeid, werd voor 't kragtigſte gehouden.

Naam. *In 't Latyn* Radix Muſtelæ, *na 't Portugeeſche* Raiz de Mongo. *In 't Maleits* Accar Ticos; *dog de Javanen noemen het* Pule Pandac, *zoo na de gedaante en ſtand der bladeren, als na de melk, die het uitgeeft, gelyk de Boom Poele.*

Nu

Sciendum vero est, Mongo, seu Ratto de Mongo Portugallis esse Mustelam Indicam, corpus gerentem ex nigro cinereum instar felis Zibethi, caudam habentem longis pilis instructam, quam non supra caput inflectit instar Javanorum Mustelæ *Tupe* dictæ. Javani porro ipsi, ut puto, hoc animalculum vocant *Kale Jungking*, alii *Gagarangan*, & Lusitani *Mungos*, seu *Ratos de Mado*, h. e. silvestres glires, atque hinc etiam quidam Malaienses *Ticos Utan*, quod animalculum perpetuam exercet inimicitiam cum serpentibus, uti postea latius de ejus usu indicabitur.

Nostrates id vocant, sed inproprie *Suri Felem*, seu *Sira Katje*, dum Calappos adscendere potest, ac Toac, seu potum Sira ex adpensis arundinibus Bamboes epotat. Bengalensibus hoc animalculum forte dicitur *Soensa*, de quo postea latius agetur capite 83.

Locus. Hanc plantam ex Java quidem accepi, ubi ad distantiam semi diei post urbem Bataviam in silva sponte crescit, & investigare eam oportet, potissimum sub Kiate arboribus, quæ silvæ quotannis, temporibus siccis solent deflagrari, sed primis pluviis cunctæ regerminant plantæ, quum tempus est hanc effodiendi radicem.

Ex relatu tamen variorum Indorum comperi, hanc celebrem plantam in pluribus aliis Indiæ locis crescere, præsertim in Zeylana & Bengala, qui omnes incolæ norunt narrare de pugna hujus animalculi cum serpente, quæ fit ope hujus radicis.

Usus. Videntur homines didicisse vires hujus plantæ a dicto *Mongo*, seu *Mustela*, quod animalculum, si pugnam suscipere vult cum serpente, vel prius sese armat masticatione horum foliorum, vel si a serpente sauciatur, hanc petit herbam, ejusque masticat folia, & ter quaterve sese circumvolvit, ac dein parum quiescit, acsi soporosum esset, sed mox dein vires recuperat, & procurrit. Homines ea utuntur ad subsequentes morbos. Bengalenses & Malabarenses nos docent, hanc radicem præstans esse antidotum contra quodvis adsumptum venenum, quo corpus intumescit & cœrulescit, si cum aqua conteratur, & propinetur. Radix & folia recenter contrita inponuntur clavis pedum.

Ex abruptis petiolis serosum exstillat lac, quod oculis instillatur contra albas maculas, Bonga dictas, ad eas tollendas. In Batavia utuntur ea sequenti modo. Radix in frustulis conscinditur, cum Pinanga masticatur, & deglutitur, valet contra anxietatem, & dolorem abdominis per flatus ortum.

Subtiliter contrita & cum aqua propinata valet contra febres & vomitus, uti & contra Cephalalgiam, si caput ea lavatur. Item si conteratur cum Spiritu Vini, & umbilico inlinitur, valet contra choleram & inpetiginem, tam in adultis, quam in pueris.

Licet hæc planta, uti dictum est, in India veteri investigari debeat, quum Javani eam optime norunt, eam tamen invenire nequeo in cunctis *Horti Malab.* tomis, nam *part.* 9. *Fig.* 56. Cana Caniram describitur esse frutex similia gerens folia, cujus tota plantula in Oryzæ aqua macerata, & propinata curat morsus venenatissimorum serpentum, immo Cobra Capella, figura vero ejus quam maxime differt a nostra Radice Mustelæ, uti & ab ipsa ejus descriptione.

Bataviæ hæc radix non modo adhibetur contra choleram, vomitum bilis, seu Mortexi, in quo mox

Nu moet men weeten, dat Mongo of Ratto de Mongo in 't Portugees een Indiaans Weseltje is, met een zwart en grauw lichaam als een Civetkat, met een lange hairige steert, dien het niet over 't hooft slaat, gelyk het Javaanse Inkhoorntje Tupe. *De Javanen zelf, zoo ik gisse, noemen dit dier* Kale Jungking, *andere* Gagarangan, *en de Portugeesen* Mungos, *of* Ratos de Mado, *dat is, wilde ratten, en daarom ook zommige Maleyers* Ticos Utan, *welk dier een geduerige vyandschap voerd met de Slangen, gelyk hierna breeder in 't gebruik gezegt zal werden.*

De onze noemen het, dog oneigentlyk Suri Katje, *of* Sira Katje, *dewyl het de Calappus-boomen te beklimmen weet, en den Toac, of Sira uit de daar aan hangende Bamboesen pleegt te drinken, in 't Bengaals hiet dit dier misschien* Soensa, *waar van hier na uitvoerlyker* Cap. 83. *zal gesproken worden.*

Plaats. *Ik heb deze plant wel van Java gekregen, alwaar ze omtrent een halve dagryze agter de Stadt Batavia in 't wilde bosch moet gezogt werden, meest onder de Kiate boomen, welke bossen jaarlyks by drooge tyden pleegen afgebrand te werden, dog by de eerste regen schieten alle planten weder uit, wanneer het dan de tyd is deze wortel te graven.*

Egter uit het verbaal van verscheide Indianen bemerk ik, dat deze vermaarde plant in meer andere Landen van Indien moet groeien, inzonderheit in Ceylon en Bengale, alle welke Inlanders weeten te vertellen van den stryd dezes diers met de slang, dewelke geschied door hulp van deze wortel.

Gebruik. *Het schynd, dat de menschen de kragten van deze plant, van het voornoemde* Mongo *of Weseltje moeten geleerd hebben, welk dier een kamp willende aangaan met de Slang, of zig eerst wapend met het knouwen van deze bladeren, of zoo het van de Slang verwond wert, na dit kruid toeloopt, deszelfs bladeren knouwt, en drie of vier reizen ombuytelt, en dan een weinig stil legt, als of het in slaap was, dog straks daar na wert het dier weder frisch, en loopt weg. De menschen gebruiken het tot de volgende dingen: De Bengalers en Malabaren leeren ons, dat deze wortel een groot Antidotum is tegens allerhande ingenomene Venyn, waar van het Lichaam opzwelt, en blaauw wert, met water gewreven en ingedronken. De wortel en bladeren versch gewreven binden ze over de Krabbe der voeten.*

Uit de afgebroke steelen druipt een weiagtige melk, dewelke men in de oogen laat druipen tegens de witte vlekken (Bonga), om dezelve weg te nemen. Op Batavia gebruiken ze dezelve aldus: aan kleine stukjes gesneden, met Pinang gegeten, en ingeslokt, is goet voor benaauwtheit, en pyn in de buik door winden veroorzaakt.

Fyn gewreeven, en met water ingenomen, is goet voor koortzen en braaken, als mede voor hooftpyn, het hooft daar mede gewassen. Item met wat brandewyn gewreven, en op de navel gesmeert, is goet voor 't bort en vierigheit, zo by oude lieden als jonge kinderen gebruikt.

Hoewel nu deze plant, als gezegt is, in oud Indien moet gevonden werden, dewyl ze de Inlanders wel kennen, zoo kan ik nogtans dezelve niet vinden in alle de deelen van den Hort Mal. *want* Part. 9. fig. 56. *wert wel een Cana Caniram beschreven te zyn, een struikje schier met diergelyke bladeren, waar van de geheele plant in rystwater geweekt, en gedronken, geneest de beete van de aldervenynigste Slang, Cobra Capella, maar de figuur verschild van onze Radix Mustelæ, en zelf met zyn beschryving.*

Op Batavia werd deze wortel niet alleen gebruikt tegens het bort, Galbraken, of Mortexi, waer in het

mox vomitum sedat, sed etiam contra ictus, & morsus quorumvis serpentum, qui ibi frequentes sunt, ac homines in hortis laborantes lædunt, si propinatur, & inliniatur. Aliud porro ibi norunt experimentum, quod adposita viventi & occluso serpenti Cobra Capello radix, adeo eum anxium reddit, ut miro sese inflectat modo, ne hanc tangat radicem.

het dadelyk het braken stut, maar ook tegens steeken, en beeten, van alderhande Slangen, welke aldaar veel zyn, en de luiden in de thuinen werkende beleedigen, ingegeven, en opgesmeert. Nog hebben ze een experiment aldaar, datze by een levende en opgesloten Cobra Capelo gelegt, die Slang zoo benaauwde, dat ze haar wonderlyk kromde en draaide, om die wortel niet aan te raken.

Tabula decima sexta

Plantam exhibet, quæ *Radix Mustelæ* Rumphio dicitur, ubi Litt. A. ejus *rectam* & vulgarem denotat *radicem*.
B. Eandem *intortam*, qualis plerumque est in stipitibus transplantatis.
C. *Flos* est *separatus*.
D. *Fructus* sunt in corymbum collecti.
EE. *Semina* exempta.

De zestiende Plaat

Vertoont een Plant, welke de *Inkhoorens wortel* by Rumphius genaamt wert; alwaar Letter A. de gemeene *regte wortel* vertoont.
B. Is de *kromme wortel*, zoo als die aan de verplante stokken groeit.
C. Is de *Bloem* afzonderlyk.
D. Zyn de *Vrugten*, in een *tros* by een gegroeit.
EE. Zyn de uitgenomene *zaaden*.

OBSERVATIO.

Nullus dubito, quin hæc planta sit una ex iis, quæ a *Christoph. Acosta* pro *Ligno Colubrino* habetur, atque ut puto secunda ejus species erit, cujus radix in ejus editione in *4to*, *pag.* 340. *Cap.* 55. cum simplici foliatura, exhibetur, sunt enim plures plantæ arborescentes, quæ *Lignum Colubrinum* præbent, uti id supra demonstravi in observatione ad *libr.* 2. *cap.* 46. *Herbarii Amboin.* vide & *Thesaur. Zeyl. pag.* 141. uti & *Linnæi Fl. Zeyl. pag.* 188. cui *Ophyoxylum* hoc genus dicitur.

AANMERKING.

Daar is geen twyfel aan, ofte deze Plant is een uit die geene, welke van *Christoph. Acosta* voor het *Lignum Colubrinum* gehouden wert, en zoo als ik meen, wel de tweede zoort daar van, welkers wortel in zyn editie in *4to*, *pag.* 340. *cap.* 55. met enkelde bladeren vertoont wert, want daar zyn meer boomagtige Planten, welke het *Lignum Colubrinum* geven, zoo als ik dit boven aangetoont heb in myn Aanmerking op het 2. *Boek*, *cap.* 46. van het *Amboinsch Kruidboek*, en in myn *Thes. Zeyl. pag.* 141. Ziet mede *Linnæi Flor. Zeyl. pag.* 188. van wien dit geslagt *Ophyoxylum* genaamt wert.

CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM.

Fructus Regis. Boa Radja, seu Boa Poettar.

Hic frutex præ se fert formam Coryli, sed amplius sese extendit, ita ut tignis inponi oporteat, mox supra radicem sese dividens in varios stipites, qui plerumque eriguntur, omnesque ipsorum rami rotundi sunt & rugosi.

Folia ipsis adstant solitaria, & inordinata, illis Lontari simillima, excepto quod inferius non ita albicent, sex pollices longa, quinque lata, ad oras subtiliter serrata, sed inregulariter, ac superius quidam prominent apices, ad tactum mollia & lanuginosa, sicca, ac fatui saporis, odoris instar foliorum Lontari, brevibus ac rotundis insidentia petiolis, qui lanuginosi quoque sunt, inferius ad ortum tres nervi concurrunt, cum paucis costis sursum decurrentibus, sed interstitia dense repleta sunt subtilibus venulis.

Ex quavis foliorum ala quatuor, quinque, & sex cornicula excrescunt, parum incurvata, unumque semper minus est altero, majus vero horum, & inferius in florem excrescit, ita ut in quavis collectione unicus modo, ac raro bini flores aperti sint, formamque habent floris Digitalis, concavi nempe, inque firmo, profundo, & viridi locantur caliculo, qui insidet basi ex tribus acutis foliolis formatæ.

Flos ipse sese dividit in tres flaccidas lacinias, quarum superior longissima multum prominet, & in superiore parte retroflectitur, si vero adcurate examinetur, hoc petalum ex tribus angustis petalis constructum est, bina alia lateralia petala multo breviora sunt, & retroflectuntur quoque.

Nul-

AGT-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Konings Vrugt.

Deze struik heeft de gedaante van een Haselaar, dog breid zig wyder uit, zoo dat men hem op latten moet lyden, straks boven de wortel in verscheide stammen zig verdeelende, die meest op haar zelfs staan, en alle de takken zyn rond, en ruigh.

Aan dezelve staan de bladeren enkeld, en zonder order, die van onze Lontar-boom zeer gelyk, behalven dat ze aan de onderzyde zoo wit niet zyn, zes duimen lang, vyf breed, aan de kanten fyn gezaagt, dog onordentelyk, en na voren toe steeken eenige spitzen uit, zagt en wolagtig, droog en laf van smaak, van reuk als de bovenstaande Lontar-bladeren, op korte en ronde steelen, die mede wolagtig zyn, agter by den oorspronk stooten drie zenuwen t'zamen, met nog weinige ribben na voren, dog de tussenspatien zyn digt uitgevult met fyne adertjes.

Uit ieder schoot komen vier, vyf, en zes hoorentjes, die wat krom zyn, en het eene is altyd kleinder dan het andere; de grootste en agterste opend zig in een bloem, zoo dat men aan ieder troup teffens maar een bloem, en zelden twee geopend ziet; dezelve is in de gedaante van Vingerhoeds-bloem, te weeten hol, staande in een styf, diep, en groen kelkje, het welk rust op een voetje van drie spitse blaadjes gemaakt.

De bloem verdeelt zig in drie slappe lappen, waar van de bovenste en langste ver afhangt, en aan 't voorste agterwaarts gebogen is; dog als men naauw daar op ziet, zoo is dit blad uit drie smalle blaadjes gemaakt, de twee andere zyde-blaadjes zyn veel korter, en mede agterwaarts gebogen.

Men

A
B
C
D
E
E

Fig. 2.

Fig. 1.

Nullus constans ipsi tribui potest color, quum enim primum sese aperit, læte purpureus, seu cœruleus est, cum nervis intensioris coloris, dein aurantium adquirit colorem, quum luteus color multis nigris maculis distinctus est, dein hic color sensim degenerat, & incarnatus est, ac tandem minii est coloris. Intus firmus conspicitur stilus, crassus, ac superius obsessus antheris luteis.

Ex densa ac striata superiore parte fructus excrescit post floris lapsum. Hic miram habet formam, simplex ac transversaliter ex pedunculo dependens, ultra minimum digitum longus, videturque contortus, & compositus esse ex quinque sexve acutis prominentibus filamentis, acsi ex turunda formatus esset cum acuto apice, primo obscure virens, dein nigricans, sique hæc aperiantur filamenta, intus repleta sunt pusillo & angulosо semine, quod minus est semine Raphani minoris, sine ullo notabili sapore, sique hi fructus in aqua macerantur, tum fila separantur, & siccata iterum sese contrahunt, ac claudunt, sed nunquam tam arcte quam antea.

Radix ample extensa est, ac multis fibris obsessa, flavescens instar Liqueritiæ, parum amaricans, sed non ingrati saporis.

Nomen. Ex Timora delata est nomine *Boa Radja*, h. e. *Fructus Regis*. Atque hinc mihi dicitur *Fructus Regis*. Javæ vocatur *Caju Sawan*, quum fructus in aqua macerantur, atque hac pueri lavantur, & ea propinatur iis, quum inquieti sunt, & sese conmovent, quod incola vocat *Sawan*, seu malus genius, qui pueros infestat, alii eum vocant *Caju Poettar*, & *Boa Poettar*, non tantum, quia fructus contortus est, sed etiam, quum valet contra dictam puerorum contorsionem, atque hinc etiam in Javanorum cistis aromaticis inveniuntur.

Usus. Timorenses eo utuntur contra alvi tormina, uti & ad alios morbos, atque hinc ab iis diligenter in hortis colitur.

In *Hort. Malab. part.* 6. *Fig.* 30. arbuscula describitur *Isora Murri*, seu uti *Zanonius* eam vocat *Iger Murri*. Bracmanis *Tannini*. Lusitanis *Pao de Chanco*. Belgice *Schroef-boonen*, cum descripta satis conveniens, excepto quod foliis amarus adscribatur sapor, quem in nostro non observavi.

Ipsi ibi excellentes adscribuntur virtutes, ad Empyemata, Cardialgiam curandam, si radicum succus propinetur, & contritæ externe inliniantur. Sic quoque conducit in Variolis, in Paneritio, ac similibus cutis vitiis.

Men kan haar geen vaste coleur geeven; want als ze haar eerst opend, is zy ligt-peers, of blaauwagtig, met ribben van hooger couleur, daar na wert ze Oranje-geel; wanneer men het geele met veele zwarte spikkeltjes bezet ziet, dan verliest zig deeze coleur allengskens, en wert incarnaat, dog ten laatsten minie-rood. Binnen ziet men een styf styltje, dik, en aan zyn bovenste bezet met geele noppen.

Uit het digt gestreepte voorste deel, na't afvallen van de bloem, wert de Vrugt; deze is van een wonderlyke gedaante, enkeld ende dwers staande op haaren steel, ruim een pink lang, en het schynd, als of vyf of zes scherphoekige draaden omgedraaid waren, als een wiek, met een spits endtje voor aan, eerst donker-groen, daar na zwartagtig, en als men deze draaden opend, zoo ziet men ze van binnen digt uitgevuld met een klein hoekig zaad, kleinder dan Radys-zaad, beide zonder merkelyke smaak; en als men deeze Vrugten in water legt, zoo gaan de draaden van malkander, en gedroogt zynde, sluiten zig wederom, dog nooit zoo digt als te vooren.

De wortel is verre verspreid, en met veele vezelingen behangen, bleek-geel als Zoethout, wat bitter, dog niet onaangenaam van smaak.

Naam. *Het is van Timor gebragt met de naam van* Boa Radja, *dat is*, Konings Vrugt, *en daarom van my in 't Latyn* Fructus Regis *genaamt. Op Java noemt men het* Caju Sawan, *dewyl men de Vrugten in water weekt, en daar mede de kinderen wascht, en ingeeft, als dezelve onrustig zyn, en zig zeer wringen, het welk den Inlander noemt een* Sawan, *of kwaade geest, die de kinderen raakt. Andere noemen het* Caju Poettar, *en* Boa Poettar, *niet alleen om dat de Vrugt gedraaid is, maar ook om datze diend tegens het voornoemde draaien der kinderen, en daarom vind men ze in de Javaanse Kruiddoozen.*

Gebruik. *De Timoreezen gebruiken het tegens het krimpzel des buiks, als mede tot veele andere gebreken, en daarom wert het van dezelve neerstig in haare Hoven onderhouden.*

In de Hort. Malab. part. 6. fig. 30. *wert beschreeven het Boompje* Isora Murri, *of, zoo het* Zanonius *noemd;* Iger Murri. *Bramm.* Tannini. *In't Portugees* Pao de Chanco. *In't Duitsch* Schroefboonen, *met het bovenstaande genoegzaam accordeerende, behalven dat de bladeren een bitteren smaak wert toegeschreeven, dewelke ik aan 't onze nog niet bespeurd heb.*

Hem werden aldaar treffelyke deugden toegeschreeven, om de inwendige Apostemen (Empyemata) en maagepyn te genezen, als men het zap van de wortelen inneemd, en de gewreevene buiten opsmeerd. Zoo zal het ook zeer dienstig zyn in de Kinderpokken, in het Paneritium, of Nagelzweer, en diergelyke gebreken des buits.

Tabula decima septima

Ad Figuram primam ramum exhibet fruticis, qui *Fructus Regis* Rumphio dicitur. Estque Helicteres foliis cordatis, serratis, fructu composito contorto, *Linnæi Spec. Plant. pag.* 963. & Helicteres arbor Indiæ Orientalis, siliqua varicosa, & funiculi in modum contortuplicata *Plukn. Almag. pag.* 181. *Tab.* 245. *Fig.* 2. &c.

Figura secunda ramum denotat arbusculæ *Cheramela* dictæ, quæ Averrhoa ramis nudis fructificantibus, pomis subrotundis a *Linnæo* vocatur in *Fl. Zeyl. pag.* 179. & *Spec. Plant. pag.* 428. estque Malus Indica, fructu parvo, rotundo, acido, striato, *Thes. Zeyl. pag.* 148. ubi vide reliqua.

De zeventiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur een Tak van een *Struyk*, welke de *Konings Vrugt* genaamt wert van Rumphius; en is de Helicteres met hertformige, gezaagde bladeren, met een gecomponeerde en gedraaide Vrugt, van *Linnæus* in zyn *Spec. Plant. pag.* 963. en de Helicteres-boom van Oost-Indie, met een gespleete peul, en als een touw omgedraait, van *Plukn.* in zyn *Almag. p.* 181. *Fig.* 2. &c.

De tweede Figuur vertoont een Tak van het *Cheramela-Boompje*, het welk genaamt wert Averrhoa met bloote vrugtdragende takken, en rondagtige appels, van *Linnæus* in zyn *Flora Zeyl. pag.* 179. en in de *Spec. Plant. pag.* 428. en is de Indische Appelboom met kleine, ronde, gestreepte, zuure Vrugten, in myn *Thes. Zeyl. pag.* 148. alwaar het overige ziet.

C A- N E-

CAPUT TRIGESIMUM NONUM.

Cheramela. *Boa Tsjeremy.*

HÆc arbuscula anno 1686 ex Javanis regionibus primum in Amboinam translata est. Est autem humilis, ejusque truncus pedem vel crus crassus est, lacerato cortice obductus, rami ejus incurvi sunt, & nodosi per ramulorum lapsum, in raros laterales ramos distincti. In ipsis inferior dimidia pars nuda est, superior vero pars undique & dense obducta est firmis ramulis, crassitie culmi, virides, & rotundi, a binis ad binos cum dimidio pedes longi, hi in binis ordinibus sua proferunt folia, a duodecim ad octodecim, & in Javanensi viginti & viginti quatuor observantur, foliis Lingoæ quodammodo similia, a binis ad quatuor pollices longa, vix binos lata, superne glabra, & læte virentia, inferne cinerea, & sinuosis costulis donata, in abruptis ramulis folia hæc sese sub noctem deorsum contrahunt, & claudunt. Ipsorum sapor est dulcis & oleraceus.

In inferiore surculorum parte tam in tenuibus quam crassis ramis flores excrescunt tenuibus in pedunculis, tres quatuorve pollices longi, & in paucos laterales ramulos distincti, hisce flores insident illis Blimbing similes, sed minores, compositi ex quatuor pallide rubentibus petalis cum pistillo in centro.

Fructus proveniunt in racemo, copiosi simul, magnitudine globulorum Sclopeti manualis, in junioribus arboribus in sex, in vetustis in octo distincti segmenta, quivis brevi in pedunculo, quorum bini tresve unum habent ortum, ita ut instar uvarum coadunati hæreant, viginti nempe in uno racemo, utrimque vero parum compressi sunt, unde fructus Pomis Amoris, seu Tamatte æmulantur, sed minores sunt, externe autem eodem modo in octo sulcos distincti sunt, tot formantes angulos, qui quatuor constituunt paria, bina nempe segmenta interne, dum habent haud profundum sulcum, & utrimque paulo profundum alium, cruciatim positum, in quo omnes terminantur sulci, superne nempe & inferne in foveola, seu umbilico.

Maturorum sapor est austerus, acidus, instar Uvarum semi maturarum, quarum colorem quodammodo etiam æmulantur, seu pallide flavescunt, saltem hic in Amboina, in Maccassara enim majores, & magis albi sunt, interne planum locatur ossiculum, magnitudinem habens Pisi, in octo acutos angulos distinctum, & instar stellulæ expansum, illi autem quatuor formant cellulas, quarum quævis peculiarem continet nucleum, magnitudine seminis Sinapios, omnes vero hæ cellulæ non semper completæ sunt, undique autem circa istum nucleum caro reperitur dura, & cartilaginea, quæ dentibus separari potest.

Nomen. Latine *Cheramela.* Malaice *Boa Tsjeremey*, & simpliciter *Tsjeremy.* *Christoph. Acostæ*, *Cap.* 58. *Chereme̱is* dicitur; Canariensibus & Decanensibus *Arasavaali*; Arabibus, Persis, & Turcis *Ambela.*

Usus. Plurimi fructibus utuntur, quos aceto condiunt, & cum cibis adhibent ad appetitum excitandum, quum delicatissimi sunt, uti cum *Nilikays* quoque fit. Crudi quoque edi possunt, si cum pauxillo salis prius conterantur, quo ipsorum austeritas corrigitur, quidam hosce fructus sacharo etiam condiunt, & ad potum Thee adhibent.

NEGEN-EN-DERTIGSTE HOOFTSTUK.

Het Cheramela Boompje.

DIt Boompje is Anno 1686 uit de Javaansche Landen eerst in Amboina gebragt. Het blyft een laage Boom, en de stam is ruim een been, of een dey dik, met een gescheurde schorsse, de takken zyn krom, en vol knoesten, door 't afvallen van de ryskens veroorzaakt, verdeelt in weinige zyde-takken. Aan dezelve is de agterste helft bloot, de voorste helft digt, en rondom bezet met styve ryskens, in de dikte van een strohalm, groen, en rond, van twee tot twee en een half voet lang, deze dragen in twee ryen haare bladeren, van twaalf tot agtien, en aan de jonge ryskens twintig en vier-en-twintig in een rye, de Lingoo bladeren wat gelyk, van twee tot vier duimen lang, schaers twee breed, boven glad, en bleide-groen, beneden grauw-groen, en met bogtige ribbekens bezet, aan de afgebrokene ryskens sluiten ze haar by nacht neerwaarts; de smaak is zoet, en moeskruidagtig.

Agter de ryskens zoo aan de dunne als dikke takken komt het bloeizel voort, aan dunne steeltjes, drie en vier duimen lang, en in weinige korte zyde-takskens verdeelt, hier aan zit het bloeizel, dat van Bilimbing gelyk, dog kleinder, gemaakt van vier ligtroode blaadjes, en in de midden met een styltje.

De Vrugten komen voort aan een tros, veele by malkander, in de groote van mosquet-kogels, aan de jonge Boomen in zes, aan de oude in agt verdeelt, ieder op een kort steeltje, waar van twee en drie een gemeene oorspronk hebben, en hangen zoo digt op malkander als druiven, te weeten twintig teffens, onder en boven zyn ze wat gedrukt, waar door ze na de Vrugten van Pomum Amoris, of Tamatte gelyken, dog kleinder, want zy zyn van buiten op dezelve manier met agt voorens of kloven afgedeelt, makende zoo veel hoeken, dewelke vier paaren uitmaken, te weeten, twee deeltjes hebben tusschen beide een ondiepe voren, en ter weerzyde wat dieper, regt tegens malkander in 't kruis sluiten ze, alle de voorens t'zamen in het bovenste, en onderste kuiltje.

De smaak ook in de rype is wrang, zuur, gelyk halfrype Druiven, wiens couleur zy ook ten naasten by hebben, of bleek-geel, immers hier in Amboina, want op Maccasar vallen ze grooter en witter, binnen leit een platte korrel of steen, zoo groot als een Erwete, mede verdeelt in agt scherpe hoeken als een sterretje, dewelke uitmaken vier celletjes, van binnen in ieder leit een byzonder keestje, pas zoo groot als een mostard-zaad, ook zyn alle de celletjes niet vol, rondom dezen korl hangt het harde en krakebeenig vleesch, 't welk men met de tanden daar van afhalen moet.

Naem. *In 't Latyn* Cheramela, *in 't Maleits* Boa Tsjeremey, *en* Tsjeremy, *by* Christoph. Acosta Cap. 58. Chereme̱is *genaamt; in 't Canaryns en Decans* Arasavaali; *by de Arabiers, Persianen, en Turken* Ambela.

Gebruik. *De meeste gebruiken de Vrugten om in te pekelen, en by de kost te gebruiken, om appetyt te verwekken, waar door ze zeer smakelyk werden, gelyk men met de Nilikays ook doet. Men kan ze ook uit de hand eeten, als men ze eerst met een weinig zout wryft, waar door haare wrangigheit verbeterd wert, zommige confyten de Vrugten ook om by het Thee-drinken op te schaffen.*

A *Chriſtophoro Acoſta* ipſi ſequens tribuitur virtus. Radicis fruſtum ſume, quatuor transverſales digitos longum, contere hoc cum drachma ſeminis Sinapios tam ſubtiliter, ut propinari poſſit, exhibe hoc iis, qui Aſthmate, quod in hiſce terris *Hoſa* vocatur, laborant, quod pectus depurabit, tam per fortem purgationem quam per vomitum, ſi vero nimis fortiter operetur, ſuperedunt Blimbingh crudum, vel hauſtulum ſumunt Aceti Canarienſis, quod ex acida Oryzæ aqua, ſeu Kange præparatur, ſique hoc non ſatis juvat, tum caput ægri lavant frigida aqua, qui mos apud incolas in vulgari eſt uſu. In noſtra porro *Cheramela* non comperi lacteſcentem emittere ſuccum, uti *Acoſta* de ſua ſcribit.

In *Hort. Malab. part.* 3. *Fig.* 47. hæc arbuſcula Malabarice vocatur *Neli puli*; Bracmanis *Amvalli*; Luſitanis *Cheramela*; Belgis *Zuur-kroop*, ubi ipſius radici lacteſcens quoque adſcribitur ſuccus, & aliæ quædam etiam medicinales virtutes, quas ibi vide.

By Chriſtophor. Acoſta *wert hun de volgende kragt toegeſchreven: neemt een ſtuk van de wortel, vier dwers vingers lang, wryft het met een drachma Moſtard-zaad zoo fyn, dat men het drinken kan, geeft zulks die geene, die aan 't Aſthma, hier te land* Hoſa *genaamt, vaſt zyn, het welk de borſt zal zuiveren, zoo door een ſterk purgeeren als braaken, dog als het te ſterk werkt, zoo eeten ze een rauwe Bilimbing of vyfhoek daar op, of drinken een ſlorpje van den Canarynſche azyn, dewelke van goor ryſtwater, of Kange gemaakt wert, en zoo dit niet helpt, zoo waſſchen ze hem het hoofd met koud water, welke laatſte manier om ſterke purgatien te ſluiten by deze Inlanders ook in gebruik is; voorts aan onze Cheramela heb ik niet bevonden, dat de wortel een melkagtig zap uitgeeft, gelyk* Acoſta *daar van ſchryft.*

In Hort. Malab. *part.* 3. *fig.* 47. *wert dit Boompje genaamt in 't Malabaars* Neli Puli; *Bramm.* Amvalli, *in 't Portugeeſch* Cheramela, *in 't Duits* Suur-kroop, *alwaar de wortel ook een melkzap wert toegeſchreven, en nog eenige Medecynale kragten, dewelke ziet aldaar.*

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Herpetica. Daun Curap.

HÆc arbuſcula Javanica brachium circiter craſſa eſt, & loco lignoſorum ramos gerit herbaceos, virides, & glabros, quibus transverſaliter adſtant pinnæ folioſæ, ſesqui & binos pedes longæ, quodammodo trigonæ, in ſuperiore enim parte ſulcum formant cum binis acutis oris, ac ſubtus dorſum gerunt acutum. Hiſce folia adſtant directe ſibi oppoſita, ac fere ſeſſilia, atque duodecim paria ad oras ſulci locantur cum uno impari extremo, ſub quo hamulus conſpicitur more Blimbing minoris, folia hæc autem majora ſunt, inferiora nempe quatuor pollices, & alia ſuperiora vix ſex pollices longa, ultra binos lata, multis obliquis coſtis pertexta, quæ ad oras ſulcum, & folium ipſum rugoſum efficiunt, ad extremum ſunt ſubrotunda.

Hoc vero peculiare habent, quod non more aliorum foliorum plana ſua parte ſibi adſtent inſtar alarum, ſed ipſorum plana pars antroſum vergit, & poſt ſolis occaſum antrorſum ſeſe claudunt, ad ipſas pinnas locata. Major quoque nervus non perfecte per medium decurrit, ſed folium in inæqualia dividit ſegmenta.

Ex pinnarum alis alter exſurgit caulis, ultra ulnam longus, trigonus quoque ac ſtriatus, ultra medium floribus ornatus, ipſiusque pars ſuperior in obtuſum terminatur conum, uti in Muſa ſpatha eſt.

Fructus ſunt ſiliquæ longæ, & quadratæ, ex quatuor alis acutis conſtantes, uti in Botor, ſed hujus alæ tres acutiores ſunt, & ad unum inclinantes latus, quartaque magis obtuſa eſt. Quinque pollices longæ ſunt, & transverſaliter ad caulem locantur. In bina ſeſe aperiunt ſegmenta, ac quodvis binos gerit ſeminum ordines, quæ alternatim locantur, & ſeſe claudunt inſtar dentium Crocodili, plana ſunt, nigra, & quodammodo quadragona, fere inſtar Rajæ; & hilo venulæ adhærent.

Nomen. Latine *Herpetica.* Malaice *Daun Curap*, quum contritis foliis *Indicum Curap*, h. e. *Herpetem miliarem* curant. Javæ nullo alio nomine nota eſt

VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

Het Douwwurms Boompje.

D*It Javaans Boompje is omtrent een arm dik, in plaats van houtagtige heeft het groene kruidagtige en gladde takken, daar aan overdwers de bladdragende ryskens ſtaan, een en een half, en twee voeten lang, eenigzints driekantig, want aan de boven zyde maken ze een geute met twee ſcherpe kanten, en van onderen een ſcherpe rugge. Hier aan ſtaan de bladeren regt tegens malkander, ſchier zonder ſteelen, aan de kanten van de geut met twaalf paren, met een voor uit alleen, waar onder men een klein haakje ziet, in manier van kleine Bilimbing, dog deze zyn veel grooter, te weeten, de agterſte vier duimen, en de andere na voren toe ſchaars zes duimen lang, ruim twee breed, met veele ſchuinſe ribben, dewelke aan de kanten een zoom, en het blad ruig maken, van vooren rond toelopende.*

Zy hebben nog dit byzonders, datze niet na manier van gepaarde bladeren met haare vlakten tegens malkander ſtaan, als vlerken, maar hare vlaktens zien na voren, en na Sonnenondergang ſluiten ze na voren toe tegens de ribbekens aan. Ook loopt de groote Zenuwe niet regt door de midden, maar deelt het blad in ongelyke deelen.

Uit den ſchoot der ryskens komt een andere ſteel voort, over een elle lang, mede wat driekantig, en geſtreept, over de helft met bloemen bezet, en 't voorſte eindigt in een ſtompe kegel, gelyk aan een Piſang het hert.

De Vrugten zyn lange vierkante houwen, van vier ſcherpe vlerken gemaakt, gelyk Botor, dog van deze vlerken zyn de drie wat ſcherper, en na eene zyde gebogen, en de vierde wat ſtomper. Zy zyn vyf duimen lang, en ſtaan dwers aan den ſteel. Zy openen haar in twee deelen, en ieder deel in twee rye zaaden, dewelke verwiſſeld tegens malkander ſluiten, als de tanden van een Cayman, zy zyn plat, zwart, en wat vierkantig, ſchier als een Rog, met het ſteeltje aan een adertje vaſt hangende.

Naam. *In 't Latyn* Herpetica, *na 't Maleits* Daun Curap, *om dat men met de gewreevene bladeren 't Indiaanſche* Curap, *dat is,* Herpetem Milia-

est hæc planta, Sinensibus vero dicitur *Cautschoa*. Lusitanis *Solbo Cupan*, quum folia referunt Javanorum nummum *Coupan* dictum.

Usus ejus nullus alius huc usque notus est, quam contra malum difficile, & in India frequens Curap, h. e. Herpetem, tam quæ miliaris dicitur, quam exedens, ac Lupus vulgo vocatur.

Contra hoc malum folia sumuntur, & supra porphyritim cum aqua in pultem conteruntur, additis guttis quibusdam Limonis Nipis, hæcque pulticula Herpeti inlinitur, qua bis terve repetita, malum curatum est. Javanique credunt hoc remedium adeo efficax ac specificum, ut si Curap huic non cedat remedio, incurabilem esse Herpetem dicant.

Contra scabiem malignam, & prorepentem etiam adhibetur, sed non major dosis simul præparanda est, quam requiritur pro binis linimentis, hæc enim pulticula diu adservata ingratum, & tædiosum fundit odorem, inque hac felici cura mirandum est, folium huic inlinitum non, vel vix mordere, quum Curap alioquin dolorificis tangitur linimentis. Arbusculæ hæ non ultra binos annos senescunt, ac proinde per semen propagare, & renovare eas oportet.

Tabula decima octava

Herpeticam exhibet, quæ Cassiæ species est, vocaturque Cassia foliolis octojugatis ovali-oblongis, interioribus minoribus, petiolis eglandulosis, stipulis patulis a *Linnæo Spec. Plant. pag.* 378. *no.* 15. & Cassia filiquis alatis *Plum. Pl. Amer.*

liarem geneest, en het is op Java met geen ander naam bekend, dog by de Chinesen hiet het Cautschoa, in 't Portugeesch Solho Coupan, dewyl de bladeren gelyken na de Japansche maat, Coupan genaamt.

Gebruik. *Men weet hier van geen ander gebruik dan tegens het moeilyke, en in Indien gantsch gemeene gebrek Curap, dat is, Herpes, zoo wel de Miliaris, by de onze Omloop genaamt, als den Herpes exedens, in 't gemeen den Wolf genaamt.*

Hier tegens neemt men de bladeren, wryft ze op een steen met water tot een papje, doet 'er eenige droppels van Lemon Nipis *daar by, en smeerd dit op den Herpes, den welken deze zalve, of ten tweede, of ten derdemaal genezen zal; en staan de Javanen zoo vast hier op, dat ze, als Curap voor deze remedie niet wyken wil, zy hem dan voor incurabel agten.*

Tegens quaade, en om zig vreetende schorft wert het ook gebruikt, men moet niet meer daar van wryven op eenmaal, dan voor tweemaal smeerens nodig is, want dit papje lang bewaard zynde, gewint een moeilyke en verdrietige reuk; en is in de gelukkige kure van dit blad nog meer te verwonderen, dat het opgesmeerde niet of weinig byt, daar men anders Curap met pynlyke zalven moet aantasten. De Boompjes werden niet boven twee jaaren oud, derhalven men ze door 't zaad onderhouden moet.

De agttiende Plaat

Vertoont het *Douwwurms Boompje*, het geen een zoort van Cassia is, en het welk van *Linnæus* in zyn *Spec. Plant. pag.* 378. genaamt wert, Cassia foliolis octojugatis ovali-oblongis &c. en is de Cassia filiquis alatis van *Plumier*, in zyn *Americ. Planten.*

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

FLamma Silvarum peregrina supra *libro* 6. *Cap.* 52. *tom.* 4. descripta est.

EEN-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

DE *vreemde* Flamma Silvarum *is boven in het* zesde Boek, Cap. 52. tom. 4. *beschreeven.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

Spina Spinarum. Rucam.

HÆc videtur esse species Oxyacanthæ, hoc gerens nomen majore jure quam Cudrang, quod apud nostrates Bataviæ erronee pro illa habetur, & ibi quoque vocatur Oxyacantha Indica.

Est vero frutex ample extensus, truncum gerens erectum instar arbusculæ, sed dein ramos dividit, acsi prorepere vellet, sed hi duci nequeunt ad sepes. Truncus brachium crassus est, cortice glabro & pallide cinereo obductus, binæque ejus sunt species, mas, & femina.

Primo *Rucam mas*, in superiore trunco, & crassissimis ramis multas gerit longas & horrendas spinas, quarum sex & novem simul locantur, ac peculiarem formant ramulum, ac bini tales ramuli plerumque gemini simul locantur, ac longissimæ spinæ minimum digitum, brevissimæ pollicem longæ sunt, culmum crassæ, & acutissimæ, quædam etiam binis ac tribus foliolis ornatæ

TWEE-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Doorens Boom.

DIt *wil een zoort van Oxyacantha of Hagedoorn zyn, dragende dien naam met beter reden dan de Cudrang, by de onze op Batavia abusivelyk daar voor gehouden, en genaamt Oost-Indische Hagedoorn.*

Het wert een wyd uitgebreide Struik, met een stam overeind staande, als een Boompje, maar daar na met zyne takken verdeelt by zig, als of hy kruipen wilde, dog men kan hem geenzints leiden tot Hagen. De stam is een arm dik, met een effene ligt-graauwe schorsse, en verdeelt zig in twee zoorten, manneken, en wyfken.

1. Rucam het manneke, *heeft aan den bovensten stam en dikste takken veele lange yzelyke doorens, van dewelke zes en negen by malkander staan, en maken een byzonder takje, en zulke takjes staan gemeenelyk twee by malkander; de lange doorens zyn een pink, de kortste een duim lang, een stroobalm dik, en zeer spits, ook zommige der zelver met twee à drie blaadjes bezet, en uit haaren schoot, of neffens haar* ko-

natæ ſunt, & ex ipſarum alis, ſeu juxta eas pinnæ folioſæ excreſcunt, quæ nullas gerunt ſpinas, ſeſeque dividunt in plures alios minores ſurculos, ſine ordine & inregulariter poſitos, immo ex quibusdam ſpinis ipſi progerminant folioſi ſurculi.

Folia inæqualis ſunt magnitudinis & formæ, quædam enim vix articulum longa ſunt, ſuperius latiſſima, quædam rotunda, alia bifida, & ultra binos pollices longa, & in obtuſum terminantur apicem, ad oras ſubtiliter & raro dentata, ſed ſuperius & inferius dentes frequentiores ſunt, tenuia, ſed ſimul firma, ſuperne glabra, & læte virentia, inferne multis obliquis coſtulis pertexta, ſaporis ingrati & amari, bina plerumque ſimul locantur brevibus in petiolis, longiſſima ſuperius in ſurculis, breviſſima, & rotunda inferius; ſed prope ſurculorum ortum ad ramulos ſimplex majusque locatur folium.

Flores fructusque nondum obſervavi, ac ſterilis habetur, ſuisque craſſis ramis & denſa fronde ſeſe extendit inſtar umbraculi.

Lignum ejus duriſſimum eſt, nodoſum, & ſubtiliter ſtriatum, radix ſeſe ample extendit, ſed non profunde in terram penetrat.

Secundo *Rucam femina*, truncum gerit humiliorem, ſed ejus rami & flagella longiora ſunt, & deorſum dependentia, pauciores gerit ſpinas, in trunco nullas, in ramulis hic & illic longam, in hiſce quoque folia & vimina conſpiciuntur, ſed præter longam multas quoque gerit breviores ſpinulas.

Folia majora & rotundiora ſunt, binos longa pollices, unum lata, quædam magis oblonga, & ad oras ſubtiliter quoque dentata, minora tamen etiam obſervantur, ſed potiſſimum in ſuperioribus ſurculis.

Floſculum profert ex viridi colore albentem & pentapetalum, qui tamen magis calicem quam ipſum refert florem, in quo viride locatur capitulum, & in ipſo brevia ac flaveſcentia ſtamina in coronula poſita.

Fructus tres quatuorque ſimul dependent, ſuntque rotundæ baccæ, inſtar illarum Oxyacanthæ, ſed rotundiores, nec umbilicatæ, at brevi apice ornatæ, ac maturæ intenſe purpureo-rubræ, inſtar Morollerum & Cerasorum, ſub exteriore tenui pellicula mucoſa reconditur caro, atque in hac duodecim anguloſa & plana granula inſtar ſeminis Seſami, caro hæc cruda edi poteſt, quum ſit mucoſa, & dulcis inſtar Meſpilorum.

Lignum ac radices ſunt uti in priore, utriusque trunci hic & illic nodoſi ſunt, & in mare inſuper ſpinuloſi ramuli obſervantur.

Floret Septembri, & fructus matureſcunt Decembri.

Nomen. Latine *Spina Spinarum*, ob copioſas & coadunatas ipſius ſpinas, quales in nulla alia vidi planta. Javanis *Rucam*. Baleyenſibus *Kam*. Sinenſibus *Kebacktsji*, quum pueri ipſarum fructibus ludunt.

Locus. In Amboina exotica eſt, ſed ex Java delata, ubi frequens eſt & vulgaris, uti & in Baleya, quæ in Amboina per ſemen progerminavit, hujus femina tarde fructus profert, ac mas hactenus nullos.

Uſus ejus in Amboina nullus hactenus notus eſt, niſi quod maturi fructus delectationis cauſſa edantur. Ex ſpinoſis ramulis Javæ harpagines formantur, quibus piſces punguntur. Maturi autem fructus ſatis gratum præbent ſaporem, dulceſcunt enim cum levi aciditate.

komen de geblade ryskens voort, aan dewelke men geene doorenen ziet, en verdeelen zig in veele andere kleine ryskens, zonder order, en vry wat ongeſchikt, ja zelfs uit eenige doorenen komen geblade ryskens voort.

De bladeren zyn van ongelyke groote en gedaante, zommige zyn ſchaars een lid lang, van vooren 't breedſt, zommige rond, zommige in tweeën geklooft, andere zyn ruim twee duimen lang, en loopen voor met een ſtompe ſpits toe, aan de kanten ſubtiel en ligt gezaagt, dog agter en voor ſtaan de tanden digter by een, dun, niet te min ſtyf, boven glad, en ligtgroen, beneden met veele ſchuinze ribbekens doorreegen, van ſmaak onlieflyk, en bitteragtig; zy ſtaan gemeenelyk twee en twee by malkanderen, op korte voetjes, de langſte voor aan de ryskens, de kortſte en rondſte agter, dog by den oorſprong der ryskens aan de takjes, ſtaat mede een enkeld groot blad.

Bloeizel en Vrugten heb ik hier aan nog niet gezien, en het wert voor onvrugtbaar gehouden, breidende zig uit met zyn dikke takken en loof als een Zonneſcherm.

Het hout is zeer hard, quaſtig, en fyndraadig; de wortel wyd verſpreid, en niet diep in de aarde gaande.

2. Rucam het wyfke, *blyft laager van ſtam, dog zyn takken en ryskens zyn langer, en onderwaarts hangende, heeft weiniger doorenen, aan den ſtam geene, aan de takjes hier en daar eenen langen enkelden, daar aan men mede bladeren en zyde-takjes ziet, dog behalven de langen nog veele kortere doorentjes.*

De bladeren zyn grooter en ronder, twee duimen lang, een breed, zommige wat langwerpiger, en aan de kanten mede ſubtiel getant; evenwel vind men ook kleine daar onder, en wel meeſt aan de voorſte ryskens.

Het bloeizel is een klein bloempje, van vyf uit den groenen witte blaadjes gemaakt, dewelke egter meer een voetje, dan een bloem gelyken, daar in een groen knopje, en op 't zelve korte geelagtige draadjes in een kroontje ſtaan.

De Vrugten hangen drie en vier by malkander, zynde ronde beſiën, gelyk die van Hagedoorn, dog ronder, zonder kuiltje boven op, maar wel met een kort ſpitsje, in haar rypheit hoog purper-rood, gelyk Morelle-kerſſen; onder 't buitenſte dunne velleke leid een ſmeerig vleeſch, en daar in twaalf hoekige en platte korrels, gelyk het zaad van Seſamum; het vleeſch kan men rauw eeten, zynde ſmeerig, en ſmaakende zoet, als Miſpelen.

Het hout, en de wortelen zyn als aan 't voorige; van beide hebben de ſtammen hier en daar knoeſten, en aan 't manneke hebben dezelve de voorn. gedoorende takjes.

Het bloeid in September, en de Vrugten rypen in December.

Naam. *In 't Latyn* Spina Spinarum, *wegens zyne veelvoudige, en op malkander gedrongene doorens, diergelyke ik aan geen ander gewas kenne. In 't Javaans* Rucam; *by de Balyenſen* Kam; *in 't Sinees* Kebacktsji, *om dat de kinderen met de Vrugten ſpelen.*

Plaats. *Het is in Amboina uitlands, maar uit Java aangebragt, alwaar het zeer gemeen is, als mede op Baly; van 't geene in Amboina door zaad voortgekomen is, draagt het wyfke zeer langzaam, en het manneke heeft tot nog toe niet gedragen.*

Gebruik. *Daar van is in Amboina nog niet bekend, als dat men de rype Vrugten uit plaiſier eet. Uit de doorne-takjes maakt men op Java harpoenen, daar ze de Viſſen mede ſteeken. De rype Vrugten zyn redelyk aangenaam om te eeten, want ze ſmaaken zoet, met een kleine ryncigheit.*

Ad sepes non facile duci potest, quum rectum gerat truncum, nec crassi rami inflecti bene possunt.

Folia in pultem contrita, & pedum ulceribus inlinita, humorum adfluxum inpediunt, eaque exsiccant.

Si desideretur, feminam copiosos proferre fructus, tum pauci rami relinquendi sunt, eique aliquando amputandi, alioquin enim nimis densos profert surculos, & frondem opacam, qua tarde siccantur.

Tot Hagens laat het zig niet wel leiden, dewyl het een regten stam maakt, en de dikke takken laten zig niet wel buigen.

De bladeren gewreeven tot een papje, en op Ulceratien der beenen gesmeerd, beletten het toevloeyen der humeuren, en droogt dezelve op.

Als men hebben wil, dat het wyfke veele Vrugten draagt, zoo moet men het weinige takken laten, en somtyds besnoeyen, want anders werden ze te digt van ryskens en loof, waar door ze langzaam droogen.

Tabula decima nona

Ad Figuram primam *Spinam Spinarum* exhibet per excellentiam dictam.
Figura secunda ramum ejus foliis *nudum*, sed qui spinosus penitus est.
Figura tertia *Oxyacantham Javanam* exhibet.
N. B. Hæ Mespili silvestris videntur esse species.

De negentiende Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *Doorens Boom*, by uitstek zoo genaamt.
De tweede Figuur wyst aan een *Tak zonder bladeren*, dog die geheel doornagtig is.
De derde Figuur verbeelt de *Batavische Hagedoorn-boom*.
N. B. Dit schynen alle te zyn zoorten van wilde Mispelen.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Tsjiulang.

HÆc arbuscula ex Sina delata est, altitudine & crassitie Camuneng Java, sed cortex ejus nigricat, paucosque ac sinuosos gerit ramos, qui sese dividunt in plures breves ramulos, densamque habent frondem.

Ramuli superius coadunati sunt, geruntque tria, quatuor, & quinque folia, quorum inferiora sibi invicem adcumbunt, vix pollicis articulum longa, ac digitum fere lata, cum illis Camelan convenientia, sed crassiora sunt, glabriora, & pallide virentia, nec ad oras ita dentata.

In ramulorum summo, & inter pinnas foliosas multi excrescunt corymbi, qui vaga proferunt capitula ordinata, paulo majora semine Cepæ, coloris aurantii; nulli alii in hac arbuscula excrescunt flores vel fructus, sed illa diu ex ea dependentia marcescunt nihilo.

Foliorum sapor amaricat sine acrimonia. Continuo viret læta coma, & aurantiis capitulis ornata, unde ornamenti caussa a magnatibus Sinensibus in areis ante atria plantatur. Per crassos transplantatur ramos, quorum cortices contunduntur, ac per mensem bona terra & fimo obvolvuntur, donec radiculas emiserint, dein dissecantur, & transplantantur.

Nomen. Nullo alio huc usque innotuit nomine, quam Sinensi *Tsjiulang*.

Ulteriore disquisitione comperi, præcedentem plantam speciem esse Camuning Sinensis, cujus binæ species libro sexto descriptæ sunt, unde & hæc species sine dubio ex Sina in hasce delata est terras, ibique satis magna est arbor.

Vimina ad ramulos arcte adponuntur, tot foliis onusta, ut ramuli ipsi fere conspici nequeant. In illis tria sed plerumque quinque locantur folia cum majore extremo; aliaque lateralia sibi obponuntur. Plurima & vetusta digiti articulum longa sunt, quædam etiam unguem brevia, illisque Buxus similia. Alia juniora binos articulos longa sunt, inferius angustata, ac superius subrotunda, in superiore parte plana & glabra, subtus paucis obliquis costis pertexta, saporis ingrati, & linguam vellicantia.

Floscu-

DRIE-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Tsjiulang-Struyk.

D*It is een Boompje uit Sina gebragt, in de hoogte en dikte van de Camuneng Java, dog de schorsse is zwartagtig, met weinige bogtige en dikke takken, die zig in veele korte ryskens verdeelen, en een digt loof maken.*

De ryskens staan aan 't voorste digt op malkander, bekleed met drie, vier, en vyf bladeren, waar van de agterste tegens malkander staan, schaars een lid van een duim lang, schaars een vinger breed, gelykende die van Camelan, dog zyn dikker, gladder, ligtgroen, en aan de randen zoo niet gekartelt.

Aan 't voorste der ryskens, en tusschen de geblade steelen, komen veele trosjes voort, daar aan ydele knopjes agter malkander staan, wat grooter dan Ajuynzaad, oranje-geel; daar werden geen andere bloemen of vrugten uit, maar lange aan den Boom gestaan hebbende, verdroogen voor niet met al.

De smaak der bladeren is bitteragtig, zonder scherpte: Hy staat geduurig met zyn jeugdig loof en geele knoppen beladen, daarom wert hy maar tot cieraad van de Sineese Grooten in haar Erven op de plynen voor haar huizen geplant. Men verplant hem met dikke takken, waar aan men de schorsse kneust, een maand lang met goede aarde en mist omwind, tot dat ze worteltjes geschoten hebben, en daar na afzaagt, en verplant.

Naam. *'t Is tot nog toe met geen andere naam bekend, als met den Sineeschen* Tsjiulang.

By nader onderzoek bevind ik, dat het voorgaande Gewas een zoort is van het Sineesche Camuning, waar van in het 6. Boek twee zoorten beschreeven staan; weshalven deze zoort buiten twyfel uit Sina in deze Landen gebragt is, aldaar wert het een redelyke Boom.

De rysjes staan aan de takjes digt agter malkander, zoo vol bladeren, dat men de takjes byna niet zien kan. Aan de ryskens staan drie, dog meest vyf bladeren, het grootste vooruit alleen, en de andere ter zyde tegen malkander; de meeste en oudste zyn een lid van een vinger lang, sommige ook zoo kort als een nagel, en die van Buxus of Palm gelyk. Andere en jongere zyn twee leden lang, na agteren toesmallende, en voor rondagtig, aan de bovenzyde vlak en glad, van onderen met weinige schuinse ribben, onaangenaam van smaak, en op de tong bytende.

De

Fig. 3.
Fig. 2.
Fig. 1.

Flosculi, uti dictum fuit, sunt capitula aurantia, vix sese aperientia, odoris grati, sed debilis, saltem in hac regione. In Sina enim ad suffimigium adhibentur, ubi fructus proferet in senectute, qui sunt baccæ pusillæ, ac nigræ. Hic autem terrarum nil aliud conspicitur, quam mollia capitula in flosculis locata. Quarta porro & parvifolia species, quæ Japonensium est Camuning, obcurrit infra capite 61.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Oxyacantha Javana. *Bangya Lacki Lacki.*

SUpra *Libro secundo Radix deiparæ spuriæ* a nobis descripta est, quæ est *Bangya femina.* Post hæc anno 1691 mihi adlatata est parvifolia species, seu *mas*, quæ Javæ itidem pro Oxyacantha adhibetur, & ab aliquot annis circa muros plantata est.

Multos gerit duros, & firmos ramos, horrendis spinis armatos, bini nempe ad quodvis locantur folium, perfecte instar Spinarum Limonum, quæque acriter pungunt.

Folia plerumque bina sibi invicem obponuntur, brevibus in petiolis, magnitudine foliorum Pruni, binos lata digitos, superius obtusa, oris æqualibus. Nullos gerunt protuberantes angulos instar feminæ, ac quædam modo dimidiam habent magnitudinem supra indicatam, superiores quoque surculi nullas gerunt spinas.

Flores lutei sunt, uti in femina, sed fructus paulo majores & oblongiores, fere instar illorum Djuet, ac simile habent durum officulum interne.

Nomen. Latine *Oxyacantha Javana.* Belgice *Batavische Hagedoorn.* Javanice & Baleyice *Bangyan Lacki Lacki.* Oxyacantha Batavica in Sina bina gerit nomina, 1mo *Gukacktsji*, 2do *Tsjatsjitsji.* Posterior in Sina satis crassum gerit truncum cum ligno venoso, & durissimo instar Salimoery, quod ad mensas & scrinia adhibetur, spinasque habet pungentes, noxias, & semi spithamen longas, quam ob rem ad sepes etiam adhibetur.

Usus. Quum tam acutis spinis armata est, hinc ad sepes & sepimenta adhibetur, circa muros & hortos plantata, uti in Europa Oxyacantha. Plurimi baculi arcte sibi adponuntur, & plantantur, qui dein diligenter forcipe abscinduntur, ac quidam ramuli connectuntur, horum spinæ ingentem caussant dolorem & tumorem, si quis sese vulnerat, fere instar spinarum Ican Sambilang, quod curatur, si carbones ejus exurantur, ac cum Siri foliis conterantur, vel masticantur, quæ vulneri tum inponuntur, uti scorpio contusus suo inponitur ictui.

Radices recentes contusæ, & ore masticatæ gingivas curant tumentes & dentium vermiculos. Fructus insalubres sunt, quum vertiginem caussent.

Javæ alia porro, forte haud multum a descripta diversa, reperitur spinosa arbor, *Duvi Sissir* dicta, seu *spina pectinata*, cujus spinæ digitum longæ sunt, seu instar dentium pectinis ma-

De bloempjes zyn, als gezegt is, geele knopjes, die hun qualyk openen, welriekend, dog slappelyk, immers hier te Lande; want in Sina werden ze tot Reukwerk gebruikt; aldaar zal het ook Vrugten draagen in de ouderdom, zynde kleine zwarte knopjes. Dog hier te Lande ziet men anders niet dan weeke knopjes in de bloempjes. Nog een vierde en kleinbladige zoort, zynde de Japanse Camuning, ziet hier onder Cap. 61.

VIER-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

De Batavische Hagedoorn.

B*Oven in 't* tweede Boek *hebben wy beschreeven* een Radix Deipara spuria, *dewelke is* Bangyan het wyfke. *Sedert is my Anno* 1691 *toegebragt het kleinbladige, of* mannetje, *het welk men op Java mede voor Hagedooren gebruikt, en lange jaaren rondom de Vesten geplant is.*

Het heeft veele harde en styve takken, met yzelyke doorenen gewapend, te weeten twee by ieder blad, regt als Lemoen-doorenen, en fel steekende.

De bladeren staan meest twee tegens malkanderen, op korte steeltjes, in de groote als Pruym-bladeren, twee duimen lang, twee vingers breed, van vooren stomp toeloopende, met evene kanten, en van onderen met weinige bogtige ribben. Zy hebben geen uitsteekende hoeken, gelyk het wyfke, en sommige zyn pas half zoo groot als boven staat; ook zyn de voorste ryskens zonder doorenen.

De bloemen zyn geel, als aan 't wyfke, dog de Vrugten wat grooter, en langwerpiger, byna als die van Djuet, met een diergelyke harde steen van binnen.

Naam. *In 't Latyn* Oxyacantha Javana. *In 't Duits* Batavische Hagedoorn. *In 't Javaans, en Balisch* Bangyan Lacki Lacki. *De Batavische Hagedoorn heeft twee naamen in Sina;* 1. Gukacktsji. 2. Tsjatsjitsji. *Het laatstgenoemde gewind in Sina een redelyke stam, met een geadert, en zeer hard hout, als Salimoery, het welk tot tafels en comptoiren gebruikt wert; het heeft steekelige, schadelyke, en een halve span lange doorens, om die reden mede tot paggers gebruikelyk.*

Gebruik. *Dewyl het met zulke scherpe doornen gewapend is, zoo wert het tot leevende Hagen en Heyningen gebruikt, rondom Vestingen en Thuynen geplant, gelyk in Europa de Hagedoorn. Men moet het met veele stokjes digt by malkander planten, neerstig scheeren, en eenige takken door malkander vlegten; de doorenen verwekken groote pyn en opzwelling van 't lid, zoo men zig daar aan bezeerd, even als de doorens van Ican Sambilang; zyn tegenbaat is, dat men de koolen, van den zelfden Struyk gebrand, en met Siri-bladeren gewreeven, of geknouwd, daar op bind, gelyk men een gekneusde Scorpioen op zyn eigen steek bind.*

De versche wortelen gekneusd, en in de mond gehouden, geneest gezwolle tandvleesch, en wormsteekige tanden. De Vrugten deugen niet om te eeten, want ze maken duyzelig.

Op Java hebben ze nog een andere, misschien niet veel van voorschreeve verschillende dooren, genaamt Duvi Sissir, *of* Cam-doorn, *hebbende doorenen zoo lang als een vinger, of gelyk de tanden van een groote kam,*

majoris, inferius nigræ, superius rubræ, quæ dolorificum quoque causant vulnus, quum ipsarum apex cuti infixus hæret, atque ut hic extrahatur, sanguis Rhinozerotis siccatus vulneri inliniendus est.

Spinæ sibi sunt obpositæ, ad quodvis folium simplex, ex hac arbuscula Javani formant baculos, quos nocte gerunt, ne ab aliquo infestentur, quum quivis hasce timet spinas.

Fructus ejus oblongus est, instar digiti, lutens, & edulis.

kam, agter zwart, van vooren rood, dewelke mede een pynlyke quetsure maken, blyvende met de spits in 't vleesch steeken; om deze uit te trekken, moet men het gedroogde Rynoster-bloed daar op smeeren.

De doornen staan tegen malkander, by ieder blad een; hier uit maken de Javanen handstokken, die ze by nagt dragen, om malkander van 't lyf te houden, dewyl een ieder bang voor deze doornen is.

De Vrugt is langwerpig, als een halve vinger, geel, en eetbaar.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

CUdranus *silvestris Amboinensis* supra *lib.* 7. *Cap.* 14. *tom.* 5. describitur.

VYF-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

DE wilde Amboinsche Cudran *is boven in het* zevende Boek, Cap. 14. Tab. 5. *beschreeven.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

FUnis *felleus* supra *lib.* 7. *Cap.* 45. *tom.* 5. jam descriptus est.

ZES-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

HEt galagtige Touw *is boven in het* zevende Boek, Cap. 45. tom. 5. *al beschreeven.*

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

FUnis *Muræenarum Latifolius* supra *lib.* 7. *Cap.* 35. *tom.* 5. obcurrit.

ZEVEN-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

HEt breedbladige Muraene-Touw *is in het* zevende Boek, Cap. 35. tom. 5. *te vinden.*

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

PAlmijuncus *Draco* supra *lib.* 7. *Cap.* 59. *tom.* 5. invenitur.

AGT-EN-VEERTIGSTE HOOFTSTUK.

DE Palmijuncus Draco *is boven in het* zevende Boek, Cap. 59. tom. 5. *al verbeelt.*

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

ROttang *acidum* supra *lib.* 7. *Cap.* 59. *tom.* 5. exhibetur.

NEGEN-EN-VEERTIGSTE HOOFTST.

DE Zuure Rottangh *is in het* zevende Boek, Cap. 59. tom. 5. *te vinden.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

ROttang *Boeloe* supra *lib.* 7. *Cap.* 59. *tom.* 5. describitur.

VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

DE Rottang Boeloe *is boven in het* zevende Boek, Cap. 59. tom 5. *beschreeven.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Terminalis rubra silvestris. Daun Ngassi.

SUpra *Libro sexto, Cap.* 29. alias hujus *Terminalis* descripsimus species, dein vero hæc Silvestris mihi missa fuit, nomine *Daun Ngassi*, cujus ramus multo crassior & rugosior est, plurimaque irregulariter in vertice gerit folia, longissimis crassisque petiolis insidentia.

Hæc

EEN-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

De Roode Wilde Limiet-Struyk.

VOor deze hebben wy in het zesde Boek *van ons* Amboinsch Kruidboek, Cap. 29. *andere zoorten van deze* Terminalis, *ofte* Limiet-Struyk, *beschreeven; dog daar na is my nog deze toegezonden, onder de naam van* Daun Ngassi, *wiens tak veel ruiger en groffer is, met meer irreguliere bladeren in den top, welke op lange en dikke steelen staan.*

Deze

Hæc crassa sunt, venosa, ad oras sinuosa, & rubentia, in summo acuminata, inter hæc corymbi floriferi sparsi excrescunt, qui in summo divisi sunt in simplices racemos, quibus flores insident sessiles rubentes, variis ex petalis minoribus subrotundis compositi, qui stamina proferunt duplo fere longiora, & tenuia, flavescentia.

Post flores baccæ excrescunt subrotundæ, superius coronatæ, seu umbilicatæ, ad latus parum compressæ, primo virides, dein eleganter rubentes, succosæ, per maturitatem dehiscentes, seu distinctæ, quæ ossicula continent plerumque tria, irregularia, angulosa, viscoso humore obducta, adstringentis saporis.

Lignum hujus fruticis fragile est, & spongiosum, viscosa medulla repletum, cujus cortex scaber est, rugosus, variis fissuris irregularibus distinctus, ac ramuli cum parte corticis terræ commissi, facile & luxuriose progerminant.

In humilioribus crescit silvis, atque vallibus, unde in hortos transfertur, læteque crescit, elegantem præbens adspectum per rubentia folia, elegantes Corallinos flores, ac fructus, Ribesios æmulantes, qui per sulcos in sex partes distincti quasi sunt, diuque ex racemis dependent superstites, qui autem raro progerminant, sed per surculos aut ramos avulsos facile propagantur.

Nomen. Latine mihi dicitur *Terminalis rubra silvestris*, quum ex silvis proprie delatæ sint hæ arbusculæ. Ternatice *Daun Ngassi*, h. e. folium mendax silvestre, quum ejus folia binos exhibeant colores, viridem nempe & rubentem. Amboinice *Welluang* & *Wersingin*, h. e. luxurians, quum tam facile progerminet.

Locus. In Amboinæ & Bandæ levibus crescit silvis locis declivibus, ex quibus in hortos demum translata fuit.

Usus. Ornamenti gratia, in hortis ut & in nuptiis adhibetur ad arcus festales, & coronas ex floribus formandas, incolæ has etiam plantant arbusculas ad limites agrorum, uti id de *Codiæo* supra fuit notatum, unde & hisce speciebus nomen Terminalis inposui.

In medicina quoque adhibentur radices, ut & baccæ siccatæ in pulvere, radices vero & trunci medulla cum Pinanga masticatur, addito pauxillo Zingiberis, vel Nucis Moschatæ, contra Diarrhæam, ut & contra Dysenteriam, quorum succus deglutitus intestina corroborat & demulcet, sedatque tenemos, ac dolores mitigat.

Folia leniter contrita, & ad ignem calefacta malignis inponuntur pedum aliarumve partium ulceribus, uti & venenatorum animalium ictibus, unde in silvis Amboinenses folia hæc sæpe secum gestant.

Tabula vigesima

Ramum exhibet *Terminalis rubræ silvestris*, quæ *Convallariæ* quoque species est, uti a cl. *Linnæo* hoc genus vocatur.

Deze bladeren zyn dik, vol aderen, aan de kanten bogtig, en roodagtig van couleur, eindigende in een regte spits; tusschen dezelve komen de bloemdragende trossen te voorschyn, welke van boven verdeelt zyn in enkelde lange trosjes, waar aan de bloemen zitten, zonder steeltjes, rood van couleur, uit verscheide kleine ronde blaadjes bestaande, welke enkelde geele draatjes voortbrengen, de helft langer dan de blaadjes zynde.

Na de bloemen komen besjes te voorschyn, aan de eene zyde wat gedrukt, rondagtig, boven op een kroontje of naveltje dragende, eerst groen van couleur, daar na ryp werdende, rood, zappig, en door streepjes afgedeelt, welke doorgaans drie steentjes dragen, driehoekig, met een slymagtig vogt behangen, van een zamentrekkende smaak.

Het hout van deze Struyk is bros, spongieus, met een slymerig merg gevult, welkers schors is ruuw, in verscheide ongelyke scheuren verdeelt, en de takjes met een gedeelte van de schors in de gront gestoken, groeyen zeer gemakkelyk, en weelderig.

Het wast in laage Bosschen en Valeyen, waar van het in de Thuynen gebragt is, en weelderig groeit, verschaffende een aangenaam gezigt, zoo door de roodagtige bladeren, als Coraal-roode bloemen en vrugten, na Alebessen gelykende, welke in zes deeltjes schynen verdeelt te zyn, en lang aan de trosjes blyven hangen, dog die zelden vrugtbaar zyn, en werden gemakkelyk voortgeteelt door de afgebroke takken, in de gront gestoken.

Naam. *In 't Latyn wert by van my genaamt* Terminalis rubra silvestris, *om dat deeze Boompjes eigentlyk uit de Bosschen gehaalt zyn. Op Ternaten* Daun Ngassi, *dat is, wild leugenagtig Blad, wyl deszelfs bladeren tweederhande couleur hebben, te weeten groen, en rood. Op Amboina* Welluang, *en* Wersingan, *dat is, weelderig, om dat het zoo gemakkelyk groeit.*

Plaats. *Het groeit in de ligte Bosschen van Amboina en Banda, in de laagte, waar van daan het in de Thuynen gebragt is.*

Gebruik. *Het wert tot ornament in de thuynen en bruyloften gebruikt, tot feestbogen, en kroontjes uit de bloemtakjes te maken; de Inlanders planten ook deeze Boompjes aan de limiten van hun landen, zoo als zulks voor deeze van de* Codiæum *gezegt is, waarom ik aan deeze Struyken de naam van Limiet-Struyken gegeeven heb.*

In de Medicynen werden deszelfs wortel en bessen gebruikt, in poeyer gedroogt, en de wortel wert gekaauwt met Pinang, een weinig Gember, en Notemuschaat, tegens de Loop, als mede tegens de Roodeloop, welkers zap doorgeslikt zynde, de ingewanden versterkt, en verzagt, en stilt de perzingen, en pynen der ingewanden.

De bladeren zagtjes gewreven, en by het vuur gedroogt, werden gelegt op de quaade zweeren der beenen, als mede van andere deelen, en ook op de beeten en steeken der vergiftige beesten, waarom de Amboineezen deeze bladeren in de Bosschen by zig dragen.

De twintigste Plaat

Vertoont een Tak van de *wilde roode Limiet Struyk*, welke mede een zoort van de *Convallaria* is, zoo als dit geslagt van de vermaarde *Linnæus* genaamt wert.

CAP. QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Campana rubra. Uba Utan.

HIc funis vix digiti crassitiem habet, maxima autem ejus pars modo pennam crassa est, rotunda, & rugosa, seu punctulis notata. Cauliculi folia producentes, bini sibi obpositi sunt, quorum quivis quinque gerit folia, bina sibi obposita cum inpari extremo, & maximo, brevissimis insidentia petiolis, tres ac quatuor pollices longa, vix binos lata, superne viridia, subtus mollia, seu lanuginosa, inferius rotunda, & superius acuta, Lingoæ foliis quodammodo similia.

Flores peculiari insident racemo, decem ac duodecim simul, suntque primo capitula, glandes referentia, per quinque firma & angusta foliola obclusa. Flos ipse campanæformis est, superius in quinque angulos distinctus instar illius Dutræ, seu Stramonii, magnitudine floris Turii, & quinque exteriora firma petala arcte ipsi adcumbunt flori, quæ calicem formant. Inferior floris pars pallide purpurascit, sed circa oras rubescit, & inodorus est. Interne concavus est, excepto ad unam partem, ubi quinque pallide purpurascentes conspiciuntur stili, antheras albas gerentes, arcte petalo adcumbentes, sed medius stilus longior est reliquis quatuor staminibus.

Nomen. Mihi dicitur *Campana rubra*. Leytimorenses eam vocant *Uba Utan.*

Locus. Invenitur in valle montis Elephantis, nullusque ejus hucusque innotuit usus, nisi quod elegans flos ornamento inserviat.

TWEE-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

Het roode Klokje.

D*It Touw wert schaars een pink dik, dog het meeste deel een schaft dik, rond, en ruig, of met puntjes bezet. De bladdragende ryskens staan twee en twee tegens malkander; ieder dragende vyf bladeren, te weeten, twee en twee tegens malkander, en het grootste voor uit, op zeer korte voetjes, drie en vier duimen lang, schaars twee breed, boven glad, van onderen zagt, of wolagtig, agter rond, en voor spits toeloopende, de Lingo-bladeren eenigzints gelyk.*

De bloemen komen aan een byzonder takje voort, met tien à twaalf by malkander; zy zyn eerst knoppen, als Ekelen, van vyf styve en smalle blaadjes besloten. De bloem zelfs is klokkeformig, dog boven in vyf hoeken verdeelt, gelyk die van Dutra, in de groote van een Turi-bloem, en de vyf buitenste styve blaadjes leggen digt tegens de bloem aan, uitmakende een kelkje; het onderste van de bloem is bleek-peers, maar omtrent de kanten trekt ze na den rooden, zonder reuk. Binnen zyn ze hol, behalven aan de eene zyde, daar ziet men vyf bleek-peerse stylen, met witte knoppen, digt tegens het blad leggende, dog de middelste styl is langer dan de andere vier vezeltjes.

Naam. *Ik noem het* Campana rubra; *die van Leytimor noemen het* Uba Utan.

Plaats. *Men vind het in de Valey van den Olifantberg, en daar van is nog geen gebruik bekend, als alleen dat de mooye bloem, die tot een cieraad dient, gezogt wert.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

F*Unis pinguis* supra *lib.* 7. *Cap.* 45. *tom.* 5. describitur.

DRIE-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

HEt vette Touw *wert in het* zevende Boek, Cap. 45. tom. 5. *beschreeven.*

CAP. QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

L*Imonellus funicularis montanus*, *lib.* 7. *Cap.* 14. *tom.* 5. exhibetur.

VIER-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

DE Touwagtige Berg-Limis *wert in het* zevende Boek, Cap. 14. tom. 5. *gevonden.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

L*icuala arbor* supra *lib.* 1. *Cap.* 8. *tom.* 1. exhibetur.

VYF-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

DE Licuala-Boom *wert boven in het* eerste Boek, Cap. 8. tom. 1. *vertoont.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Radix Sinica. Ginseng. Som.

QUum hæc celebris Siniensium radix in frequenti satis jam incipit esse usu apud nostram nationem tam in Europa quam hic in India, neque apud ullum auctorem plenariam ejus inveni descriptionem, ac forte etiam perfecta & absoluta dari nequit, si ex Sinensium scriptis depromi nequeat, hic tamen adnotare ea volui, quæ ex ipsorum relatu detegere ab iis potui.

Si-

ZES-EN-VYFTIGSTE HOOFTSTUK.

De Sineesche Wortel, Ninsi *en* Ginseng *genaamt.*

D*Ewyl deze vermaarde Sineesche wortel nu al te redelyk gebruik begind te komen by onze Natie, zoo wel in Europa als hier in Indien woonende, en ik egter by geen Autheur de volkomene beschryving daar van gevonden heb, en ook misschien niet kan gegeeven worden, zoo men ze niet uit der Sineezen schriften haalen kan, zoo heb ik egter alhier willen aantekenen zoo veel ik mondelyk uit het verbaal daar van heb konnen verneemen.*

De

Sinensium vulgus, cum quibus hic versamur, nihil certi de ea indicare norunt, quum nunquam eam crescentem viderint, unde quidam nobis persuadere conantur, radices esse, quæ neque caules neque folia proferunt, alii ipsis varias foliorum formas tribuunt, Europæique scriptores, qui earum faciunt mentionem, ad Mandragoræ speciem eas referunt.

Plantæ radices nobis notas, & adlatas haud melius comparare possum, quam cum illis Petroselini, seu Apii, sunt enim densæ, pallide flavescentes, externe nigris circulis orbicularibus distinctæ; sed in medio non gerunt filum istud crassum uti Petroselinum, uti & neque fibras fere. Crassissimæ minimi digiti crassitiem habent, vulgares, seu ordinariæ instar pennæ & culmi. In ipsa Sina digitum crassæ sæpe sunt, quas Magnates eligunt, nec efferri tolerant.

Ipsarum sapor subtilis est & dulcis, sed non tam gravis, quam in Liqueritia, sine ullo fervore, vel acrimonia. Optimæ densæ sunt, & instar Hepatis compactæ, & scindere eas oportet instar Helenii, satisque graves; leves enim ut fungosæ abjiciuntur, sique non rite servantur, cariosæ fiunt, & vermiculos generant.

Foliorum forma mihi exhibita fuit anno 1685 a quodam Sinensi *Suyky* dicto, qui præ se ferebat esse Sinensis Medicus, eamque vidit crescentem apud Magnatem quendam in sua regione, quique eam jusserat deferri ex remotis locis, quique *Suyky* mihi quoque plantæ formam ex papyro formatam, quantum recordabatur, exhibuit, juxta quod exemplar adjecta figura composita est.

Juxta eam itaque *Som* planta est, quæ ex quavis radice unicum modo profert caulem, spithamam, & ad summum pedem altum, juxta ejus relatum in nullos laterales ramos divisum, cui folia insident solitaria, & bina sibi opposita, haud male referentia tenera Arundinis vel Zingiberis folia, quum primo progerminant, ipsa vero potius comparo cum illis Bliti, quum hoc sit gracile ac pusillum, utrimque nempe acuminata, sesqui pollicem longa, ultra digitum lata, ad oras a medio ad summum subtiliter ac vix serrata, ita ut vix dignosci hoc possit, per folii medium nervus decurrit, qui ad utrumque latus quatuor emittit subtiles & valde obliquas venulas, foliaque ipsa e longinquo glauca quodammodo sunt, flaccida, & facile decidua.

Primo Sinensium mense, qui nunc cum nostro Januario, nunc cum Februario quadrat, radix hæc suum emittit caulem, ac dein sensim folia, sed non plura quam novem vel decem ex uno caule, ac tali modo per totam viret æstatem.

Flores fructusque non noverat, ipsique pro vero adfirmaverant, nunquam eos proferre hanc plantam.

Radix tum inutilis est, nec apta ad effodiendum, quum nimis succosa sit, effossaque quam maxime tum corrugatur, ac facillime vermiculos generat. Circa nostrum Septembrim folia decidunt, ac totus marcescit caulis, ita ut subsequentibus mensibus hyemalibus nil hujus plantæ supra terram conspiciatur, omnesque virtutes tum in radice quasi concentrantur, quæque eo tempore succo viscoso referta, & solida est, unde vulgaris orta fuit opinio, hasce radices nullas proferre plantas.

Aptum

De gemeene Sineezen, daar wy mede omgaan, weeten niets zekers daar van te berigten, als hebbende dezelve nooit zien groeien, derhalven sommige ons wys maaken, dat het wortelen zyn, die nog steelen, nog bladeren voortbrengen; andere geeven hem verscheide gedaantens van bladeren, en de Europische Schryvers, die daar van gewag maaken, rekenen ze onder de zoorten van Mandragora.

De wortelen, die daar van bekend zyn, en uitgebragt werden, kan ik niet beter vergelyken, dan by Peterselye-wortelen; want zy zyn digt, bleek-geel, buiten met zwarte cirkeltjes rondom afgedeelt, dog hebben in de midden geen harden draad gelyk de Peterselye-wortels, als ook schier geene vezels. De dikste zyn als een pink, de gemeenste als een schaft, en strohalm. In Sina zelfs heeft men ze wel een vinger dik, dewelke by de Grooten blyven, en niet uitgevoerd werden.

Haaren smaak is subtiel-zoet, dog zoo gyl niet als aan 't Zoethout, zonder eenige hitte of scherpte. De beste moeten zoo digt zyn als een lever, en zig snyden laaten als Alants-wortel, en redelyk zwaar; want de ligte en vooze werden verworpen, en zoo men ze niet wel bewaard, werden ze wormstekelig, en vermolsemt.

De gedaante van de bladeren is my opgegeeven Ao. 1685. door zekeren Sineesch Suyky, *dewelke zig voor een Sineesch Medicus uitgaf, en dezelve heeft zien groeien by zeker Heer in zyn land, die ze van verre plaatzen heeft doen haalen; welke* Suyky *my ook de gedaante van deze plant, na zyn best onthoud, uit papier gesneeden getoond heeft, na dewelke de bygevoegde Figuur gemaakt is.*

Volgens het zelve dan geeft het Som *een plante, dewelke uit ieder wortel maar eenen steel schiet, een span, en op 't meest een voet hoog, na zyn onthoud in geene zyde-takken verdeelt, daar aan staan de bladeren enkeld, en verwisseld tegen malkander, gelykende niet qualyk die van 't jonge Riet of Gemberplante, als ze eerst uitkomt; dog ik vergelyk ze by 't* Blitum, *als het wat mager en klein blyft, te weeten, agter en voren toegespitst, anderhalve duim lang, ruim een vinger breed, aan de kanten van de midden af na voren toe fyn gezaagt, dat men 't maar even bekennen kan; door de midden gaat een zenuwe, dewelke na ieder zyde uitzend vier subtiele en zeer schuinze adertjes, van verwe blaauwagtig, met een klare groenigheit daar tusschen schynende, voorts dikagtig, slap, en ligt afvallende.*

In de eerste Sineesche Maand, dewelke nu met onze Januarie, en dan met Februarie overeen komt, brengt de wortel haaren steel voort, en daar na allengskens de bladeren, dog niet boven negen of tien aan ieder steel, blyvende zoo groen den geheelen zomer-staan.

Bloemen en vrugten daar van kende hy niet, en men hadde hem verzekert, dat het dezelve nooit voortbrengt.

De wortel is als dan ondeugend en onbequaam om uit te graven, als zynde te zappig, en de uitgegravene krimt te zeer in, en word ligt wormstekelig. Omtrent onzen September vallen de bladeren af, en den geheele steel vergaat, zoo dat men als dan in de volgende Winter-maanden niets boven de aarde ziet, keerende alle de kragten in den wortel, dewelke als dan vollyvig, en digt wert; waar door het gemeen gevoelen gekomen is, dat deze wortelen geen planten voortbrengen.

L 2 Het

Aptum itaque anni tempus hasce effodiendi radices, sunt tres hyemales menses, November, December, & pars Januarii, hocque peragi oportet claris noctibus, quum Boreas & Eurus flat, cœlumque sit frigidum, clarum, & stellis micantibus coruscum.

Ut itaque præstans hæc radix hominibus demonstretur, ubi nempe lateat, quum nulla ejus pars supra terram in conspectum veniat, natura peculiarem ac mirabilem ipsi dedit characterem, quod nempe hæc radix isto tempore paululum supra terram protuberet, sive per naturalem ejus, ac turgidum prægnantemque succum, sive quod per rorem tumefacta, splendorem de se emittat, stellarum fulgori haud dissimilem, ex quo locus, ubi lateat, detegi potest.

Effossores duplicis sunt conditionis, quidam id aperte peragunt, suntque constituti ad id opus a dominis istius loci, alii id clam instar furum tentant, horumque cupiditas, & lucri amor pœnæ timorem superat ac vincit.

Primi talibus memoratis noctibus montes petunt, in quibus norunt *Som* crescere, quod tum per hyemis frigus denudatum, & omni superiore parte orbatum est, illique ibi oberrantes diligenter & accurate adtendunt, quonam in loco istum detegant instar radiantis stellæ fulgorem, illumque notant locum calce humida, quam in istum finem secum portant, vel cinere locum obtegunt, seseque ad somnum deponunt usque ad crepuscula, quum notatum inquirunt locum, ac radicem effodiunt, quod ante Solis ortum præstari oportet.

Maximas colligunt radices, minores terra obtegunt, ad propagationem & messim in subsequentem annum. Cunctas effossas radices suis dominis tradere debent, qui elegantissimas, & maximas, illasque, quæ hominis effigiem præ se ferunt brachiis & pedibus extensi, sibi servant, reliquasque amicis donant, sed peregrinis nullas vendunt.

Maximæ radices ipsis hanc ob rem in magno sunt pretio, non quia ipsis majorem tribuant virtutem, sed ob raram ipsarum formam, & quia Sinenses putant, hanc radicem ipsis tanquam Larem esse, qui ipsis sanitatem & divitias adferet. Hanc ob causam nullos parcunt sumptus, sed pro tali radice, quæ ipsis placet, istamque hominis repræsentat formam, centum solvent inperiales.

Alterum hominum genus, qui instar furum radices effodiunt, talibus noctibus montes petunt, sed per occultas ambages, ludentes custodes solitis locis positos, characterem adtendentes fulgoris memoratum, omnesque simul effodiut radices, (pro quo enim fur eas reservaret) quas facile conquirere possunt, quum per hyemis frigus reliquæ emortuæ sint plantæ, omnesque simul rapiunt, nec diem expectant, ac sic mox spolium deportant recens, ne apprehendantur, ac per diem commode verum eligunt Som. Atque hoc fere solum est, quod in peregrinorum ac mercatorum manibus venit, & ex patria ipsorum, seu ex Sinensi defertur regione, ita ut contentos esse oporteat eo, quod nobis fures largiuntur.

Custodes tamen non ubique locantur, impune enim effodi possunt in provinciis Leautung, Corea, ipsiusque boreali plaga Tausean, quas potissimum radices mercatores emunt.

In

Het bequame Saisoen dan om deze wortelen uit te graven, zyn de drie Winter-maanden, November, December, en een gedeelte van January; dit moet geschieden by klare nagten, wanneer de Noorde en Noord-ooste wind waaid, en zuivere koude, en de hemel sterre-klaar is.

Om nu deze voortreffelyke wortel aan te wyzen aan de menschen, waar ze verborgen legt, wanneer men niets boven de aarde bekennen kan, zoo heeft de natuur een wonderlyk kenteken daar aan willen stellen, namentlyk, dat deze wortel om die tyd een weinig boven de aarde uitbuilende, 't zy door haar natuurlyk zap, 't zy door den dauw bezwangert, een glans van zig geeft, het sterre-ligt niet ongelyk, waar aan men haare plaats bekennen kan.

De Gravers zyn tweederhande; zommige doen zulks opentlyk, zynde daar toe gevolmagtigt door de Eigenaars, of Heeren van die plaatze; zommige doen het steelsgewyze, by dewelke de begeerlykheit, of winzugt, de vreeze van straffe overwint.

Die van de eerste zoort gaan by zoodanige nagten, als hier even vermelt is, na 't gebergte, daar ze weeten dat het Som *groeid, die als dan door de koude des winters meest kaal en bloot zyn; hier en daar wandelende, letten ze neerstig op, waar ze dien glans of sterre-ligt zien, die plaats tekenende met natte kalk, dien ze tot dien einde mede neemen, of bestrooyen hem met assche, en begeeven haar voorts tot ruste, tot het aanbreeken van den dag; als dan zoeken ze de getekende plaatzen weder op, en graven de wortel uit, 't welk nog al voor Zonnen opgang geschieden moet.*

De grootste neemen ze mede, de kleine bedekken ze weder met aarde, tot voortteeling, en oogst voor 't toekomende Jaar. Alle de uitgegrave wortelen moeten ze haare Eigenaars of Heeren overleveren, dewelke de schoonste en de grootste, die de gedaante van een mensch, met armen en beenen van malkander gespreid, hebben, voor zig zelfs behouden, en de rest onder haare Vrienden uitdeelen, maar aan de Vreemdelingen niets daar van verkoopen.

De groote stukken zyn by hun lieden daar door in zoo groote agting, niet als of ze meer kragt hadden, maar wegens haar zeldzame gedaante, en om dat de Sineezen haar inbeelden, datze aan deze wortel een Huis-God hebben, dewelke hun gezondheit en rykdom zal aanbrengen. Hierom sparen ze ook geen geld, maar zullen voor zoodanige wortel, daar zy zin in hebben, en die de voornoemde gedaante van een mensch klaarlyk uitbeeld, wel 100 Ryksdaalders geeven.

De tweede zoort, die ze steelsgewyze graven, gaan insgelyks by zoodanige nagten na dat gebergte, dog door heimelyke ommewegen, de wagten, aan ordinaris wagten gestelt, bedriegende, letten op de bovenstaande tekens, graven alle de wortelen uit, (want voor wien zoude een dief sparen) dewelke ze maar konnen bekomen; en vermits door de koude winter allerhande kruiden gestorven zyn, rapen ze al dat goedje te zamen, en zonder na den dag te wagten, pakken ze zig met de gevondene buit van daar, op datze niet betrapt werden, en zoeken dan by dag op haar gemak de regte Som daar uit. Dit is 't dan byna alleen, 't welk in der Kooplieden handen komt, en uit het Land vervoerd wert, moetende wy ons behelpen met het geene ons de gauwdieven gunnen.

De wagten worden overal niet even sterk uitgestelt, want men kan ze vryelyk graven in de Provincie Leautung, Corea, en deszelfs noordelyk deel Tausean, welke wortelen dan meest in der Kooplieden handen komen.

Maar

In aliis vero Sinæ provinciis, ubi raræ sunt, diligentius custodiuntur. Hucusque *Suyki* relatio.

Jam hic proponam ea, quæ excerpsi ex Sinensi Herbario, quod adscribitur Cæsari Sinnong, qui a Patre *Martino* vocatur *Xinnungus*, secundus Sinensium Cæsar, quique regnavit anno 2837 ante Christi nativitatem, ac proinde diu ante Diluvium, qui homines primus edocuit artem medicam, & herbarum notitiam, quarum ille solus trecentas & octoginta species descripsit, quæque ab ejus posteris ad aliquot millia auctæ sunt.

Non autem a verbo ad verbum ea exscripsi, sed solummodo sensum textus secutus fui, qui mihi interpretatus fuit.

In eo itaque libro sequentia de *Som* adnotata erant. *Gensing*, seu *Jinsom*, vulgo *Som* vocatur. Hocque reperitur in *Thebou*, quæ provincia est Tartarica, vel hortus Tartaricus ad borealem Peking plagam situs. In planis quoque crescit montibus, non admodum altis, sub arbore valde extensa *Catsjiu* dicta, ubi solum est humidum, & frigidum.

Primum progerminat simplici caule, qui quinque sustinet folia, dein tres format ramulos, quorum quisque quinque producit folia, de ejus forma auctor non plus adnotavit, in icone autem conspicitur ramulus sese dividere in quatuor, sex, & septem folia, oblongo-angusta, & acuta instar Arundinis.

Superius quoque pluma conspicitur, uti in Arundine, quæ flores ac semen generat. De radice non multum judicare possumus ex icone, sed hæc longa est, & perpendicularis, &c.

Som multiplex est, cujus quinque species commemorat auctor. Prima, nempe *Tsjitsoansom*, cujus radix magna ac longa est, non rotunda, sed plana, & crescit in monte Tsjiwan, in provincia Xensi, & Xangsay. Secunda *Pictiansom*, cujus radix est alba, rotunda, & dura, & defertur ex Pitsje-Kok, circa Coream. Tertia est *Uyn-Som*, h. e. flava, quæ provenit in provincia Leautung, circa urbem Xantung, hæc omnium optima est, longa, angusta, & fibrosa. Quarta *Core-Som*, seu *Tatta-Som* vulgatissima est, levissima, interne russa, quæque venalis defertur. Quinta *Sinlo-Som*, sic dicta a loco in Tartaria, pallida est, ac vilis. *Somliuw* est radicis suprema pars, quæ stipitis lignosi pars est residua formâ turionis, quæ abjicienda est, quum vomitum caussat. Sic quoque herba *Lelou* noxia, immo lethalis est in usu, si addatur.

Kayn-Som, seu *Uyn-Som*, dulcis est, & temperatæ qualitatis, neque calida neque frigida, solidi & temperati homines abunde ea vesci possunt, sed graciles ac calidi eam vitent, quum noxia sit ipsorum naturæ, ipsius vulgaris usus est, si quis ex diuturno reconvalescit morbo ad vires restaurandas. Spiritus enim refocillat, timorem pellit, ut & tristitiam, ac melancholiam. Qui ea vescuntur, per binos dies in itinere non vires suas amittent, nec anhelosi, nec sitientes erunt, debilibus hominibus paucam ejus infusionem bibere licet, sed nunquam in initio morbi; item si alicujus os sit siccum sine calore.

Modus hasce radices colligendi est sequens, primo vere, quod dicitur *Tsjiun*, qui menses sunt Januarius, Februarius, & Martius, per noctem petunt istos montes, & eam investigant sub dictis arboribus, quum neque caulem, neque folia

Maar in andere Sineeze Provintien, daar ze schaars valt, wert ze naauwer bewaard. Dus verre het verhaal van Suyky.

Nu zal ik hier zetten, het geen ik getrokken heb uit een Sinees Kruidboek, het welk men toeschryft den Keizer Sinnong, by Pater Martinus *genaamt* Xinnungus, *de tweede Sineesche Keizer, dewelke geregeert heeft* 2837 *jaren voor Christi geboorte, en gevolgelyk ook lange voor de Zondvloed, hebbende hy de menschen eerst geleerd de Medicynen, en kennisse der Kruiden, waar van hy alleenlyk* 380 *zoorten beschreeven heeft, dewelke door zyne navolgers tot eenige duizenden vermeerdert zyn.*

Dog heb ik dit niet van woord tot woord overgezet en uitgeschreeven, maar alleenlyk den zin gevolgt, zoo als die my vertolkt wierde.

In 't zelve Boek dan vind men het navolgende van Som *beschreeven:* Genseng, *of* Jinsom, *in 't gemeen* Som *genaamt. De eerste werden gevonden in* Thebou, *een Tartarise Provintie, of Tartarise Thuyn, benoorden de Provintie Peking. Men vind ze op vlakke Bergen, die niet heel hoog zyn, onder een groote wyd-uitgespryde Boom,* Catsjiu *genaamt, daar de grond vogtig en koel is.*

Het komt eerst voort met een enkeld stammetje, 't welk vyf bladeren draagt, daar na gewind het drie takken, ieder van vyf bladeren, en van zyn gedaante heeft den Autheur niet meer; dog in de figuur ziet men, dat de takken zig verdeelen in vier, zes, en zeven bladeren, langwerpig, smal, en spits, als Rietbladeren.

Ook ziet men boven op een pluim, gelyk aan 't Riet, 't welk het zaad of bloeizel zyn wil. Van de wortel kan men in de figuur niet veel bekennen, maar die moet lang en regt neergaande zyn, enz.

Som *is veelerlei, waar van den Autheur vyf zoorten beschryft. Als,* 1. Tsjitsoansom, *zynde groot, lang van wortel, niet rond, maar plat, en valt op den Berg Tsjiwan, in de Provintie Xensi, en Xangsay.* 2. Pictiansom, *is wit, rond, en hard, komt van Pitsje-Kok, omtrent Corea.* 3. Uyn-Som, *dat is geele, komt van Leautung, by de Stad Xantung; deze is de beste van allen, lang, smal, en vol vezelen.* 4. Core-Som, *of* Tatta-Som, *is het gemeenste, ligtste, en slegtste, van binnen ros, dewelke te koop uitgevoerd wert.* 5. Sinlo-Som, *alzoo genaamt van de plaats, in Tartaryen, is bleek, en mede slegt.* Somliuw *is een endje boven aan de wortel, zynde een houtagtig restantje van den stam, in de gedaante van een knopje, 't welk men in 't eeten moet afsneemen, want het doet braaken. Zoo is ook het kruid* Lelou *schadelyk, ja doodelyk, in 't gebruiken daar by gedaan.*

Kayn-Som, *of* Uyn-Som, *is zoet, en getempert van eigenschap, nog heet nog kout; vaste en getemperde menschen mogen het rykelyk nuttigen, maar magere en heete menschen moeten het myden, als schadelyk voor haar natuur. Zyn ordinaris gebruik is, als men uit een langduurige ziekte opstaat, om de kragten wederom te versterken. Het verquikt de geesten, verdryft schrik, droefheit, en melancholie. Die het nuttigen, zullen in twee dagen in 't marcheeren niet moede werden, en niet kortademig nog dorstig; zwakke menschen mogen een weinig daar van drinken, maar nooit in 't begin van een ziekte; item als iemand buiten hitte de mond droog is.*

De manier van het te zoeken is aldus: In 't Voorjaar, genaamt Tsjiun, *zynde January, February, en Maart, ryd men 's nagts na 't voorschreeve Gebergte, en zoekt het onder de voorn. Boomen, wanneer het nog steel, nog bladeren heeft, alleenlyk een flauwe*

folia profert, solummodo adtendentes ad pallidam lucem instar stellæ fulgentis, quem locum quodam notant signo, sive telo, sive pauxillo calcis, hoc peracto domum iterum petunt ob frigus, per diem commoditate sua eas effodiunt. Hoc peragunt ei, quibus per dominos istius loci confessum est, cuilibet enim non licet eas effodere gravi pœna, hinc fures quam primum eam vident lucem, radicem effodere per noctem oportet, & de die sese abscondere, saltem eos vitare locos.

Alterum effodiendi tempus est, autumnus *Ziu* dictus, mensibus nempe Julio, Augusto, & Septembri, quum folia sua dejecit, sed caulis superest, atque talis radix optima & durabilissima censetur, quum omnes virtutes jam concentratæ, & ad radicem quasi præcipitatæ sunt.

Quatuor Sinenses libri de *Sin-hong*, seu *Sinnong* agentes, ex quibus hæc excerpta sunt, Sinice dicuntur *Sinon Buntzo*, h. e. doctrina Herbarum.

Binos textus de hac agentes radice, & in isto contentos libro, Sinensibus Characteribus notatos, & a Doctore *Christiano Mentzelio* editos, Lector invenire potest in *Ephemer. Germ. Anno 1686. Obs.* 39. ubi explicatio paululum aliter locatur, sed sensus vix vel non differt.

Hinc itaque patet, qua ratione hæc radix apud exteros tam cara & raro obvia sit, pro *Tail* enim, quod est pondus sesqui unciæ, vulgo Bataviæ, quum satis copiose ex Sina defertur, sex nummi inperiales solvuntur, si vero sobrie adfertur, octo & decem solvuntur.

In ipsa Sina juxta testimonium *P. Martini* in *Sinensi suo Atlante*, p. 35. triplum argenti ponderatur.

Effossæ hæ radices non in Sole vel vento, sed in umbroso, sicco, & ventoso loco primum deponendæ, vel suspendendæ sunt, donec solidæ & siccæ sint. In cistis penitus ac dense clausis non servandæ sunt, quum nimis siccantur vel cariosæ fiunt, uti neque aliis adponendæ sunt aromatibus, saltem Sinenses volunt; sæpius eas vento exponi, abstergeri, in sacco gestare, vel aliquando per noctem sub pulvinari deponi.

Nomen. Apud doctos in Sina, uti *P. Martini* Sinensis Atlas memorat, *Ginseng* vocatur, seu uti alii scribunt *Ninsin*, vulgo autem Sinensibus dicitur *Jinsom*, ac solummodo *Som*, quæ nomina ipsorum lingua denotant hominem pedibus extensis, quod Europæis scriptoribus ansam dedit credendi, Mandragoram esse, a qua tamen nimium differt. Japanice dicitur *Nisi*.

Locus. Variæ Sinæ provinciæ hanc producunt radicem, sed plurimæ & optimæ deferuntur ex Borealibus provinciis Leautung, Corea, & Pakia, seu Pecquins, quæ octava est Metropolis Jungpeng.

Ex Japana nostri quoque mercatores eam adferunt, sed Sinensis plerumque præfertur, atque an in Japana tali adcurata præcautione effodiatur, me latet.

Reliquæ Sinenses provinciæ, ubi quoque reperitur, sunt 1mo *Xensi*, vulgo Sinensibus dicta *Soasy*, seu *Soansy*, Tartaris *Zamzay*. 2do *Xansi*, vulgo Sinensibus *Siamsey*, Tartaris *Zamse*, hæ binæ provinciæ paucam quidem proferunt quantitatem, sed a dominis ipsis hæc plerumque servatur.

Me-

flaauw ligtje ziende, als een sterre-glans; daar steeken ze dan een teken by, het zy met een pyl in de aarde, of een weinig kalk; dan ryden ze weder na huis, wegens de koude, en graven ze by dag op haar gemak uit. Dit doen die geene, dien het door de Heeren des Lands geoorlooft is; want een ieder mag het op hooge straffe niet graven, en de dieven moeten het terstond, als ze het voornoemde ligt zien, by nagt uitgraven, en voor den dag zig weder wegpakken, of ten minste die plaatze myden.

Voor de tweedemaal wert het gegraven in den Herfst, Ziu, *zynde de maanden July, Augustus, en September, wanneer het zyne bladeren afgeworpen heeft, en de stam nog vertoond; en dit wert voor de beste en durabelste gehouden, om dat alle de kragten weder in de wortel gekomen zyn.*

De vier Boeken van Sin-hong, *of* Sinnong, *waar uit dit getrokken is, heeten in 't Sinees* Sinon-Buntzo, *dat is, Leere der Kruiden.*

De twee texten van deze wortel, in 't voornoemde Boek staande, met Sineese Characteren beschreeven, en door Doctor Christianus Mentzelius *in druk uitgegeeven, kan den Leezer vinden in* Ephem. Germ. Anno 1686. Obs. 39. *alwaar de uitlegging wat anders gestelt is, dog de zin verschild niet of weinig.*

Hier uit blykt dan, waarom deze wortel by de Uitlanders zoo duur en weinig te bekomen is, want voor een Tail, *'t welk een gewigt is van een en een half once, moet men ordinaris op Batavia, wanneer ze in quantiteit uit Sina komt, zes Ryksdaalders geeven, maar als ze schaars uitgevoerd wert, gelt het agt en tien Ryksdaalders.*

In Sina zelfs, na 't getuigenisse van P. Martinus, *in zyn Sineese Atlas, p.* 35. *wert ze tegens driedubbelt zilver opgewogen.*

De uitgegravene wortelen moeten niet in de zon of wint, maar aan een bedekte, drooge, en lugtige plaats eerst gelegt, of gehangen werden, tot datze ter degen vast en droog werden. In digt geslotene doosjes, of kistjes, moeten ze niet gelegt werden, waar in ze te veel indroogen, of vermolzemen, gelyk men ze ook by geen andere speceryen moet leggen. Immers de Sineezen willen hebben, dat men ze dikwils verlugten, afveegen, by zig in de zak dragen, of zomtyds des nagts onder de slaapkussens leggen moet.

Naam. *By de Geleerden in Sina, als* P. Martinus *in zyn Sineese Atlas getuigt, heet zy* Ginseng, *of gelyk andere schryven* Ninsin; *onze gemeene Sineezen noemen ze* Jinsom, *en slegts* Som, *welke namen in haar taal willen beduiden een Mensch, die met de beenen uitgespreid staat, waar door de Europische aanleidinge gekreegen hebben te gelooven, dat het een Mandragora moest zyn, waar van ze nogtans te veel verschild. In Japan heet ze* Nisi.

Plaats. *Verscheide Provintien van 't Sineesche Ryk leveren deze wortelen uit, dog de meeste en beste komen uit de Noorder Provintien Leautung, Corea, en Pakia, agtste Hoofdstad van Jungpeng.*

Uit Japan brengen ze onze Kooplieden ook, dog de Sineesche wert doorgaans voorgetrokken, en of ze in Japan met diergelyke nauwe opzigt uitgegraven wert, is my onbekend.

De andere Sineesche Provintien, daar men ze mede vind, zyn deze: 1. Xensi, *by de gemeene Sineezen genaamt* Soasy, *of* Soansy, *by de Tartars* Zamzay. 2. Xansi, *by de gemeene Sineezen* Siamsey, *by de Tartars* Zamse; *deze beide geeven wel wat, maar het blyft meest by de Eigenaars.*

Wei-

Meridionales provinciæ non multum eam proferunt, uti 3tio, *Suchuem*, vulgo *Tsjutsjouan.* 4to, *Junnam*, seu *Gunnam.* 5to, *Queicheu*, seu *Quitsjiu*; & 6to *Hucquang*, vulgo *Hukong*; ex omnibus hisce sex provinciis nil adquirunt peregrini.

Incolæ itaque binarum Australium provinciarum *Suchuem* & *Xensi* solebant magnis cohortibus deprædari extra magnum murum versus provinciam *Jensam*, Tartaris Septentrionalibus subjectam, quæque ipsis *Saytat* dicitur, in cujus montibus *Som* quoque crescit, quodque clam quoque effodiunt, atque hoc iter per binos durat menses, quum in Sinam redeunt, & mercatoribus hic & illic vendunt, unde concludo, in pluribus locis Tartariæ Occidentalis illud crescere.

Usus. De præstantia harum radicum Sinenses multa admiratione digna & præclara memorant, non modo quia maxima & eleganter formata frusta, uti supra indicatum fuit, sibi tanquam singulare quid egregium, & fere instar Laris servant, sed etiam juxta ipsorum morem magna encomia alicujus rei extollentes pro panacea eam habent in quibusvis gravissimis morbis, quibus nullæ vehementes adsunt febres, hoc saltem multiplici usu comperti sunt, si nempe post gravem & diuturnum morbum quis defatigatus & emaciatus sit, sumat tum hujus radicis pondus circiter drachmæ unius conscissæ, quæ aqua infunditur fervida instar Thee sine igne per aliquot horas, ac bibitur vel sorbetur instar potus Thee, unde talis hominis perditæ restaurantur vires, ipsamque medullam, & ossa cum articulis ipsis leni suo refocillat, & corroborat calore, est enim naturæ quam maxime temperatæ, neutiquam fervidæ, uti quidam erronee id credunt, sed temperato suo calore incidit, attenuat, & leniter siccat segnes & stagnantes humores.

Observandum vero est, in ejus usu corpus non nimio cibo esse replendum, hoc enim non modo radicis vires enervat, sed etiam naturalem calorem nimis excitat, ita ut febres & tabes subsequantur. Hinc itaque juvenibus prohibetur, uti & illis, qui naturam habent calidam, uti contra quam maxime utilis est senibus; illisque, qui magno frigore & tempestate quadam itinera instituunt, hi dictam radicis quantitatem matutino tempore si bibunt, per totum diem neque famem, neque sitim, neque frigus persentiunt.

Atque hinc in ea essem opinione, hoc Som majore jure habendum esse pro Radice Scythica, & Adypsos, quam vulgaris Glyzyrrhiza, quæ illis destituitur qualitatibus.

Ex veteri manuscripto, quod nostri mercatores, vel Portugalli in Sina ex relatu indigenarum composuerunt, sequentes huic radici tribuuntur virtutes, sed dubito, an nostrates intellexerint quidem rite Sinenses; eas saltem hic proferam, prout in isto manuscripto eas inveni.

Primo. Pallidum & aquosum depurat sanguinem, inque pristinam restituit formam.

Secundo. Conducit palpitationi cordis, furiosam temperat animositatem, refocillat cor, spiritus, & animum.

Tertio. Supplet & instaurit id, quod deficit in medicamine præstanti.

Quarto. Vitam prolongat in iis, qui vehementi morbo periclitantur eam amittere.

Quinto. Ingenium corroborat oblivisiosorum.

Sexto.

Weinig geeven de Zuiderlyke Provintien; als 3. Suchuem, *in 't gemeen* Tsjutsjoan. 4. Junnam, *of* Gunnam. 5. Queicheu, *of* Quitsjiu; *en* 6. Hucquang, *in 't gemeen* Hukong; *dog uit alle deze komt mede niets aan de Vreemdelingen.*

De Inwoonders van de twee Westelyke Provintien, Suchuem *en* Xensi, *plegen dierhalven met troupen te stroopen buiten de groote Muur, na de Provintie* Jensam, *de West-Tartars, die ze* Saytat *noemen, onderworpen, en in welkers Bergen het* Som *ook valt, het welk zy insgelyks steelsgewys uitgraven, op deze togt twee maanden uitblyven, en dan in Sina wederkeeren, aan de Kooplieden hier en daar verkoopen; waar uit ik gisse, dat het op meer plaatzen van de West-Tarters wassen moet.*

Gebruik. *Van de voortreflykheit dezer wortelen weeten de Sineezen tot verwonderens toe groote dingen op te geeven, niet alleen om dat ze de groote en welgefatsoeneerde stukken, als boven gezegt, voor een groote rariteit, en half voor een Huis-God houden, maar volgens haare manier van groot op te geven, houden ze het ook voor een Panacea in allerhande zwaare ziekten, daar geen hevige koortze by is; dit heeft men uit veelvoudige ervarentheit; dat als men na eenige zwaare en langduurige ziekte gants magteloos en uitgemagert is, wanneer men van deze wortel het gewigt van omtrent een drachma klein snyd, in een theepotje met heet water doet, en daar in zonder vuur eenige uuren laat smooren, daar na het zelve drinkt, gelyk gemeen Theewater, dat het den mensch merkelyk zyne verloore kragten wederbrengt, het merg en de gebeenderen met alle gewrigten door zyne zagte warmte verquikt, en versterkt, want het is van een gants getemperde natuur, en geenzints heet, gelyk zommige abusivelyk geloven, maar met zyn getemperde warmte dun makende, en zagtjes opdroogende de traage, koude, en verdikte vogten.*

Alleenlyk moet men dit waarneemen, dat men by zyn gebruik het lyf niet te veel met spys overlade, want 't zelve niet alleen de kragten van de wortel verdooft, maar ook de natuurlyke hitte te zeer ontsteekt, zoo dat daar op koortzen en teeringen volgen. Dierhalven werden ze de jonge lieden verboden, en die heet van natuur zyn, gelyk ze daar tegen gants dienstig is voor oude lieden; en die in groote koude en onweer reizen moeten, plegen de voornoemde quantiteit dezer wortelen 's ogtens in te neemen, zullende dien geheelen dag, nog honger, nog dorst, nog koude gevoelen.

Hier om zou ik van gevoelen zyn, dat dit Som met beter reden mogte gehouden werden voor Radix Scythica, en Adypsos, dan de gemeene Glyzyrrhiza, by dewelke men die eigenschap niet vind.

Uit een oud Manuscript, 't welk onze Kooplieden, of de Portugeezen, in Sina uit het verhaal der Inlanders gemaakt hebben, werden de volgende kragten deze wortel toegeschreeven; dog ik twyfel, of de onze de Sineezen in alle deelen wel verstaan hebben; immers ik zal ze hier zetten, zo als ik ze in 't zelve Manuscript gevonden heb.

1. *Het zuivert het bleeke wateragtige bloed, en brengt 't zelve weder in zyn vorige gestalte.*

2. *'t Is goed voor de slaging, of klopping des herte, tempert de furieuse yverzugt, verquikt het hert, geest, en gemoed.*

3. *Het voldoet, en vereffent al het geen aan een deugdelyke medicyn komt te ontbreeken.*

4. *Doet het leeven verlangen van die geene, welke in gevaar staat om door eenige ziekte weggerukt te werden.*

5. *Sterkt het verstand van die geene, die ligt vergeetig is.*

6.

Sexto. Omnes inpedit corrumptiones, ne in malignum degenerent ulcus, similiaque mala, quæ ex nimio consortio scortarum contrahuntur vulgarium.

Septio. Auget & nutrit sanguinem, hominumque corpus reddit agile, vel proprie melancholiam inpedit, & depellit.

Octavo. Prostratum restaurat & excitat appetitum.

Nono. Debilem hominem in lenem, si ipsi conducit, ducit sudorem.

Decimo. Prodest vertigini, oculorumque inbecillitati, Leypotymiæ, Apoplexiæ, Epilepsiæ, nervorum contractionibus, seu spasmis, insensibilitati, similibusque malis.

Undecimo. Ventriculi ructus inpedit, copiosamque expellit bilem.

Duodecimo. Lenem procreat cutim, ipsiusque tollit rubedinem nimiam.

Decimo tertio. Stomachum emollit, & mitigat, si nimio repletus sit cibo, phlegmaticosque consumit humores, vomitumque inpedit.

Decimo quarto. Febres tollit.

Decimo quinto. Hæmoptoem & Hæmorrhagiam sedat, istumque sistit sanguinem, qui per anum sæpe evacuatur.

Decimo sexto. Prodest parturientibus, easque confortat tam in partu quam post eum.

Decimo septimo. Sustentat septem primaria elementa, quæ hominis temperamentum regunt, quæ sunt lætitia, ira, desiderium, meditationes tristes, seu melancholia, tristitia, seu dolor, terror, seu confusio, submissio, seu timor.

Ita ut habeatur pro optimo, & primario medicamento, quod reperiri potest, sed sciendum est, memoratas istas virtutes non solum modo per se operari, sed conducit ad operationes aliorum medicaminum, quibus jungitur, & ut hæc bonum sortiantur effectum, atque hinc comparatur cum nuntiis, qui pretiosa quædam munera in peregrinas transferunt regiones. Atque hoc a debilibus bis terve de die editur magnitudine Pisi ad conservationem, ac restaurationem debilium partium. Huc usque ex Manuscripto.

Hic porro subnectam ea, quæ doctus *Pater Martinus*, qui in sua patria radicem eam novit, de ejus scribit virtutibus in *Sinensi* suo *Atlante*, *pag.* 35. Mihi nondum contigit ejus videre folia, ipsius vero radix flavescit, ac fere destituta est fibrillis radicalibus, per quas alimentum sugere deberet necessarium, ubique vero notata est nigricantibus venulis, acsi subtili atramento delineatæ essent. Si radix ipsa masticetur, gratam præbet dulcedinem cum levi & debili amaritie. Spiritus auget animales quam maxime, licet vix duodecima unciæ pars pro dosi exhibeatur. Si paulo majori propinetur dosi, perditas restaurat vires in debilibus, naturalemque in corpore excitat calorem.

Cum aqua coquitur in Balneo Mariæ, (forte in cyatho potus Theæ) gratumque de se tum spargit odorem instar aromatis cujusdam. Qui vero calidioris ac fortis sunt temperamenti, ea aliquando utuntur non sine discrimine vitæ, quum nimium spiritus excitet, contra in summam sæpe admirationem quam maxime prodest, & conducit omnibus debilibus, defatigatis, & per graves morbos exhaustis hominibus.

Im-

6. *Het belet alle verdorventheden, die in gevaar staan van tot een kwaad zeer uit te slaan, met nog meer diergelyke gebreken, dewelke uit al te veel omgang met vuile hoeren ontstaan zyn.*

7. *Het vermeerdert en voed het bloed, doet de menschen ligtmoedig maken, of eigentlyk verdryft het de melancoly.*

8. *'t Brengt de verloren eetlust weder.*

9. *Het doet een zwak mensch, die het van noden heeft, haast zweeten.*

10. *Het is goed voor draaying en zwymeling der oogen, voor flauwtens; item voor alle beroerdheit, Apoplexie, vallende ziekte, trekking en verdooftheit der zenuwen, en diergelyke quaalen.*

11. *Onderhoud de oprisping van de maag, en verdryft de overvloedige gal.*

12. *Maakt een zagte huid, en verdryft de opdragtigheit des lichaams.*

13. *Verzagt de maag, als hy met spys overladen is; consumeerd de phlegmatique humeuren, en stelpt het braken.*

14. *Is goed tegens de koorts.*

15. *Stilt het bloedspuwen, en bloeden der neus, mitsgaders 't bloed, 't welk door 't fondament gelost wert.*

16. *Dient tot sterking van de baarende Vrouwen, zoo in 't beginzel als na de verlossing.*

17. *Onderhoud de zeven hooft of principaale Elementen, die een mensch in 't temperament regeeren, als, 1. blydschap, 2. gramschap, 3. verlangen, 4. gepeinzen, of melancholy, 5. rouwe, of droefheit, 6. verschrikking, of verbaastheit, 7. nederigheit, of vreeze.*

In somma, het wert gehouden voor de allerbeste medicyn, dat onder de menschen te vinden is; dog staat te weeten, dat de bovenstaande kragten niet alleen uit haar zelven werken, maar zy is een wegwyzer van andere medicamenten, daar ze bygedaan wert, om dezelve tot een goed effect te brengen, zynde te vergelyken met de Bode, die eenige kostelyke geschenken naar onbekende plaatzen brengt. Egter wert het van zwakke perzoonen twee à driemaal 's daags uit de hand gegeeten, in de groote van een Erwete, tot conservatie van alle zwakke leden. Dus verre het Manuscript.

Ik zal hier byvoegen, het geen de geleerde Pater Martinus, *die ze in zyn eige Vaderland heeft leeren kennen, van haare kragten schryft, in zyn* Sineesse Atlas, pag. 35. *Het heeft my tot nog toe niet mogen gebeuren haare bladeren te zien; haare wortel is geelagtig, byna zonder merkelyke kleine worteltjes of vazelingen, waar mede zy het voedzel zuigen moest, rondom is ze getekent met zwartagtige adertjes, als of ze met fyne inkt getrokken waren. Als men ze knouwt, heeft ze een aangenaame zoetigheit, met een kleine, dog slappe bitterheit. Zy vermeerdert treffelyk de leevens-geesten, hoewel men schaars een twaalfde deel van een once tot een dosis ingeeft; als men een weinig meer neemt, zoo brengt ze weder de verlorene kragten in de zwakke, en verwekt een warmte in het lichaam.*

Zy wert in een Balneum Mariæ (misschien Theepotje) gekookt met warm water, geevende dan een aangenamer reuk van haar, als eenige speceryen. Die geene, die van een heeter en sterker complexie zyn, gebruiken ze zomtyds niet zonder groot gevaar haars leevens, om dat ze de geesten te veel verwekt; daar tegen is ze tot verwonderens toe behulpzaam voor alle zwakke, vermoeide, en door zware ziekte uitgeteerde menschen.

Den

Immo in moribundis aliquando tantam auget vitæ agilitatem, ut tempus sortiantur, alia ingerendi medicamenta, unde & sanitatem ipsam sæpe recuperant. Plura alia ac sane mirabilia gloriantur de hac radice Sinenses, cujus radicis pondus venditur pro triplo pondere argenti. Huc usque *Pater Martinus.*

Nunc doctis relinquo dijudicandum, an non veteres de hac somniarint radice, saltem verosimile mihi videtur, quod hanc intellexerint sub nomine *Alchæmenidos*, seu *Achæmenis*, cujus mentionem facit *Plinius, libr.* 24. *Cap.* 17. ubi quosdam proponit characteres, qui cum *Ginseng* conveniunt, colorem nempe habere *Electri*, sine foliis esse, atque crescere apud *Tardastiles*, seu *Tradistiles.*

Per *Electrum* intelligo neutiquam metallum fulgens, neque Succinum, sed credo eum sine dubio significare velle fulgorem istum instar stellæ micantem, quo radix per noctem fulget, ac supra dictum fuit, vulgares Sinenses hactenus credere Ginseng aphyllum, seu foliis destitutum esse, qualis re vera quoque est istis mensibus, quibus effoditur.

Quinam vero populi sint *Tardistili*, me latet, reduci possent ad Tartaros occidentales, cum quibus supra junxi provinciam Jensam. Reliqua Plinii verba ex Democriti scriptis producta a Sinensibus intelligere haud potui, Ginseng nempe equis terrorem incutere, atque proinde cognominetur *Hyppophobas*, atque a maleficis in vino haustum, per noctem adeo terroribus & spectris hos affici, ut cuncta flagitia sponte pronuncient.

Quoad vires Ginseng melius quadraret cum Theombrotio a Plinio dein memorato, quod a Persarum regibus potatur contra quævis corporis vitia, & animi intranquillitatem, differentia autem in eo consistit, quod Theobrotion simile sit iconi pavonis, & in ipsa crescat Persia triginta schœnas, seu quindecim milliaribus germanicis a fluvio Choaspis.

Dein aliæ insuper sunt radices, quibus etiam proprietas, seu qualitas noctu lucens adscribitur, qualis est *Aglaophotis*, quæ itidem *Marmaritis* vocatur, quum circa Arabicas marmoreas fossas crescat ad Persiæ sinum. *Plinius loc. c.* & *Ælianus lib.* 19. *cap.* 27. Radix porro ignea *Baaras* est, de qua *Josephus de Bello Judaico, lib* 7. *cap.* 25. mentionem facit, quum vero docti uno ore declarent ac putent, per has binas radices solummodo intelligi *Pœoniam*, nihil ulterius de iis disseram, & eas ex Ginseng familia excludam.

Hic porro subjungam narratiunculam Gallicam, ex itinerario depromptam legati Gallici comitis *de Chamond*, ubi *pag.* 70. sequentia leguntur, Anno 1682 primi Gallici legati apud secundam nationem fuerunt in capite Bonæ spei, quæ *Namagras* vocatur, & ab ipsorum duce pro magno dono acceperunt herbam quandam, quæ *Canna* ipsis dicebatur, Galli vero eam habebant pro specie celebris Sinensium radicis *Ginseng*, quodque adfirmabatur per magistrum *Claudium*, qui eam in Sina viderat, binasque plantas in capite Bonæ spei invenerat, quasque delineaverat, Hottentotti hac utuntur radice eodem modo, quo Indi Betele & Areca. Alio in loco idem testatur liber, radicem Ginseng quoque crescere in Siama, sed multo viliorem esse Sinensi.

Ta-

Gebruik. *De rype Vrugten kan men raauw eeten, zoo alleen, als met wat zout gemengt, 't welk haare wrangigheit beneemt, om de mond te ververschen, en den dorst te verslaan; dog de meeste werden half ryp, en nog groen zynde, in azyn of peekel gelegt, over tafel gebruikt als Olyven of Cappers, om den appetyt te verwekken; ze werden ook by den Theebak opgeschaft.*

Op Batavia beginnen deeze Boompjes in haare jongheit te vlegten, en te leiden tot leevende Hagen, latende hier en daar maar een stammetje opschieten tot een Boompje, om Vrugten daar van te hebben. Deze Hagen weeten ze rondom de Thuynen met scheeren zoo digt te maken, dat 'er geen hoen doorkruipen kan; want digt boven de wortel schiet het zyne ryskens uit, van een hard en styf hout, en straks met doorenen bekleed; weshalven ik gisse, dat dit de regte Batavische Hagedooren zy, en niet de bovenstaande Bangian Lacki Lacki.

Tabula vigesima quinta

Elegantem exhibet arbusculam, quæ *Carandas* Rumphio dicitur, & *Rhamni* vel *Lycii* species est spinis bifidis.

De vyf-en-twintigste Plaat

Vertoont een fraai Boompje, *Carandas* van Rumphius genaamt, het welk een zoort van de *Rhamnus* ofte *Lycium* is met gespleete doorens.

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

Flos Siamicus. Bonga Siam.

B*Onga Siam*, seu *Mogori Tunkin*, nferius truncum gerit, infantis brachium crassum, qui mox bifidus est, atque hic sese in binos iterum dividit alios, qui sese circumflectunt, hique externe admodum rugosi sunt, acsi squamati essent, ordine squamas proferentes, uti in *Pulasario*, seu potius uti in *Andawali*, crassumque ita format ac densum fruticem. Flagella sunt rotunda, & tenuia, quibus folia adstant bina sibi obposita, & conniventia, cordiformia, multisque nervis pertexta, ac superius brevi apice donata.

Flores brevibus in coronulis excrescunt quinque sexve simul, ac quivis calicem æmulatur brevem, rotundo insidens capitulo, quod ex viridibus componitur apicibus, flos ipse sese aperit in quinque petala inferius connexa, ac superius retroflexa, quum sese aperiunt, ex viridi flavescunt colore, seu pallide virent, post unum vero diem magis flavescunt, magnitudine *Floris Cardinalis*, intus replentur albis staminulis, quæ instar serici splendent. Odor gratus est sed debilis, mixtus ex odore floris Manoræ & Cinnamomi. Inferius capitulum, seu germen semen æmulatur proferre pusillum, acsi bina Cumini grana sibi adposita essent.

No-

VYF-EN-ZEVENTIGSTE HOOFTSTUK.

De Siamsche Bloem.

BOnga Siam, *of* Mogori Tunkin, *heeft beneden een stam, een kinder-arm dik, verdeelt zig straks in twee, en dezelve al wederom in twee andere, die zig om malkander vlegten, van buiten zeer ruig, als met schubben bekleed, die in ryen staan, gelyk aan* Pulasari, *of beter aan de* Andawali, *geeft een dikke struik; de ranken zyn rond en dun, daar aan staan de bladeren twee tegens malkander, en na malkander gebogen, hertvormig, met veele zenuwen agter te zamen stootende, voor met een korte spits.*

De bloemen komen voort aan kroontjes, vyf en zes by malkander, yder gelykt een kort kelkje, op een rond knopje van groene spitzen gemaakt. Het bloempje opend zig in vyf blaadjes, agter aan malkander vast, en voor wat omgebogen; als ze haar openen, groengeel, of bleek-groen, en na een dag wat geelder wordende, in de groote van Flos Cardinalis, *binnen met witte haairtjes bezet, blinkende als fulp. De reuk is lieffelyk, hoewel slap, gemengd van de bloem Manoor en Caneel. Het onderste knopje schynt zaad te willen voortbrengen, klein, als of 'er twee Komynkorrels aan malkander hingen.*

Naam

TAB. XXV.

Fig. 1.
Fig. 2.

Nomen. Malaienses eum vocant *Bonga Siam*, h. e. florem ex Siama delatum, unde & Latine mihi dicitur *Flos Siamicus*; Bataviæ vero vocatur *Mogori Tunkin*, h. e. Manoor ex Tunkin delatum.

Naam. *De Maleyers noemen ze* Bonga Siam, *dat is, Bloem uit Siam gebragt, derhalven ik ze ook in 't Latyn genaamt hebbe* Flos Siamicus; *maar op Batavia noemd men ze* Magori Tunkin, *dat is, Manoor uit Tunkin gebragt.*

Tabula vigesima sexta

Ad Figuram primam *Florem Siamicum* Rumphio dictum exhibet, qui Convolvuli species est.
Figura secunda *Scrotum Cussi* Rumphio dictum sistit.

De zes-en-twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur den *Siamsche Bloem*, van Rumphius zoo genaamt, 't welk een zoort van Winde is.
De tweede Figuur wyst aan de *Scrotum Cussi*, zoo als die by Rumphius genaamt wert.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

Scrotum Cussi.

Funis hic est circa litus vulgaris, supra alias herbas longis prorepens flagellis, quorum inferior funis brachium crassus est, rugosus, niger, & verrucosus, ita ut pro trunco *Grain de Molucco*, seu *Bori Bidji* haberetur. Reliqua flagella sese dividunt in multos rotundos surculos, inregulariter sibi permixtos, verrucosos quoque. Primarii rami intus concavi sunt, in quos stilus inmitti potest. Lignum durum est, sed facile instar vitri frangens.

Folia cum illis *Mangæ* conveniunt, sed sunt tenuiora, utrimque acuminata, solitaria, seu alternata, ut & obposita superiora vero fere duplo longiora sunt inferioribus, hæc enim quatuor & quinque pollices longa sunt, illa vero sex septemve, utrimque læte virentia, sinuosis costis.

Prope superiora folia flosculi excrescunt in simplicibus brevibusque corymbis, seu umbellulis, in breves pedunculos distinctis, quibus insident cinerea capitula, quæ sese aperiunt in flosculos rotundos, qui petala gerunt plura cinerea externe, interne fusca, in medio germen conspicitur, quod in fructum excrescit.

Fructus in brevibus proveniunt racemis, qui in breves laterales distincti sunt, quorum quivis unum alterumve profert fructum. Qui sunt ex rotundo plani, formantes formam scroti Cussi, externe lutei, & parum lanuginosi, fere instar fructuum Mali Armenici, interne repleti carne flavescente, fatue dulci, sicca, & farinosa, in qua bina latent peculiaria officula, quorum planum latus sibi invicem adcumbit, eleganter vero hæc exsculpta sunt, ac testudinem referunt capite eminente, duraque sunt, & gilva. Nucleus internus similiter exsculptus est, bifidus, & aquosus.

Nomen. Amboinenses Malaice eum vocant *Popeleer Cussu*, h. e. *Scrotum Cussi*, Aruenses vero *Boa Mulo.*

Usus. Fructus piscibus adcoquuntur, & eduntur, uti & tenera crudaque folia. Flagella ab exteriore cortice depurata, & fissa loco ligaculi adhiberi possunt in Bobbers, pisciumque retinis instar Rottangæ, seu Arundinis.

ZES-EN-ZEVENTIGSTE HOOFTSTUK.

De Zak van de Cussus.

Dit is een Touw omtrent het strand gemeen, over andere ruigte met lange ranken lopende, waar van het onderste Touw een arm dik is, ruig, zwartagtig, en met wratten bezet, zoo dat men ze voor den stam van Grain de Molucco, *of* Bori Bidji *zoude aanzien. De andere ranken verdeelen zig in veele ronde ryskens, onordentelyk door malkander, en over dwers lopende, mede met kleine wratjes bezet. De hooft-takken zyn van binnen hol, waar in men een styltje kan steeken. Het hout is hard, dog kort afbrekende, als glas.*

De bladeren gelyken na die van Mangas, dog zyn dunder, agter en voor toegespitst, staan enkeld, en verwisseld tegens malkander, dog de voorste zyn byna nog eens zoo lang als de agterste, te weeten, de agterste zyn vier en vyf duimen lang, dog de voorste ruim zes en zeven dito, onder en boven effen, groen, met bogtige ribben.

By de voorste bladeren komt het bloeizel voort, aan enkelde korte trosjes, of dolletjes, die zig in korte steeltjes verdeelen, hier aan staan kleine graauwe knopjes, die haar openen in kleine ronde bloempjes, uitgevuld met kleine blaadjes, van buiten graauw, en van binnen bruin, in de midden ziet men een rond knopje, waar uit de Vrugt werd.

De Vrugten komen ook aan korte trossen voort, in korte zyde-takjes verdeelt, yder dragende meest een à twee Vrugten. Dezelve zyn uit den ronte wat plat, uitmakende de gedaante van een klootzakje van het dier Cussus, van buiten geel, en wat wolagtig, byna als Apricoozen; van binnen uitgevuld met een geelagtig, laf-zoet, droog, en meelagtig vleesch, en daar in twee raare korrels, de vlakke zyden tegens malkander hebbende, aardig gegraveert, en verbeeldende een Schildpaddeke met een hooftje, hard, en muysgraauw; de binnenste keest is mede gegraveert, in tweeën deelbaar, en wateragtig.

Naam. *De Amboineezen noemen 't in 't Maleits* Popeleer Cussu, *dat is,* Scrotum Cussi; *dog de Aroeëzen* Boa Mulo.

Gebruik. *De Vrugten werden by visschen gekookt en gegeeten, gelyk mede de jonge en raauwe bladeren. De ranken van de buitenste schorsse gezuivert, en gespleeten, kan men tot bindwerk gebruiken aan de Bobbers, of Vischfuyken, gelyk Rottang.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

Machilus angustifolia. Mackilan.

ARbor est alta & recta, virum crassa, cujus cortex non tantum excitat cutis pruritum, quam quidem aliæ ejus species. Folia in irregulari locantur ordine in ramulorum extremo, densa, longa, angusta, & firma, utrimque acuminata, sed inferius paulo angustiora, quinque sexve pollices longa, vix binos digitos lata, glabra penitus, instar illorum Culit Lawan. Medius nervus ab utraque protuberat parte, costæque transversales oblique admodum decurrunt, & sinuosæ sunt, superne vero illa glabra, & læte virentia sunt, inferne albicantia. Flores ignoti sunt.

Fructus potissimum post folia dependent, & in ipsis ramis ex brevibus racemulis plures simul juxta ramum, sunt vero rotundi, superne parum plani, seu umbilicati, glabri, & plano insident pericarpio, primoque virent, dein flavescunt, ac tandem cœrulescunt, seu nigricant. Sub pellicula mucosa nux reconditur parva, ex tenui lignosoque constans putamine, sub quo nucleus locatur bifidus, instar Glandis albicans, saporis fatui.

Nomen. Amboinenses in Leytimora eam vocant *Ay Laun Seron*, h. e. folium angustum, atque inde Latine *Machilus angustifolia*. Malaice *Mackilan Daun Kitschil*.

Usus. Pro optimo habetur ligno ad ædificia inter cunctas Machilos, est enim lignum solidum & grave, recensque gravem quodammodo spirat odorem, uti & siccum, quum elaboretur vel perdoletur. Flores fructusque raro in hac conspiciuntur arbore.

Tabula vigesima septima

Ad Figuram primam *Machilum* exhibet *angustifoliam*, quæ *Lauri* videtur species, uti reliquæ antea *libr.* 4. *Cap.* 37. *tom.* 3. descriptæ.
Figura secunda *Verbenam* sistit *rubram*, quæ *Amaranti* videtur esse species.

CAPUT SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

Verbena rubra. Gondang Casse.

EX Java huc quoque delata est *Verbenæ* species, seu *Daun Matta Pannas*, cum nostrate in multis conveniens.

Folia ejus vulgo digitum longa sunt, pollicem lata, utrimque acuminata, in vetustis vero plantis folia non ultra semi digitum longa sunt, inferius rotundiora quam superius, facile flaccescentia. Vetusta folia superne ex fusco virescunt colore, sed teneriora utrimque fusca instar Brassicæ fuscæ, mollia, & ad tactum lanuginosa. Geniculis insident bina sibi obposita, in amplis interstitiis, ex rotundis, firmis, & parum rugosis caulibus provenientia, qui ex fusco virent colore, atque ex quavis superiorum parium ala surculus excrescit minora formans folia.

Flores, qui mense Octobri hic proveniunt, pusilli erant, unguem longi, caudamque formabant ex squamis cinereo-virentibus, cum lanugine quadam intermixta, fere instar primi germinis *Amaranti Spicati*, sine notabili semine.

Flo-

ZEVEN-EN-ZEVENTIGSTE HOOFTST.

De smalbladige Machilus.

HEt werd een hooge regte Boom, een man dik, en meer, wiens schorsse zulk een jeuken op de huid niet maakt, gelyk andere Mackilans zoorten. De bladeren staan zonder order aan 't uiterste der ryskens, digt agter malkander, zynde lang, smal, en zeer styf, agter en voor toegespitst, dog agter wel zoo smal, vyf en zes duimen lang, schaars twee vingers breed, gansch glad, gelyk die van Culit Lawan. De middel-zenuwe puilt ter wederzyden uit, maar de dwersribben lopen zeer schuins, en bogtig, boven glad, en regt groen, beneden witagtig. Het bloeizel is onbekend.

De Vrugten hangen meest agter de bladeren, en aan de takken zelfs aan korte trosjes by malkander, en langs den tak. Zy zyn rond, boven op wat vlak, gansch glad, en zitten op een vlak bortje, en zyn eerst groen, daar na geel, ten laatsten blaauw, of zwartagtig. Onder een slymerig velleke leid een nootje van een dunne houtagtige schaal, daar onder een korrel, in tweeën deelbaar, wit als een Eekel, laf van smaak.

Naam. *De Amboineezen op Leytimor noemen het* Ay Laun Seron, *dat is*, Smalblad, *en daarom in 't Latyn* Machilus angustifolia; *in 't Maleits* Mackilan Daun Kitschil.

Gebruik. *Men houd het voor 't beste Timmerhout onder alle de Mackilans zoorten; want het is een digt en zwaar hout, het versche wat sterk riekende, gelyk ook het drooge, als men het schaaft of bewerkt. Bloeizel en Vrugten werden zelden daar aan gevonden.*

De zeven-en-twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur de *smalbladige Machilus*, welke schynt een zoort van *Laurier* te zyn, gelyk de andere zoorten, te voren in het 4. *Boek*, *Cap.* 37. *tom.* 3. beschreven.
De tweede Figuur wyst aan de *roode Verbena*, het geen een zoort van de *Amarantus* schynt te zyn.

AGT-EN-ZEVENTIGSTE HOOFTSTUK.

De roode Verbena.

VAn Java is hier mede ingebragt een zoort van Verbena, of Daun Matta Pannas, *het onze meerendeels gelyk.*

De bladeren zyn doorgaans een vinger lang, en een duim breed, agter en voor toegespitst; dog aan de oude struiken zyn de bladeren niet boven een halve vinger lang, agter ronder dan voor, en zeer ligt slenzende. De oude bladeren zyn boven uit den bruine na 't groene trekkende, maar de jonge ter wederzyden bruin, als bruine Kool, zagt en wolagtig in 't aantasten. Zy staan mede aan knieën, twee tegen malkander, en in wyde tusschenleden aan ronde, styve, en wat ruige steelen, uit den groene en bruine gemengt; en uit yder schoot van de bovenste paaren komt een spruitje, met kleine bladeren bezet.

Het bloeizel, 't welk zig in October alhier vertoond heeft, was zeer klein, en geen nagel van een pink lang, 't zelve was een steertje, van graauw-groene smalle schubben, met eenige wolagtigheit van binnen, byna gelyk het eerste uitspruitzel van Amaranthus Spicatus, dog zonder kennelyk zaad.

Dit

Fig. 2.
Fig. 1.

Flores hi raro progerminant, nec nisi siccis temporibus, unde & hic æque ac Javæ plerumque sine floribus conspiciatur planta, quæ flagellis suis lateralibus longe lateque prorepit per solum, hic & illic alios emittens & erigens caules, nec nisi per flagella propagari potest.

Nomen. Latine nobis dicitur *Verbena rubra*, Javæ vero *Gondang Casse.*

Usus. Javanæ & Malaienses mulierculæ ea utuntur ad quodvis Djoedjambo, seu potus medicinales, ut & ad unguenta refrigerentia Bobori dicta, item contra mictus cruentos & purulentos, tam si propinetur, quam si externe applicetur.

Jacobus Bontius, *lib. 6. Cap.* 54. mentionem quidem facit *Verbenæ Indicæ*, sed nullam addit descriptionem, ex ejus figura vero, & usu addito comperi esse *Daun Matta Pannas*, supra *libro decimo* descriptum.

Dit bloeizel komt zelde voort, en niet dan by drooge tyden, daarom men het zoo wel hier als op Java meest zonder bloeizel ziet. Het kruipt met zyne zyde-takken wyd en zyd over de grond, hier en daar andere steelen opregtende, en men kan het niet anders dan met takken verplanten.

Naam. *Wy noemen het in 't Latyn* Verbena rubra, *en op Java heet het* Gondang Casse.

Gebruik. *De Javaansche en Maleitsche Vrouwtjes gebruiken het onder allerhande Djoedjambo, of medicinaale dranken, en verkoelende Bobori-zalven; item tegens bloedig en etterig pissen, zoo gedronken, als van buiten opgelegt.*

Jacobus Bontius, lib. 6. Cap. 54. *maakt wel gewag van de* Verbena Indica, *dog doet geen beschryving daar by; behalven dat ik uit de figuur en 't gebruik bemerken kan, dat hy meent onze* Daun Matta Pannas, *boven* libro 10. *beschreeven.*

CAPUT SEPTUAGESIMUM NONUM.

Tsjinkin.

HÆc elegans arbuscula est, ultra virum alta, varios emittens truncos, instar Cujavi silvestris, quorum primarius truncus ultra brachium crassus est, inque multos sese dividit ramulos, qui longi & erecti sunt, inferius rotundi, superius acute quadragoni, acsi alati essent, fusco obducti cortice, sed qui in trunco cinereus, & glaber est.

In ramulorum extremo folia locantur compacta & sessilia, oblonga, quorum quædam rotunda sunt, alia obtuse acuminata, binos tresve pollices longa, binos lata digitos, superne glabra, & læte virentia; inferne multis subtilibus costis protuberantia, fere uti in foliis Guajavi domesticæ, sed venæ rariores magisque vagæ sunt, vetusta quam maxime contracta sunt, sed juniora extensa, saporis silvestris & ingrati, parumque mucosi, acsi Althææ folia essent.

Extremum ramulorum sese iterum dividit in lignosos ramulos laterales instar coronulæ, seu umbellulæ, quorum quivus pedunculus bina ternave sustinet capitula coloris rubri, intermixto viridi colore, magnitudine Cardamomi, per sex & aliquando septem subtiles protuberantesque oras in totidem æqualia segmenta divisas, quæ sese per maturitatem ex centro ad dimidium aperiunt, calicem formantes cum sex septemve apicibus juxta numerum orarum.

Ex quavis ala inter hos apices simplex excrescit petalum ex subtili longoque pedunculo, quod adeo convolutum, & circinnatum est, ut quodvis petalum e longinquo Caryophyllum minorem referat, coloris pallide rubri, seu rosacei. Inter quodvis petalum subtile porro conspicitur stamen semi articulum digiti longum, cum anthera viridi. Simile filum, seu pistillum in centro conspicitur istius calicis, sed sine capitulo, quod cingitur plurimis albis pusillisque staminibus flavas antheras gerentibus.

Flores ipsi teneri & molles sunt, abrupti tamen per tres dies vigent, debilem fundentes odorem. Post petalorum lapsum isti apices sese claudunt, in calicis centro rotundum abscondentes germen instar seminis Catjang, hæc autem grana seminalia hisce in terris non progerminant. Lig-

NEGEN-EN-ZEVENTIGSTE HOOFTST.

Het Tsjinkin-Boompje.

D*It werd een cierlyk Boompje, ruim een man hoog, met verscheide stammen opschietende, gelyk een wilde Cujavus-Struyk, waar van de hooftstam ruim een kleine arm dik is, en zig in veele zyderyskens verdeelt, dewelke lang en regt opschietende, agter rond, en voor scherp gekant zyn, als of het vlerkjes waren, met een bruine schorsse bekleed, dog aan den stam graauw, en glad.*

Aan 't uiterste der ryskens staan de bladeren meest tegen en digt agter malkander, zonder voetjes tegens de takjes, langwerpig, sommige van vooren rond, sommige stomp toegespitst, twee en drie duimen lang, twee vingers breed, boven glad, en blyde-groen, beneden met veele subtiele ribbetjes, byna gelyk aan de tamme Cujavusbladeren, dog ydelder; de oude staan zeer gekronkeld, dog de jonge staan uitgebreid, van smaak wild, of zonder smaak, en wat slymerig, als of het een Althæa was.

Het uiterste ryske verdeelt zig wederom in houtagtige zyde-takjes, als een kroontje, yder steeltje derzelven dragende twee en drie knopjes, van couleur rood met groen gemengt, van de groote als een Cardamom, door zes, en somtyds zeven subtiele uitbuilende kanten, in zoo veel gelyke deelen gedeelt, 't welk zig in zyne rypheit uit de midden tot de helft opend, formeerende een kelkje met zes of zeven spitzen, na het getal der kanten.

Uit yder hoek tusschen deeze spitzen komt een enkeld blad, aan een subtiele lange steel, 't welk zoo in malkander gekronkeld is, dat yder enkeld blad van verre een klein Angeliertje verbeeld, bleek roozerood van couleur. Tusschen yder blad ziet men wederom een subtiel draatje, een half lid van een vinger lang, met een groen knopje boven op. Een diergelyke draat vind men ook in de midden van het voornoemde kelkje, dog zonder knopje, omgeeven met nog veele kleindere witte draatjes, met geele nopjes.

De bloemen zyn teer, en week; nogtans blyft de afgebrokene drie dagen in haar vigeur, met een flappe reuk. Na 't afvallen der bladeren sluiten zig de spitzen van het voornoemde kelkje wederom, verbergende in de midden een rond zaadkorreltje, als een Catjang; dog deze zaadkorreltjes willen hier te Land niet voorttaelen.

Het

Lignum durum est, sed uno ictu facile frangitur.

Nomen. Nullo alio innotuit nomine, quam Sinensi *Tsjikin*, seu *Tsji-Ken*.

Locus. In Indicis regionibus peregrina & exotica est arbuscula, sed, uti audivi, in Sina vulgaris, sponte in montibus crescens, sed ob elegantiam & flores peculiares ab incolis circa ædes in hortis colitur, & plantatur.

Het hout is hard, en breekt kort af met een knak.

Naam. *Het is met geen andere naam bekend, dan met den Sineeschen* Tsjikin, *of* Tsji-ken.

Plaats. *In de Indische Landen is het vreemd, maar zoo ik berigt werde in Tsjina gemeen, in 't wild en op de Bergen groeiende; dog wegens zyne fraaiheit, en raare gedaante van de bloem, werd het van de Inwoonders omtrent haare Huyzen en Thuynen opgevoed.*

Tabula vigesima octava

Ad Figuram primam Sinensem exhibet arbusculam, *Tsjikin* dictam.

Figura secunda *Moncum* sistit currentem.

Figura tertia *Moncum* erectum denotat, Capite 83 descriptum.

De agt-en-twintigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur een Sineesch Boompje, *Tsjikin* genaamt.

De tweede Figuur wyst aan een *Moncus*, zoo als hy loopt.

De derde Figuur verbeelt een *Moncus*, zoo als die over eind staat, welke in het 83. Hoofdst. beschreven wert.

CAPUT OCTOGESIMUM.

Ossifraga lactea. Patta Tulang.

Licet hæc penitus sit exotica, ac proinde parum nota, ac modo anno 1693 per curam meam in Amboinam translata, hic tamen eam exhibere volui ob singularem ejus formam, qua ab aliis plantis quam maxime differt. Primo enim adspectu melius plantam æmulatur marinam, quam terrestrem, quum nulla fere in ea conspiciantur folia, nec nisi rami & ramuli sese obferant. Ex familia *Cochleariæ lacteæ*, seu *Sudu Sudu* videtur esse, quod *lib.* 6. describitur, ad quod Malabarenses eam quoque referunt, licet eam pro peculiari hic proponam planta.

Mox e radice plurimos emittit stipites, vel primarium saltem truncum, qui brachium crassus est, atque sese mox dividit in ramos, qui ad pedis distantiam sese iterum in alios dividunt laterales ramos, qui tam irregulariter locantur, ut vix describi queant. Primi solitarii, seu simplices locantur, erecti, transversales, immo plurimum deflexi, rotundi & glabri, elegantis viridis coloris, ita ut in tota planta nil nisi viridis conspiciatur color, qui hanc plantam terrestrem satis distinguit a marina. In inferiore horum ramulorum lateralium parte tenues conspiciuntur sulci, seu venulæ longitudinales, uti in cunctis Corallii speciebus.

Hi laterales ramuli ad palmæ distantiam mox sese dividunt in binos laterales ramos, atque hi iterum in binos alios, perfecte acsi cuncti distructi essent. Crassorum ramorum extremum decem quidem gerit ramulos coadunatos, qui iterum divisi sunt uti priores.

In horum ramulorum tenerrimis hic & illic foliola locantur nunc solitaria, nunc bina ternave simul, cum illis Rosmarini quodammodo convenientia, sed multo breviora, tenuiora, & penitus flaccida.

Hic in Amboina nullos hactenus produxit fructus, sed in regionibus ejus naturalibus hi excrescunt instar Katjang, seu Pisorum, bini ternive simul, primo virides, dein flavescentes, superne flosculos sustinentes, ex quinque parvis petalis constantes, qui ut & semina me hactenus latent.

Crassi rami, uti supra dictum fuit, obducti sunt cortice viridi, gramineo quasi, sub quo lignosus reconditur, qui ramum firmat, reliqua enim ejus pars interne repleta est fungosa, & lactea medulla.

Ex

TAGTIGSTE HOOFTSTUK.

De Melkgeevende Ossifraga.

Hoewel dit Gewas gansch uitlands, en derhalven nog weinig bekend is, maar eerst in 't Jaar 1693 *door myn toedoen in Amboina gebragt; zoo heb ik 't egter hier zetten willen, wegens zyne raare gedaante, waar in het van andere gewassen merkelyk verschilt. Want in 't eerste aanzien gelykt het beter een Zee-gewas, dan een plant, dewyl men byna geen bladeren, maar enkele takken en ryskens daar aan ziet. Het wil uit de maagschap van* Cochlearia lactea, *of* Sudu Sudu *zyn, in 't* 6. Boek *beschreeven, gelyk het ook de Malabaaren daar onder rekenen; hoewel ik het liever voor een byzonder Gewas zoude stellen.*

Straks van de wortel schiet het met veele stammen op, of immers de hooft-stam, zynde een arm dik, verdeelt zig straks in takken, dewelke een voet opgeschooten zynde, verdeelen hun in zyde-takken, dewelke zoo onordentlyk staan, dat men ze qualyk beschryven kan. De eerste staan enkeld, regt dwers, ja meerendeels neergebogen, rond en glad, schoon groen, zoo dat men aan de geheele plant niet dan groen ziet, welke couleur genoegzaam dit Land-gewas onderscheid van een Zee-gewas. Egter aan deeze dunne zyde-takken ziet men dunne streepjes, of adertjes, dewelke in de lengte loopen, gelyk aan alle Coraal zoorten.

Deeze zyde-takjes nu een hand lang voortgeloopen hebbende, verdeelen hun schielyk in twee dwerstakken, en dezelve al wederom in twee andere, regt als of alles wat daar aan is, in stukken gebroken was. Het uiterste van de dikke takken heeft wel tien takjes by en agter malkander, die al wederom verdeelt zyn als boven.

Aan de jongste van deeze takjes ziet men hier en daar eenige kleine blaadjes staan, zommige enkeld, zommige twee en drie by malkander, de Rosmaryn-blaadjes eenigzints gelyk, dog veel korter, dunder, en geheel slap.

Hier in Amboina heeft het nog geen Vrugten gedragen, maar in de Landen, daar het naturelyk is, komen zyne Vrugten voort als Katjang, of kleine Boontjes, twee en drie by malkander, eerst groen, daar na geel, dragende boven op kleine bloempjes, van vyf kleine blaadjes gemaakt, dewelke neffens de zaaden my nog onbekend zyn.

De dikkere takken, als gezegt, zyn bekleed met een gras-groene schorsse, waar onder leid een houtagtige, die den tak styf maakt, zynde de rest na binnen uitgevuld met een voos melkagtig mergh.

Want

Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.



Ex cunctis enim plantæ partibus fauciatis copiosus exstillat liquor albus lacteus, viscosus & glutinosus, oculis noxius, sed cutim tangens non nocet.

Truncus rotundus est, & æquali cortice obductus, qui ex cinereo & viridi colore mixtus est, & instar Abietis erectus coli potest, si laterales amputentur rami, fustisque ipsi adligetur, alioquin incompta est arbuscula. Inferiores rami tam terræ incumbunt, quam transversaliter prorepunt, & sese extendant. Radices quoque transversales prorepunt, ac sese extendunt. Facile propagari potest per ramos terræ conmissos.

Nomen. Latine *Ossifraga lactea*, juxta Portugallicum *Osso quebrado*, ac Malaice *Patta Tulang*, vel ex ejus subsequente usu, vel ex mira ejus forma, acsi tota planta ex ossibus diffractis composita esset.

In *Hort. Malab. part. 2. Cap. 44. Tiru Calli* vocatur, sed ab aliis Malabarensibus eam audivi vocatam *Codi Calli.* Adnotator Dr. *Commelinus* id nullo modo vult numerari ad priores binas species Calli, quæ sunt Euphorbium Indicum, seu *Ligularea lactea*, sed putat esse *Tithymalum arboreum Myrthi folio*, a qua sententia haud alienus sum.

Locus. Mihi adlatum est e Batavia, ubi tam sponte crescit, quam ad sepes adhibetur, licet paucos invenerim Javanos, qui id norunt. Copiosius, uti audivi, reperitur in Malabarensibus regionibus, uti & in Coromandelæ ora, ubi in silvis tantas format intricationes, ut vix meabiles sint, sed potissimum præ timore ejus lactis, quod ad minimum ejus vulnus copiosum effluit, ac facile in alicujus oculos incidere potest. Sepes ex hoc formantur, si ipsi adponatur spinosa Calli species in Horto Malab. *Ela Calli* dicta, & Javæ *Sudu Sudu Ticos.*

Usus. Ex Java seu Batavia solummodo sequentem ejus accepi usum, incolas nempe id adhibere ad ossium fracturas, si externum nempe ejus abradant corticem, quem conterunt, & fracturæ ossis imponunt, unde memoratum accepit nomen. Hortus iste monet, ne ejus lac linguam tangat, quum sit acre & urens. Binos alios porro ejus addit usus, quos non facile quis imitabitur nisi Malabarensis, declaratque viribus potissimum convenire cum *Schadida Calli.*

Tabula vigesima nona

Ossifragam lacteam exhibet, quæ *Tithymali*, seu *Euphorbiæ* hodie dictæ species est, vocaturque Euphorbia inermis, fruticosa, subnuda, filiformis, erecta, ramis patulis, determinante confertis *Linnæi H. Cliff. pag.* 197. & *Fl. Zeyl. pag.* 88. *Spec. Plant. pag.* 452. *No.* 11. &c. In *Thes. Zeyl. pag.* 223. dicitur *Tithymalus* ramosissimus, frutescens, pene aphyllos *Herm. par. Bot. pr. pag.* 381. &c.

Want uit alle deelen van de geheele plant, gequetst zynde, loopt overvloedig een witte melk, kleeverig, en stremmende, schadelyk voor de oogen; dog op de huid doet het geen quaad.

De stam is mede rond, en effen van schorsse, dog uit den groene en graauwe gemengt; men kan hem zoo regt als een sparre opvoeden, als men de zydetakken afsnyd, anders word het een wild gewas. De onderste takken leggen zoo op de aarde, als overal dwers kruipende, en zig uitbreidende. De wortelen kruipen mede dwers, en verspreiden haar. Men kan het ligt voortplanten, met zyne takken in de aarde te steeken.

Naam. *In 't Latyn* Ossifraga lactea, *na het Portugees* Osso quebrado; *en in 't Maleits* Patta Tulang, *of van zyn volgende gebruik, of van zyn raare gedaante, als of de geheele plant van gebrokene beenderen gemaakt was.*

In de Hort. Malab. part. 2. Cap. 44. *word het genaamt* Tiru Calli, *maar van andere Malabaaren heb ik 't hooren noemen* Codi Calli. *Den Annotator, Dr.* Commelinus, *wil het geenzints gerekent hebben onder de twee voorgaande zoorten van Calli, dewelke zyn het Euphorbium Indicum, of onze* Ligularea lactea; *maar houd het voor een* Tithymalum arboreum Myrthi folio, *daar ik niet veel tegen heb.*

Plaats. *Het is my gebragt van Batavia, daar het zoo wel in 't wild wast, als tot Heiningen gebruikt werd, hoewel ik alhier weinige Javanen vinde, die het kennen. Overvloediger, zoo ik versta, vind men het in de Malabaarse Landen, als mede op de kust Coromandel, daar het in 't wild zoodanige verwerringe maakt, dat men qualyk daar door kan komen, dog meest uit vreeze van zyn melk, die op het minste quetzen overvloedig uitzieffert, en ligt iemand in de oogen kan komen. Men maakt ook Heiningen daar van, als men daar tusschen plant de doornagtige zoort van Calli, in de Hort. Malab.* Ela Calli *genaamt, en op Java genaamt* Sudu Sudu Ticos.

Gebruik. *Van Java of Batavia is my alleenlyk dit gebruik opgegeeven; te weeten, dat het de Inwoonders gebruiken tegens beenbreuken, als ze de buitenste dunne schorsse afschellen, klein wryven, en op het gebroken been binden, waar van het de bovenstaande naam zal gekreegen hebben. De Hortus waarschouwt mede, dat men zyn melk niet op de tonge zal laten komen, dewyl ze scherp en brandig is. Nog twee andere gebruiken zet hy daar by, dewelke niet ligt ymand zyne Malabaren zal nadoen, en verklaart, dat ze in kragten meest overeen komt met de* Schadida Calli.

De negen-en-twintigste Plaat

Vertoont de *melkgeevende Ossifraga*, welke is een zoort van *Tithymalus*, ofte *Euphorbia*, zoo als die hedendaags genaamt wert, en is de Euphorbia zonder doorens, als een Struyk groeiende, touwagtig, met weinig bladeren, overend staande, de takken wyd uitgespreid, van *Linn.* in de *Hort. Cliff. pag.* 197. en in de *Fl. Zeyl. pag.* 88. en in zyn *Spec. Pl. pag.* 452. *No.* 11. In de *Thes. Zeyl. p.* 223. wert ze genaamt zeer takkige, als een Struyk groeiende *Tithymalus*, byna zonder bladeren, van *Herman par. Bot. pr. pag.* 381. &c.

CAPUT OCTOGESIMUM PRIMUM.

Laurus Japanica.

HÆc arbor ex Japana Bataviam, & inde huc in Amboinam transportata, ubi in quibusdam jam hortis incipit vigere, vocaturque *Laurus Japanica*, aliis vero *Cinnamomum Japanicum.*

Ex

EEN-EN-TAGTIGSTE HOOFTSTUK.

De Japansche Laurier.

D*Eeze Boom is uit Japan op Batavia, en van daar herwaarts in Amboina gebragt, alwaar hy nu hier en daar in eenige Thuynen begint te groeien, met de naam van* Japansche Laurier; *dog andere noemen hem* Japansche Caneelboom.

Ik

Ex foliorum ſapore primo putavi eſſe ſpeciem arboris Camphoriferæ Japanicæ, ſed dein certior factus diverſas penitus eſſe arbores, eam deſcribere volui ſub primo nomine, præſertim quum adfinis videatur eſſe Amboinenſi *Culit Lawan*.

Ejus itaque deſcriptionem componam juxta arborem, quæ anno 1694 ſeptimum agens annum truncum gerebat pedem craſſum, & binas orgyas altum, qui obductus erat tenui, & glabro cortice.

Folia locantur in curtis & rotundis ramulis bina ſibi obpoſita, ſed non cruciata, neque ordinata, tres quatuorque pollices longa, digitum lata, ſolida & glabra, ſuperne viridia, inferne glauca. Superiora acutum gerunt apicem, ſed inferiora obtuſa ſunt, vetuſtaque oras gerunt deorſum flexas. Præter medium binos laterales gerunt nervos inferius parum protuberantes, & circa folii dimidiam partem evaneſcentes, ex quibus patet, hæc folia convenire cum Cinnamomo, & Amboinenſis *Culit Lawan* foliis, neutiquam vero cum illis Lauri. Manibus contrita Cinnamomi odorem præbent, ore autem maſticata primum quidem Cinnamomum quodammodo ſapiunt, ſed mox diſtincte Camphoram. Flores ſunt puſilli & albi.

Ex foliorum alis in quibusdam locis ſimplex excreſcit fructus, parvo, & rotundo inſidens pericarpio forma Baccæ Lauri, oviformis, brevique apice donatus, primo viridis, dein niger. Sub tenui putamine durus reconditur nucleus, qui obliqua linea in bina diſtinguitur ſegmenta, inſipidus.

Ex trunco varii excreſcunt ſtolones, qui terra obducti transſplantari poſſunt. Cortex vix cultrum craſſus eſt, ſaporemque præbet *Culit Lawan*, & Cinnamomi cum notabili adſtrictione, tandemque etiam Camphoræ ſapor ſeſe obfert. Proxime vero radix, qui in multas diſtinguitur fibrillas, cum ſapore & colore *Culit Lawan* convenit, ex quibus concludo adfinitatem trium dictarum arborum.

Fructus matureſcunt Novembri, ac decidunt, ſed raro progerminant.

Nomen. Mihi hactenus dicitur *Laurus Japanica*. Belgice *Japanſche Laurier*, donec Japanenſe vel Sinenſe edoctus fuerim nomen.

Sinenſes mihi nil de ea referre norunt, niſi quod ſit arbor alta & craſſa, elegantem formans comam, quæ cum Lauro conveniret.

Alter tamen mihi exhibitus fuit ramus arboris, quæ Bataviæ vocatur *Cinnamomum Japanicum*, cujus folia non multum abludunt a prioribus, tres enim pollices longa erant, binos lata digitos, oris æquabilibus & notabili apice, tenera vero ſuperius rotunda ſunt, ac prope petiolum tres concurrunt nervi, qui ſubtus maxime protuberant, & totum percurrunt folium. Sapor primum perfecte cum Cinnamomo convenit, ſed dein amarus eſt & adſtringens.

Flores plures ſimul proveniunt racemoſi, ſuntque floſculi ſtellati ex quinque ſexve petalis conſtantes cum plurimis flavis ſtaminulis.

Verum Cinnamomum Zeylanicum folia quoque gerit ſibi obpoſita, ac quatuor ſimul crucem formant, ſed ipſorum petioli ſunt longiores. Ipſum vero folium quinque pollices longum eſt, ac vix quatuor digitos latum.

Culit

Ik uit den ſmaak der bladeren oordeelende, hebbe hem lang gehouden voor een zoort van den Japanſchen Campherboom; dog naderhand onderrigt zynde, dat het verſcheide Boomen waren, heb ik hem willen beſchryven onder den eerſtgemelde naam, te meer, alzoo hy eenige maagſchap ſchynt te hebben met de Amboinſche Culit Lawan.

Ik zal deeze beſchryving geeven na een Boom, dewelke Anno 1694 *zeven jaaren oud zynde, een ſtam hadde van een been dik, en twee vademen hoog, bekleed met een dunne en gladde ſchorſſe.*

De bladeren ſtaan aan korte en ronde takjes, twee en twee tegens malkander, dog niet in 't kruis, nog in ryen, drie en vier duimen lang, en een vinger breed, zeer ſtyf en glad, boven groen, beneden blaauwagtig. De voorſte hebben een ſtyve ſpits, maar de agterſte zyn ſtomp, en aan de oude zyn de kanten neerwaarts gekromt. Behalven de middel hebben ze nog twee zyde-zenuwen, beneden een weinig uitbuilende, en omtrent de helft van 't blad haar verliezende; waar uit men ziet, dat deeze bladeren gemeenſchap hebben met den Caneel, en ons Amboinſch Culit Lawan, *maar niet met de Laurier-bladeren. Met de handen gewreeven, rieken ze na Caneel, maar in de mond geknouwt, ſmaken ze wel eerſt een weinig na Caneel, maar ſtraks daar op klaarblykelyk na Campher. Het bloeizel is klein, en wit.*

Uit den ſchoot der bladeren komt hier en daar een enkelde Vrugt, op een klein en rond bordje ſtaande, in de gedaante van een Bakelaar, eyformig, met een kort ſpitsje boven op, eerſt groen, daar na zwart. Onder een dunne ſchel leid een harde korrel, die zig met een ſchuinſe linie in tweën laat deelen, zonder ſmaak.

Uit den ſtam komen verſcheide ſtolones of ſpruitjes, die men met aarde bewinden en verplanten kan. De ſchorſſe is ſchaars een mes dik, ſmaakt klaarlyk na Culit Lawan *en Caneel, met een merkelyke zamentrekking, en in 't laatſt kan men ook den Campher proeven. Maar ten allernaaſten komt de wortel, die haar in veele dunne takken verdeelt, in ſmaak en couleur met de* Culit Lawan *overeen; waar uit ik nogmaals beſluite de maagſchap van de drie voorn. Boomen.*

De Vrugten worden ryp in November, en vallen dan af, dog zelden komt daar van een op.

Naam. *By proviſie zal ik hem noemen in 't Latyn* Laurus Japanica; *in 't Duits* Japanſche Laurier, *tot dat ik den Japanſche of Sineeſche naam zal geleert hebben.*

De Sineezen weeten my niets anders daar van te zeggen, als dat het een hooge en dikke Boom werd, met een cierlyke kruin, na 't zeggen van de onze met den Laurierboom overeen komende.

Egter is my nog een andere tak getoond van een Boom, dewelke men op Batavia Japanſche Caneel *noemt, wiens bladeren niet veel verſchillen van de voorgaande, want zy waren drie duimen lang, twee vingers breed, met effene kanten, en een merkelyke ſpits, dog de jonge zyn van vooren rond; digt by den ſteel ſtooten drie zenuwen te zamen, beneden merkelyk uitbuilende, en door het geheele blad gaande. De ſmaak is in 't eerſt duidelyk na Caneel trekkende, maar in 't laatſt werd by wat bitter, en zamentrekkend.*

Het bloeizel komt voort veele by malkander aan trosjes, zynde kleine geſternde bloempjes, van vyf en zes witte blaadjes gemaakt, met een party geele vezeltjes daar binnen.

De regte Caneelboom van Ceilon heeft mede bladeren tegens malkander, met hun vieren in een ſchuin kruis, dog haare ſteelen zyn wat langer. Het blad zelfs is vyf duimen lang, ſchaars vier vingers breed.

Culit

Culit Lawan a priore differt in iis, quod folia bina quidem sint obposita, sed per ampla interstitia, petiolis oblique, seu retrorsum flexis, suntque longissima, & omnium acutissima, in junioribus arboribus sex & septem pollices longa, in senioribus quatuor & quinque longa, binos lata digitos, sensim in acutum apicem excurrentia. Tres quoque gerunt nervos, ab utraque protuberantes parte, non directe prope folii ortum concurrentes, ac laterales ad folii extremum non excurrnut. Ipsorum sapor acerrimus est, ad Culit Lawan proprius adcedens cum viscíditate quadam.

Ut differentia distincte observari possit, folia quatuor istarum arborum singularia in una notari jussi charta.

Culit Lawan *verschild van de voorgaande aldus: zyn bladeren staan mede twee tegens malkander, dog met wyde tusschenspatien, met haare voetjes scheef, of agterwaarts gedraaid, zyn de langste en spitste van alle, aan de jonge Boomen zes à zeven duimen, aan de oude vier en vyf lang, twee vingers breed, allengskens in een lange spits toelopende. Zy hebben mede drie zenuwen, ter wederzyde uitbuilende, niet regt by den oorsprong des blads t'zamen slootende, en de zydige lopen ook niet ten einde des blads. Haar smaak is de sterkste na Culit Lawan trekkende, met een merkelyke slymerigheit.*

Om het onderscheid te beter te neemen, zoo heb ik de bladeren van de voorsz. vier Boomen by malkander op een papier laten teekenen.

CAPUT OCTOGESIMUM SECUNDUM.

Annotatio ad arborem Camphoriferam.

PRæcedens caput ansam dedit, ut quid de Camphorifera notemus arbore, quantum ex aliorum relatu detegere potuerim, unde & hic prolixam ejus descriptionem non dabo, quum ista arbor hisce in terris ignota sit.

Primo Ds. *Herbertus Jagerus* anno 1684 mihi ejus transmisit ramulum, & quidem Japanensis arboris, juxta quem sequentem componam descriptionem. Ramuli levis erant ligni, in paucas distincti rachides, quibus folia insidebant solitaria, & inordinata, illis Caryohylli simillima, utrimque nempe acuminata, & sursum in longum terminantia apicem, quatuor pollices longa, unum lata, ad oras parum sinuosa, instar foliorum Caryophylli, superne glabra & polita, inferne densis & tenuibus venulis pertexta, quæ juxta oras sinum quodammodo formant.

Præter nervum medium ad oras alium gerunt utrimque, per longitudinem oblique decurrentem, sed non usque ad finem. Hi bini laterales nervi distincti magis sunt, ac magis protuberant in uno quam in altero folio. In cujusvis ramuli extremo planum locatur capitulum, dimidiam habens magnitudinem Capparidis, ex simplicibus constans squamis, quod nescio an sit rudimentum floris an novi folii.

Sapor foliorum acris est & aromaticus, perfecte Camphoræ saporem & odorem gerens, uti & petioli & rachides, sed debilior.

Dein anno 1691 alter mihi transmissus est ramulus sub nomine veræ Camphoriferæ arboris Occidentalis, quæ talem habebat formam. Folia solitaria locabantur, ipsorumque petioli pollicis latitudinem longa erant, binos lati digitos, vulgaris formæ instar cuspidis hastæ, æqualibus sed convolutis parum oris, atque apice longo. Mox supra petiolum tres excurrunt nervi, sed bini laterales haud multum protuberant, & circa medium evanescunt. Folium vero porro pertextum erat plurimis costulis transversalibus, inter quas binæ tresve incurvæ sursum excurrunt, mediusque nervus fuscus est. Sapor perfecte ad Camphoram accedit.

Ex ramulis & foliorum alis unum, duo, vel tria propullulant capitula, ex multis viridibus squamulis composita, quæ nescio an flores an vero fructus sint.

TWEE-EN-TAGTIGSTE HOOFTSTUK.

Annotatie op den Campherboom.

H*Et voorgaande Hoofdstuk heeft aanleiding gegeeven, om iets van den Campher-boom te melden, zoo veel ik uit rapporten van andere geleert hebbe; weshalven ik alhier geen uitvoerige beschryving beloven kan, als zynde dien Boom in deeze Eilanden onbekend.*

Voor eerst heeft my Anno 1684 *de Heer* Herbert de Jager *een takje gezonden, volgens zyne woorden, van den Japansche Campherboom, waar na ik de volgende beschryving maken zal. De takjes waren van een ligt hout, verdeelt in weinige dunne ryskens, daar na stonden de bladeren enkeld, en zonder order, de Nagelbladeren zeer gelyk, te weeten voor en agter toesmallende, dog voor in een lange spits eindigende, vier duimen lang, een breed, aan de kanten wat bogtig en gevlamt, gelyk de Nagelbladeren, boven effen, glad, beneden met digte en fyne adertjes doorweeven, dewelke langs de kanten eenigzints een zoompje maken.*

Behalven de middelzenuwe, hebben ze ter wederzyden nog een andere, schuins in de lengte lopende, dog niet ten einde toe. Deeze twee zyde-zenuwen zyn kennelyker, en builen meer uit aan 't eene blad, dan aan 't andere. Op 't uiterste van yder ryske staat een vlak knopje, half zoo groot als een Capper, van enkelde schilfferen gemaakt, 't welk ik niet weet, of het bloeizel of schepzelen van jonge bladeren zyn.

De smaak der bladeren is scherp en speceryagtig, klaarlyk na Campher riekende en smakende, gelyk ook de steelen en ryskens doen, dog slapper.

Daar na Anno 1691 *is my een ander takje gezonden, onder den naam van opregte Westkust-Campher, wiens gedaante aldus was. De bladeren stonden mede enkeld, en haare voetjes waren omtrent een duim breed lang, twee vingers breed, van gemeen fatsoen, als het yzer van een piek, met effene, dog wat gekronkelde kanten, en een lange spits. Kort boven den steel beginnen drie zenuwen, dog de twee ter zyden builen niet zeer uit, en verliezen haar omtrent de midden. Zynde voorts het blad doorweeven met veele dwersribbetjes, waar onder nog twee à drie kromme ribbetjes, die na vooren lopen, en de middel-zenuwe is bruin van couleur. De smaak is klaar na Campher trekkende.*

Uit de takjes en schoot der bladeren komen een, twee, of drie knopen voort, uit veele groene schilfferen gemaakt, dewelke ik niet weet, of bloeizel of Vrugten zyn.

Ex hac descriptione detegi potest, hosce ramulos haud multum variare, unde puto, ambos fuisse Arboris Occidentalis, vel saltem Camphoriferam Occidentalem & Japanensem foliatura haud multum differre.

Ex relatu hominum fide dignorum, Sinensium & Malaiensium intellexi, Camphoriferam neutiquam per totum annum hoc pretioso Gummi esse inpraegnatam, extra corticem quoque nullam exhibere Camphoram. Indicium vero & notitia, quando haec nempe arbor sit ea repleta, quibusdam modo incolarum familiis propria est, qui perhibent, Camphoram succum esse terrae, quibusdam in temporibus, & non nisi post mediam noctem, circa diem nempe in arborem adscendere ad rorem sugendum. Hoc scire norunt ex quodam strepitu, quem intra arborem audiunt, quum aures ipsi admoveant.

Alii dicunt hoc sequenti experiri modo. Incola arboris verticem adscendit, baculum manu tenens, quo arboris summum pulsat, quum alter ad arboris inferiorem partem caput ipsi admovet, ut audiat, an intra arborem quidam sit stripitus, quem si perceperit, norit Camphoram jam maturam esse, sed ea superstitione, si nempe rogatur, an arbor sit inpraegnata, non audiat dicere vel nominare vocem Camphorae, seu *Capur Baror*, tum enim evanescit ex ejus opinione.

Si jam adstantes istum audiverint strepitum, ingentem excitant clamorem, circumjiciant & contra arborem quam alte possunt, projiciunt siccam Oryzam & Sal, dicentes eo modo Camphoram terrere, ita ut eo loco, quo sit, maneat. Tum arbor amputatur, & quum nesciant, in qua parte potissimum lateat Camphora, vel in inferiore, vel in superiore nempe trunco, vel etiam in ramis, hinc participes alea ludunt, ut sciant, cui competat truncus, cui vero rami. Quisque itaque suam sumit portionem, inque segmenta findit, quod fieri oportet in denso & extenso panno, tum Camphoram inveniunt tam inter corticem & lignum, quam in ipso ligno, quod subtiles gerit canales, aliquando instar foraminulorum parvos, aliquando instar Solenum lignariorum in putrido ligno.

Omne, quod collectum est, tum abluitur in lympha Calappi nucis, & ab adhaerente depuratur terra & projecta Oryza. Plana aliquando intersunt fragmenta, instar glaciei recentis, quaedam pellucida instar vitri Muscovitici, quaedam crassiora & albentia magis, plurima vero haud majora ungue digiti, pauca articulum digiti magna. Hocque vocatur *Cabessa*, seu caput; dein subsequuntur quaevis fragmenta instar granulorum Piperis & squamarum, *Bariga* dicta, seu venter. Tertia instar arenae & farinae *Pee* vocantur, seu pes; atque ut nil hujus subtilis pulveris perdatur, in denso linteo colligitur.

Incolae tres has diversas species sibi invicem mixtas tam nobili Societati vendere volunt, quam peregrinis mercatoribus, hisce enim persuadent, Caballa, seu majora frusta non bene conservari posse sine isto pulvere. Curatores vero Societatis hunc pulverem in fundo deponunt, dein *Bariga*, & *Cabessa* superne inponitur, ut vero sciant, an multum Cabessae adsit, tum Sinensis quidam advocatur, qui plus norit vulgo, hic adspicit & examinat massam, atque ex certis signis, quae nemini manifestare vult, pronunciat, an massa sit viva

Uit deeze beschryving kan men bespeuren, dat die beide takjes niet veel van malkander verschillen; en dierhalven sustineer ik, dat ze beide van de Westkusts Campherboom moeten genomen zyn, of immers, dat de Westkusts en Japansche Campherboom aan bladeren niet veel verschillen.

Uit het verhaal van geloofwaardige perzoonen, Sineezen en Maleyers, heb ik verstaan, dat den Campherboom geenzints het geheele Jaar met dit kostelyke Gom bezwangert is, ook buiten de schorsse geen Campher vertoond. De kennisse nu, wanneer de Boom bezwangert is, staat maar by eenige geslagten onder de Inwoonders, dewelke voorgeeven, dat de Campher een zap van de aarde is, en op zekere tyden, en dat niet anders dan na middernacht, tegens den dag, klimt den Campherboom op, om den douw te zuigen. Dit konnen ze weeten aan zeker gedruis, dat ze binnen den Boom hooren, als ze de ooren daar digt by houden.

